2

# Sexta Centuria
# ECCLESIASTICAE
## HISTORIAE, CONTINENS DESCRI-PTIONEM AMPLISSIMARVM RERVM IN RE-

gno Chriſti, quæ Sexto poſt eius natiuitatẽ ſeculo accide-
runt: cum Imperiũ Romanum gubernarent, Anaſtaſius,
Iuſtinus ſenior, Iuſtinianus, Iuſtinus iunior, Tiberius &
Mauricius: & Doctores in Eccleſia præcipui eminerent,
Fulgentius, Ferrandus, Auitus Alcimus, Maxentius, Hor-
miſda, Boetius, Euodius, Iuſtus Origelitanus, Fortunatus,
Caſsiodorus, Gregorius Magnus, Olympiodorus, An-
dreas Hieroſolymitanus, Gildas, Ruſticus, & alij quidam:
eodem ordine, diligẽtia & fide, quo ſuperiores Cen-
turiæ, ex uetuſtis & probatis hiſtoricis, pa-
tribus, & alijs ſcriptoribus,

IN EXILIO PER AVTORES CONTEXTA.

*Acceſsit rerum uerborumq́; in hac Centuria præcipuè memora-
bilium, tum locorum Scripturæ explicatorum
geminus* INDEX.



*BASILEAE, PER IOAN-
nem Oporinum.* 1562.

# ILLVSTRISS. PRINCIPIBVS *AC DOMINIS, D. BARNIMO SENIORI, ET D. IOHANNI FRIDERICO, D. BOVSLAO, D. ERNESTO LVDEVICO, D. BARNIMO, D. CASIMIRO, DVCIBVS Stetinenſium, Pomeraniæ, Caſſubiorum & Vandalorum, Principibus in Rugia, & Comitibus in Gutzkouu, &c.*

*Dominis ſuis clementiſsimis:*

G. ET P. PER CHRISTVM.

SAEPE MENTES HVMANAE, intuentes iſtum miſerabilem & turbatũ, ut uidetur, Eccleſię Dei ſtatum, fluctuant & ambigunt, ſit'ne ille cœtus uera DEI Eccleſia, ſit'ne DEO curæ: nã nunquam ſatis ſecunda aura & trãquillitate frui uidetur. Indeſinenter uẽti ſpirant, procellę æſtuant, & Eccleſia Chriſti ueluti cymbula in alto pelago nauigans, hinc inde pellitur. Fideliſsimi quiq; doctores uerbi cœleſtis, & reliqui ſanę doctrinę addicti, in odijs, in periculis, in exilijs uerſantur, tetris conuicijs cõſpuuntur, territãtur, fugãtur, pelluntur: idq́; fit ab ijs quoq;, à quibus minimè fieri decebat. Pullulant quoq; ſubinde in agro Domini zizania, hypocritę, Neutrales, riſores ueritatis, falſi fratres, auræ populari ſeruientes, confeſsionẽ ueritatis, reprehẽſiones errorum & aliorum ſcelerũ excuſantes, palliantes, & foro temporiq́; ſeſe attemperantes, uirulẽtis linguis ſerios, graues, fidos Chriſti & Eccleſiæ ſeruos proſcindentes, & potentiorũ erga ipſos uiolentiã exaſperantes. Multi manifeſtè, multi clàm conſuſurrant & conſpirant cum hæreticis, uel etiam deficiunt ſine omni frõte ac timore DEI: eaq́; ratione ſibi in functionib. ſecuritatẽ, & amicos quamplurimos parant. Audiũt placidi, pacifici, docti. Cõtrà ſinceris ſincerę ueritatis cõfeſſoribus iſti tituli inſcribũtur, acres, uehemẽtes, audaces, Stoici, ingrati erga ſummos pontifices, maledici, turbatores, ſeditioſi, à cacodæmonibus agitati: & prout quiſque maiores in eos blaſphemias euomere, & omniũ potentũ gladios ad eos de medio tollendos poteſt acuere, eo non ſolùm Maior, ſed etiã Maximus habetur. idq́; iuxta Chriſti prophetiam: Ejiciẽt uos ex ſynagogis, ſeu Academijs ſuis: & qui uos trucidauerint, putabunt ſeſe Deo gratiſsimum præſtitiſſe cultũ, aream'q; domus ſuę ſcopis perpulchrè purgaſſe, atq; ornaſſe. Matth. 12. Iohan. 16.

Nõ igitur tãtum profani homines, omniſq́; pietatis expertes, grauiſsimè hac triſti forma Eccleſiæ Chriſti offenduntur, & quaſi ad petram acutam allidentes reſiliũt, tutiorem ſibi portum quęritantes,

tantes,in quo ſine periculo uiuere,& liberè in omnes ſibi quietem interturbantes,hoc eſt redarguentes peccata ſua,uitęq́ effrenã licentiam,ſtomachari queant:ſed etiam uerè Deũ timẽtes iſto horribili aſpectu,uarijsq́ uicibus quibusiactatur Eccleſia Dei,terrentur,turbantur,excruciantur,& quaſi ex naui lacera quę fatiſcit,a quam haurit,& iamiam ſubmerſura uidetur,circũſpectãt de portu,locoq́ tranquilliori.Quis enim tã eſt ferreus, quis tam excors atq́ amens eſt,quem non afficiant tam ſæuæ atq́ immanes conuiciorum,mẽdaciorum,perſecutionum,adde etiam hæreticorum, & qui corruptelis plus quàm meretricia fronte patrocinãtur,procellæ & tempeſtates, & horribiles fluctuum fragores, ſeu potius tonitrua?

Sed primùm ex uerbo Dei animi ſunt muniendi aduerſus tot atrocia & triſtia ſcãdala.Deinde uerò in hiſtoriã CHRISTI & Eccleſiæ eius omnium temporũ,oculos mentesq́ noſtras defigamus: quæ eſt uerbi diuini praxis. Ex hiſce iudicium de Eccleſia Chriſti rectè ſumi,& pia pectora confirmari poterũt,ut & Eccleſiã Chriſti germanam uerè cognoſcant,& cogitent ſibi per iſtas tempeſtates omnes forti & infracto pectore eſſe perrũpendũ. Portus tranquillus erit uita æterna,quæ aliam benigniorem & lætiorem adſeret Eccleſiæ faciem.

Nam uerbum Dei certò indicat & exponit, Eccleſiam Chriſti nequaquam eſſe temerariam hominũ colluuiem:ſed eſſe renatorum cœtum (etiamſi multi ſint nõ ſancti in eo,hoc eſt,à pietate deficientes)in quo ſonat uera uox Dei,ſicuti in Propheticis & Apoſtolicis monumentis tradita eſt:& ſacramẽta legitimè adminiſtrãtur:obſeruatur etiam externa honeſtas,cõueniens legibus diuinis & politicis. Deinde notæ ueræ Eccleſiæ non ſunt externa tranquillitas,pax,rerum affluentia:ſed uerbum Dei ſincerum,& ſacramẽta ritè adminiſtrata,& confeſsio puræ doctrinæ:atq́ refutatio libera,ingenua, perſpicua eorum qui contradicunt,hoc eſt corruptelas patefactæ ueritatis cõminiſcũtur, uel mordicùs defendũt. Vbicũq́ iſta ſunt,ibi non eſt dubium habitare ipſum Deum,ibique habere quædam uera uiuaq́ Eccleſiæ ſuæ membra:ſicut dulciſsimè inquit Chriſtus Ioãnis decimoquarto:Qui diligit me,ſermonem meum ſeruabit,& pater meus diliget eum,& ad eũ ueniemus,& manſionem apud eum faciemus.Item Matthæi decimooctauo: Vbi duo aut tres congregati fuerint in nomine meo,in medio eorum ſum. Sed unde,inquis,tot tantaq́ zizania,ſcandala, afflictiones & turbationes? Audi.tertium hoc addit Scriptura ſacra:quòd ubicunque regnum Dei ſurgit, ibi diabolus quoque ſuum regnum ſtabilire atque augere conetur: ſicuti Chriſtus depingit in agro & eius ſemine,Matthæi decimotertio.Neque ſunt improbi,perſecutores,& ipſi quoq́ hæretici,uel fanaticarum opinionum

onum architecti aut patroni ex Chriſto, nec ſunt Chriſti: ſed ſunt ex Antichriſto & diabolo; & ſunt Antichriſti & diaboli, ſunt uomicæ & peſtes populi DEI: ſicut zizania tribuuntur inimico homini, non ipſi agricolæ, Matthæi decimotertio. & Iohannes inquit: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis. Cuius rei euidens nota & argumentum eſt, quòd à reuelata & ſincera doctrina deficientes, lutulentam Antichriſti doctrinã inuchere rurſum in Eccleſiam Chriſti conantur: id'que facit alius alio craſsius atque impudentius. Nam aliqui ex profeſſo Antichriſti dogmata recipiunt & tutantur: aliqui uerò pelle ouilla induti, nihilominus fundamenta Antichriſti, uoce filij DEI, & eorum quos Deus ad inſtaurandam Euangelij ſui lucem accendit, ſedula & ardenti opera deſtructa & abolita, omnibus ingeniorum ſuorum neruis, fucis, eloquentia, artibus, in Eccleſiam DEI inthroniſare nituntur, partim ambitione, partim auaricia, partim etiam uindictæ iniuſtiſsimis cupiditatibus incenſi.

Inſuper docet Scriptura ſancta, eiuſmodi uexationes & tribulationes prodeſſe ſanctis. Nam probari pios iſtis afflictionibus, ueluti aurum igne: item eminere atque florere inſtar lilij inter acutas ſpinas. Nec tamen deeſſe Eccleſiæ ſuam quandam leuationem in ærumnis & miſerijs, ac teſtimonia præſentiæ atque liberationis diuinæ. Denique, cum portus omnium credentium in Chriſtum ſit reſurrectio ex mortuis, uita'que æterna cum Saluatore noſtra, ſanctis'que angelis: ideo uult Deus nos per iſtos mundi ac diaboli ſcopulos eluctari, uultus'que noſtros in altum erigere. Iamiam enim noſtra redemptio & gloria appropinquant.

Vbi igitur ueræ, propriæ ac germanæ Eccleſiæ DEI notæ extant, & in conſpectu uerſantur: ibi non offendant nos illa, quæ non à Deo, uerùm ab hoſte generis humani obijciuntur. Diſcamus ueritatem, adiungamus nos ueræ ſententiæ, deteſtemur præſtigias: & paremus nos, ut breui conſcendamus nubes, atque in ipſam cœli regiam, quam IESVS CHRISTVS nobis peperit ſanguine ſuo, penetremus. Hæc omnia cum alibi copioſius explicentur, prolixius hoc in loco repetere noluimus.

¶ Secundum autem locum, in rectè inſtituendis atque informandis pectoribus de rebus hiſce omnium ampliſsimis, obtinet hiſtoria Domini noſtri IESV CHRISTI, omnibus ætatibus. Sed nos omiſsis alijs temporibus, tantum ex contemplatione iſtius Sextæ Centuriæ, quam modò benedicente Domino in lucem proferimus, breuiſsimè commonefacimus, eandem doctrinam proponi: nempe Eccleſiam Chriſti ſubinde à mundo & principe eius horribiliter deformari, ſed tamẽ ſemen aliquod ſanctum ſeruari, licet exiguum illud ſit, Deum agnoſcẽs et celebrans,

Operæpreciũ igitur eſt,in illuſtribus quaſi exemplis uidere atq; conſiderare,quæ Eccleſiam Dei hoc ſeculo exercuerint, & quaſi in eius perniciem & interitum conſpirarint.

Primùm autem obſeruatione & conſideratione digniſsimum eſt,iudicium illud Dei mirabile, quòd nimirum poſt florentiſſima tempora, (qualia ſub Conſtantino Magno, & utcunque etiam in ſubſequenti ſeculo, Auguſtino uocem diuinam in Eccleſia CHRISTI ſonante, fuerunt)mox inſequuntur maximę inclinationes,idq; tam ſubitò & repentè, ut mirandum ſit. Nam in hac Sexta ętate,pręter Gregorium Papam & Fulgentium,paucos alios habes inſignes Eccleſię doctores: qui tamen, excepto articulo de Deo( in quo aſſerendo ſtrenuam nauarunt operam ) alioqui in doctrina cœleſti & tenuiter & obſcurè,& non rarò etiam malè uerſantur.

In primis autem iſtæ horribiles & pernicioſæ tenebræ in ipſo docentium cœtu,quaſi nubes quędam atrę totum cœlum occupantes,exortę ſunt,quòd ceremonias cultúſque humanos partim ipſimet Doctores Eccleſiæ,partim uerò alij ſuperſtitioſi homines paſsim in templis auxerunt. Nam ędes ſacrę omnibus in locis extrui cœperunt ingentibus ſumptibus, prorſus gentilium more: non quidem principaliter eo fine ut ibi uerbum Dei traderetur,ſed ut reliquijs ſanctorum aliquis honor exhiberetur, utq; ibi defunctos ſtolidi homines uenerarentur.

Quàm uerò facundus eſt Gregorius ille Magnus appellatus,quàm ardens,quando rationem conſecrandi iſta fana ueluti ex tripode dictat:&,quod mirandum eſt, non aliter ac ſi nouum quoddam Salomonicum aut Hieroſolymitanum templum conderetur, uaccas, boues & oues, & neſcio quas alias nugas, praua æmulatione Iudaiſmi requirit? Ea res primùm tum ipſos doctores,tum etiam auditores, à ſtudio docendi atque diſcendi uerbum Dei abſtraxit. Nam ceremoniæ iſtæ immodicæ, impedierunt neceſſarias & utiles ex uerbo Dei inſtitutiones. Deinde mox attulit eam perſuaſionem, quòd illis cultibus magis Deus coleretur,quàm alijs in Decalogo præceptis:& quòd eiuſmodi rebus ſalus coràm Deo,& uita æterna pararetur. Quæ enim aliæ cogitationes & perſuaſiones in hominum cordibus naſcerentur,quàm tales,ubi doctrina extinguitur,& tantum externi ritus inculcantur et exercentur? Tertiò cœperunt ea occaſione etiam defunctæ creaturæ,atque exanguia & ſemicorroſa oſſa coli,inuocari,honore diuino affici,& alligari ad illa ipſa loca preces. Ad iſta,inquimus,omnia non modò cõniuebant Eccleſiæ doctores,ſed etiam ea adiuuabant.

Eiuſmodi igitur calamitas & peſtis fundi Chriſti, in ipſa Eccleſia,& inter eos qui cuſtodes & uigiles Eccleſiæ præcipui uolebãt perhibe-

perhiberi,naſcebantur:nempe ut Adiaphororum receptione,cumulatione,defenſione,templa occuparentur,ac lux doctrinę horribiliter obfuſcaretur. Imò iſta Adiaphora ſeu ceremoniæ, non tantum ibi ſinceritatem doctrinæ labefactarũt, & cultum ſanctorum immodicum pepererunt: uerùm etiam ſequentibus ſeculis omnibus cauſa,fons, ſeminarium idololatriarum & innumerabilium errorum extiterunt:quæ mala licet fulgore Euangelij hiſce poſtremis mundi temporibus nonnihil reuelari & corrigi cœperunt,tamen radices tam profundè egerunt,ut extirpari radicitùs nequeant. Nam potiſsima pars orbis,quæ Eccleſiæ Chriſti nomine cenſetur,perſeuerat in illis denſis nubibus ceremoniarum, in uenerationibus defunctarum creaturarum, in ſacramentorum Chriſti prophanationibus,imò ueluti diluuio quodam altiſsimo atq; ualidiſsimo iſtis malis oppreſſa iacet. Inſuper quid exiguo illi cœtui (qui efflorefcentem ueritatem,purgatamq; ab omnibus Antichriſti ſqualoribus & fecibus amplexus eſt)illæ ipſę ceremoniæ,quæ hac ætate initium, & poſterioribus ſeculis ſubinde maiora quædam incrementa ſumpſere,nocuerint, quantopere cum diſtraxerint & deformarint,miſerabilis iſta & lugubris Eccleſiæ Chriſti facies,quam coràm omnes intuemur, adhuc hodie teſtatur:licet quidam adhuc proh dolor,patroni illorũ lapſuũ & ſcandalorũ reperiãtur.Sed reuertamur ad inſtitutã cõmemorationẽ.

Accedunt hiſce exorbitationibus eorum doctorũ, qui rectam ſententiam iſto ſexto poſt Chriſtum ſeculo tueri uidebanẽ,& falſi fratres: qui hæreſibus, prioribus ſeculis enatis,adſtipulantur,& nouos cothurnos affingũt.Alius Arianicis blaſphemijs,alius Neſtorij,alius Eutychetis delirijs patrocinatur: neq; id ſolùm audẽt infimæ ſortis homunciones, aut diaconi:uerùm ipſimet antiſtites & epiſcopi,in locis etiã clariſsimis. Vnicum tantum exemplũ hic attingemus,quia in ipſa hiſtoria plurima recenſentur. Seuerus Antiochiæ,ubi primùm (teſte Luca) diſcipuli Chriſti appellati ſunt Chriſtiani,publicè iſtud dogma adſerit & ſpargit:In Chriſto non eſſe duas naturas,& orthodoxos anathematis fulmine ferit: habuitq; adſtipulatores non paucos,neq; ignobiles in Eccleſiaſtica gubernatiõe uiros. In gẽte Gottica,quę potẽtiſsima & ampliſſima in Italia & Gallijs hoc tẽpore fuit, Arianici epiſcopi q̃plurimi fuerũt,doctrina & uitæ integritate alioqui pręſtãtes.Multo aũt magis mirũ eſt,tam tetras hæreſes inueniſſe hoc tempore publicos defenſores,cum priorib.ſeculis,illuſtrib.cõcilijs,& grauiſſimis prolatis rationibus ex uerbo Dei fuerint refutatæ atq; cõuictæ,totiq; id Eccleſiæ Dei innotuerit. Deum immortalem,quid non fieret,ubi corruptelæ ueritatis cœleſtis non dijudicantur,nõ damnantur,ſed tolerãtur & palliãtur? Vt hodie proh dolor,negligentia politicorum & indulgentia Eccleſiaſticorum fit.

Vident igitur omnes pij & candidi lectores, in quibus mica aliqua timoris Domini reſedit, quanti ſint hominũ furores: quàm incredibilis ferè ſit potentia & malicia diaboli, quòd tam craſſas hęreſes mētibus hominum, etiam eorum qui uerbo Dei pręſunt, inſtillare ualet, ſi Deus non regat atq; cuſtodiat.

Eſt hoc quoque in præſenti Centuria inſigne, quòd artes nobis ob oculos ponit, quibus falſi Doctores in altum ſurgunt: & poſtea uoti compotes facti, pro libitu dominantur, & faciunt omnia. Nam in aulas irrepunt, & potentum ac Magiſtratuum animos occupant hypocriſi, delationibus & obtrectationibus ſincerorum doctorum, & colluſione quadam cum politicis. nihil enim non illis officij pollicentur. Nam plerunque ſunt in odio aularum atque potentum, graues, conſtantes, fidi miniſtri ac profeſſores uerbi Dei: quia rigidius quàm aulis atque politicis commodum uideatur, ueritatem tuentur, & liberius peccata taxent, quibus aulæ ac potentes ſunt obnoxij. Hæ res uidentur iſtis filiolis huius ſeculi intolerandæ: paraſiti & Gnathones aulici interpretantur, iſta redundare in contumeliam & diminutionem autoritatis Magiſtratuum, ſpectare ad turbas & ſeditiones. Cupidè igitur tales uerbi Doctores amplectuntur politici, qui nimirum ipſis adulentur: carpunt ſerios & ſtrenuos Chriſti ſeruos, qui ipſorum cupiditatibus morem uidentur gerere: excuſant, palliant, pingunt peccata: & ſunt (ut breuiter dicamus) Mollia & placentia dicentes (ut eſt in Propheta) & Molligradi, Magiſtri leuipedes, ut uulgò appellantur: reuerà autem uigiles cæci, canes muti, peſtes animarum, pſeudoprophetæ, lupi rapaces, fures ac latrones animarum, &c. Itaque leui momento potentiores, rectè, ſeriò, grauiter, & cum ſalute plurimorum in Eccleſia Dei docentes profligant, & ſuæ farinæ homines in cathedras collocant.

Viuum iſtius rei exemplum eſt Seuerus ille Antiochenus pręſul, de quo paulo antè quædam diximus. nam is callidè in aulam Cęſaris ſeſe inſinuauit mira hypocriſi. Deinde altiora animo meditans, criminatur Flauianum, ardenti zelo Antiochenam eccleſiam uerbo D E I paſcentem. Variè autem arrodit hunc optimum uirum Seuerus, ueluti ſus immunda grunitu & ſordibus ſuis eum conſpurcans. fingit criminationes aduerſus eum: nec rubore ſuffunditur, ſi maximè ſemel atque iterum in mendacijs doloſis deprehendatur. Tandem uerò per iſtos politicos ſolummodo potentia, non ſapientia, non pietate, non bonitate cauſæ excellentes, pulſo Flauiano, callidus, improbus, maledicus, arrogans nebulo in eccleſiam Antiochenam collocatur: ubi poſtea criſtas ſuas omnes altius erigens, corruptelas ſuas abſque omni pauore diſpergit, & perpetuis criminationibus

bus

bus (nam eiuſmodi immūdę ſues nihil aliud quàm immūdas, imò uirulētas uoces, aut grūnitus potius edere poſſunt) bonos ac ſalutares Eccleſiæ DEI doctores contaminat, eijcit, pellit, denicꝗ etiã auxilio potentum crudeliter interficit. Nam ſpiritus mendax eſt etiam una & eàdem opera homicida, ut Chriſtus docet.

Monet etiam hæc Sexta Centuria, quibus modis interdum aulæ controuerſijs Eccleſiaſticis, ex politicorum ſuorum conſilijs mederi conentur, ſed ualde infeliciter: id quod aulæ Chriſtianæ, pij'que Magiſtratus expendere & cauere debent. Variæ in Eccleſia controuerſiæ erant, ut ſemper quidem eſſe ſolent. nam diabolus per ambitioſos, uanos & temerarios homines, ſemper corruptelas aliquas cœleſtis ueritatis diſſeminare ſolet: quibus ex officio & præcepto DEI omnes pij, fidiꝗ ſerui IESV CHRISTI, gladio non corporali, ſed ſpirituali, hoc eſt potenti & perſpicuo uerbo Dei reſiſtere tenentur. Inde igitur certamina ſurgunt. Ambitioſi quidem perſuaſione eruditionis, ac dignitate & fauore hominum inflati, ſuas corruptelas miris coloribus pingunt, exiſtimantes ſibi æterno dedecori eſſe, ſi ſeſe hallucinatos & lapſos eſſe fateantur: & præſertim ab inferioribus admoneri corrigi'que nolunt, licet perpetuam modeſtiam crepent, ſimulationibus ſuis ſtultas hominum mentes faſcinantes. Pij rurſum à reprehenſionibus errorum & corruptelarum, tanquam uigiles Eccleſiæ, multo minus quàm alteri in propugnandis erroribus, remittere aut deſiſtere nequeunt, quia uox DEI inquit: Clama, ne ceſſes. item: Oportet contradicentes conuincere.

Iſta uerò ζυγομαχίᾳ ac diſſenſione potentes uehementer offenduntur, & quidem abſque ſcandalis iſtę contentiones non abeunt: quæ tamen non ſunt tribuendæ confeſsioni ueritatis, & refutationi corruptelarum, ſed ipſis architectis & patronis corruptelarum: licet perpetuò uociferentur, ſeſe non eſſe turbarum autores ſed aduerſarios ſuos, qui ipſorum corruptelas oſtendant & redarguant: ſcilicet, quemadmodum lupo truculento & crudeli, placidiſsima ouicula fontem turbabat.

Cum autem ipſi Autores & Aduocati ſeu defenſores corruptelarum & præſtigiarum plerunque, ut diximus, opinione eruditionis & diginitate antecellant, & potentioribus huius mundi adulentur, ac quædam inſignia atque enormia ipſorum peccata excuſent: ideo iudicant politici, eiuſmodi uiros non eſſe publica ignominia notandos, ſiquidem iudicio publico, utpote in pia & legitima ſynodo, conuincerentur: & cogerentur publica confeſsione ſcandala Eccleſiæ, quæ ſuis tetris corruptelis dederunt, tollere ac ſanare. ideo ad Amneſtian, id eſt obliuionem diſceptationum, & oppreſsionem uiolentam utriuſque partis, rem conantur deducere: eaꝗ ratione CHRISTVM cum Belial,

Veritatem

Veritatem cum mēdacio, fidelem cum infideli (id quod Spiritui ſancto impoſsibile eſt) nefariè conciliare præſumunt. Eiuſmodi conſilijs Anaſtaſius Imp. adductus, amneſtia cōtrouerſias de ſummis doctrinæ capitibus obuolui & ſepeliri uolebat. Verùm cedit incaſſum labor. Non eſt hoc conſilium ex Deo, uerùm ex hominibus. Ipſe Anaſtaſius mandatum de adorāda Quaternitate nō uetur proponere: uerùm retuſus atque confuſus, non in melius, ſed deterius indies proficit, donec fulmine ictus intereat. Creſcūt ſub amneſtias pallio ac tutela corruptelæ, & aliæ Eccleſiæ Dei peſtes. Diſcant igitur omnes huius mundi potentes, quòd nequaquam amneſtijs grauiſsimę de articulis fidei controuerſię aboleri aut pacificari queant: ſed potius legitimis cognitionib. diſputationib. iudicijs ex uerbo Dei, dānationib. coactiōe per uerbū, ut architecti uel defenſores corruptelarū atque hæreſiū, ſiquidē reſipiſcere seriò uolūt, publicè datū ſcandalū de medio tollāt: dent Deo eiuſque ueritati laudē, ac teſtimoniū ueritatis: imbecilles ex uarijs opinionū & dubitationū tricis & impedimētis expediāt, cōſolentur, confirment. Sin pertinaciter in corruptelarum ſordibus perſeuerēt, quibuſcunque tandem cothurnis eas induant & tegāt, iudicio Eccleſię damnētur: & moneatur Eccleſia, ut à fermento & ueneno falſorū doctorum caueat, qualeſcunque tandē illi uel opinione, uel reuerâ tales ſint. Hæc fieri, gloria Dei, & ipſa Eccleſiæ ſalus poſtulant. Neque hic locum habet Conſtantini Magni exemplum, qui accuſatoria ſcripta Doctorum Eccleſię, quibus ſeſe mutuò mordebāt, igni tradidit, iuſsitque eos paci & tranquillitati ſtudere. Nā is primùm ipſa dogmata publico & ſolēni concilio dijudicari iuſsit: & facta eſt ex uerbo Dei Arianarum corruptelarum grauis, diſerta, perſpicua cōdemnatio, ipſo quoque autore excommunicato: eaque res toti Eccleſiæ Chriſti denunciata eſt, nō habita ratione eruditionis aut facundiæ Arij, non eminentiæ aliorum epiſcoporū, &c. Hiſce ritè, ſanctè, prȩclarè perfectis, nugatorias illas accuſationes, non concernētes ipſos fidei cardines, rectè ſanè ultricib. flammis conſumpſit: & iuſsit offenſiōes mutuas Chriſtianè & fraternè cōdonare, ſalutaremque pacem, capitibus doctrinæ inquam rectè cōſtitutis, communi ſtudio colere.

Nō recenſebimus, breuitatis gratia, plura, quę ex intuitu & cōſideratione huius Sextę Centuriæ utiliter excerpi poſſunt. Ad caput igitur inſtitutum oratio noſtra reuertatur.

Nequaquam igitur offendantur pij, iſta triſti ac turbulenta Eccleſiæ Chriſti facie, quę nunc nobis ob oculos uerſatur. nam ea eſt perpetua ſponſæ Chriſti facies, ſicut ipſemet in uerbo ſuo prædixit. Nemo ſanè tam eſt adamantinus, tam ferreus, tā rigidus, quin iſtis quaſi ſpectris terreatur & cōcutiatur. Sed ueniat nobis in mētem, regnum Dei, donec iſte mundus ſteterit, indeſinēter à diabo

lo &

lo & mũdo impeti: & nihilominus Deũ pro ſua immẽſa misericordia & diuina potẽtia, quę exuperat omniũ creaturarũ uires, in illo ipſo cœtu ubi uerbũ Dei extat & tradit̃, colligere ſibi Eccleſiã, & cuſtodire: quã q̃dẽ neceſſe ſit luctari atq; cõfligere cũ diabolo, hęreticis, & alŋs peruerſis hominib. uſq; ad uitæ terminũ. Imò gloria Chriſtianorũ omniũ pręcipua eſt, pro ueritatis cõfeſsione nõ modò omniũ diabolorũ et principũ iſtius ſeculi odia ſuſtinere, ſed etiã uitã ipſam profundere: ſicut fecerũt prophetę, Baptiſta, Apoſtoli, & innumeri pŋ omnib. ætatibus, quib. nõ ſumus meliores.

Diſcãt ipſi miniſtri uerbi Dei ex iſtis hiſtorŋs regni Chriſti, ut incorruptã doctrinã, iuxta normam in ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis traditã, rectè, ſeriò, grauiter proponãt: & alacri pectore ardẽtiq; zelo omnis generis pręſtigias & corruptelas, à quibuſcunq; tandẽ ſiue angelis ſiue hominib. prolatas, oſtẽdant, refutẽt, damnent atq; execrẽtur: ut gloria Dei, ueritas cœleſtis, ſalus ouicularum uindicentur: neq; pudeat ipſos, cõmunem cũ Chriſto & omnib. ſanctis crucẽ ſubire, & cõtumelias & tyrannidẽ huius mũdi perpeti. Erit tẽpus, quando Baptiſta, Paulus, Petrus, alŋq; præſtantes IESV Chriſti martyres in gloria reſurgẽt: & Herodes uiciſsim, Nerones, pontifices, ſerui hominum, placẽtiloqui (ut ſic loquamur) & alŋ criminatores ſuas experientur pœnas.

Caueant autem pŋ uerbi Dei miniſtri, ne cumulent nõ neceſſarias ceremonias, neue Antichriſti notas & characteres recipiãt: uaſtumq; illud mare rituũ quo omnis in Eccleſia Chriſti doctrina eſt penitùs ſubmerſa & extincta, in Eccleſiam refundant. Nam nimia rituũ multitudo, & ſincera doctrina, ſtare diu ſimul nequeũt: ut iſtius Sextæ Cẽturiæ hiſtoria teſtatur. Sint ſanè ceremoniæ mediocres, moderatæ, ordini, decoro, ædificationi attẽperatę, ne uel in defectu uel exceſſu impingatur, ut alibi docetur.

Leues offenſiunculæ, non pertinentes ad doctrinam, non lędẽtes gloriam Dei ac piorum conſcientias, quales multę in hac imbecilli hominum uita incidere poſſunt, benignè condonentur.

Magiſtratus uerò etiã ex iſtis hiſtorŋs diſcant, nõ eſſe aulicorũ, uel aliorũ huius ſeculi filiorũ inflãmationib. aduerſus rectè docẽtes in Eccleſia Chriſti, uel præpoſteris ipſorũ cõſilŋs locũ p̃bẽdũ. Nõ arbitrent̃, uel blãda uel truculẽta amneſtia cõtrouerſias Eccleſiaſticas de doctrinę cœleſtis fundamẽtis poſſe ſopiri: ſed exẽplo optimorũ Imperatorũ, ſynodos doctorũ cõuocẽt, cõtrouerſię in mediũ proferãtur, iudiciũ ex uerbo Dei luculẽtiſsimo petat̃, uoci Dei auſcultetur: uulnera Eccleſię ſanent̃, nõ tolerent̃, nõ cicatrice paululũ obducta curent̃. Baiulent pręterea ipſi quoq; crucẽ Chriſti, nõ expaueſcentes ullas ullorum hominũ minas: tantum ut celebrent patefactum Dei uerbum: & omnis generis corruptelas, impoſturas, hæreſes, idolomanias repudient, uitẽt atq; execrentur.

Ad

Ad tantarum itaque rerum doctrinam hiſtoriæ iſtæ ſacræ pro ſunt: monent ueſtigia ſuperiorum ætatum, ubi nunc rectè pedes ſint figendi.

Vobis uerò, illuſtriſsimi Principes, hunc noſtrum ſudorem, ſiue laborem, in cõgerendis ex uarijs monumẽtis & contexendis rebus, quę Sexto poſt Meſsiam exhibitum ſeculo, in regno Chriſti acciderũt, nuncupamus & inſcribimus: quia nõ modò ueſtra nomina IESV CHRISTO Saluatori noſtro dediſtis, ſed etiam uniuerſam illam regionem, quam V.C. Dominus ac Rector totius mundi concredidit, regno IESV CHRISTI ſpirituali patefeciſtis & tradidiſtis: ac ſinceram Euangelij diuinitùs reuelati & illuſtrati doctrinam, unà cũ miniſtris Eccleſiæ, omnibusq́ue ſubditis palàm & ingenuè profitemini. Nec dubium eſt, in ueſtra regione Deum rectè inuocari & celebrari. Hæc uirtus, ut in prima tabula Decalogi requiritur, ita omniũ pręcipua eſt: neque ullum precioſiorem theſaurum in V.C. regione habetis, quàm ſincerũ Dei uerbum, quo Deus homines plurimos regenerat, ſanctificat, ſaluat. Intelligitis enim, ideo & homines condi, & uos hominibus præfectos eſſe: ideo uos pacẽ ac diſciplinam armis, legibusq́ue honeſtis tueri: ut ſubditi omnes Deum cognoſcant, regenerentur, & potiantur æterna uita. De hoc tanto altiſsimi Dei dono, non tantum ex totis pectoribus V.C. gratulamur: ſed etiam oramus, ut hanc ſalutarem felicitatem, pro ſua immenſa bonitate & clemẽtia Deus, etiam ad poſteritatẽ in multa ſecula (ſi tamen mundus iam ueluti lacera quædã nauis fatiſcens, diutius durabit) conſeruet. Quid enim magis neceſſarium, quid amplius, quid utilius omniũ hominum uotis atq́ue ſuſpirijs expeti poteſt?

Hac igitur unica re moti, non ueriti ſumus V.C. hanc de regno Chriſti hiſtoriam dedicare: quia illis hanc noſtram operam gratiſſimam fore credebamus, quibus regnum CHRISTI maximè notum & charum eſt. Arbitramur quoque uos magis intelligere, iſtum honorẽ, quòd hiſtoriæ Eccleſiaſticæ nomina ueſtra, ueluti inſignium & præſtantium patronorum, prima ſtatim fronte pręmittuntur, apud poſteritatem uobis glorioſum futurum eſſe, quę V.C. tãquam principes in pietate & confeſsione excellẽtes admirabitũ & celebrabit. Gaudeãt alij ſculptis & pictis imaginib. quas paſsim in ſuis regionibus ponunt: V.C. ſunt qui ſciant eiuſmodi monumẽtis, quę in ſacris hiſtorijs plurimorum oculos incurrũt, magis delectari. Corruerunt atque interierunt uetuſtate & uarijs bellorum uaſtationibus multę illuſtres Conſtantini Magni (ut in pręſentia tantum huius pręſtantiſsimi uiri mentionẽ faciamus) ſtatuæ: ſed ea memoria, quam ipſi Euſebius in ſua hiſtoria poſuit, magis eum commendat et celebrat, quàm ſi in omnibus aulis ſtatuas aureas ſeſe repræſentantes reliquiſſet.

Hæc

Hæc non ideo dicimus, quòd in hoc ueſtibulo libri pulcherrima dona, quibus Deus noſter V.C. decorauit, recitemus: quia nec locus iſte admittit prolixam enumerationem, neq; nobis eam ſumimus facultatem: ſed tantum, ut V.C. intelligat, nos pio conſilio adductos, hanc uobis Centuriam exhibere. Rogamus igitur, ut V.C. hoſce labores, qui ad publicum bonū promouendum atq; ornandum ſpectant, benignè accipiatis. Deum patrem Domini noſtri IESV Chriſti, qui & patefecit & conſeruauit ſuam doctrinā omnibus mūdi ætatibus, & nunc in admirabilem iſtam lucem nos quoq; traduxit, oremus coniunctis animis & uotis, ut contra tot inſurgentes paſsim corruptelas & præſtigias, iubar illud præclarū ſuæ ueritatis incorruptum cuſtodiat: excitet pectora Magiſtratuum Chriſtianorum, ut pia & legitima ex uerbo Dei ſynodo errores refutētur, ſcandala ſanentur, & in uera fide omnes obdormiamus, lætoq; uultu aliquando CHRISTO nos reſuſcitanti occurramus, æternaq; beatitudine potiamur: Amen. Anno Domini 1562.

*V. C.*

*Add.*

*Matthias Flacius Illyricus.*
*Iohannes Uuigandus.*
*Matthæus Iudex.*

# Sextæ Centuriæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ



## CAPUT I.

AMPLISSIma fuerũt ſecula Eccleſiæ Chriſti poſt Apoſtolorum tẽpora, Quartum & Quintum: id quod res ipſa teſtatur. nam plurimi doctrina & facundia illuſtres uiri, ſimul in plerſque orbis terrarum partibus nixerunt, ac monumenta ſua etiam poſteris reliquerũt. Sed tamen ſimul ſemina & fundamẽta quædam falſorum dogmatum & cultuum iacta à multis ſunt, quæ ſequenti Eccleſiæ plurima damna attulerunt. Ea enim hominum eſt peruerſitas, ut nõ optima, ſed peſsima & nocentiſsima quæq;, prȩſertim uerò aliqua ſpecie pietatis abblandiẽtia, cupidiſsimè arripiãt, mordicusq́; retineant: ut uideas, qualis in hominibus ſit naturæ uanitas, & malicia.

Venit igitur nobis ratione ordinis nunc in manus Sexta Centuria Hiſtoriæ, complectens res præcipuas Eccleſiæ CHRISTI, quę acciderunt cum imperiũ Romanum adminiſtrarent Anaſtaſius, Iuſtinus ſenior, Iuſtinianus, Iuſtinus iunior, Tiberius & Mauricius: uerùm nequaquã hoc ſeculum prioribus duobus ſimile fuit.

Nam doctores pauciores & ignobiliores in Eccleſia fuerunt: quãuis Fulgentio & Gregorio Magno, alijsq́; paucisſimis ſuus debeatur honor. Minus etiam purè à plerisq́; capita doctrinæ Chriſtianæ ſunt propoſita & explicata: niſi quòd articulus de Deo, ſicuti etiam cæteris temporibus, ingenti ſtudio eſt defenſus, integreq́; cõſeruatus. quã quidem uigilantiam Arianicæ, Neſtorianæ, Eutychianæ, & ſimiles corruptelę ſine dubio excitarũt. Interim uerò doctrina de uiribus humanis, de lege, de iuſtificatione, de operibus, & alijs non paucis, ſubinde magis magisq́; obſcurata eſt. Fons autem huius rei fuit, quòd cultus humani, ceremoniæq́; in omnibus templis, ſacrisq́; actionibus in immenſum creuerint. Etſi enim ceremoniæ quædam utiles ac neceſſariæ ſint, conſentaneæ nimirum uerbo Dei: ac iuxta præceptũ Pauli, ordini, decoro atque ędificationi ſalutari ſeruientes: tamen quàm facile ſtolidi uaniq́; homines hac in parte exorbitẽt, uniuerſalis experientia omnibus temporibus demonſtrat. Primùm autem hoc tempore, ſicuti etiam alijs omnibus, nocuit Eccleſiæ Dei multitudo rituum, ab hominibus excogitatorum. Dum enim doctores occupantur earum adminiſtrstione, & populus ſpectatione, ueram & ſolidam inſtiturionem de fundamenris doctrinæ uniuerſæ pietaris negligi neceſſe eſt. Deinde etiam opinio cultus, quæ comes eſt & pediſſequa tam ſplendidarum atq; numeroſarũ ceremoniarum, exitialis fuit ipſi doctrinæ. Nam hominum mentes mirificè capiuntur & faſcinantur ceremoniarum pompa & ſplendore: & mox iſta perſuaſione imbuuntur, quòd eiuſmodi operibus fauorem Dei ſibi promereantur. Hinc eſt, quòd hac ætate tot ſurrexerint paſſim toto orbe terrarum Monaſteria, tot templa, maximis opibus collocupletata. Hinc ſunt illæ reliquiarum mortuarum creaturarum uenerationes & adorationes, contra uerbum & honorem Dei.

Inter alios autem Eccleſiæ antiſtites Gregorius Romanus põtifex meritò primas tenet, qui (ſicut eius libri teſtãtur) ceremonias plerasq́; auget & defendit: prorſusq́; Imperialiter leges de conſecrandis templis, de pallijs, ſimilibusq́; rebus alijs, epiſcopis dictat: reliquias iubet coli, & monaſticos cultus in cœlum uſq; euehit.

Antichriſti autem regnum, quod ſuperiori ſeculo quaſi in aluum Eccleſiæ receptum eſt, hoc ſeculo uitam & incrementa accepit, & quaſi ad maturitatem ſuam, & ad ipſum tempus partus (qui fit in ſeptimæ Centuriæ initio, ſub Phoca Imperatore) eſt deductũ. Rectè quidem, ut à Gregorio ſcriptũ eſt, Ioannes Conſtantinopolitanus, arrogãs ſibi Oecumenici titulum, Antichriſto prælusit: uerùm Romani pontifices, & in primis Gregorius, non luſerunt modò Antichriſtum, ſed totis uiribus eum expreſſerunt, & fundamenta eius iecerunt. Sumunt enim ſibi autoritatem ſupra alios Epiſcopos, multaq́; agunt quæ ad neruos Antichriſti ſpectant: id quod ſuis in locis copioſius oſtendetur.

Hæreſes quoq; priores, licet à præſtantiſſimis uiris refutatæ eſſent, tamen longè lateq; graſſatæ ſunt. Non enim modò Arianorum peſtis Gotthos tenuit, ſed Eutychiana quoque lues in ſede Antiochena, alijsq́; lo-

Conſtantinopolitanæ, & aliarum. Antiochiæ epiſcopus interfuit & ſubſcripſit quintæ ſynodo Romanæ, tomo primo Conciliorum. Meminit & Euagrius paſsim epiſcoporum Antiochenorum, quorum uitas infrà deſcribemus: & Procopius libro ſecundo belli Perſici.

Apameæ fuiſſe Eccleſiam, teſtatur Euagrius libro tertio, capite trigeſimo quinto. Eius uerò urbis epiſcopus fuit Canon, qui mutata epiſcopali functione militauit cõtra Anaſtaſium. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſexto. Apameatum etiam epſcopus quidam interfuit concilio Cõſtantinopolitano quinto, ſecundo tomo Conciliorum. Eius eccleſiæ Procopius etiã libro ſecundo belli Perſici mẽtionem facit.

Palmyrenæ eccleſiæ epiſcopus inter alios recenſetur in quinta Conſtantinopolitana ſynodo, tomo ſecundo Conciliorum.

Seleuciæ Sytiæ ambaſiator Ioannes, in quinta ſynodo Conſtantinopolitana nominatur: tomo ſecundo Conciliorum.

In Laodicea Syriæ, epiſcopatum tenuit Nicius. Euagrius libro tertio, capite trigeſimoprimo.

Hierapoli epiſcopum egit Xenæas: Euagrius libro tertio, capite uigeſimoſecundo, & libro ſexto, capite uigeſimo.

Epiphaniæ eccleſiæ gubernationem ſuſtinuit Coſmas, eius loci epiſcopus: Euagrius libro tertio: capite trigeſimoquarto. Eius epiſcopi etiam mentio fit aliquoties in quinta Conſtantinopolitana, Tomo ſecundo Conciliorum.

Fuiſſe Coſrois tempore Eccleſiã etiã Berrhęæ, Suræ, Sergiopoli, teſtis eſt Procopius libro 2 Perſici belli. In primis uerò ibi Candidum Sergiopolis epiſcopum commendat, quòd aliquot millia captiuorum pecunia redemerit.

Duraſſe & in Cœloſyria Eccleſiam Chriſti, inde liquet, quia earum eccleſiarum fit mentio in actis quintę Cõſtãtinopolitanę. maximè uerò Heliopolitana celebratur eccleſia.

Nec Meſopotamia hoc ſeculo à Chriſti doctrina fuit aliena. Niſibis enim epiſcopus Gregorium Antiochenum epiſcopum, de ſtatu ſuarum rerum certiorem facit. Euagrius libro quinto, capite nono.

Edeſſę epiſcopus fuit Rabulas. Theod. Lector libro ſecundo, in ſuis Collectaneis.

Amidæ fuiſſe eccleſiam, clades & expugnatio bellica cõtra Chriſtianos eius loci facta, apud Procopium libro primo belli Perſici confirmat.

In Aſia minori etiam paſsim ſua habuit Eccleſia hoſpitia. nam ex Ciliciæ ciuitatibus, Iotapa, Piſidia, Pompeiopoli, Tarſo, Corico, Anemutio, epiſcopi ad ſynodum Romanam & Conſtantinopolitanam ueniſſe leguntur: Tomo primo & ſecundo Conciliorum.

In Pamphilia. nam Epiphanius Pergenſis epiſcopus ſynodo Romanę interfuit, & ſubſcripſit: Tomo primo Cõciliorũ. Eiuſdem ciuitatis epiſcopi fit mentio in actis quintæ Conſtantinopolitanæ, Tomo ſecundo Conciliorum. Ibidem Tryphon Corbaſæus epiſcopus prouinciæ Pamphiliæ, inter alios damnationi Petri epiſcopi Apamearum, & eius complicum ſubſcripſiſſe legitur.

Attaliæ epiſcopus Dionyſius, in quintæ Romanæ ſynodi hiſtoria numeratur: Tomo primo Conciliorum.

Cõmacorum metropolitanæ & Homonadorum, ciuitatum Pamphiliæ epiſcopi nominantur in actis quintæ Cõſtantinopolitanæ ſynodi, Tomo 2. Conciliorum.

Fuerunt & in Piſidia Eccleſiæ, Chriſti ueritatem amplectentes. nam Antiochiæ metropolitanæ Piſidiæ epiſcopum Bacchum, quintæ Conſtantinopolitanæ ſynodi hiſtoria memorat. Et Ioannes metropolitanæ ciuitatis Piſidiorũ regionis quintæ Conſtantinopolitanæ ſynodo ſubſcripſit: Tomo ſecundo Conciliorum.

In Lycia & Caria plurimæ fuerunt illuſtres eccleſiæ: ut Pataræ, Telmeſsi, Miræ, Limyrę, Sagaliſi, Balburę, Antiphelli, Gnidi, Halicarnaſsi, Bubone, Eudoxatæ, Olympi, Rhodiapoli, & alijs locis: quorum Epiſcopi partim in actis ſynodi quintæ Romanæ, Tomo primo Cõciliorum: partim ſynodi quintæ Conſtantinopolitanæ, Tomo ſecundo Conciliorum recenſentur. Halicarnaſſenſis epiſcopi Iuliani meminit etiã Theodorus Lector libro ſecundo Collectaneorum.

Nec Ionia hoc ſeculo caruit Chriſti religione. Epheſi enim illuſtris fuit eccleſia, cuius epiſcopum egit Rufinus: Gregorius libro quinto Epiſtolarum, indictione decimaquinta, capite centeſimo ſeptuageſimoquinto. Eiuſdem Eccleſiæ meminit Symmachus, epiſcopus Romanus, in epiſtola ad Illyrios, Dalmatios & Dacos ſcripta.

Epheſinæ & Smyrnenſis eccleſiæ epiſcoporum mentio quoq; fit in actis ſynodi Romanæ & Conſtãtinopolitanæ, Tomo primo & ſecundo Conciliorũ. Ibidem & Miletinẽſis epiſcopus Hyacinthus nominatur. Miletinæ eccleſiæ etiam mentionem facit Gregorius, libro ſeptimo Epiſtolarũ, indictione ſecunda, cap. ſexageſimoſecundo.

Magneſia ad Mæandrum, epiſcopũ ſuum Leontium miſit ad ſynodum quintam Romanam: Tomo primo Conciliorum,

Ex Lydiæ ciuitatibus, ut Philadelphia, Alabãda, Trapezopoli, Apollonia, Stratonica, Tripoli, & ex Lydia Sardeorũ, epiſco-

pos quintæ Romanæ & Conſtantinopolitanæ ſynodis præſtò fuiſſe, acta teſtantur.

Lycaonia hoc ſeculo complures habuit illuſtres eccleſias. nam Epiphanius epiſcopus Barathatus, Lycaoniæ prouinciæ, nominatur in actis ſynodi Conſtantinopolitanæ.

Pertenſis epiſcopi meminit quinta Romana ſynodus.

Iconium, Liſtram, Derben & Larandam, antiquas eccleſiæ ſedes, hoc etiam ſeculo Chriſti fuiſſe hoſpitia, teſtantur nomina epiſcoporum, qui quintæ Romanæ ſub Symmacho interfuerunt.

Phrygiam utramque hac ætate Eccleſiæ Chriſti ſedem præbuiſſe, acta Conſtantinopolitanæ & Romanæ ſynodorum teſtatum faciunt. Nam nomina epiſcoporum Philomenij, Themiſonij, Natoliæ, Docimæi, Eucarpiæ, Hierapolis, Midaci, Synadæ, Lyſiadis, Apollonię Iulij, Troadis, in catalogo Romanæ ſynodi referuntur. Et Pergami, Tiberiopolis, Theodoſianopolis, Anaſtaſianopolis, Theodoſianæ, Phrygiæ, Pacatianę, & Traianopolis Phrygiæ, Salutariæ, Prymneſiæ, Ariaſſorum epiſcopi, quintę Conſtantinopoleos interfuerunt.

In Bithynia Nicomedię, Cæſareę, Niceę, Apameę, Patauij, Tij, unde epiſcopi ad ſynodum Conſtantinopoleos uenerunt: Tomo ſecundo Conciliorum.

Chalcedone epiſcopũ egit Probus: cuius meminit Nicephorus libro decimooctauo, capite uigeſimoſeptimo.

Epitynchanum Germę, Pythagoram Synopeorum, Helleſponti prouinciarum epiſcopos, quinta Cõſtãtinopoleos nominat.

Lampſaci, Parij, Dardani epiſcopos interfuiſſe Romanæ ſynodo, acta teſtãtur: Tomo primo Conciliorum.

Cyzizena eccleſia epiſcopũ habuit Euſebium: cuius meminit Procopius libro primo de bello Perſico.

In Ponto fuiſſe eccleſias, certum eſt ex epiſtola Iuſtini imperatoris ad Hormiſdam, de pertinacia Põticarum eccleſiarũ: Tomo primo Conciliorum.

Neocæſareæ Ponti Polemoniati, & Trapezuntis epiſcopi, quintæ Romanæ & Conſtantinopolitanæ ſynodis interfuiſſe ſcribuntur: Tomo ſecundo Conciliorum. Trapezuntinæ eccleſiæ meminit quoque Nicephorus libro decimoſeptimo, cap. nono.

Habuerunt & Galatiæ ciuitates, cœleſtis ueritatis præcones: ut Ancyra, Iuliopolis, Claudiopolis, Peteniſſus, Sinope, Cimolis, quorum mẽtio fit partim in ſynodo Romana, partim in Conſtantinopolitana.

Claudiopolis & Seleuciæ, Iſaurorum regionis, epiſcopi meminit eiuſdem ſynodi catalogus: & Euagrius libro tertio, capite trigeſimotertio: Gregorius libro ſecundo Epiſtolarum, indictione undecima, capite nonageſimoprimo: & lib. quarto, indictione decimatertia, capite ſeptuageſimoquarto, monachorũ & Heliæ abbatis prouincię Iſaurorum mentionem facit.

In Cappadocia plurimæ fuerunt celeberrimæ eccleſię, quarũ epiſcopi quintę & ſextæ Ro. & quintæ Conſtantinopolitanæ ſynodis præſtò fuerunt: ut Polemonij, Sebaſtiæ, Tyanæ, Sebaſtopolis, Iuſtinianopolis, ſecundæ prouinciæ Cappadociæ ciuitatis, Zelæ: Cæſareæ uerò Cappadociæ epiſcopũ Theodorum Vigilius damnat, tomo ſecundo Conciliorum. Eius eccleſiæ meminit etiam Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſecundo, Cappadociæ ſecundæ epiſcopum fuiſſe Eleuſinum, Euagrius libro tertio, capite trigeſimoprimo affirmat.

In Armenia magna hoc ſeculo fuiſſe nobiles eccleſias, Euagrius indicat libro quinto, capite ſeptimo. Idem Procopius libro ſecundo belli Perſici teſtatur. Nominat Cotenorum, Nyſæ, Sopheuæ, Armeniæ ciuitatum epiſcopos, hiſtoria quintæ Conſtantinopolitanæ ſynodi, tomo ſecũdo Conciliorum: & quintæ ac ſextę Romanæ, Tomo 1.

In Iberia Aſiæ regione fuiſſe cœtum Chriſtianæ fidei præ omnibus ſtudioſiſſimum & tenaciſsimum, autor eſt Procopius libro primo de bello Perſico.

Zanos omnes Chriſtianos fuiſſe, in Colchorum terra, Procopius ibidem indicat.

Perſiam quoq; non fuiſſe expertem Chriſtianæ doctrinæ, inde colligitur: quia catholicum epiſcopum Chriſtianorum, in Dubio Perſica regione fuiſſe. Procopius affirmat libro ſecundo belli Perſici. Et Perſas ad Onogorim Stephano πρωτομάρτυρι templum extruxiſſe, & non procul ab urbe Phaſide magnificum & ſanctum Chriſtianorũ templum fuiſſe, indicat Agathius libro tertio.

Nec India Chriſti caruit doctrina. Lazoti enim, ſeu Colchi, ut dictum, Chriſtiani fuerunt, & de Deo idẽ cum Iuſtiniano Romanorum Imperatore ſenſerunt. Agathius libro ſecundo, & tertio.

Xoanenſem & Andrapanenſem, Indiæ epiſcopos, quinta Conſtantinopolitana nominat.

## DE ECCLESIIS
### *per Africam.*

IN Aegypto ſub Anaſtaſio, Alexãdrię fuiſſe Eccleſiam, teſtis eſt Euagrius libro tertio capite trigeſimoprimo: & libro quarto, capite undecimo, ubi Zoili Alexandrini epiſcopi mentionem facit.

Canẽſis & Abydenſis epiſcopi quintę Romanæ ſynodo interfuerũt, ut patet ex Actis.

Carthagini: nam Procopius libro tertio

& quarto

& quarto belli Vandalici narrat, ſacerdotes eius loci, pulſis Arianis, templum Cypriani recepiſſe. Gregorius papa libro ſecundo Epiſtolarum, indictione decima, capite trigeſimo nono, Dominicum epiſcopum Carthaginenſem officioſe per literas ſalutat, &de rebus eccleſiaſticis certiorem facit.

Syldecti, oppidi Aphricæ, ſacerdotis meminit Procopius libro tertio belli Vādalici.

Gazophylis fuiſſe Eccleſiam, inde apparet: quia duces Stozæ, ſpe conſeruādæ uitę, ibi in templum confugerunt, ubi ſpe fruſtrati ac trucidati ferūtur. Procopius libro quarto belli Vandalici.

Fuiſſe & in Numidia celebres Chriſti eccleſias, Gregorij papę (libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite ſeptuageſimo quinto) mandarum, de non recipiendis Donatiſtis in Eccleſiaſticas functiones, ad uniuerſos Numidiæ epiſcopos perſcriptum declarat. Epiſcopum habuit Numidia Colūbum. Gregorius libro ſecundo Epiſtolarū, indictione decima, capite trigeſimotertio. Idem libro tertio, indictione duodecima, capite ſeptimo, conqueritur de peruerſo Numidiæ concilio.

Et in Marmaricis: nam inſulæ Melitenſis epiſcopi meminit Gregorius libro octauo, indictione tertia, capite primo. Et in Libya perſecutio ab Arianis tempore Iuſtiniani orthodoxis intentata, probauit, eſſe ibi Eccleſiæ membra: Euagrius libro quarto, capite decimoquarto & decimoſexto.

In Aethiopia, Hellisſæus rex ſtudioſus pietatis fuit: Procopius libro primo de bello Perſico.

### DE ECCLESIIS PER *inſulas maris Mediterranei.*

IN Cypro fuiſſe hac ętate Chriſtianos, acta ſynodorum quintæ Romanæ, & quintæ Conſtantinopolitanæ teſtatum faciunt. Tamaſſenus enim epiſcopus, quintę Romanæ ſynodo, ſub Symmacho, interfuit: tomo primo Conciliorū. Conſtantiæ & Amathuntis presbyteros, ciuitatum in Cypro, hiſtoris quintæ Conſtantinopolitanæ nominat, tomo 2. Conciliorum. Rhodus etiam epiſcopum ſuum in quintam Romanam ſynodum, ſub Symmacho, miſiſſe legitur.

Carpathi, Pari, Naxi, inſularum epiſcopi in Conſtantinopolitana ſynodo, tomo ſecundo Conciliorum numerantur.

In Creta Andreas factus eſt epiſcopus: Gregorius libro] ſeptimo Epiſtolarum, indictione prima, capite undecimo.

Gortynæ metropolis in Creta epiſcopus Theodorus, Mennæ ſententiæ contra Seuerum, Petrū & Zonaram ſubſcripſit. Acta ſynodi quintæ Conſtantinopolitanæ, Tomo ſecundo Conciliorum.

Chij, Mitylenæ in Lesbo, Lemni, epiſcopos quintæ Romanę ſynodo interfuiſſe, teſtantur acta, Tomo primo Conciliorū. Coorum epiſcopum quinta Conſtantinopolitana ſynodus habet, Tomo ſecūdo Cōciliorū.

Corcyra inſula maris Ionij habuit epiſcopum Alcyſonum: ad quem literę extant Gregorij papæ, libro duodecimo Epiſtolarum, indictione ſeptima, capite ſeptimo. Corcyrorum epiſcopus interfuit etiam quintæ Conſtantinopolitanæ ſynodo.

In Gorgonem inſulam maris Iberici Horoſius abbas ablegatur, ad repurgandam & inſtaurandam eius loci Eccleſiam. Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite quinquageſimo.

In Silicia celebres plurimas fuiſſe Eccleſias, conſtat ex Gregorij libro primo, indictione nona, epiſtola ad uniuerſos epiſcopos Siciliæ.

Meſſanæ: nam ad eius epiſcopū Felicem extat epiſtola Gregorij, libro primo, indictione nona, capite trigeſimooctauo.

Syracuſis: nam Maximiniano ibidē epiſcopo omniū Eccleſiarū Sicularū inſpectio & gubernatio demādatur à Gregori o lib. 2. Epiſtolarum, indictione decima, capite 4.

Panormitana eccleſia paſsim etiam apud Gregorium celebratur. Eius epiſcopus fuit Bonifacius Victor. Gregorius libro ſecūdo Epiſtolarum, indictione undecima, capite ſexageſimoſexto: & libro primo, indictione nona, cap. ſeptuageſimoprimo: & in Dialogis libro quarto, capite quinquageſimoſeptimo, epiſcopum Panormitanum memorat Agathum quendam, ex naufragio diuinitùs liberatum.

Agrigenti: nam epiſcopatum eius tenuit Gregorius quidam: Gregorius libro ſecundo Epiſtolarum, indictione undecima. cap. quinquageſimoprimo.

Taurominitanæ eccleſiæ meminit Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite ſeptuageſimoprimo: & libro 2. indictione decima, capite decimotertio.

Liparitanæ eccleſiæ inſpectionem & gubernationem ſuſtinuit Paulinus epiſcopus Tautianenſis: Gregorius libro ſecundo Epiſtolarum, indictione decima, capite decimotertio & uigeſimooctauo.

Cathanenſi epiſcopo Leoni ſcribit Gregorius, libro tertio Epiſtolarum, indictione duodecima, capite trigeſimoquarto.

Trecalonitana eccleſia epiſcopum habuit Petrum: de quo Gregorius libro quarto Epiſtolarum, indictione decimatertia, capite quinquageſimoquinto.

Lilybeæ: nam ibi epiſcopum egit Theodorus. Gregorius libro ſecundo Epiſtolarum, indictione undecima, capite 88.

Fuiſſe & in Sardinia inſula eccleſias non obſcuras, Gregorius indicat libro tertio Epiſtolarum, indictione duodecima, capite uigeſimoquinto, & uigeſimooctauo, & uigeſimonono, & alibi. Carnenſem epiſcopum quinta Romana ſynodus nominat.

Caralli, ciuitate Sardiniæ: quia epiſcopatum eius tenuit Ianuarius. Gregorius libro primo Epiſtolarũ, indictione nona, capite ſexageſimo, ſexageſimoprimo, ſexageſimo ſecundo, & alibi.

Habuit etiam in inſula Corſica ſuum locum Chriſti Eccleſia: ut patet Gregorij libro primo Epiſtolarom, indictione nona, capite quioquageſimo. Epiſcopi Corſicæ fuerunt Leo & Martinus: Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite ſeptuageſimoſexto, ſeptuageſimoſeptimo, & ſeptuageſimonono.

Fuiſſe Aleriæ & Adiacij eccleſiam, inde patet, quòd Gregorius libro nono Epiſtolarũ, indictione quarta, capite ſeptuageſimo quarto, Bonifacio defenſori Corſicę ſcribit, ut in Aleria & Adiacio, ciuitatibus Corſicę, ſacerdotes eligi & conſecrari curet.

Meminit & aliarũ inſularum Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite quadradeſimooctauo, & quadrageſimo nono, & quinquageſimoſecundo: ut Orphianæ, Chriſti montis, Cabis, Corſicæ uicinarum, in quibus ſedem quoque ſuam habuit Chriſti Eccleſia. Fuit etiam Eccleſia in inſula Capricana: quę oon procul abeſt à Maiorica: Gregorius libro 11. indictiõe ſexta, epiſtola quinquageſima ſecunda.

## DE ECCLESIIS *Europæ.*

Hoc ſeculo illuſtriora ferè habuit hoſpitia, & ampliora, Eccleſia Dei in Europa, quàm in ullis alijs mũdi partibus. Nã in Græcia paſsim fuiſſe eccleſias, inde conſtat, quia multi epiſcopi eorum in ſynodum Hieroſolymitanam, ſub Beliſario celebratam, cõuenerunt: ut teſtantur acta ſynodi quintæ Conſtantinopolitanæ, Tomo ſecundo Conciliorũ. Et Gregorius libro quinto Epiſtolarum, indictione decimaquarta, capite centeſimo decimo, mandat uniuerſis epiſcopis Achaiæ, ne quem lucri, fauoris aut præmiorum cauſa ad ſacros ordines promoueant.

Corinthiorum epiſcopi memioit hiſtoria ſynodi quintæ Conſtãtinopolitanæ: & Gregorius libro ſecundo Epiſtolarum, indictione undecima, capite quadrageſimoquinto: & libro quinto Epiſtolarum, indictione decimaquarta, capite centeſimonono: & centeſimo decimo, Corinrhiorum epiſcopum Ioannem inſtruit de grege Domini rectè gubernando. Idem libro ſecundo Epiſtolarũ, indictione undecima, capite ſeptuageſimo ſeptimo, uniuerſos Corinthios epiſcopos ad concordiam hortatur.

In Peloponneſo fuiſſe eccleſias, certũ eſt. nam Araxeni & Aegiritani epiſcopi quinta Romana ſynodus mentionem facit, Tomo primo Conciliorum. Colonenſem epiſcopum ſexta Romana ſynodus cõmemorat, Tomo primo Concilotum.

Fuiſſe eccleſias etiam Thebis Bœotiæ, & Lariſſæ, epiſcoporum earum ciuitatum nomina teſtantur apud Gregorium lihro ſecũdo Epiſtolatum, indictione undecima, capite quadrageſimoquinto, & quadrageſimoſexto.

In Theſſalia: nam eius epiſcopus fuit Euſebius. Gregorius libro nooo Epiſtolarum, indictione quarta, capite ſexageſimonono.

Fuiſſe & in Epiro eccleſias, ex epiſtola Gregorij cõſtat libro quinro, indictione decimaquarta, capite centeſimoſeptimo: ubi epiſcoporũ eius loci nomina recẽſet, eosq; de ordinatione epiſcopi Nicomeditani, de uſu pallij & uẽditione columbarum in templo Dei commonefacit.

Hepheſtiẽſis epiſcopus Epiri, ſuo teſtimonio acta quintæ Romanę ſynodi ſub Symmacho cõprobauit: Tomo 1. Conciliorum.

Epiſcopũ Eurorum, ueteris Epiri prouinciæ, quinta Conſtantinopolitana ſynodus nominat, Tomo ſecundo Conciliotum.

Habuit & Macedonia illuſtres aliquot eccleſias. Arethuſæ epiſcopus fuit Seuerianus: Euagrius libro tertio, capite trigeſimoquarto. Arethuſanus epiſcopus libello ad Imperatorem Iuſtinianum, in quinta Conſtãtioopolitana ſynodo miſſo, ſubſcripſiſſe legitur, in actis quiotæ Conſtaotinopolitanæ ſynodi.

Stratonicẽſis & Heracleus epiſcopi quintæ Romanæ ſynodo præſtò fuerunt.

Theſſalonicæ hoc etiam ſeculo duraſſe Eccleſiã, iode palàm eſt: quia ipſorũ epiſcopi metu Imperatoris Anaſtaſij, Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo, quem concilium Chalcedoneoſe anathematizauerat, conſenſerunt. Tomo ſecundo Conciliorũ.

Gregorius papa libro ſeptimo Epiſtolarũ, indictione prima, capite undecimo: prę ter alios Euſebio quoque Theſſalonicenſi epiſcopo ſcribit, ne quem ex militari habitu intra triennium in monaſteria ſuſcipiant.

In Thracia Conſtantinopolitana celebratur eccleſia, cùm ob celeberrimam ſynodũ in hac urbe coactam, tum propter nobiliſſimum templum Sophiæ, quod Iuſtinianus Imperator ibi extruxit, cui ſimile in toto orbe terrarum inueniri non potuit. Euagrius libro quarto, capite trigeſimoprimo, Nicephorus libro decimoſeptimo, capite 20.

Petinthi.

Perinthi :ut colligitur ex Nicephori libro decimooctauo, capite uigeſimooctauo.

Ex Adrianopoli & Neapoli epiſcopi in quintam Romanam ſynodum miſsi dicuntur, tomo primo Cōciliorū, in eadē ſynodo.

Fuit & Calliopoli eccleſia, quia epiſcopos habuit Ioannem & Sauianum, ad quos extant epiſtolæ Gregorij papæ libro ſecundo Epiſtolarum, indictione undecima, capite octuageſimoquarto: & libro ſeptimo, indictione ſecunda, capite centeſimo quarto.

Boſphori epiſcopum ſæpe ſynodus quinta Conſtantinopolitana nominat.

Nicopoli Chriſti doctrinam propagauit Andreas, eius loci epiſcopus: Gregorius libro ſeptimo Epiſtolarum, indictione undecima, capite undecimo. Eiuſdem ciuitatis epiſcopus ſextæ Romanæ ſynodo interfuit, tomo primo Conciliorum.

Nec Myſis à Chriſti religione fuit aliena: quia incolæ eius bello deuictę, ad Ioannem Cappadocem genere, aliàs cognominatum Dagan, imperatoris Iuſtiniani præfectum, oratores miſerunt, precatum ne ſe perdere ad internecionem iam uellet, gentem ab antiquo obedietem, & eadem ſecum de Deo quàm optimè ſentientem. Agathius de bello Gothorum libro quarto, nō procul à fine.

Dionyſij Politani epiſcopi mentionem facit ſynodus quinta Romana, tomo primo Conciliorum.

Theodoſiæ fuiſſe eccleſiam, teſtatur tomus primus Conciliorum: ubi eius epiſcopū quintæ Romanæ ſynodo affuiſſe narrat.

Fuiſſe & in Illyria, Dardanio, & Dacia paſſim hoc ſeculo celebres Eccleſias, Symmachi epiſtola ad epiſcopos, & plebem earum regionum teſtatum facit. Gregorius libro primo, indictione nona, capite quadrageſimo tertio uniuerſis per Illyricum epiſcopis ſcribit, de epiſcopis quibuſdam in exilium pulſis, ſuſcipiendis.

Vlpianæ eccleſiæ in Illyria, Procopius libro tertio de bello Gothorum meminit.

Salonæ ſedem fuiſſe regni Chriſti, inde conſtat: quia Maximus, qui Salonitanū mepiſcopum arripuit, Romam citatur. Gregorius libro quinto Epiſtolarum, indictione decimaquarta, capite centeſimo uigeſimoquinto, & cētēſimo uigeſimo ſexto. Fuit & epiſcopus Salonitanus Natalis, cui ſcribit Gregorius libro primo Epiſtolarū, indictione nona, capite decimonono.

Theodoricus de Berna, rex Longobardorum, Ianuario Salonitano epiſcopo ſcribit, libro ſecundo ſuarum Epiſtolarum.

Fuerunt Scodræ quoque Chriſtiani: quia Stephanus quidam & Conſtantius egerunt ibi epiſcopos. Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capice trigeſimo ſexto: & libro decimo Epiſtolarum, indictione quinta, capite trigeſimo ſexto.

Dalmatica eccleſia epiſcopū habuit Malchum: Gregorius ibidem.

Riſinēſi epiſcopo Sebaſtiano ſcribit Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite uigeſimoſeptimo.

Roma licet ſedem Antichriſto paulatim dederit, tamē & Chriſto hoſpitium aliquod præbuit: ut patet ex uiris epiſcoporum eius, quas infrà deſcribemus: & ex concilijs ibidem habitis, de quibus ſuo loco.

Rauennatenſis eccleſia epiſcopum ſuum in primam & ſecundam ſynodum Romanam miſit: tomo primo Conciliorum, in actis Synodorum.

Interamnenſis, Mutinenſis, Tudertinæ, Vercellenſis, Fundanæ, Præleſtinæ, Peruſinæ, Nucerinæ, eccleſiarū epiſcopos nominat tertia ſynodus Romana, tomo primo Conciliorum. Peruſinæ eccleſiæ meminit etiam Chronicon Iuonis, de Iuſtiniano imperatore. Ticinenſis epiſcopus ſextam Romanā ſynodū ſub Symmacho, ſuo ſuffragio cōprobauit: tomo primo Conciliorum. Eiuſdem eccleſiæ epiſcopi meminit Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo: & Paulus Diaconus libro decimoquinto.

Puteolorū, Piſauri, Ferenti, Spoleti, Nurſiæ, Tiſerni, Anagnię, &c. epiſcopi, primæ & ſextæ Romanę ſynodo ſub Symmacho, ſubſcripſerunt. tomo primo Conciliorum.

Feſulani, Nolani, Salernitani, Eſculani, & aliorum Italię epiſcoporum meminit quinta Romana & Conſtantinopolitana ſynodus, tomo ſecundo Conciliorum.

Fuit & Venetijs Eccleſia: quia eius epiſcopus uenit in primam Aurelianenſem ſynodum. Venericę urbis epiſcopum Maclianum nominat Gregorius Turonenſis libro quarto hiſtoriarum, capite quarto.

De eccleſia in Hiſtriæ partibus, in primis Tergeſtina, ſcribit Gregorius libro undecimo Epiſtolarum, indictione ſexta, capite trigeſimooctauo,

Senonicæ eccleſiæ epiſcopus Archemius primæ Matiſconenſi ſynodo ſubſcripſit, tomo ſecundo Conciliorum.

Vetonenſis eccleſiæ epiſcopus Arnemenſi ſynodo ſub Vigilio papa interfuit, tomo ſecundo Conciliorum.

Aquileienſem antiſtitem Paulum, Sabellicus Enneade octaua, libro quinto cōmendat. Gregorius libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite decimoſexto, epiſcopum Aquileienſem noui ſchiſmatis autorem, ad cognitionē cauſæ Romam citat.

Hydrontinæ, Brunduſij & Gallipolenſis eccleſiæ adminiſtratori ſcribit Gregorius libro quinto Epiſtolarum, indictione decima-

quarta

quarta, capite centeſimo uigeſimoprimo.

Neapolitanæ eccleſiæ cùm aliàs ſæpè, tum libro primo Epiſtolarũ, indictione nona, capite decimoquarto: & libro ſecundo, indictione decima, capite ſexto & ſeptimo, Gregorius mentionem facit.

Fuiſſe & in Campania eccleſias, teſtatur Gregorius libro ſecundo, indictione undecima, cap. quadringenteſimoquarto: & lib. ſeptimo Epiſtolarũ, indictione ſecũda, cap. trigeſimonono, & in ſequentibus: ubi nominatim Vulternenſis eccleſiæ meminit.

Nec Longobardi Chriſti caruerunt doctrina: teſte Gregorio libro ſecundo Epiſtolarum, indictione decima, capite ſecundo: & libro tertio, indictione duodecima, capite quarto: ubi Theodolindam Longobardorum reginam ad tuenda Chalcedonenſis concilij decreta grauiter hortatur.

Similiter Procopius Longobardos fuiſſe Chriſtianos, libro tertio de bello Gotthico confirmat. Tridenti fuiſſe eccleſiã, Bonfinius teſtatur libro octauo rerum Vngaricarum, Decade 1. & Theodoricus Longobardorum rex, in epiſtola ad Tridentinos, libro ſecundo.

Non pauciores, nec obſcuriores in tota Gallia hoc ſeculo fuiſſe Eccleſias, quàm in Italia, cùm hiſtoriæ plurimarũ ſynodorum, ut primæ, ſecundæ, tertiæ & quintæ Aurelianenſium, primæ & ſecundæ Matiſconenſis, tertiæ Toletanæ, quibus plurimi Galliæ epiſcopi interfuerunt: tum Gregorius libro quarto Epiſtolarum, indictione decimatertia, capite nonageſimoſexto, & paſsim lib. quinto, ac alijs locis, certò confirmant. Agathius lib. primo & ſecũdo ſcribit, omnes Francos Chriſtianos, & rectiſsimæ inter cæteros omnes ſententiæ fuiſſe: & haud ſecus quàm Romanos, feſtos dies peregiſſe.

Mediolani in primis fuit celebris eccleſia, cuius epiſcopus Laurentius tertiæ Romanæ ſynodo ſubſcripſit. Eius & Conſtantini ſæpe honorificã mentionem facit Gregorius libro ſecundo Epiſtolarum, indictione undecima, cap. ſexageſimoquinto, ſexageſimooctauo, & ſexageſimonono: & libro tertio, indictione duodecima, capite primo, ſecundo, tertio, & aliàs.

In Burgundia, Sigiſmundus monaſteriũ extruxit: teſte Sigeberto.

Maſsilienſis eccleſiæ epiſcopus ſecundæ Matiſconenſi ſynodo interfuit: tomo ſecundo Conciliorum. Gregorius libro nono Epiſtolarum, indictione quarta, capite nono, cum Sereno Maſsilienſi epiſcopo, de fractis ſanctorum imaginibus grauiter expoſtulat.

Lugdunenſis eccleſiæ ſæpe fit mentio apud Gregorium Turonenſem, & Gregoriũ papam. Eius epiſcopi tertio & quinto Aurelianenſi, & primo & ſecundo Matiſconenſi concilio interfuiſſe ſcribuntur, tomo ſecundo Conciliorum.

Carbonenſis metropolitanus Galliæ prouinciæ epiſcopus, tertio Toletano concilio ſubſcripſit, tomo ſecundo Conciliorũ. Toloſanæ eccleſiæ epiſcopus primam Aurelianenſem, & ſecundam Matiſconenſem ſynodum ſuo teſtimonio comprobauit.

Diuienſis, Aruernenſis, Burdegalẽſis, Ambianenſis, Tricaſsinus, Viennenſis, Turonẽſis, &c. epiſcopi primæ, ſecundæ & tertiæ Aurelianenſi ſynodo interfuerũt: tomo primo & ſecundo Conciliorum. Eccleſia Rothomagenſis Gildredum, & Nouiomenſis Medardum, fratres gemellos, habuit epiſcopos. Sigebertus in Chronico.

Lutetiæ uel Pariſijs floruiſſe eccleſiam, teſtatur hiſtoria Pariſienſis ſynodi primæ, circa tempora Pelagij primi papæ coactæ, tomo 2. Cõciliorũ. Eiuſdẽ Eccleſiæ epiſcopos hiſtoria prima, ſecũda & tertia Aurelianẽſium ſynodorum celebrat. Regino libro primo Chronicorum, Heribertum Pariſiorum regem, ob inceſtas cum ſororibus duabus nuptias, à ſancto Germano Pariſienſi epiſcopo excommunicatum, & iuſto Dei iudicio punitum eſſe, ſcribit.

Pictauij fuiſſe eccleſiam, teſtatur Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite ſeptimo: & libro quarto Hiſtoriarũ, capite decimooctauo: & Sigeberti Chronicõ.

In Gallia Aquitanica quoq; nobiles fuiſſe eccleſias, certum eſt: quia Bituricenſis & Aurelianenſis epiſcoporum, meminit hiſtoria ſynodorum Aurelianenſium, tomo primo & ſecundo Conciliorũ. Gregorius Turonenſis libro quinto, capite ſexto, Leonaſten Bituricum archidiaconum iurè cæcitate punitum narrat: & ſynodus Aruernenſis tomo ſecundo Conciliorum, Bituricenſem, Rhutenenſem, Gabalitanum, Lemouicenſem epiſcopos recenſet.

Plura loca Gregorius papa libro ſeptimo Epiſtolarum, indictione ſecunda: & acta ſynodorum Aurelianenſium, Turonicarum, Pariſienſis, Toletanarum, & aliarum, tomo Cõciliorũ primo & 2. & Turonenſis, paſsim indicant: quæ breuitatis cauſa præterimus.

In Hiſpania Chriſtianam religionẽ in primis floruiſſe, uel ſolæ hiſtoriæ Hiſpalenſis & Toletanarum ſynodorum, hoc ſeculo celebratarum, ſunt indicio. Tarraconenſis Hiſpaniæ, quæ uicina eſt Gallijs, complectens Nauarræ, Cathalaniæ & Aragoniæ regnum, multi epiſcopi, in tertia Toletana ſynodo numerantur: ut Pompelonenſis, Tarraconenſis, Gerundenſis, Cęſarauguſtanus, Iberdenſis, Barcinarenſis, & alij complures: tomo ſecundo Conciliorũ. Eccleſiam Cæſaraugu-

ſarauguſtanus, Iberdenſis, Bætinarenſis, & alij complures: tomo ſecundo Cōciliorum.

Eccleſiam Cæſarauguſtanam etiam celebrat Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite uigeſimo ſeptimo.

Leandrum Carthaginis prouinciæ Hiſpaniæ, profeſsione monachum, & Ioannem Gerundenſem, Maximum Cæſarauguſtanum, epiſcopos nominat Iſidorus Hiſpalenſis de Viris illuſtribus, capite uigeſimooctauo, trigeſimoprimo, & trigeſimotertio. Gregorius Papa libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite quadrageſimoprimo: & libro ſeptimo, indictione ſecunda, capite centeſimo uigeſimoquinto, Leandro Hiſpaniarum epiſcopo de trina baptiſmi merſione, & alijs rebus ſcribit.

In Hiſpania Betica, quæ hodie Granata dicitur, celebres hoc ſeculo eccleſiæ fuerunt, Hiſpali, Cordubæ, Ilipæ: quarum epiſcopos quinta Romana, & tertia Toletana ſynodus memorat, tomo primo & ſecundo Conciliorum.

Fuiſſe & in Luſitania illuſtres eccleſias, decreta Hormiſdæ papæ, tomo primo Conciliorum, teſtantur. Portugaliæ & Galliciæ metropolitani, tertię Toletanæ ſynodo interfuerunt. Caſtulonenſem epiſcopū, eiuſdem Synodi hiſtoria aſsignat.

Valeriæ epiſcopum ob ſingulare pietatis ſtudium commendat Chronicon Antonini, titulo & capite nono, paragrapho ſecundo.

Fuiſſe porrò & in Germania eccleſias, ſatis liquet ex epiſtola Pelagij ſecundi ad uniuerſos Germaniæ epiſcopos. Meminit etiā Germanicorum epiſcoporum Gregorius libro ſeptimo Epiſtolarum, indictione prima, capite trigeſimo.

Ex Conſtantienſi eccleſia epiſcopus Leontianus, ad primam Aurelienſem ſynodū profectus legitur, tomo primo Conciliorū.

Cameracenſis eccleſię epiſcopus Gaugericus, claruit anno quingenteſimo nonageſimoquarto: Sigeberti Chronicon. Treueri fuit illuſtris eccleſia, cuius epiſcopus Nicetius paſsim celebratur, Aruernēſi, & quintæ Aurelianēſi ſynodo ſubſcripſiſſe dicitur: Tomo ſecundo Conciliorum. Meminit & Gregorius papa Treuerenſium eccleſiæ, libro ſecundo Epiſtolarū, indictione 10, cap. trigeſimoquinto. In Agrippinenſi Colonia, & Moguntij oppido floruiſſe Chriſti doctrinam, Auentinus teſtatur libro tertio Annalium Boiorum. Argentinenſis eccleſiæ cathedralis à Clodoueo Francorum rege extructę, meminit Nauclerus uolum. 2. Generat. 17. In Noricorum finibus beati Seuerini cœnobium fuiſſe, Bonfinius teſtatur lib. ſeptimo, Decadis primę rerum Vngaricarum.

Bauariæ eccleſiarū, & in primis Ratiſponenſis, Laureacenſis & Saltzburgenſis, meminit Auentinus libro tertio Annal. Boiorum: de quibus poſtea plura ſubijciemus.

Sueuos etiā eccleſiæ Chriſti hoſpitia prębere hoc ſeculo cœpiſſe, poſtea dicetur.

Beda narrat, Mellitū Orientaliū Saxonum prouinciæ prædicaſſe Euangelium: libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum, capite tertio. Nominat Saxonum epiſcopū Leontiū Sigebertus, in ſuo Chronico.

De Gothorum eccleſijs poſtea dicemus.

In Nortuegia Kentigerni diſcipuli Chriſtianam religionem tradētes eccleſiam collegerunt, ut paulo pòſt referemus.

Fuerunt & in Scythia Chriſtiani, & Romanorum amici, Alani uidelicet, & Abaſgi: autore Procopio, libro ſecundo belli Perſici.

## DE ECCLESIIS
*per Oceanum.*

IN Britānia: Lundonum & Eboracum hoſpitia Eccleſiæ fuerūt: Beda libro primo, capite uigeſimoquinto, & uigeſimoſexto hiſtoriæ Anglorum: & Gregorius libro duodecimo Epiſtolarum, indictione ſeptima, capite decimoquinto teſtantur.

Sigebertus in ſuo Chronico, Cantuarienſis eccleſiæ meminit.

In Cantij ciuitate Dorouernorum, epiſcopum Auguſtinus ordinauit Iuſtum. Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria gentis Anglorum libro ſecundo, capite tertio.

In Scotia fuiſſe eccleſias, certum eſt. nam Brigida uirgo ibi floruit. Chronicon Martini, de Anaſtaſio. Scotorū & Pictorum doctor fuit Columbanus abbas & presbyter, qui plurima poſteris reliquit monumenta. Sigebertus.

Fuiſſe & in Hybernia eccleſias plurimas, epiſtola Gregorij libro ſecundo Epiſtolarū, indictione decima, cap. trigeſimoſexto, ad uniuerſos Hyberniæ epiſcopos, teſtatur.

## DE PROPAGATIONE.

HActenus de Eccleſiarum per totum orbē terrarū hoſpitijs diximus. Nunc de earundem etiā propagatione & ampliatione, quę quidem ex probatis hiſtoriarum ſcriptoribus habere poſſumus, ſubijciemus.

Immirenos Perſiæ populos, habitantes in extrema ora plagæ Auſtralis, olim Iudæos: poſtea uerò, ab eo tempore quo ipſorum regina Salomonem regem Iſrahel inuiſiſſe dicitur, factos Gentiles: ſub Anaſtaſio Imperatore, ſumma animi promptitudine Chriſtianā religionem petito epiſcopo ſuſcepiſſe, narrat Theodorus Lector libro ſecundo: Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſeptimo.

Regio eſt ultra Aegyptum, proq; Indiam Æthiopiæ, cuius populi Azumitæ appellantur, ad quos Romani per Aegyptū interiacē

tem

tem, negociationis cauſa tranſire ſolebant. Inter Aegyptum uerò & Azumitarum regionem, Homeritarum terra interiacebat, in qua plurimi erant Iudæi, Chriſtiano nomini & religioni infeſtiſsimi. Hi regi ſuo Domiano, inuidię & lucri ſui cauſa, inſidioſè perſuadebât, ut Romanis mercatoribus tráſitum prohiberet: eosq́; ſuam regionem ingreſſos, morte condemnaret, propterea quòd eſſent pernicioſiſsimi hoſpites. Rex ſtultus Iudæorũ obſequens malicioſis conſilijs, plurimos Romanos mercatores interficit. Vnde nec uiæ (ut antea) à Romanis mercatorib' frequẽtari, & negociationes Azumitarũ ac Indianorũ cũ ipſorum detrimẽto ſolui cœpêre. Rex Adad, re cognita, & motus querelis Azumitarũ ac Indianorum Homeritenſi regi Domiano ea de cauſa bellum indicit, uoto ſeſe aſtringẽs: Si uictor ad ſuos redierit, ſe Chriſti fidem, pro cuius populo bellum gerat, publicè ſuſcepturum eſſe. Prę lio itaque commiſſo atroci, Homeritæ cæduntur: & rege eorum Domiano capto, tota Homeritarum regio in ipſius Adad poteſtatem uenit: qui ad Iuſtinianũ legatos miſit petitũ epiſcopos & doctores, qui ſe ſuosq́; inſtituerent, & ab idololatria ad Chriſti fidem ac religionem traducerent. Ille autẽ miſit ei Manſionarium quendam, Alexandria oriũdum, uirum uenerabilẽ: per quem in Azumitarum & Homeritarum regione, ubi antea per Iudæorum furores neq; peregrinari Chriſtianum nomen poterat, cœleſtis doctrina eſt plantata & propagata, circa annum decimumſextũ Imperij Iuſtiniani: ſicut Paulus Diaconus libro decimoſexto in Iuſtiniani hiſtoria ſcribit. Meminit & huius rei Nicephorus libro decimoſeptimo, capite trigeſimoleundo. Si non eandem, certè ſimilem hiſtoriam narrat Procopius libro primo belli Perſici, de Helliſtæo Aethiopum rege, qui contra Iudæos & gentes in Homeritarum regione Chriſtianos affligẽtes claſſem inſtruxerit: & uictoria potitus regem impium interfecerit, & Chriſtianum ſubſtituerit, qui doctrinæ cœleſtis propagandæ curam geſſerit.

Benedictus perſecutione ſuo pulſus loco, cum paucis monachis uenit in Caſsinum montem Italiæ: & Apollinis idolum, quod à ruſticis celebrabatur, cũ ara & luco deſtruxit, & monaſteriũ ſibi ędificauit, & uicinos populos continua cœleſtis doctrinæ prædicatione atque miraculis ad Chriſti fidem conuertit. Chronicon cœnobij Caſsinenſis libro primo, capite primo: Gregorius libro ſecundo Dialogorum.

Circa annum Chriſti quingenteſimũ ſeptuageſimumquartum, Armenij Chriſti fidẽ publicè complexi narrantur. Sabellicus Enneade octaua, libro tertio: Sigebertus in ſuo Chronico. licet antea quoq; aliqua Chriſti Eccleſia ibi fuerit, ut aliàs indicatum eſt.

Ex Armenia magna Chriſtiani legatos ad Iuſtinianum miſerunt, petitum, ut Romanorum ſubijcerentur imperio, & liberè ſineque perſecutione uerum Deum colere & honorare poſſent. Euagrius libro quinto, capite ſeptimo.

Alamundarus Saracenorum ſeu Agarenorum princeps, ab orthodoxis inſtitutus credidit, & baptiſatus ad Chriſtum cum populo ſuo conuertitur: ut teſtantur Theodorus Lector libro decimoſexto Collectaneorum: Paulus Diaconus libro decimoquinto: Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoquinto: Iohannes Zonaras tomo tertio, in Anaſtaſio.

Oppidum quoddã eſt inter Perſas & Indos, nomine Tzundadaero, in quo cum rex Cabades multas pecunias & precioſas gemmas aſſeruari audijſſet, eius rei ut ueritatẽ cognoſceret, iisq́; unà cum oppido potiretur, nihil intentatum reliquit. Verùm quominus quod uolebat efficeret, dæmones qui locum & theſaurum illum inhabitabãt & cuſtodiebãt, obſtitêre. Cumq́; Perſica magia & euocationibus locum illum, dæmonibus firmiſsimè obtinentibus, occupare non poſſet, per Iudæorum magiam rem expedire aggreſſus eſt. ſed cum per eos optatis uotisq́; ſuis potitus nõ eſſet, per Chriſtianos tandem ſe, quod conabatur, conſecuturum eſſe arbitratus eſt, quos aduerſus dæmones poteſtatẽ recepiſſe audiuerat. Itaq; Chriſtianorum, qui apud Perſas erat, epiſcopum ad ſe uocauit: qui eam ob rem ſynaxi & conuentu Eccleſiaſtico popularium ſuorum coacto, oratione dæmones profligauit, & Cabadæ ſine labore oppidum illud tradidit. Hac re conſternatus Perſa, ſupremæ dignitatis prærogatiua epiſcopũ illum cohoneſtauit, cum ad id uſq; tẽpus Iudæi & Manichæi ſedes primarias obtinuiſſent. Ab eo porrò tẽpore, ut quicquid uellẽt, Chriſtianorum ſacra fidemq́; amplecterentur, poteſtatem liberã omnibus permiſit, quã ille antea extremè perſecutus fuerat. Theodorus Lector libro ſecundo Collectaneorum: Nicephorus libro decimoſexto, cap. trigeſimoſexto: Paulus Diaconus libro decimoquinto, in Iuſtiniano ſeniore.

Dux Lazorum, Perſiæ populorũ, Zathus nomine, regnante Cabade Perſarum rege, à Perſis defecit: & ad Iuſtinum Byzantium profectus, eum rogauit, ut à Pagano dogmate liberatus, Chriſtianus fieret, & Rex Lazorum appellaretur. Cuius precibus Iuſtinus promptiſsimo animo locũ relinquens, pro filio baptizatum, & regem Lazorum ſalutatum,

tum,

tum, & corona atq; chlamyde alba Imperatoria ornatum à ſe dimiſit: ut teſtantur Paulus Diaconus libro decimoquinto, in Iuſtiniani ſenioris hiſtoria: Ioannes Zonaras tomo tertio Annalium, in eiuſdem hiſtoria.

¶ Iuſtiniani beneficio circa annum Domini quingenteſimum uigeſimumſeptimũ, Gethes Herculorum, & Gorda Hunnorum ad Boſphorum, reges, & uidua quædam ex Hunnia Boazer nomine, cum centum millibus gentis ſuæ, Chriſtianam fidem & baptiſmi gratiam accepiſſe fertur. Procopius libro ſecundo de bello Gotthorum: Euagrius libro quarto, capite uigeſimo: Paulus Diaconus libro decimoſexto: Ottho Phriſingenſis libro quinto, capite quarto, de principatu Iuſtiniani.

Euagrius libro quarto, capite uigeſimoſecundo ex Procopio memorat, Iuſtiniano imperante Abaſgos fidem Chriſti relicta idololatria gentili, palàm amplexos eſſe, Imperatore doctores eò mittente. Porrò ad Tanaim Sarmatiæ fluuium populos à Iuſtiniano epiſcopum petijſſe, narrat Euagrius libro quarto, capite 23.

Rupertus Francorum initiò epiſcopus, regulum Boiorum Theodonem cum filio, prædicatione æternæ & cœleſtis beatitudinis, à gentili numinũ idololatria & ſuperſtitionibus, ad Chriſtianam religionem & ueri Dei cultum traductum, Ratiſponæ baptizauit. Deinde in Danubio nauibus delatus, ubique Boijs certatim confluentibus, cœleſtia doctrinæ myſteria expoſuit. Atque ita Laureacum deuenit, inde per Noricum, Vtinum, quæ Otinga hodie dicitur, perrexit: ibi Vlonem alterum, & Theodoualdum tertium, Boiorum duces, & Theodonis fratres, ſacro lauacro abluit: & cum duodecim ſuis ſymmiſtis, ſacrarum literarum conſultiſſimis, circa Ratiſponam, Veltenburgium, Ocingam, & paſſim per omnes Bauariæ regiones templa extrui, & uero Deo conſecrari ac dedicari ſui prædicationis miniſterio curauit, Anno à nato Chriſto quingenteſimo (circiter) trigeſimoſeptimo, Iuſtiniani Imperatoris decimo. Anno ſequenti Gerrodus Boiorum epiſcopus factus eſt: & Theſſalonus Boiorum rex, anno Domini quingenteſimo ſeptuageſimoquinto, ex ripa Danubij, ubi olim Artobriga Romanorum colonia fuit, monaſterium ſeu ſcholam Eccleſiaſticam, quod Vueltenburgium uocant, extruxit, eiq; Viſundum præfecit. Auentinus lib. 3. Annalium Boiorum.

Vulfilaicus in agro Treuerenſi monaſterium extruxit: & uicinarum ciuitatum incolas, Dianæ & alijs Ethnicis ſuperſtitionibus deditos, prædicatione & orationibus ad Deum Chriſto lucrifecit. Turonenſis libro octauo Hiſtoriarum, capite decimoquinto.

Collumbanus Galliæ monachus, pietate & miraculis clarus, cum prope Galliam uicinos Sueuos numini ſuo Nudano (quod alij Mercurium appellant) uas capaciſſimum cereuiſia plenum ſuperſtitioſè immolaturos conſpexiſſet, magno animi zelo cõmotus, uas ſui anhelitus potentia inflatum confregit: & cereuiſiæ liquore inde effuſo, plurimos ab Ethnicarum opinionum erroribus ad Chriſti fidem conuertit. Speculum Vincentij libro uigeſimo ſecundo, capite ſeptimo.

Narrat Balæus ex Capgrauo, Boetio & Lalando, Kentigernum Brytannum plurimos ſuis concionibus ad fidem conuertiſſe, apoſtatas reuocaſſe, Pelagianos expuliſſe, nondum renatos baptiſaſſe, ſimulacra euertiſſe, eccleſias condidiſſe, Euangelium uſque ad Frondenſe flumen & mare Scoticum propagaſſe: & Caledonios, Atbalos, Horeſtos, & uicinarum Albaniæ regionum incolas, monendo & docendo ad ueræ pietatis obſeruationes inſtigaſſe. Miſit etiam quoſdam ex ſuis diſcipulis ad Orchades inſulas, ad Nortuegiam & Islandiam, ut eorum inſtructionibus Chriſtianæ fidei religionem acciperent. Præterea ad Eccleſiæ ædificationem ac commodum, in Eluenſi ciuitate trecentos ſexagintaquinque literatos homines ſemper aluit, & paratos habuit. Balæus Centuria prima, in hiſtoria Kentigerni, ſexageſimi primi Brytanniæ epiſcopi.

## DE AMPLIATIONIBVS *Eccleſiarum.*

NIcephorus libro decimoſexto, capite trigeſimotertio, conſtantiam & *παῤῥησίαν* Palæſtinorum monachorum in defendenda & amplianda Chriſti doctrina, magnificè prædicat. Scripſerunt enim ad Imperatorem Anaſtaſium, ſe ſynodum Chalcedonenſem ad ſanguinem uſq; defenſuros. Deinde circumquaque ciuitates peragrantes, ueluti inuicti belli duces, omnibus facti ſunt omnia, homines confirmantes, ad fortitudinem cohortantes, hæreticam inſaniam refutantes: Verbum carnẽ factum, ſeu IESVM CHRISTVM ſimul Deum & hominem, unam uerò eius eſſe ſubſtantiam ſiue perſonam aſſeruerunt.

Childebertum Gallorum regem, Theodelinda regina Longobardorum, pietate & eruditione inſignis, ſupplicationibus permouit, ut non ſolùm catholicam Eccleſiæ fidem & doctrinam piè retineret, ſed etiam poſſeſſionibus ac munificentia ſingulari Eccleſiam iuuaret & amplieret, ac cruce & perſecutionibus oppreſſos epiſcopos ad priſtinam dignitatem & honorem reduceret.

ret. Paulus Diaconus libro quarto, cap. octauo, de geſtis Longobardorum.

Fertur etiam Iuſtinus omnes ſuo imperio ſubiectos, ad fidem Chriſtianam amplectendam, graui & erudito ſcripto cohortatus, non parum incrementi Eccleſijs attulit. Euagrius libro quinto, capite primo & quarto.

In Aquitania, Galliæ regione, indies maiores feciſſe acceſsiones eccleſiam Dei, per prædicationem Leonardi, Remigij epiſcopi diſcipuli, affirmat Speculum hiſtoriale Vincentij libro uigeſimoprimo, capite undecimo. Idem autor libro uigeſimoſecundo, capite decimotertio, Goarem Galliæ epiſcopum in Treuerenſi agro extructo ſacello, multos Paganos prædicatione uerbi & orationibus ad Deum conuertiſſe ſcribit.

Iuuauiæ, quem nunc à ſalis prouentu Saliſburgum uocant: duo templa ſunt extructa, & ſedes metropolitana collocata. Auentinus libro tertio Annalium Boiorum.

Argentinæ templum cathedrale in honorem Mariæ, Clodouæus Francorum rex ædificauit, Anno Chriſti 510. Nauclerus Generatione 17.

Poſtremò etſi in Britanniam Romanas ceremonias inuexit Auguſtinus, easq; eccleſias magis deformauit quàm rectè inſtituit (ut Balæus narrat ex Galfridi lib. 8. capite quarto de geſtis Britannorum refert) tamen Anglos multos per eum conuerſos, & plus quàm 10 millia baptizatos in natali Chriſti, Gregorius meminit lib. 7. indictione 1. cap. 30: Et Paulus Diaconus lib. 3. de rebus Longobardorum, cap. 12. Beda cap. 25. & 26: Regino, Sigebertus, & alij.

¶ DE CONVERSIONIBUS.

Multos paſsim tum gentiles tum Iudæos, ad Chriſti religionem traductos, commemorant autores.

Cum Deuterius Arianorum epiſcopus, Byzantij Barbam catechumenum baptizare uellet, contraq; fidei regulam & Chriſti inſtitutionem hiſce uerbis uteretur: (Baptizo te Barba in nomine patris, per filium, in Spiritu ſancto:) aqua, quæ ad baptizandum fuerat allata, ſubitò euanuit, & diſparuit. Quo uiſo, Barbas ad orthodoxos tranſiit: & baptiſmo iuxta Chriſti inſtitutionē accepto, catholicæ Eccleſiæ & ſocietati ſeſe piè adiunxit. Paulus Diaconus lib. 15. rerum Romanarum, in hiſtoria Anaſtaſij.

Ioannē, quē Anaſtaſius pulſo Helia Hieroſolymitana epiſcopū fecerat, quia Seueri dogma probaret, & ſynodum Chalcedonenſem damnaret, Sabbas conuertit, ut in publico conuentu teſtaretur ſe ueram doctrinam amplecti, & Seueri corruptelas damnare. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoquarto.

¶ Circa finem Imperij Anaſtaſij, Caſsiodorus Chriſti fidem acceſsit: ut Chronicon Sigeberti refert.

Anno Iuſtini ſenioris quarto, Theodoricus & Clotharius Francorū reges armis ſociatis, Herminfredum Thuringorum regē bello perſequuntur. Quo uicto cum toto exercitu, Clotharius Radegundam uirginē, Berthetij fratris Herminfridi filiam captiuam ſecum abductam, matrimonio ſibi iunxit, & ſua conſuetudine ac monitionibus ad ueram Chriſti fidem conuertit. Quæ deinceps monaſterium intra Pictauienſem urbē erexiſſe, & religioſis precandi & iuuādi pauperes ſtudijs, ſingularem pietatis laudē nomenq; apud omnes ſibi comparaſſe dicitur. Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite quarto.

Conſtantinopoli Iudæi cuiuſdā uxor ac filius, hac occaſione baptizati, & fidem Chriſti amplexi ſunt. Moris erat Conſtantinopoli eulogias, ſeu panem benedictū pueris ſcholā frequētantib. diſtribuere. Cū quibus fortè fortuna Iudæi cuiuſdam uitrarij filius unà acceſsit, & de reliquijs benedicti panis comedit. parentibus moræ & abſentiæ cauſam à puero ſciſcitantib. puer ubi fuiſſet, & quid comediſſet, patri ſignificat. Pater ira commotus, eum ob rem puerum in ardentē furnum, ubi uitrum formare ſolebat, incluſit. Mater uerò cum diu cum ſummo animi dolore filium per ciuitatem quæſitum, inuenire non potuiſſet, triduo pòſt ſtans ad mariti officinā, lachrymabili uoce filiū uocat. Mox puer agnita matris uoce, è furno reſpōdet. Mater apertis foribus, uidet puerū illæſo corpore in medio ardentiū ſtare carbonū, qui interrogatus, cuius opera fuiſſet ſeruatus? reſpondit: Mulierem quandam purpuream ueſtitam, crebrò ad ſe ueniſſe, & porrecto cibo, & aqua carbonibus uicinis extinctis, ſe conſeruaſſe. Hac re Iuſtinianus cognita, filium matremq; baptizari, patrem uerò ut homicidam necari iuſsit. Euagrius libro 4. capite trigeſimo ſexto.

Miraculoſe etiam memoratur conuerſio eiuſdem militis Longobardi. Tempore enim quo Longobardorum duces Galliam inuadebant, in urbe Nicæa concluſus & catenis conſtrictus fuit Hoſpitius anachoreta, uir ut pietatis doctrina & miraculis clarus, ita uitæ ſanctimonia & uictus temperantia ſpectatiſsimus. Hic ſingulari Dei ſpiritu longè antè prædixit, Longobardos in Galliam uenturos: & ob enormem ac quotidie ingraueſcentem hominū impietatem, & extremam erga Dei uerbum ingratitudinem, ſeptem euerſuros Galliæ

ciuita-

ciuitates. Cupiens autem ſeruari ſuos monachos, & ex imminenti exitio liberari, iubet eos urbe aliò excedere, & ſecum quæ haberent exportare: iam enim barbarã gentem aduentare. Monachis inde profectis irruit Longobardorum exercitus: qui dum omnia (ut fieri aſſolet) armis ferroq; uaſtarent, ac inquirerent, ueniunt ad cœnobium, ubi Hoſpitius incluſus erat. Quem cum per feneſtram è turri proſpectare uiderent, nec facilè accedere ad eum poſſent, duo conſcenſo & aperto tecto, eum in turri catenis obſtrictum, ac cilicio inuolutum offenderunt. Cum auté quærerent cauſam uinculorum eius: ille homicidam ſe eſſe, & omniũ criminum reũ apertè, ſed falsò, fatetur. Tum alter militũ educto gladio, & extenſa manu, caput ipſi amputare conatur. Verùm eius dextera in ipſo ictu confeſtim immobiliter ſuſpenſa exareſcit, gladio humi delapſo. Socij eius rei inſolentia ſtupefacti, magno clamore ab Hoſpitio, quid ſibi faciendum eſſet, flagitant. Ille diuina uirtute, areſactum brachium eius priſtinæ ſanitati reſtituit. Hoc miraculo Longobardus miles permotus, Chriſti fidem complexus, ad finem ſuæ uitæ religioſiſsimè coluit, & profeſſus eſt. Paulus Diaconus libro tertio de geſtis Longobardorum, capite primo: Regino libro primo: Bonfinius, Decadis primæ rerum Vngaricarum, libro ſeptimo.

Aruernenſium Iudæorum ſynagogas, cum à ſuperſtitioſis ſuis opinionibus ad Chriſti fidem traduci non poſſent, in die Aſcenſionis Domini, anno Tyberij ſecundo, populus ſolo æquauit. Paulo pòſt epiſcopus Auitus, legatis ad eos miſsis: Vi (inquit) ego uos filium Dei confiteri non cogo: ſed tamen prædico, & ſalem ſcientiæ trado ueſtris pectoribus. Paſtor enim ſum gregis Dominici, & de uobis ille uerus & ſummus paſtor, qui pro nobis paſſus eſt, dixit, ſe habere alias oues, quæ non ſint ex ouili ſuo: quas eum adducere oporteat, ut fiat unus grex, & unus paſtor. Quamobrem ſi uultis credere, ut ego, eſtote unus grex, cuſtode me poſito. Sin minus, diſcedite loco. Illi multum diuque ſecum deliberantes, & dubitantes, tandem tertio die habito conuentu, ad epiſcopum legatos mittunt, hiſce mandatis: Credimus Ieſum filium Dei uiui, nobis prophetarum uocibus repromiſſum: ideoque petimus, ut abluamur baptiſmo, ne in hoc delicto permaneamus. Epiſcopus cum gaudio accepto nuncio, in uigilijs Pentecoſtes noctu, urbe ad bapriſterium egreſſus, coram ſe proſtratam Iudæorum multitudinem baptizauit, ultra quingentos, & in Eccleſiæ collegium adſcripſit. Reliqui uerò baptiſmum accipere recuſantes, urbe pulſi, Maſſiliam profecti ſunt. Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriarum, capite undecimo.

Similiter Chilpericus Galliæ rex, multos Iudæorum ſua ætate baptizari iuſsit: pro quibus plerunque in baptiſmo, pro conſuetudine Eccleſiæ, fidem ſpopondiſſe fertur: licet non pauci Iudæorum ad priſtinum ſuum uomitum, uiolata Chriſtianæ fidei religione & iuramento reuerterentur. Gregorius Turonenſis libro ſexto Hiſtoriarum, capite decimoſeptimo.

Sigebertus, filius Clotharij, frater Chilperici, Metenſium in Francia rex, legatis in Hiſpaniam ad Athanachildum Hiſpaniarum regem miſsis, filiam eius Brunechildem connubio petijt: quæ per ſacerdotum prædicationem, & mariti conſuetudinem, ex Arij dogmate ad catholicam fidem CHRISTI conuerſa fuit. Gregorius Turonenſis libro quarto Hiſtoriarum, capite uigeſimo ſexto. Idem narratur de ſorore Brunechildis, Glaſſunita, coniuge Chilperici, fratris Sigeberti: eodem libro, capite ſequenti.

Narrat Euagrius libro ſexto Hiſtoriarum, capite uigeſimotertio, tempore Choſrois regis Perſarum, Naamen Scenitarum Barbarorum Phylarchum, ethnicum ſceleſtiſsimum & flagitioſiſsimum, ita ut & ſua ipſius manu homines dæmonijs ſuis mactaret, ad ſacrum baptiſma acceſsiſſe, & Veneris ſtatuam ex integro auream, igne liquefactam, pauperibus diſtribuiſſe, ac ſimul ſuos omnes ad Deum adduxiſſe.

In Perſia mulier quædam Golinduch nomine, magis Perſicis prognata, eorumque religioni & ſuperſtitioſis cultibus non minus quàm parentes impijſsimè dedita, ſingulari Dei conſilio per ἔκστασιν extra ſe rapta ab angelo Dei ad Chriſtianam fidem mirabiliter conuerſa eſt: ut teſtis eſt Nicephorus libro decimo octauo, capite uigeſimoquinto.

Choſroen quoque Perſarum regem, perſecutorem Chriſtianorum, in extremis uitæ diebus ad Deum conuerſum, Euagrius habet libro quarto, capite uigeſimooctauo. Idem libro ſexto, capite decimoſeptimo, eum Circeſium profectum eſſe ſcribit, eo animo (ut aiebat) quò Chriſtianorum Deum inuocaret. Idem Nicephorus libro decimooctauo, capite uigeſimoſecundo, & ſequenti, indicare uidetur.

## ¶DE INSTAVRATIONE.

Anno Chriſti quadringenteſimo nonageſimoquarto, Anaſtaſij Imperato-

ris 4. anno (ut Cuſpinianus & Iornandes ſupputant) Vundanundua Vandalorum rex, ſuaſu Eugenij archiepiſcopi, tandē poſt decem annos catholicis epiſcopis de exilio reuocatis, diu clauſas eccleſias reddita pace aperuit. Cuſpinianus in Commentarijs in Aurelium Caſsiodorum, de Conſulibus.

Aquitaniæ Galliæ regione Franci Catholici, expulſis Gotthis Arrianæ hæreſeos ſectatoribus, ſinceræ religionis doctrinam reſtituerunt. Chronicon Iuonis in Anaſtaſio.

Africanas eccleſias annos ſeptuaginta quatuor ab Arrianis miſerè diuexatas & ſeductas, epiſcopi ducenti & uiginti ab exilio ex Sardinia reuocati, authoritate regis Vandalorum Childeris, ſub Iuſtino ſeniore reformare, & ad Orthodoxam ſententiam traducere cœperunt: Paulus Diaconus libro decimoquarto, in uita Iuſtini.

Eodem tempore Hormiſda à Manichæis purgauit Romam, & Imperator Conſtantinopolim ab Acatianis & Arrianis: ut Paulus Diaconus libro eodem ſcribit.

Iuſtinianus Imperator Chriſtianæ religionis initiò ſtudioſiſsimus, Chalcedonenſis ſynodi decreta conſtanter & ſumma ſeueritate in omnibus Eccleſijs propagari, & aduerſarios omnibus modis coharceri, & ad conſenſum compelli iuſsit: teſte Euagrio libro quarto, capite undecimo & decimoſexto: Nicephoro libro quarto, capite decimo: & libro decimoſeptimo, capite duodecimo. Vbi omnibus ex Libya, & Carthagine potiſsimùm, pulſis Arianis, Chriſtianis templa eorum, iuxta uaticinium Cypriani martyris, denuò reſtituiſſe & inſtauraſſe legitur. Prolixius & diligentius libro tertio de bello Vandalico, eadem Procopius poſteritati deſcripta reliquit.

Anno Iuſtiniani decimoquinto, cum Clotharius & Childebertus fratres, Francorum reges, eductis in campum copijs ſigna collaturi eſſent, Crotochildis mater eorum, pia & prudens fœmina, in medium progreſſa, utroſq; ſibi inuicem reconciliauit: & ſuaſit, ut Hiſpaniam cum exercitu inuaderent, & Vaſtgotthos Arianos aut ad fidem orthodoxam traducerent, aut regno expellerent. eius conſilio obtemperantes, Cæſarauguſtam obſident, & facta deditione, oppidanos iuramento adſtringunt ad orthodoxam religionem. Robertus Ganguinus libro primo de geſtis Francorum: & Sabellicus Enneade octaua, libro tertio.

Eccleſias Ægyptiacas à Petro Alexandrino Eutychiana hæreſi turbatas, Photinus monachus à Iuſtino iuniore, circiter annum Chriſti 565. eò miſſus, inſtaurare conat' eſt.

Hiſpania ab Ariana hæreſi purgata, orthodoxam religionem hac occaſione amplexa legitur. Fuit Hiſpaniæ rex quidam Leuigildus, qui duos habuit filios, Richaredum & Helmingildum. Cum autem Leandri Hiſpalenſis epiſcopi ſuaſu & prædicatione, Helmingildus repudiato Arianiſmo, orthodoxę fidei religionem amplexus eſſet, pater eum ſecuri interemit: ut ſcribit Turonenſis libro quinto, capite trigeſimooctauo: & Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum libro tertio, capite decimo: & Sigebertus in Chronico: Regino libro primo: Beda de ratione temporum. Sed cum in morbum incidiſſet, recuperata ualetudine pœnitentiam egit, ut Richaredum ſeu (ut alij ſcribunt) Racaredum hæredem unicum talem ſibi redderet, qualis Helmingildus fuerat. Leander libens ſe id facturum promiſit: & id quod receperat, piè præſtitit. Cæterùm Leuigildo mortuo, Richaredus in Toletana ſynodo duorum & ſexaginta epiſcoporum Arriana hæreſi abdicata, orthodoxam fidem cum tota gente Hiſpaniæ complexus eſt: Turonenſis libro nono, capite decimoquinto.

Et Gregorius Papa hoc Richaredi factum magnificis laudibus prædicat prolixa epiſtola, libro ſeptimo Epiſtolarum, indictione ſecunda, capite uigeſimoſexto. Longobardos etiam ab Arriana labe reduxit Gregorius papa, dedicatione hymni de Sanctorum uitis Theodolindæ facta. Bonfinius Decad. 1. libro octauo rerum Vngaricarum: & Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capite 1. 2. 3.

A' Seueri errore Limetas liberauit Gregorius Antiochenus. Euagrius libro ſexto, capite uigeſimotertio.

## CAPVT III.

### DE PERSECVTIONE ET *tranquillitate Eccleſiæ ſub Anaſtaſio Imperatore.*

MOrtuo Zenone Imperatore, Anaſtaſius Diaconus, humili ſorte natus, repulſo Longino Zenonis fratre, ſeu ſenex, auxilio & ſtudio Ariadnæ Zenonis uiduæ, quam pòſt in uxorem duxit: imperium mediocriter quietum (Blondo teſte Decad. 1. libro tertio) accepit: Anno ſalutis humanæ quadringenteſimo nonageſimoſecundo, & eius gubernationem annis ſuſtinuit 27, menſibus 2. Iornandes libro de regnorum & temporum ſucceſsione. At Palmerius in ſuo Chronico, annos imperij Anaſtaſij ponit 26.

Hunc autem uago & mobili fuiſſe ingenio hominem, apparet. Nam cum initio, eo quòd de Magia & Manichæa hæreſi, quam & mater eius ſectabatur, ſuſpectus

ſuſpectus eſſet, purpuram Imperatoriam ab Euphemio Conſtantinopolitano patriarcha impetrare nou poſſet, niſi propria manu ſcriptam & iurameoto coofirmatam cōfeſsionem ac ſtipularionem traderet, quod à Chalcedonenſis ſynodi decretis non uellet diſcedere, aut quicquam nouorum tumultuum in Eccleſia mouere, hand grauatim ſtipulationis ſyngrapham dedit. Sed noo multo pòſt mutata ſententia, eã repoſcit: ut Euagrius libro tertio, capite uigeſimonono & trigeſimoſecondo: Nicephorus libro 16. capite 26. teſtantur.

Porrò licet in initio orthodoxæ fidei ſeſe fauere ſimularet Anaſtaſius, ut ex Gelaſij epiſtola apparet: tamen paulo pòſt, nimirũ ſecundo imperij ſoi anno, Chriſti uerò, quadringenteſimo nonageſimotertio, eius factus eſt oppugnator & perſequutor.

Cauſæ autem fuerunt: Prima, hæreſis. Acacij enim errote infectus, orthodoxis infenſior eſt redditus. Henricus de Erphurdia. Secunda, diſtractiones eccleſiarũ Orientalium, Europæ, Libycarum & Occidentalium. Tertia, aulica & politica eius ſapientia. Nam publicis edictis Henoricon Zenonis probauit, & inter diſsidentes ob decreta ſynodi Chalcedonenſis ad fidem pertinsntia, ἀμνηστίαν edixit, ſomnians eo modo certamina Eccleſiæ ſopiri poſſe, perinde ut contentiones ciuiles. Quarta, orrhodoxorum conſtans fides & confeſsio. Cum enim eos contra ſua edicta cognoſcerer Chalcedonenſis decreta propugnare, & Arianum dogma damnare, & anathemate ferire, in eos ut inobedientes grauiter exarſit. Quinta, hæreticorum improbitas. Cum enim illi noo ceſſarent damnare Chalcedonenſem ſynodum, & orthodoxi irritati ſeſe opponerent, exiſtimauir utraque parre oppreſſa, pacem conſtitui poſſe. Quas quidem ob cauſas tum Chalcedonenſem ſynodum ſcrius oppugnantes, tum impudeotius defendenres remouẽdos, atq; Amneſtias muroſq; canes, qui nec frigidi nec calidi erant ſurrogandos ſtatoit: ut ſcribuot Euagrius libro terrio, capite uigeſimonono, trigeſimo, trigeſimoſecundo: Nicephorus libro decimoſexto, capite uigeſimoſexto. Sexta cauſa erat, cupiditas uindictæ. Nam ob Acacij hæreſin ab orthodoxis excommunicatus, ur hoſtis ſynodi Chalcedonenſis, eam iniuriam, ut quidem ſibi uidebatur eſſe, ulciſci uoluit: ut patet ex Euagrio libro tertio, capite 34. & Apologetico Symmachi.

Primò autem omoium Conſtantinopoli Euphemium, pietate & conſtantia eximium, in exilium expulit: eo quòd confeſsionis ſyngrapham, quam repoſcebat, redderer detrectahat: & quòd eum de Dioſcori hæreſi ſuſpectum, Eccleſia excluſiſſet: & (ut autor eſt Zonaras Tomo tertio) quòd Chalcedonenſe coocilium anathemate damnare iuſſus, recuſaſſet. Sed Anaſtaſius, ut ſucũ faceret Chriſtianis, qui ægerrimè rem eam ferebant, aliorum Euphemium ioſimulabat criminum: quòd nimirum res nouas in Eccleſiam inducere tentaſſet, & nouorum rumultuum atq; ſeditionum autor extitiſſet. Ac reliquis epiſcopis, aulicis inſidijs & adulationibus circumuentis perſuaſir, ut in ſui gratiam Euphemium excommunicatenr; & officio ſuo deponerent. Nicephorus libro decimoſexto, capite 26: Theodorus Lector libro ſecundo Collectaneorum. Huic uerò in sxilium polſo, Imperator ſubſtituit Macedonium Eccleſiæ miniſtrum, & rerũ ſacrarum coſtodẽ, uirum non minori quàm Euphsmius fuerat, pietate & cõſtantia præditum. Ab hoc cum iridem ſtipulationis Imperatoriæ ſyngrapham, quam ab Euphemio cuſtodiendam acceperat, poſtulatam recipere non poſſet, oatia inijt conſilia, quo & Macedooium è ſede epiſcopali deturbaret. Ignominioſum enim Imperatori eſſe putabat, ſi libelli ſyngrapham, quæ uitam eius rsdarguerst, ſacerdotibus relinqueret. Verùm cum inſidijs eum pellere non poſſet, collecto hæreticorum coocilio, ui ipſum, ut Chalcedonenſem ſynodum damnaret, cogit. Quod uhi pij ſenſiſſent, infinita mulierum & paruulorum multitudo per ciuitatẽ diſcurſans clamauit: Martini tempus adeſt, ô Chriſtiani, nemo longius à paſtore & patre ahſiſtat. Imperatorem uerò probri gratia Manichæum, & imperio indignum uociſerabantur. Qus re territus Anaſtaſius, Imperialis aulæ portas claudi, & naues fugæ commodas apparari iuſsit. Ac cum antea, Macedonium ſe in poſterum uiſurum iureiurando negaſſet: iam miſſo noncio precibus petijt, ut ſe ſalutars licerer. A`quo cum ſumma παῤῥησίᾳ tanquam Eccleſiæ hoſtis redargueretur, ipſe tum per hypocriſin epiſcopi uerhis & increpationi acquieuit, ac ſimulatè ſeſe ſubmiſit: Anno Chriſti quiogenreſimo decimoqoarto. Vetùm quia nihil ſimulatum eſſe poteſt occultum, paulo pòſt ſedatis turhis, denuò uarijs artibus Macedonium expellere tentans, hypocriſin ſoam prodidit. Ac primùm quidem, ut inſtè id facere uideretur, ſuhornauit calumniatores, qui ſtupri uel adulterij Macedonium accuſarent. Quorum ille confictam calumniã, ſubducta tunica & uirilibus ſe carere oſtendens, facilè palàm reſutauir. Sed alia inuenitur fraus. Celerem præfectum accuſare iobet Macedonium, quòd Chalcedonenſem ſynodum improbaret, & Zenonis Henoticæ ſuhſcripſiſſet. Sed id crimen publi-

ca otatione in monaſtetio Dalmati Macedonius diluit, apertè indicans, ſe & Chalcedonenſem ſynodum omnino probate, & omnes eam non tecipientes habeie pto hæreticis. Verùm nihil ei profuit innocentia ſna, ſed uicit tyrannis, & Celet aulicus prçfectus clàm ſeum in exilium abegit. Nicephorus libro decimoſexto, capite uigeſimoſexto, & trigeſimoſecundo: Theodorus Lector libro ſecundo Collectaneotum: Euagriua libro tettio, capite trigeſimoſecũdo. Sæuitum etiam eſt in ſectatores eius. Alij enim exilio, alij relegatione, alij iniquis accuſationibus, nonnulli bonorũ publicatione afflicti ſunt. Quidam etiam fuga ſibi conſulentea, Romam uenerunt: ipſum uerò Macedonium Sangræ, miſsis Imperatot interfectoribus trucidari iuſsit, anno Chriſti quingenteſimo decimoſeptimo: teſte Nicepboro libro decimoſexto, capite uigeſimoſexto.

Cum autem Flauianus Antiochiæ epiſcopus, & Helias Hieroſolymorum, & Iohannes Alexandrinus, Euphemij & Macedonij proſcriptionem improbaſſent, & tyrannicè & contra Canones factam eſſe dictitaſſent, etiam contra ipſos Imperator exerſit: & occaſiones uenatus eſt, eos quoque ab officio remouendi.

Iſta cum animaduertiſſet Xenæae, Hietapoleoe epiſcopus, Eutychis errori addictus, Flauianum accuſat eſſe Neſtorianum. Cum autem Fleuianua Neſtorium cum ipſius opinione anathemate damnarer, Xenæas euxilio ſuæ factionis Flauianum ad Chalcedonenſis ſynodi, & eorum qui dues in Cbriſto eſſe natutas diuinitatia & carnia aſſeueratent, damnationem, ui in ciuitatem & cum ingenti tumultu irrumpens, cogere tentat. Eam autem rem cum Flauienus ægrè admodum fertet, ac à monachis Xenææ ſectatotibns magno impetu urgeretur, plebs Antiochenæ ciuitatis concitata, magnam monachorum ſtragem edidit, ita ut plurimi eorum Oronte fluuio ſubmerſi perierint. Venerũt quoque eò auxiliatum Flauieno monachi Cauæ Syriæ, qui auxerunt tumultum. Hanc occaſionem Imperator arripiens, Flauianum exilio damnat, & Seuerum ſubſtituit. Euagrius libro tertio, capite trigeſimoprimo, & 33.

Poſtea ad Heliam pellendũ paratur uie. In Sidone Imperator indicit Synodum, & Soterichum & Xenæam Chalcedonenſis ſynodi hoſtes eò uocat, ut contra Heliam & Seuetum ferant ſententiam. Verùm Sabbas Palæſtinæ monachus, pietate & doctrine clarus, cõſtanti animo pro Helia intercedẽs, cũq; Imperatore cõgreſſua, eũ hortatue eſt, ut ſuſcepto cõtta Dei Eccleſiã bello finẽ imponat: ac diuinitùs ad Eccleſiæ ſalutem, non ad eius perniciẽ, ſibi regni diadema cõceſsũ eſſe cogitet. Qua quidẽ oratione & furorem Imperatoris contta Heliam ſedauit, & Sidonienſem pſeudoſynodum irritam fecit. Nicephorus libro 16. cap. 32: anno Chriſti quingenteſimo decimotertio.

Sed pſeudoepiſcopi illi nihil ſe obtinete ſua ſynodo uidentes, flagrantes odio & inuidia Heliæ & Fleuiani, paulo pòſt ipſos apud Impetatorem, tanquam criminis læſæ maieſtatis teoa, & Imperatoris actionũ deriſores, calumnioſè detulerunt. His calũnija frigidam etiam ſuffudit Seuetus hæreticus, Flauiani ſucceſſor, Heliam accuſana, quòd ſynodales ſuas litaras ſuſcipere recuſaſſet. Iterum ergo ad iram commotus Anaſtaſius, etmatorum manum Hieroſolymam aduerſus eos qui Seuero aſſentiri, eiusq; ſynodalib. ſubſcribete nollent miſit: eosq; ſedib. pelli, ac ui quoq;, ſi opus eſſet, reprimi iuſsit. Verùm cum Heliam ob pietatis conſtantiam monachi Hietoſolymitani premi uiderent, ipſi coniunctis uiribus eos qui à Seuero & Imperatore miſsi erant, ui ex Eccleſia eiecerunt, & accedente aliorum monachorum cœtu, palàm audacter Seuerum & omnes qui cum ipſo facerent, anathemate damnarunt. Quare mulro magis exacerbatus Imperatot, Olympiũ quendam cum exercitu Hieroſolymam miſit, ut ſine omni dilatiõe Imperatoris iuſſa in perſequendis Chriſtianis exequeretur. Hic poſtquam Hieroſolymam uenit, Helia expulſo, Iohannem quendam Seueti utentem conſuetudine, & ſynodum Chalcedonenſem prædicantem, in eius locum ſubſtituit. Hac re cognita, Sabbas (cuius ſuprà mentionem fecimus) cum Iohanne collocutus, ei perſuaſit, ut Seueri communione abſtinetet, & Chalcedonenſem ſynodum cum uitæ periculo tuetetur. Iohannes igitur rupto fœdere cum Olympio inito, mox Sabbæ cõſilium ſecutus eſt. Quo facto Imperator adeò excanduit ira, ut mox Olympio magiſtratu remoto, alium ducem Anaſtaſium nomine ſucceſſorem ad perſecutionẽ in Palæſtinam mittetet. Is uerò eueſtigiò Hieroſolymam uenit, furioſos Imperatotis conatus ſine omni mora & conſilio exequi cupiens: Iohannem Heliæ ſucceſſoram, ne uerbo quidem cum eo communicato, in carcerem coniecit, eumq; ui ad Seueri amicitiam & ſynodi Chalcedonenſis damnationem adegit. Iohannea uerò, quia ex Zacharia Cæſareæ Palæſtinæ antiſtite re clàm communicata audierat, tempote flagitante opportuna fraude tes gerendas eſſe: ducí ſe, quod ille uellet, facturum pollicitus eſt, ſi modò intta biduum è cuſtodia dimittetetur.

dimitteretur, ne ui coactus, ſed perſuaſione adductus, Imperatoris uoluntati obtemperare uideatur. Vinculis autem liberatus monachorum cohortem in templum Stephani πρωτομάρτυρος, ad freuandam hæreticorum temeritatem conuocat: & præſente perſecutore, atque ſynodi Chalcedonenſis damnationem expectante, ſuggeſtum conſcendit, & Sabbæ atque Theodoſij piorum doctorum manibus utriſque ſuffultus, talem habuit orationem. Si quis (inquiens) Eutycheti, & Neſtorio, & Seuero, & Sotericho Cæſareæ Cappadocum epiſcopo aſſentitur, anathema. Si quis quatuor uniuerſalium ſynodorum dogmata nō ſequitur, anathema.

Præfectus ubi hæc audiuit, concitatæ multitudinis impetum metuens, fuga ſibi ſalutem quæſiuit. Euagrius libro decimoſexto, capite trigeſimoquarto. Similem narrat hiſtoriam idem autor capite præcedenti, de Theodoſio, quem ſuggeſtu conſcenſo ſic concionatum perhibet: Si quis quatuor ſynodos quatuor Euangelijs non exæquat, anathema. His omnibus cum Imperatorem uehementer offenſum iri ſcirent, patres literas ad Imperatorem liberrimè ſcriptas mittunt, quibus cùm Imperatorem accuſant, tum ſui dogmatis certitudinem aſtruunt, indicantes ſe à patrum traditionibus & Nicæa ſynodo nullo modo, etiamſi uitæ pericula ſint pertimeſcenda, unquam diſceſſuros eſſe. Accepiſſe ſe ueram fidei doctrinam à maioribus, multis inde ſeculis, nec ab Imperatore ut eam imprimùm diſcant opus habere. Hanc monachorum Palæſtinorum conſtantiam cum Imperator uideret, exilio eos damnauit: donec diuina uindicta interempto Imperatore, & pacata Eccleſia, ipſi ex ærumnis ad optatam quietem rediêre. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimotertio, & 34.

Seuerus autem Iudæorum præſidio uſus, ultra trecentos ſecundæ Syriæ monachos interfecit, eorumque cadauera & auibus lanianda proiecit, & Chriſtianorū templa ſpoliauit: ut patet ex libello ab Antiochiæ & Syriæ clericis & monachis, in quinta Conſtantinopolitana ſynodo oblato, Tomo ſecundo Conciliorum.

Seueri autem furores & impias ſynodicas actiones contra ueram Eccleſiam, cum Coſmas & Orontes Epiphaniæ, & Seuerianus Arethuſæ ciuitatis uicinæ epiſcopi uiderent, ac ſummè improbarent, ei per Aurelianum Epiphaniæ diaconum depoſitionis libellū tranſmittunt. Quē licet Seuerus accepiſſet, & legiſſet, nihilominus tamen uſque ad mortem Anaſtaſij Antiochenum epiſcopatum retinuit. Anaſtaſius uerò cognitis quæ Seuero à Coſma & Seueriano accidiſſent, Aſiatico præfecto qui Phœniciæ adminiſtrationem ſuſtinebat, in mandatis dat, ut Coſmam & Seuerianum ſedibus ſuis eijciat, eo quòd depoſitionis libellum Seuero miſiſſent. Is uerò cum in Orientem ueniſſet, & plurimas ciuitates fortiter Seueriani & Coſmæ dogmata tueri uidiſſet, ad Anaſtaſium retulit, non poſſe illos ſine ſanguine ſedibus ſuis pelli. Eo audito Anaſtaſius humaniter Aſiatico reſcripſit, ne quicquam etiamſi magnum & eximium quid efficere poſſit, ea in re tentaret, ſi uel gutta ſanguinis ſit effundenda. Euagrius libro tertio, capite trigeſimoquarto: Nicephorus libro 16. capite 31.

Cæterùm tam afflictam ſub Anaſtaſio nō ſolùm in Romano Imperio, ſed ubique ferè etiam terrarum fuiſſe Eccleſiam, Euagrius iam indicato loco indicat. Nam & Coades, uel Cabades, ut alij ſcribunt, Perſarum rex, adeò in Chriſtianos ſæuijt, ut multis ſermonis organa crudeliter ademerit: quos tamē, illis amiſſis non minus quàm antea clarè locutos fuiſſe, Nicephorus refert libro decimoſexto, capite trigeſimoſexto.

In Africa plusquàm nongentos martyres, uitæ & ſanguinis profuſione ſub Anaſtaſio Chriſtianam religionem ornaſſe, & conteſtatos eſſe, Regino memorat libro primo de Anaſtaſio. Maximè uerò Traſamundus Vandalorum rex clauſis Chriſtianorum templis, anno Chriſti quingenteſimo tertio, ducentos & uiginti epiſcopos in Sardiniam relegauit: quibus Symmachus Romanus pontifex ueſtes, pecunias & annua ſubſidia liberaliter ſuppeditauit. Paulus Diaconus libro decimoquinto, in Anaſtaſio: Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo. Procopius uerò libro tertio, belli Vandalici addit, Thraſimundum nō ui, ut anteceſſores ſui, ullis'ue pœnis ſupplicijsq́; corporis, ſed præmijs ac honoribus Chriſtianos ad deſerendam fidem inuitaſſe, & aduerſantes ſuis conatibus, minimè ſupplicio inſectatum fuiſſe: id quod Zonaras etiam Tomo tertio affirmat.

In ea autem eccleſiæ Orientalis tempeſtate, plurimi Orientales fortiſsimè contra corruptelas pugnarunt: Deum orantes, ne ullo humano metu Chriſtianæ doctrinæ ueritatem & confeſsionem abijcerent: eamque ob cauſam conſilijs & precibus Romanæ eccleſiæ ſe iuuari petunt. Nōnulli etiam mercenarij epiſcopi metu periculorum Eccleſias ſuas deſeruerunt, teſte epiſtola Orientalis eccleſiæ, ad Symmachū Rom. epiſcopum ſcripta. Narrat Blondus Decadis 1. lib. 3. Romæ quoq; ſub Anaſtaſio ſchiſma ob diſcrepantem duorū pontificum

electionem ortum, atrocis perſecutionis & lanienæ in orthodoxos ſacerdotes & ſacras uirgines, Symmacho fauentes, cauſam extitiſſe: id quod decreta Symmachi papæ ex libro pontificali in Tomo primo Conciliorum teſtantur. Anaſtaſio imperante, atrociſsimè quoq; Theodo Boiorum princeps, in Chriſtianos Bauariæ Romanorum Imperio ſubiectos ſæuijt. Eſtq; religio Chriſtiana ex Ratisbona & uicinis regionib⁹ exploſa, templa diruta, ſacerdotes trucidati: & in ueræ religionis locum, Herculis & Ethnicorum cultus & ſuperſtitiones à Theodone erecti & ſubſtituti. Idq; accidit Anno Domini quingenteſimo octauo, teſte Auentino libro tertio Annalium Boiorum.

### DE PERSECVTIONE ET *tranquillitate ſub Iuſtino ſeniore.*

ANaſtaſio diuino iudicio ex reb. humanis ſublato, mox regni ſceptra Iuſtino Seniori, quem alij Iuſtinianũ Maiorẽ appellant, Senatus conſenſu deferũtur, anno Domini quingenteſimo decimooctauo, autore Palmerio. Regino libro primo, ipſum anno Domini quadringenteſimo quinquageſimo: Paulus Diaconus libro decimoquinto, anno incarnationis quingenteſimo undecimo: Henricus de Erphurdia, Blondus, Cuſpinianus & alij, anno quingenteſimo decimonono, imperium accepiſſe ſcribunt. Imperauit autem annos nouem, & tres dies: iuxa Euagrium libro quarto, capite nono: ſeu undecim, iuxta Paulum Diaconum libro decimoquinto: ſeu annos octo, ſecundum Palmerium, Reginonem & alios.

Fuit autem genere Thrax, parentibus ortus obſcuris & ignobilibus: ſed ſuapte uirtute & rebus geſtis ex armentario ad militiam, inde rurſus ex gregario milite ad Imperatoriam dignitatem euectus eſt. Pomponius Lætus in uita eius.

Hic laudatiſsimus fuit princeps, ueræ & ſinceræ pietatis ſtudioſiſsimus. Ideo mox primo imperij ſui anno Eccleſiam Anaſtaſij impietate turbatam, pacare cupiens, Seuerum hæreticum Antiochenæ eccleſiæ epiſcopum comprehendi, & amputatione linguæ ſuæ impietatis pœnas dare coegit. Euagrius libro quarto, capite quarto. Legationem Hormiſdæ epiſcopi Romani pro ueræ religionis inſtauratione ad ſe miſſam, honorificè excepit, eiuſq; petitionibus piè locum dedit. Paulus Diaconus libro decimoquinto. Ac non ſolùm, quos Anaſtaſij furor ſedibus ſuis eiecerat, ab exilio reuocauit: ſed etiam temporis progreſſu omnem Arrianæ peſtis labem, omnibus eius ſectæ aſſertoribus, ex Orientali & Romano imperio eiectis, ſuſtulit.

Etſi autem ſub Iuſtino Eccleſia Dei paſſim in Romano imperio mediocri uſa eſt pace & tranquillitate: tamen in quiduſdam locis ſuas quoq;, eaſq; non leues perpeſſa eſt calamitates.

Nam in Gallijs Theodorici & Arcadij cõflictus, multarum miſeriarũ cauſa fuit. Cum enim Arcadius Arnernenſis ciuitatis Senator, falſo rumore accepto, Theodoricum regem in bello Thuringico occubuiſſe, imprudenter Childebertum ad occiſi regis regnũ occupandum inuitaſſet, Theodoricus incolumis ex Thuringico prælio reuerſus, re cognita, Aruernorum regionem armata manu ingreſſus, miſerè uaſtauit: Iuliani martyris templum effregit, ſpoliauit, & nihil non exercuit ibi petulantiæ, etiam in ipſos pios. Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite duodecimo.

Biennio fortè pòſt, cum idem Theodoricus Oſtgotthorum rex Arriana lue pollutus, Iuſtinum Imperatorem hæreticos Conſtantinopoli & paſsim in Oriente expellere uideret, miſsis ad eum legatis Conſtantinopolim, Iohanne nempe Thuſco epiſcopo Romano, & epiſcopo Rauennatenſi, Agapeto & patricio Conſulib. Romanis, atq; Theodoro & Importuno Senatoribus, uiris præſtantiſsimis, poſtulare iuſsit, ut Arriani epiſcopi & ſacerdotes loco ſuo moti reſtituerentur: quod ni fieret, fore ut breui Roma & tota Italia cædibus & incendijs quoque aduerſum orthodoxos repleatur. Hoc autem nõ tam amore & ſtudio Arrianæ ſectæ, quàm odio & inuidia Iuſtini, laudatiſſimi principis, & Theodorico factum & petitum, aliqui exiſtimant. Suſpecta enim fuit Theodorico optima & popularia Iuſtini gubernatio: ut refert Sabellicus libro ſecundo, Enneade octaua.

Cum autẽ legati in itinere opinione diutius morarẽtur, Theodoricus rabie iniquitatis ſuæ ſtimulatus, Symmachum & Boetium exconſules, uiros catholicos, gladio trucidauit. Deinde Iohannem papam ex legatione reuerſum, eo quòd honorificè ab orthodoxo Imperatore exceptus & muneribus donatus fuiſſet, cum ſocijs Rauennæ in uincula coniectum, pædore, ſiti & inedia necauit. Paulus Diaconus lib. decimoquinto, capite quinto: Sabellicus libro 2. Enneade 8. Nauclerus ſecundo uolumine Chronograph. generar. 18.

In hac aũt cruce Iohannes papa inſigne edidit conſtantiæ & confeſsionis documentum, ac prolixa & pia epiſtola omnes Italiæ epiſcopos ad iampridem damnatæ & exploſæ ex Eccleſia Dei Arrianæ hæreſis fugam & execrationem ſedulò hortatur: grauiſsimè eos monens, ne Theodorici regia minis (qui corpus duntaxat occidere, a-

animam

nimam uerò necara non poſsit) ſe à ueritate auelli patiantur, ſed ut fortiter gladio ſpiritus Arianam hæreſin oppugnent, & radicitùs extirpare laborent: quemadmodū decreta Iohannis papæ libro primo, Tomo primo Conciliorum.

Circa hæc tempora Almaricus, quem alij Amalaricum appellant, Veſtgotthorū rex, Arrianæ hæreſeos propugnator, Clotildem uxorē ob ueræ & orthodoxæ religiōis ſtudium extremè odiſſe, & uarijs modis affligere cœpit. Nā ſæpenumerò eam ad Chriſtianorū ſacra acceſſuram, ſtercoribus & omnis generis fœtoribus cōſpurcari iuſsit. Tandem uerò tanta eam uerberauit crudelitate, ut ſudarium, uxoris ſanguineq; infectum, Childeberto uxoris ſuæ frātri miſiſſe perhibeatur. unde inteſtinum inter affines exortum eſt bellum. Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite nono: Procopius libro primo de bello Gothico.

Funeſta porrò & luctuoſa perſecutio Iuſtini temporibus, in Negra Arabiæ felicis urbe munitiſsima ſæuijt. Nam Iudæus quidā Homerita, qui Moſis ſe gloriabatur eſſe filium, mendacijs & fraude fœdere inito ingreſſus urbē, Chriſtianos primùm uerbis à uera fide abducere conatus eſt. Cum autē parum proficeret, tyrannide oppreſſos, ui adortus eſt, & plurimos interfecit. Inter quos in primis Arethas, eius urbis epiſcopus, glorioſiſſimam martyrij coronam accepit. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite ſexto.

Narrat ex Procopio Euagrius libro quarto, capite decimoquinto, Vandalorum tyrannidem contra Chriſtianos. Cum enim duce Traſamundo arma contra Cabaonem Mauruſiorū principem ſumpſiſſent, & urbē Tripolin ingreſsi eſſent, ſumma petulātia omniq; iniuriarum genere Chriſtianorū templis ibidem prophanatis, ſacerdotibus colaphos impegēre, eosq; atrociſsimè cæſos, ſeruire ſibi coegerunt. Sed illi diuino auxilio ex Vandalorum tyrannide ſunt liberati, pulſo & fuſo eorum exercitu.

### DE TRANQVILLITATE
*& perſecutione ſub Iuſtiniano.*

CVm Iuſtinus ſenior Imperij laboribus fatigatus, ſenectuti ſuæ conſulere cuperet: Iuſtinianum ſororis filium adoptatū, imperij ſucceſſorem inſtituit, anno Chriſti 526. Cum quo cum menſes quatuor regnaſſet, tandem uitam cum morte commutauit. Imperauit autem Iuſtinianus annis 38. ut Paulus Diaconus libro decimoſexto, capite primo: Regino & alij memorant. Egnatius uerò libro ſecūdo de Romanis principibus & Adon, 39 annos ipſius tribuunt imperio.

Hic princeps licet omnium literarum fuerit expers, & planè *ἀναλφάβητος* (ut Suidę Lexicō refert: cui aduerſatur hac in re Platina, in Vitis pōtificū) tamē ob inſignes corporis & ingenij uirtutes, & rerum geſtarum magnitudinem, nō poſtremas inter Romanos Imperatores partes tenet.

Initiò, pietatis & Chalcedonenſis ſynodi fuit amantiſsimus: eamq; ob cauſam ab uxore Arrianam ſequente luem, non ſine ingenti moleſtia diſſenſit: teſte Euagrio libro quarto, capite decimo. Singulari etiam præditus fuit comitate, adeò ut cuiuis facillimè ſe adeundi & compellādi poteſtatem faceret: tū ſupra modū liberalis. Euagrius libro quarto, capite trigeſimo. Iuris tenaciſsimus fuit: ideo pœnam facinoroſis, & maximè pæderaſtis, execando uirilia, grauiſsimam & ſine mora irrogauit. Interrogatus quare id ſcelus hoc ſupplicij genere uindicaret: An' nō, inquit, ſi ſacrilegium commiſiſſent, manus illis amputandæ fuiſſent? Zonaras Tomo 3. in Iuſtiniani hiſtoria. Verùm multis uitijs uirtutes ſuas deformauit. nam ex pio impius, & hæreſeos Eutychianæ fautor & propugnator factus eſt: ut ſcribunt Euagrius libro quarto, capite trigeſimonono: Zonaras eodem. Pecuniæ adeò fuit cupidus, ut non ueritus ſit parū honeſtis artibus opulentos facultatibus emungere: imò totum imperiū auri gratia *βανδῶσαι* & tributorum collectoribus diuendere. quod eius ſtudium improbè iuuit Theodora eius uxor. Euagrius libro quarto, capite trigeſimo. Iuſticiam omnem, contra nominis etymologiā, adeò neglexit, ut nō ſolùm in media ciuitate interdiu Cyaneos homicidia, graſſationes, furta, latrocinia, prædationes impunè exercere ſineret, ſed ſummo etiā eos honore proſequeretur: eorum uerò qui propulſare conabantur iniurias, capitali ſupplicio afficeret: Euagrius libro quarto, capite trigeſimoſecundo. Leuitatem & inconſtantiam eius in condendis & mutandis legibus, Alciatus notat libro quarto Diſpunctionum, capite ſeptimo.

At certè in hac uitæ morumq; diſsimilitudine, domi foriſq; res geſsit maximas. In primis uerò perpetuæ laudis memoriā meretur, quod confuſum illud & immenſum Romanarum legum pelagus ad ſtudioſorum uſum in breuiorem formam, conſilio & opera Iohannis Patricij Triboniani, Theophili & Dorothei redegerit: & ferè duo millia librorum in quinquaginta titulatim digeſſerit, alij Digeſta, alij Pandectas uocant: & uberrimam legum materiam breuiſsima epitome, quæ Inſtitutionum titulo inſcribitur, contraxerit, anno Chriſti quingenteſimo quadrageſimooctauo. Aſcribunt eidē Codicem & Volumen.

Vt autem mediocriter quietum & tranquillum

quillum imperium ab anteceſſore accepit, ita pacatiſsimam gubernationem & quietam eccleſiam pro uiribus cõſtituere & conſeruare ſtuduit: Procopio teſte, libro tertio de bello Gothico. Nam cum eccleſiæ ſtatus per Arrianos in nõnullis prouincijs adhuc turbaretur, in primis Cõſtãtinopoli & Alexandriæ per Baſilidem & Anthemium, quorum uterq; duas in Chriſto naturas negabat: & Imperator Chalcedonenſi ſynodo conſtanter ſe adhærere & patrocinari ſimularet, illos tumultus mox ſeriò ſedare & tollere cœpit: atque Alexandrino & Conſtantinopolitano epiſcopis, hoſtibus Chalcedonẽſis ſynodi, expulſis, alios in eorum locum ſubſtituit, ac legem promulgauit, Seuerum quoque cum ſuis anathemate damnauit, pœnas etiam ciuili cõſtituta. Euagrius libro quarto, capite nono. Paulus Diaconus in Iuſtiniano, libro decimoſexto narrat, ipſum tertio imperij anno, legem promulgaſſe: ne eſſent Pagani aut hæretici, ſed ſolùm orthodoxi Chriſtiani, trium menſium ſpacio hæreticis ad conuerſionem prorogato. Hac ratione omnibus ſublatis diſsidijs, pacem & tranquillitatem eccleſiæ Dei reſtituere molitus eſt: & ut quatuor ſynodi Oecumenicæ, Nicæna uidelicet, Conſtantinopolitana, Epheſina & Chalcedonenſis, ab Archiepiſcopis & omnibus eccleſiarum miniſtris reciperentur, unoque ore palàm prædicarentur, autor fuit: ut Euagrius libro quarto, capite undecimo exponit. Cum autem cognouiſſet de ſcriptis Theodori, Ibæ & Origenis, paſsim inter docentes moueri certamina, alijs ea probãtibus, alijs damnantibus: conatus eſt etiam iſtam litis materiam abolere, idque per ſynodum Conſtantinopoli congregatam decimoquarto imperij ſui anno, ut infrà ſuo loco dicetur. In Libya Vandalis per Beliſarium deuictis, pulſa Arriana ſecta iuxta uaticinium Cypriani martyris, Chriſtianis templa ipſorum, quæ ab Arrianis nonaginta quinque annis cum ſumma Chriſtianæ eccleſiæ iactura & ignominia occupata fuerant, reſtituit. Euagrius libro quarto, capite decimoſexto ex Procopio.

Non leues igitur ſuſtinuit & ſub hoc Imperatore eccleſia Chriſti perſecutiones, à uarijs hominibus. Nam tertio mox Iuſtiniani imperij anno, Samaritani Iudæi creato ſibi rege Iuliano, infinitis Chriſtianos in Palæſtina iniurijs affecerunt, templa eorum incendijs uaſtarunt, ſanctorum monumenta igne combuſſerunt, Chriſtianos crudeliſsimè trucidarunt. Maximè uerò circa Neapolim, iſtam exercuerunt crudelitatem, cuius epiſcopum gladio iugularunt: & presbyteros comprehenſos, & in fruſta diſſectos, cum martyrum quorundam reliquijs in ſartagine frixerunt, & nihil non contumeliæ & immanitatis contra Chriſtianos exercuerunt. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimoquarto. Hermannus Gigas in Iuſtiniani hiſtoria addit, Iudæos cum Sarracenis icto fœdere, omnes quoque Cæſareę Paleſtinæ Chriſtianos occidiſſe. Iuſtinianus uerò imperator his auditis, eam Iudæorum tyrannidem grauiter uindicauit. Nam prælio cum ipſis commiſſo, cùm alios plurimos, tum eorum ducem Iulianum gladio puniuit. Nicephorus & Hermannus Gigas, loco indicato.

Non ita multis annis pòſt, Vandali quoq; in Aphrica degentes Arrianæ hęreſi addicti, Hilpericũ regẽ ob reuocatos ab exilio epiſcopos orthodoxos interficiunt: & Gilimere duce, rectè ſentientes in Libya opprimere parãt. Meminit crudeliſsimæ huius perſecutionis & ſummæ cõſtantiæ Chriſtianorũ, inter alios, Gregorius quoq; papa, libro 3. Dial. cap. 32. hiſce uerbis: Iuſtiniani Auguſti tẽporibus, dum cõtra Catholicorũ fidem exorta à Vãdalis perſecutio Arriana, in Africa uehementer inſaniret, quidã in defenſiõe ueritatis epiſcopi fortiter perſiſtẽtes, in mediũ ſunt producti: quos Vandalorũ rex uerbis ac munerib. ad pfidiã flectere nõ ualens, tormentis flectere ſe poſſe credidit. Nam quũ ipſis, in ipſa defenſione ueritatis ſilentiũ indiceret, nec tamen ipſi contra pfidiã tacerent, ne tacendo forſitan conſenſiſſe uiderentur: raptus in furorem, eorum linguas abſcindi radicitùs præcepit. Res mira, & multis nota ſenioribus: quia ita pro defenſione ueritatis, etiam ſine lingua loquebantur, ſicut prius per linguam loqui conſueuerant. Huius rei ſpectatores ſe fuiſſe affirmant, Iuſtinianus libro primo Cod. de officio præfecti prætorij, & ipſe Procopius libro tertio de bello Vandalico.

Cum uerò hanc Chriſtianorũ fortunam in Vandalis Iuſtinianus Imperator uidiſſet, motus ipſorum intolerabili calamitate, arma pro ijs ſumere animo decernit: idque tum ipſo facto declaraſſet, niſi Ioannis Hyparchi aulici præfecti, hominis audaciſsimi conſilijs, & ſpecioſa eius oratione à propoſito deterritus fuiſſet. Cæterùm quia Iuſtinianus aulici Gnathonis oratione motus, ſuſcipere bellum pro eccleſia Dei ceſſat, epiſcopus quidam Orientalis Imperatorem accedens, indicat ſe in ſomnis à Deo mandatum accepiſſe, ut Imperatorem ad ſuſcipienda arma pro afflictis Chriſtianis hortaretur. Eo uerò nuncio accepto, Imperator ſine dilatione Beliſarium cum armata manu in Libyam contra Vandalos miſit: qui capta urbe Carthagine, & tandem Gi-

limere

limere rege, parricida & perſecutore Chriſtianorum crudeliſsimo, tribus menſib. totam Libyam Iuſtiniani imperio ſubiecit. Procopius libro tertio de bello Vandalico: Paulus Diaconus libro decimoſexto, capite primo. Hæc uerò omnia ſeptimo Imperij Iuſtiniani anno accidiſſe, ſcribunt Diaconus & Iornandes.

Bellum etiam illud quod à Iuſtiniano per Beliſarium geſtum eſt in Italia, multas Eccleſijs clades attulit, utriuſq; exercitu in bonos & pios paſsim graſſante. Inter hos autẽ Syluerius quoq; Romanus epiſcopus recenſetur, quẽ Antonina Beliſarij uxor ficto crimine, quòd Romam Gottis prodere uoluiſſet, ab officio remoueri, & in Pontiam inſulam deportari curauit. Veram autem iſtius rei cauſam fuiſſe narrant, quòd Theodora Iuſtiniani uxor, propter Anthemiũ ab Agapeto depoſitum Romanis irata Beliſario mandarit, ut Sylueriũ Romæ uiciſsim ab epiſcopatu deijceret. Paulus Diaconus lib. 16.

Non ita multis annis pòſt, Choſroes Perſarum rex fide fracta, Ciliciam & Syriam inuaſit, & plurimas earum ciuitates, ut Suram ad littora Euphratis, Berœam, Antiochiam, Seleuciam, Daphnen, Apameam, Edeſſam, Sergiopolim & alias, grauiſsimè ob Chriſtianiſmũ afflixit: Euagrio teſte lib. 4. cap. 25. 27. & 28: Et Procopius libro 2. belli Perſici. Maximè uerò Sergiopolin omnibus pecunijs & theſauris ſacris ſpoliauit, eiusque epiſcopum in uincula coniectum duriſsimè afflixit.

Syluerio pulſo in exiliũ, Vigilius diaconus Rom. eccleſiæ epiſcopatũ accepit. Hunc mox, ut ſtet promiſsis de reuocando Anthemio, improbè urget Theodora Iuſtiniani coniunx. Vigilius uerò, quòd ea quæ Agapetus & Syluerius contra Anthemiũ hæreticũ egiſſent, iurè facta eſſe cenſeret, Theodoræ hac in re ſe nec obtemperaturum: nec etiam ad præſtandã datã fidẽ iure cogi poſſe reſpõdet, eo quòd malis promiſsis ſtandũ nequaquã ſit. Vi itaq; Imperiali captus, & Conſtantinopolim perductus, ibiq; per calumniatores in homicidij quæſtionẽ poſtulatus fuit. Cum aũt, ut antea, conſtanter in incepto cõtra Imperatoris uolũtatem & iuſſu perſiſteret, uerberibus cæſus eſt. Fugiens autem in templum Euphemiæ, quod uicinum erat, à lictorib. inde auulſus, & uinculis collo iniectis per totam ciuitatẽ ceu latro uſq; ad ueſperam tractus, & fame ac carcere afflictus, tandem cum comitibus in exilium actus fuit: anno ſui epiſcopatus decimo circiter.

Tanta autem fuit in eo animi magnitudo & conſtantia, ut nec minis, nec muneribus Imperatoris à uera ſua ſententia abduci potuerit: ſemperq; in ore habuerit, ſe multo grauiora meritum mala, ſi digna pro peccatis pœna irrogaretur. Platina de Vitis pontificum: Blondus lib. 7. Decad. 1.

¶ Circa hæc ferè tempora immaniſsimam perſecutionem Totilas Gottorum rex aliquot annis in Italia exercuit, quemadmodum ea de re plurimis in locis Gregorius papa conqueritur. Nam Romam, Neapolim, Florentiã, Peruſium, & plurimas Italiæ ciuitates partim obſedit, partim cepit, & incendijs armisq; grauiſsimè afflixit. Vnde flagellum Dei cognominatus eſt. Peruſium ciuitatem armata manu ſeptennio obſedit. Eius obſidionis princeps Comes quidam, dux exercitus (ut refert Gregorius in Dialogis libro tertio, capite decimotertio) ad regem Totilam obſidionis tempore nuncios miſit, quæſitum quid de capto Peruſinæ ciuitatis epiſcopo (erat autẽ is Herculanus) fieri uellet? Qui illi reſponſum renunciauit: Epiſcopo (inquiẽs) prius à uertice uſq; ad calcaneum corrigiam tolli, & tum demum caput ipſi amputari, populum uerò omnem gladio necari uolo. Dux capta urbe, impia regis iuſſa citra moram exequitur. Epiſcopum uenerabilẽ ſupra ciuitatis mœnia deductũ capite truncat: eiusq; iam mortui cute à uertice ad calcẽ uſq; inciſa, corrigiã inde ſublatã oſtẽdit. Gregorius loco indicato. Alius quidã Totilæ regis miles Arrianus, adeò in omnes tã clericos quàm monachos ſibi obuiam factos ſæuijt, ut nemo uiuus eius manus effugere potuerit: quẽ tamen paulo pòſt diuinitùs repreſſũ & cõuerſum narrat Greg. papa. lib. 2. Dialog. cap. 31.

Cerbonũ epiſcopũ Populonij Totilas ob occultatos Gottorum milites, urſo in circo obiecit. Verùm Deus beſtiã illã ꝓhibuit, ne quidquã ei noceret, ſed deflexa ceruice demiſſoq; capite, pedes eius lamberet. Gregorius papa libro tertio Dialog. capite 11.

Sub idem ferè tempus Gotti, quib. peregrina auxilia erãt pernéceſſaria, armis, cum Francis & Alemannis ſociatis, Campaniam, Apuliam & Calabriam, Italiæ regiones, ducibus Leuthare & Bultino Alemannis inuadunt. Eò ubi uentũ eſt, Franci, ut qui cõmuni cũ Romanis religione utebãtur, ſacris pietatis & reuerentiæ ergò pepcerunt. Sed Alemannorũ exercitus omnis idolatricis gentiũ ſuperſtitionib. deditus, ſine ullo delectu, & per impietatẽ templa diripiebant ſimul, & deformabãt, ſacraq; ex auro uaſa, ad peragendã rem diuinã parata, diripiebãt: & tẽplorũ quoq; euertebãt pauimenta: eaq; cruore fœdabant, & inhumata mortuorum cadauera immani crudelitate diſijciebant. Verùm digna his factis præmia ſunt conſecuti, ut paulo pòſt dicetur. Agathius libro ſecundo de bello Gottorum, pagina trigeſimaſecunda.

¶ Dein-

¶ Deinde XXIX Iuſtiniani impetantis anno, nouam denuò ſatan per Iudæos & Samaritas aduetſus Eccleſiam Dei, in Cæſarea Palæſtinæ mouit ſeditionem: in qua Iudæi eccleſias Chriſtianorum combuſſerunt, plutimos interfecetunt: & Stephano quondã eius ciuitatis præfecto intetempto, bona ipſius præconis uoci ſubiecerunt. Horum tamen tyrannidem Iuſtinianus, miſſo Amantio militum Magiſtro, ſeuerè repreſsit. Disconus libro decimoſexto, capite primo.

Marcum Autelianenſium epiſcopum, maleuolorum ſuorum technis in exilium pulſum: & poſtea cognita eius cauſa in ſynodo publica, à Childeberto rege coacta, ab exilio reuocatum, & priſtinæ dignitati reſtitutum. teſtis eſt Gtegorius Turonenſis in uitis Pattum, capite ſexto.

¶ Hunnorum etiam in Gtæciam & Thraciæ Cherſoneſum eruptio, eccleſiæ Dei multa mala intulit: ut nartat Agathius libro quinto de bello Gotthico. Poſtremò Iuſtinianus in hæreſin ἀφθαρτοδοκητῶν, hoc eſt, eorum qui aſſerunt Chriſtum carnem omnis corruptionis & mortis expertẽ aſſumpſiſse, aulica quadam ſapientia prolapſus, cœpit Orthodoxos non tantum edictis, ſed etiam ui ad aſſenſum cogete: ac eo furore Eutychium Conſtantinopoleos epiſcopum Amaſiam deportauit. idem uerò Anaſtaſio Antiocheno feciſſet, niſi morte impeditus eſſet. Sunt qui narrant, eum teſtamento ſucceſſori mandaſſe teſtitutionem Eutychij. Euagrius libro quarto, capite trigeſimonono, & quadtageſimo. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimonono: Zonaras Tomo tertio.

### DE PERSECVTIONE ET *tranquillitate ſub Iuſtiniano iuniore.*

IVſtinus iunior, nepos Iuſtiniani, anno Domini 566 ( iuxta Palmerium ) ad imperium acceſsit, electus & inauguratus à Iuſtiniano mente priuato, clam omnibus, exceptis domeſticis. Euagrius libro quarto, capite quadrageſimoprimo. Præfuit autem annos 16, menſes nouem: iuxta Euagrium libro quinto, capite uigeſimo tettio: ſecundum Zonatam, 13: ſecundum Diaconum, 12: ſecundum Regionem & Bedam, 11: iuxta Palmerium uerò, 10.

Initio ſui regni liberalis in Eccleſiam fuit. Sed poſtea in tantam incidit auariciam, ut ſenatotes & opulentiores pecunia emungetet: nec paupetibus nec Eccleſijs parceret: ſed tes eorum quæſtus gratia diuenderet. Paulus Disconus libro decimoſexto, capite ſecundo. Iuſtinum autem cognatum ſuum, prudentia militari celebrem, Alexandriæ in ſomnis capite truncauit. Euagrius libro octauo, capitibus 1. & 2.

Primo imperij ſui anno, epiſcopos à Iuſtiniano in exilium miſſos reuocauit: & edicto uetuit, ne quis aliquid noui in eccleſiam inueheret. Nicephorus libro decimoſeptimo, cap. trigeſimotertio, ac uniuerſas eccleſias ad ueram & orthodoxam doctrinam de trinitate & ἐνανθρωπίας Chriſti amplexandam pijſsimè hortatus & obteſtatus eſt: cuius edicti exemplum ex libro quinto Euagrij, capite quarto, integrè aſſcribere placuit. Verba ſunt hæc.

¶ In nomine Domini IESV Chtiſti, Dei noſtri, Impetator, Cæſar Flauius, Iuſtinus, fidelis in Chriſto, manſuetus, maximus, beneficus, Alamanicus, Gotticus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erulicus, Gupędicus, pius, fortunatus, glorioſus, uictor, triumphator, ſemper colẽdus Auguſtus. Pacẽ meam do uobis (inquit Dominus Chriſtus, uerus Deus noſter) pacem meã relinquo uobis: ſic prædicat mortalib. omnibus. Nõ eſt aũt hoc aliud, quàm ut credentes in ipſum, ad unam & eandem eccleſiam concurrant, circa rectam Chriſtianorum ſententiã concordes, & eos qui contraria dicunt aut ſentiunt auerſantes. Eſt enim cunctis mortalibus prima ſalus in eo, ut rectam fidem confiteantur. Quaptopter & nos Euangelicis obſecundantes annunciationibus & ſancto ſymbolo, hoc eſt ſanctorũ patrũ diſciplinæ, cunctos adhortamur, ut ad unam & eandem Eccleſiam pariter & ſententiã conueniant, credentes in pattem & filium & ſpiritum ſanctum, triadẽ coeſsentialẽ, & unam Deitatem ſecundum naturam & eſſentiam in uerbo & opere, & unam potentiam & poteſtatem & energiã in tribus hypoſtaſibus, id eſt perſonis glorificantes: in quas etiam baptizati ſumus, in quas credidimus, & quibus coniuncti ſumus. unitatem enim in trinitate, & trinitatem in unitate adoramus, admirabilem tam diuiſionem quàm unionem habentem: unitatẽ uidelicet ſecundum eſſentiam, id eſt diuinitatem: triadem ſecundum proprietates, hoc eſt hypoſtaſes, ſcilicet perſonas. Diuiditur enim ſine diuiſione, ut ſic dicamus, & coniungitur cum diuiſione. Diuinitas enim unum eſt in trinitate, & tria unum, in quibus eſt diuinitas: uel ut exactius dicamus, quæ ſunt diuinitas, Deus pater, Deus filius, Deus ſpiritus ſanctus, quando ſingulæ perſonæ in ſeipſis conſiderantur, mente ea quæ ſunt inſeparabilia diuidente, & Deum hæc tria coniunctim eadem & motus & naturæ contemplatione intelligente. oportet enim & unum cõfiteri Deum, & tres hypoſtaſes, id eſt proprietates prædicare. Confitemur autem eundem unigenitum filium Dei, Deum uerbum ante

bum ante ſecula ſine tempore ex patre genitum,non factum, nouiſsimis diebus propter nos noſtramq; ſalutem cœlitùs deſcendendo ex Spiritu ſancto, & domina noſtra ſancta & glorioſa Deipera ac ſemper uirgine Maria incarnatum:& ex ea genitum ,qui unus eſt cum patre & ſpiritu ſancto. Non enim quartæ perſonæ acceſsionem, per incarnationē unius ex triade, Dei uerbi, ſancta trinitas accepit: ſed eſt unus & idem Dominus noſter IESVS Chriſtus,coeſsentialis Deo ac patri ſecundum diuinitatem, & coeſſentialis nobis ſecundū humanitatē, paſsibilis carne,& idem impaſsibilis diuinitate. Haud enim alium Deum uerbum miraculis operantē,& alium patientem agnoſcimus : ſed unum & eundem confitemur Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, uerbum Dei, perfecta humanitate aſſumpta incarnatū:& miracula quoq; & paſsiones, quas ſpōte ſua ꝑpter ſalutē noſtrā ſuſtinuit in carne, unius & eiuſdem eſſe ſentimus. Haud enim homo quiſquam ſeipſum pro nobis dedit: ſed idem ipſe Deus uerbum, ſine mutatione homo factus eſt, ſpontaneā pro nobis paſsionem & mortem in carne ſuſcepit. Itaque cùm Deum illum eſſe confitemur,non negamus eſſe,eum hominem: rurſus confitentes eum eſſe hominē, Deum non negamus. Vnde cum unum eum, & ex utraq; diuinitatis & humanitatis natura compoſitum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum confitemur, unitatem non confundimus. Neque enim homo ſecundum naturā noſtram factus,Deus eſſe deſijt: neq; ob id quòd natura Deus eſt, & ſimilitudinis noſtræ haud capax, homo eſſe detrectabit: ſed ut in homine Deus,ita licet in excellentia diuinitatis conſtitutus ſit, nihilo tamen minus homo manet, uterque in eodē exiſtens,& unus Deus ſimul & homo Emanuel. Quum autem eundem in diuinitate perfectum,& in humanitate perfectū confitemur,differentiam naturarū ſignificamus, non auferimus propter unitatem ( neque enim diuina natura in humanitatem , nec humana natura in diuinitatem conuerſa eſt ) ſed magis utriuſq; excellentiam in propriæ cuiuſq; naturæ termino ac ratione conſiderantes , unitatem ſecundum hypoſtaſim factam eſſe intelligimus. unitas autē ſecundum hypoſtaſim oſtendit, quòd Deus uerbū,hoc eſt una hypoſtaſis ex trib. diuinitatis hypoſtaſibus, non præexiſtenti homini unitus ſit: ſed in utero dominæ noſtræ ſanctæ ac glorioſæ Deiperæ & ſemper uirginis Mariæ, ſeipſum ex ea in propria hypoſtaſi carnem nobis coeſsentialē, & conſimiliter paſsibilem, dempto peccato anima rationali & intellectuali animatam cōdiderit. In ipſo enim hypoſtaſin habuit, homoq; factus eſt,& eſt unus & idem Dominus noſter IESVS Chriſtus,unà cum patre & ſpiritu ſancto glorificandus. Conſiderantes autem inenarrabilem illius unitatem, rectè unam uerbi Dei naturam incarnatam, carne ſ. anima rationali & intellectuali animata confitemur: rurſus differētiam naturarum contemplantes , duas naturas eſſe dicimus : nec ullam tamen diuiſionem introducimus: eſt enim in illo utraque natura. Vnde unum eum & eūdem Chriſtum, unum filium, unam perſonam, unam hypoſtaſin, Deum ſimul & hominem confitemur. Omnes autē eos qui cōtraria hiſce uel ſentiunt, uel ſenſuri ſunt, anathemate damnamus, & alienos à ſancta Dei Catholica & Apoſtolica eccleſia iudicamus. Quū itaq; nobis prędicentur recta dogmata à ſanctis patribus tradita, cunctos ut ad unam & eandem Catholicam & Apoſtolicam eccleſiam concurrant hortamur, imò magis obſecramus. Haud enim detrectamus, licet in excellentia Imperij conſtituti, huiuſmodi uerbis propter Chriſtianorū omnium concordiam & unitatem uti, ut unà omnium doxologia magno Deo ac Seruatori noſtro IESV Chriſto deſtinetur, ac deinceps nemo ullo prætextu propter perſonas aut ſyllabas rixetur. Ad unā enim rectamq; fidem & intelligentiam eius populi ac ſtatus ducunt, qui nunc & in ſancta Dei Catholica & Apoſtolica eccleſia per omnia firmus & immotus obtinet, & conſequenter futuro tēpore ꝑpetuò manebit. Huic igitur edicto cuncti quidem conſenſerunt , orthodoxè illud prolatum eſſe dicentes : uerùm nihil omnino eorum quæ diuiſa erant,unitū eſt. Quapropter diſertè ſignificatum eſt, quòd ſtatus firmus & immotus in Eccleſijs ſit ſeruatus, & ut ſequenti quoque tempore ſeruetur. Hactenus ille.

¶ Eccleſias etiam in Ægypto , Alexandriæ hæreſibus imbutas, per Photinum Beliſarij priuignum Imperialibus literis ablegatum, conatus eſt ad piam concordiam & quietē reducere. Diaconus 16.

Cæterùm quia non in timore Domini ſeſe ſemper continuit, ideo & ipſe diaboli & aulicorum inſidijs, multis pijs & bonis moleſtus fuit. Nam Anaſtaſium Antiochiæ epiſcopum in exilium , eiecit fictis criminibus , quòd maledictis Imperatoriam dignitatē inceſsiſſet, & pecunias eccleſiæ dilapidaſſet. Euagrius libro 5. capite quinto: Nicephorus libro decimoſeptimo , capite trigeſimoſexto. Sub eo quoque eccleſiæ in Armenia à Perſis grauiter affligebantur, propter religionem . Eam uerò crucem ut declinarent , petierunt à Iuſtino tutelam:

quem cum ille promiſiſſet, & utrinq; eſſent inita fœdera, Perſarmenij interfectis ſuis principibus ad Romenos deficiunt. Verùm dũ Iuſtinus ignauiæ & luxui deditus, Choſroen armis ſua recuperare tentantem contemnit, nec Gregorij Antiocheni & aliorũ admonitionibus de hoſtium apparatu credit, Niſibenam, Apamenſes & Syriacas eccleſias exercitus Choſrois ferro & igne depopulatur. Euagrius libro quinto, capite ſeptimo, & ſequentibus.

Circa hæc tempora Narſes Patricius Vitelẽ Altinæ ciuitatis epiſcopũ, q ente plurimos ennos ed Francorũ regnũ ſeu Moguntinenſem ciuitetẽ cõfugerat, apud Siciliã cõprehenſum exilio dãneuit. Diaconus lib. 2. de geſtis Longobardorum, cap. 5.

Alboinus Longoberdorũ rex anno Iuſtini 3. Chriſti uerò 568, in Italiã ingreſſus cũ exercitu, uouit ſe gledio omnes Chriſtianos deleturum: idq́; re ipſa perficere cœpit. Nã temple diripuit, ſacerdotes interemit, monachos de arborib. ſuſpendit. Gregori' Turonenſis lib. 4. Hiſtoriarũ, cap. 41. Mediolenũ quoq; obſedit, & facta expugnatione, omnes ciues, quòd Chriſtiani eſſent, trucidauit: teſte Diecouo de geſtis Lõgobardorum lib. 2 cap. 12.

Deinde Ticinũ ſeu Papiẽ ciuitetem ultra trienniũ oppugnauit: quam tendem captã, diripiendã & inflãmandem totẽ militibus tradditurũ ſe iurauit. Verùm huiuſmodi tyrenni in Chriſtianos furorẽ miſericors Deus in medio curſu hoc modo repreſsit: Cũ iam facte deditione, portã ciuitetis quæ dicitur S. Iohennis, rex ingrederetur, equus eius de improuiſo in medio portæ, mõtis in ſtar immobiliter cõſiſtẽs (Diaconus & alij, humi plenè collepſum affirment) nec calcarib. nec uerberib. erigi, aut porrò agitari potuit. Hoc uiſo, quidẽ ex Longobardis ultionem quam Ticini ciuibus minetus fuerat, regem remittere iubet, aut fore ut nũquam cum lapſo equo erigatur.

Promiſſa ergo uenia, equus confeſtim ſua ſponte, rege incolumi, ſeſe in pedes ſtetuit. Peulus Diecon us libro ſecundo, capite decimotertio, de geſtis Longoberdorũ. Me ximè uerò Siciliæ Chriſtianos atrociſsimè afflixerunt Longobardi, quos Saracenos alij uocare uidentur.

Cuiuſdã perſecutionis primarius autor fuit & Abdila, Peganorũ in Hiſpania princeps, impijſsimus Chriſtianorũ perſecutor, qui 100 armatis neuib. contre eos expeditionẽ ſuſcepit, quò Chriſti nomine & memoria funditùs è terre ſublato, idolorũ ſuorum cultus tutò uigere & conſtare & propagari poſset. Ducem eũt neuibus præfecit Agere nũ quendẽ, Manucha nomine, hominẽ crudeliſsimũ, & Chriſtiano nomini infeſtiſsimum hoſtem. Hic moneſterio Caſsinenſi euerſo, oppidis uilliſque ei ſubiectis ferro igniq; deletis, omnes ei' loci ſecerdotes uarijs affectos ſupplicijs trucidauit: Plecidum martyrem cum duob. fratribus, ſorore uirgine, & 33. monachis, immaniſsimè ad Meſſanam ciuitatem occldit. Sed mirè hic uariant temporũ calculetores. Antoninus, anno Chriſti 541. Iuſtiniani Imp. 13. Chronicõ uerò Caſsinenſis cœnobij, anno Chriſti 561. & mox initio primi libri ſecundo capite, quingẽteſimo ſexageſimooctauo eem perſecutionem factam eſſe ſcribunt.

## DE PERSECVTIONE ET *tranquillitate Eccleſiæ ſub Tyberio.*

ANno duodecimo Imperij ſui (ut Euagrius habet: ſeu nono, ut Paulus Diaconus libro decimoſexto, capite ultimo) Iuſtinus iunior, quia Imperij adminiſtrationẽ ſuis uiribus ſuſtinere non poteret, Tyberiũ de conſilio Sophiæ uxoris ſibi collegam & ſucceſſorem conſtituit. Hi uerò omnes Tyberij electionẽ memoria digniſsimẽ plixè deſcribũt, quę telis fuit. Cum Iuſtinus iam morbi ſæuitia remittente, Dei prouidentia meliuſculè haberet, ut & peccata lepſusq́; ſuos agnoſceret, & Reip. melius cõſuleret, cõuocato Imperij Senetu, pontifice & alijs, quos huic actioni intereſſe decebat, in aperto Imperialis aulę palatio, Tyberium Imperatoria corona & penula indutum, Cæſerẽ deſignat, elte uoce hæc prolocutus uerba: Ne (inquiens) Tyberi optime, umbra huius phenteſiæ ſeu apparatus, & huius ueſtis ſplendor te decipiat, quibus ego miſer deceptus, meæ oblitus conditionis extremis pœnis factus ſum obnoxius. Tu quæſo peccata mee corrige: id quòd facies, ſi rectè & benignè Rempublicam adminiſtraueris: nec omnino iſtis (principes & conſiliarios eſtantes demonſtrans) parueris. Nam illi ipſi in eas ques cernis, me coniecerunt ærumnas. Alia uerò plurime huius generis adiecit, quibus cunctos auditores ad cõſternationẽ & copioſes lacbrymas commouit. Poſtremò uerò addidit: Honora, Tyberi, Deum, & eius Eccleſiẽ, ut tu quoq; ab ijs honoreris: & olim quidem herã, dominã, & nunc uerò matrem tuam. Qui facultetes hebent, retineant: quibus eæ deſunt, eis tribue: ut alios omnes, ſic teipſum obſerua. Memineris & quis antea fueris, & quis hodie fectus ſis, & non ſuperbies, nec peccabis. Meum intuere exemplum, qui paulo antè fuerim, & quid nunc ſim. Pauperes in primis dilige, & eleemoſynis tuis eos iuua. Hac finita oratione epiſcopus pro more preces reciteuit: quibus cum omnes reſpondiſſent Amen,

Tyberius

Tyberius Cæſar ad pedes Imperatoris ſe abijciens: Si, inquit, nolueris, ſum: ſi nolueris, non ſum. Reſpondit Iuſtinus Imperator: Deus qui fecit cœlum & terram, omnia quæcunque tibi dicere oblitus ſum, in animum tuum ſubijciat, teq́; ſanctiſsimo ſuo timore inſtituat, ut per ipſum omnia tibi rectè, feliciter, proſpereq́; eueniát. Euagrius libro quinto, capite decimotertio: & Nicephorus libro 17. cap. 40. Porrò Tyberius iſte natione Thrax, ut corporis ſtatura procera, & facie uenuſta ualde, ita ingenio non minus honeſto & liberali ornatus fuit. Ná comitate, máſuetudine, modeſtia, humanitate, iuſticia, ſapientia, liberalitate, clementia in uictos, pietate, fortitudine, & felicitate nemini Imperatorú ſecundus fuit. Theſauros à Iuſtino parú honeſtè collectos, liberaliſsimè pauperib⁹ diſtribuit. Eam ob rem à Sophia Iuſtini uxore aliquando obiurgatus: Confido (ait) in Domino, nec deerit pecunia fiſco noſtro, modò pauperes eleemoſynas accipiant, & captiui redimantur. hi enim ſunt theſauri illi nullis obnoxij periculis, quos ipſe Dominus colligere iubet, Matth. 6. Aurum cú lachrymis & querelis ſubditorum collectum, regiq́; oblatum, adulterinum & uenenoſum eſſe dicebat. Euagri⁹ libro quinto, capite decimotertio: Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum. Regnauit autem ſol⁹ annos 4. Euagrius libro quinto, capite uigeſimotertio.

Eccleſia uerò ſub Tyberio eum, in quem à Iuſtino collocata fuerat ſtatum retinuit: Euagrio teſte lib. 5. capite 16. Addit autem Speculum Vincentij libro 21. capite 127. ex Hugone. hunc Imperatoré plurimas Conſtantinopoli renouaſſe eccleſias. A' perſecutione tamen multis in locis non fuit eccleſia immunis. nam in Italia Longobardi urbes & eccleſias miſerè uaſtarunt. Maximè uerò obſidionibus & deprædationibus Longobardorum Roma in ſummá rei frumentariæ penuriam adducta fuit: quá tamen Tyberius, miſsis multis millibus nauibus, frumentum ex Aegypto apportantibus, à famis periculo liberauit, anno quinto ſui imperij, Mariano Scoto teſte: Paul. Diacon. libro 17. rerum Romanarum, & de geſtis Longobardorum libro tertio, capite quinto. Decreta Benedicti Papæ, Tomo ſecundo Conciliorum, à Iuſtino id factum eſſe memorant. Sed diſcrepantia facilè, ex ſocio fortè utriuſq; imperio, dijudicatur.

Cęterùm etiam in Hiſpania Chriſtianos ob religionem afflictos fuiſſe, inde liquet: quia Lemulgildus Arrianæ hęreſi addictus Elmingildum proprium filium, quia Arrij dogma repudiabat, crudeliter necari iuſsit, & Leandrum Hiſpalenſem epiſcopum grauiter inſectatus fuit. Sabellicus Enneadis octauæ libro quinto: Speculum Vincentij libro uigeſimoprimo, capite 135.

Duraſſe & in Gallia ſub hoc Imperatore perſecutionem, certum eſt, quia Sueſsionú regnum hoc tempore Chilpericus Chriſtianorú hoſtis tenuit. Hic odio fratris Sigeberti Metenſium regis, filium ſuum natu maximum ex Andouera Theodebertum, regnum ipſius cum armata manu inuadere iubet. Is uerò Turono, Pictauio, Lemouicino, Carducino, & reliquis prouincijs hoſtili animo oppreſsis eccleſias earú incédit, monachos interfecit, monaſteria diripuit, puellas uitiauit, & immani crudelitate nihil non libidinis exercuit, adeò ut ea tempeſtate infeliciorem eccleſiæ ſtatum, quàm uel Diocletiano aut Maximiano imperantibus, fuiſſe perhibeant. Gregorius Turonenſis libro quarto Hiſtoriarú, capite quadrageſimoſeptimo. Addit Speculum Vincentij libro uigeſimoprimo, capite 128. Chilpericum his geſtis ad Rhenum uſq; cú exercitu progreſſum eſſe, ibiq́; eadem crudelitate igni ferroq́; diripuiſſe omnia.

Interempto rege Sigeberto, in Gallijs Ruccorenus quidam Chilperici præfectus, Turonos miſſus fuit: qui poſitis caſtris ultra Ligerim, Gunthramium regem ſuperbè extemplo, quò ſalutis cauſa confugerat, tradi ſibi petijt: additis minis, ſe igni ferroque omnes eius ciuitates & ſuburbana, niſi ea omnia quę poſtulet fiát, euerſurú eſſe. Monachi miſſa ad Ruccorenú legatione, indicare ei iubent, nulla unquam ætate hæc facta eſſe à Chriſtianis: & agere cum eo, ut ab ea mente deſiſteret. Fore enim niſi mutet ſententiam, ut & ipſe & rex tum omné amiſſurus ſit rerum gerendarum felicitaté, tum ipſius diuiuæ quoq; maieſtatis gratiá & fauorem. Homo autem ferox nihil motus uel ulla piorum admonitione, uel conſecrati loci religione: templi fores intra Ligerim ciuitatem ui effringit, omniaque ibi diuina & humana euertit & uaſtat. Sed uindicta Dei mox oppreſſus, dignas accepit facinore ſuo pœnas, de quibus infrà. Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſtoriarú, cap. 4.

Eodem tempore Mundericus epiſcopus Ternoderéſis caſtri, ui ab Eccleſia ſua auulſus, in exilium, in arctam & detectam turrim ad ripem Rhodani extructam detruditur: ubi per biennium ferè integrum, grauiſsimis cruciatib. detentus & afflictus fuit. Cauſa eius captiuitatis hæc eſſe ferebatur, quòd Sigebertum regem, cum fratre Gunthramo bellum gerétem, alimentis & commeatu iuuiſſet.

Chilpericus autem Francorum rex, epiſcopum ſuum exilio damnauit, hac de cauſa. Lex erat Antichriſti, ne uir eius fœminæ uel uxoris potiatur concubitu, quæ baptizandæ ſobolis commater extitiſſet. Fredegundis igitur pellex Chilperici, gnara huius decreti, exoſam cupiens marito reddere uxorem legitimã Audouerã, inſidioſe ei perſuadet, ut pro recẽs nata filia baptizãda abſente marito, ipſa fideiuberet. Audouera nihil mali ſuſpicata, obtemperat, proprięque filiæ teſtis in baptiſmo exiſtit. Fredegundis reuerſo regi mox negocium totum aperit. Rex iratus, uxorem repudiat: & epiſcopum, quòd baptizandę filiæ matrem teſtem admiſerat, exilio damnat. Adon in Commentar. 4. ætatis, ſub Iuſtino iuniore: Robertus Ganguinus libro ſecũdo, de Chilperico. Exercuit & in alios plurimos Chriſtianos crudeliſsimam tyrannidem: homo enim fuit planè Epicureus & *ἄθεος*. Vxores plures habuit, quarum unam repudiauit, alteram occidi iuſsit: Eccleſias ſpoliauit, regionum & urbium incendijs & euerſionib. delectatus eſt, mirificè pauperes cõtempſit, ſubditos intolerabilibus expilationib. oppreſsit, Sigibertum fratrem occidi iuſsit: Eccleſiarum miniſtros et Epiſcopos aſsiduè blaſphemauit, eosq́ue tormentorum omni genere afflixit: & in ſumma, nihil non immanitatis adhibuit. Hinc non immeritò Neronem eum, & Herodem ſuæ ætatis uocat Gregorius Turonenſis: qui plurimis in locis eius facinora non ſine querelis cõmemorat, maximè uerò libro quinto Hiſtoriarum, capite uigeſimoquinto: & libro ſexto, capite 46: Paulus Diaconus de geſtis Lõgobardorum libro tertio, capite quarto. Sed Deus hanc miſeriam Eccleſiæ mitigauit tyrãni morte, & Fredegundis conuerſione, quę libros exactionum combuſsit. Turonenſis libro quinto, capite 34. Regino libro primo.

In Hiſpanijs etiam in Chriſtianos ſęuitur, regnante ibidem Leuigildo, decimonono Gottorum rege: cuius ſceleris caput & dux fuit Goiſuinta, ut ab aliquibus nominatur, mater Brunichildis, fœmina Arrianæ hæreſi addictiſsima, quæ neptim ſuam religionis cauſa necari iuſsit. Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriarum, capite trigeſimooctauo: Ammon libro tertio, capite trigeſimooctauo, de geſtis Francorum.

### DE TRANQVILLITATE ET *perſecutione ſub Mauricio Cappadoce.*

MAuricius natione Cappadox, initio ſcriba Iuſtini ſecundi, poſtea comes Prætorianorum, tertiò exercitus dux contra Perſas, tandem anno Chriſti 583. è Tyberio ſocero de ſententia Sophiæ Imperator deſignatur: pietate, prudẽtia, fortitudine, clemẽtia, liberalitate & alijs uirtutib. excellẽs. Euag. lib. 5. cap. 19: & li. 6. ca. 1. Annos 20. regnauit, teſte Paulo Diacono, & Palmerio.

Etſi autem facilè per Mauricium Eccleſia ſua Halcyonia habuiſſet (nam in eo pietatem & felicitatem coijſſe ſcribit Euagrius libro ſexto, capite primo:) tamen quia in paradiſo poſitæ inimicitiæ nondum fuerant compoſitæ, ideo paſsim ſerpentis morſus ſenſit. Nã primo ſtatim Mauricij anno Perſæ (ut teſtatur Sigeberti Chronicon) Armeniam bellis, incẽdijs, captiuitate epiſcoporum ac populorum atrociter deuaſtarunt. Sed in illo ipſo prælio ſuas uires filius Dei fortiſsimè exeruit. Nam 48. martyrum eccleſiam, apud Armeniam ſub Licino interemptorum, ita ab hoſtium oppreſsione tutatus eſt, ut nullo modo eam, etiam iniecto igni incendere Perſæ potuerint. Meminit eiuſdem perſecutionis Gregorius Turonẽſis. lib. 10. cap. 23.

Circa ea autem tempora Antiochena eccleſia in Oriente nouis tumultibus turbata fuit. Erat Aſterius quidam, Orientali tum temporis præfectus prouinciæ. Inter hũc & Gregorium Antiochenum epiſcopum cum contentio quædam incidiſſet, principes ciuitatis Aſterij partib. fauebãt. Deinde & plebeij opifices gubernatorũ ſuorũ exemplum imitantes, iidem temeraria audacia factitabant: & epiſcopum accuſantes, plurimùm detrimẽti ab eo ſinguli ſe accepiſſe calumniabantur, & impunè quibuſuis probris & maledictis eum uexabant. Hinc utrinque conſpiratis ſententijs, aſperè & ferociter tum in uijs publicijs, tum theatris conuicia in epiſcopum conijciebant, à quibus nec Scenici quidem luſores abſtinebant. Hanc autem ob cauſam Aſterio magiſtratus abrogatur. cui Imperatoris iuſſu ſucceſsit Iohoannes quidam, homo longè ineptior quàm ut tantorum tumultuũ cauſam rectè cognoſcere, uel aptè componere poſſet. Hic nouis turbis & Rempublicam & Eccleſiam Antiochenam impleuit. nam propoſitis edictis, ſe omnes eos qui iure cum epiſcopo diſceptare uellent, admiſſurum eſſe: non exiguos à quibuſdam argẽtariæ menſæ præfectis aduerſus epiſcopum libellos accepit, in quib. inſimulabatur Gregorius, quòd cum ſorore ſua, alij uiro matrimonio iũcta, incœſtam conſuetudinẽ habuiſſet. Præterea quòd felicem pacatumq́ue urbis ſtatum perſæpe perturbaſſet, & rem frumentariam ciuibus frequenter labefactaſſet. Sed de turbato ciuitatis ſtatu crimen ſibi obiectum, pro eo atque potuit, refellit. De alijs autem cauſis, ad cognitionem & iudiciũ Imperatoris & ſynodi prouocauit.

uocauit. Quare Conſtantinopolim, cauſam dicturus uenit. Ibi autem cum cauſam eius diligenter & accuratè plurimi patriarchæ, & metropolitanarum eccleſiarum epiſcopi, & ſacræ Curiæ ſenatores cognouiſſent, omnium ſententijs Gregorius abſolutus, domum ad ſuam ſedem reuerſus: calumniator uerò neruis bubulis cæſus, & in foro circumactus, exilio damnatus fuit. Euagrius libro 6. cap. 7. Nicephorus libro decimooctauo, cap. 11.

¶ Duraſſe etiam hoc tempore Romæ & paſsim in Italia perſecutionem à Longobardis contra Chriſtianos motam, Gregorius papa plurimis in locis, non ſine querelis memorat: maximè uerò libro ſecundo, Homilia decimaoctaua, ſuper Ezechielem.

Blondus autem Decadis primæ lib. octauo, Gregorium à Pelagio Romano pontifice hac de cauſa Conſtantinopolim ad Mauricium Imperatorem amandatum eſſe narrat, ut ab eo auxilia contra Longobardorũ iniurias Romanorum nomine peteret: cuius petitionibus excitatus Mauricius, copias ilicò parauit, eaſq́; cum Smaragdo ſecundo Italiæ Exarcho in Italiam ferendi auxilij cauſa miſit. Is uerò, ut cum Gregorio in Italiam uenit, & Rauennæ comitante Gregorio cum exercitu nauigio appulſus fuit, expectationi quam de ſe Itali habuerant, aduentus ſui principio facilè ſatisfecit. Poſtea uerò ut Rauennatis eccleſiæ dignitatem & autoritatem contra Romanorum ambitionem augeret, Gradum profectus, eius urbis epiſcopum Seuerum, ui templo extractum, Rauennam cum alijs tribus ex Hiſtria epiſcopis traduxit: eoſq́; ui minisque coegit, ut Rauennatenſi ſubeſſent, & non Romano epiſcopo. Tulerunt id Romani moleſtiſsimè, & ſchiſmaticos illos accuſarunt: ſed tandem in ſynodo Mariana id negocium componitur. Paulus Diaconus libro tertio de geſtis Longobardorum, capite duodecimo.

Præcipuus uerò tum temporis dux Longobardorum Zoto Beneuentanus, Caſsinenſe cœnobium diripuit, incendit, & ſolo æquauit: monachorum uerò neminem in ea expeditione hoſtes comprehendere aut tenere potuerunt, ſed hoſtium manus elapſi incolumes Romam uenerunt. Paulus Diaconus libro quarto, capite ſexto: Sabellicus Enneadis octauæ libro quinto. Verùm Gregorius per Theodelindam Agilulphi regis Lõgobardi coniugem piiſsimam, multis precibus & literis tandem pacẽ Eccleſiæ impetrauit: & non ſolùm fœdere utrinque inito Longobardorum furores repreſsit, ſed ipſum regem quoq; idololatrã ad Chriſti fidem cõuertit. Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capite 2. & ſequentibus.

Sunt & Gallię eccleſię ſub Mauricio multipliciter conquaſſatæ. Apud Maſsilienſem urbem, regnante Childeberto, prouinciæ rector fuit Diuamius quidã, qui Theodoro eius loci epiſcopo multipliciter inſidiatus fuit: ideo epiſcopus ad regem petẽdi auxilij gratia proficiſci cogitat. Diuami⁹ uerò abeuntem in medio oppido cõprehenſum, grauiſsima affectum iniuria à ſe dimiſit. In itinere à Gunthranno rege Aurelianẽſiũ capitur. Ea re cognita, Maſsilienſes clerici ſumma lætitia affecti, quòd iam Theodoro capto ſolum uertendum, & nunquam Maſsiliam redeundum eſſet: mox ergo res & theſauros omnes Eccleſiæ ceu mortuo iam epiſcopo inuadunt & expoliant, uarijsq́ue innocentem epiſcopum calumnijs criminantur. Childebertus uerò Theodorum ad ſe petendi auxilij cauſa profectum, per Gundulphum præfectum priſtinæ dignitati reſtituere cupiens, utrumque Maſsiliam ablegat. Diuamius cum clericis portas ciuitatis obſeruans, utrumque ignominioſè repellit. Arte uerò tandem cum militibus urbem ingreſsi, & potentia Diuamij fracta, eoque grauiter increpato, Diuamius uenia petita muneribus ducem Gundulphum placat, ſacramento promittens ſe & epiſcopum reſtituturum, & eam quam deberet regi deinceps præſtiturum fidem. Abbas uerò & presbyteri, qui eiecto Theodoro exilij cauſa fuerant, epiſcopo regis iuſſu reſtituto, ad Diuamij tecta confugiunt. Sed nonnulli ex ijs per fideiuſſores dimiſsi, ad regem proficiſci coguntur. Gundulphus expeditis regis Childeberti mandatis, & reſtituto epiſcopo, domum redijt.

Interea Diuamius immemor datæ fidei & iuramenti, Gunthranno regi per nuncios indicat, Theodorum reſtitutum eſſe: quo Eccleſię gubernationem tenente, Maſsilienſium urbe ipſe nunquam potiri queat. Rex iratus, epiſcopum uinculis conſtringi, ſibiq́ue ceu hoſtem regni ſui exhiberi iubet. Epiſcopus præmonitus, à regis tyrannide ſibi cauere ſtudet. Verùm peractis aliquando extra urbem ſacris, milites Gunthranni in inſidias collocari, epiſcopum ex improuiſo inuadunt, eumq́ue in equo deiectum & uinculis conſtrictum, regi Gunthranno ignominioſè adducunt. Clerici Maſsilienſes interea (ut antea) Eccleſiæ bona diripiunt, ſuiſq́ue inferunt ædibus. Theodori uerò epiſcopi innocentia cognita, Gunthrannus eum incolumem, muneribus à ſe donatum, ad ſuos redire

permiſit. Hæc res poſtea grauiſsimarum inimicitiarum cauſa fuit inter Gunthrannum & Childebertum. Gregorius Turonenſis libro ſexto Hiſtoriarum, capite undecimo.

Haud ita multo pòſt, iterum noua excitata eſt contra Theodorum epiſcopum perſecutio, à Gunthranno Boſo, Chilperici aulico, eo quòd Theodorus epiſcopus Gundoaldum, qui falſò Clotharij regis Francorum filium ſe aſſerebat, & Francorum regno inſidiaretur, hoſpitio exceperat. Coniectus igitur eſt epiſcopus in carcerem: ubi cum ardentiſsimè auxilium à Domino peteret, tanta inſolitæ lucis claritate tota cellula reſplenduit, ut ea re magnopere cuſtos epiſcopi percelleretur. Ductus tamen ad Gunthrannum regem epiſcopus, cum Epiphanio quodam, qui ex Italia Maſsiliam ob Longobardorum iniurias fugerat, iterum cuſtodiæ mancipatur, in qua Epiphanius obijt. Theodorus uerò innocentiæ teſtimonio abſolutus, incolumis ad ſuos redijt. Gregorius Turonenſis libro ſexto Hiſtoriæ capite uigeſimoquarto.

Poſt hæc denuò Gunthrannus ardens Theodori acerbo odio, cum iam Maſsilia in Childeberti poteſtatem rediſſet, contra Theodorum epiſcopum moliri cœpit perſecutionem. Qua etiam re cognita Childebertus ad componendam cauſam, Rathadium, præfectum ſuum, Maſsiliam amandat. Qui ut eò uenit, non defenſorem, ſed accuſatorem, non amicum, ſed hoſtem erga Theodorum ſe declarauit: & perfidè neglectis ijs quæ à rege in mandatis habebat, Theodorum ipſe inſectatus, fideiuſſores ab eo popoſcit, eumque ad Gunthrannum ablegauit, ut ab eo futuræ Matiſconenſi ſynodo, tanquam ab epiſcopis damnandus, adeſſe iuberetur. Interea epiſcopo uix urbe egreſſo, Ratharius Eccleſiæ res diripuit, partemque earum ſibi uendicauit, partem ſigillis ſuo annulo impreſsis concluſit. Childebertus uerò certior factus, Theodorum epiſcopum in poteſtate eſſe Gunthranni, patruum ſuum mox rogare iubet, ne quid inferat Theodoro iniuriæ. fore enim, ut ingens inde & publica ſcandalorum inteſtinorum & diſſenſionum ſeges exoriatur. Breui itaque ægrotante Gunthranno, Theodorus ad ſuos reuerſus, cum laude ſuſceptus fuit. Sed præmia, hoc ſuo facinore ſacrilegus ille digna accepit, de quibus paulo pòſt. Gregorius Turonenſis libro octauo Hiſtoriæ, capite duodecimo, decimotertio, & uigeſimo.

In Hiſpania interempto Hermingildo, Gunthrannus rex affinis necem ulturus, arma contra Hiſpanos ſumit. Cuius exercitus cum Septimaniam Gallijs uicinam prouinciam primò peterent, eius loci incolæ ultra Ararim, Rhodanum, Sequanam, & in uicinia habitantes, armis cum Burgundionibus iunctis, non ſolùm proprias regiones ſanguine & incendijs miſerè uaſtarunt, ſed Eccleſias quoque ſpoliarunt, earumque miniſtros & ciues ad aras Deo conſecratas, ad urbem uſque Nemauſum crudeliter trucidarunt. Idem Biturigi, Sanctonici, Petragorici, Coleſenenſes Galliarum populi, ad Carcaſſonam urbem, ſactitarunt. Aruernenſis quoque regionis Eccleſiæ, quæ uias publicas retigerunt, eadem clade afflictæ fuerunt: Gregorio Turonenſi libro octauo Hiſtoriæ ſuæ, capite uigeſimooctauo & trigeſimo, teſte.

Henricus de Erphordia capite quinquageſimoquarto narrat, decimo anno Mauricij, quendam in Gallia ligna in ſyluis cædentem, adeò à muſcis infeſtatum fuiſſe, ut per biennium amens fieret. is uerò homo ſub ſingularis religionis ſimulatione pſeudoprophetam & hoſtem Chriſtianorum ſe exhibuit. Nam quia artes Magicas, morborum curationes, futurorum prædictiones diabolicis præſtigiis profeſſus fuit, & cum multorum admiratione exercuit, CHRISTVM ſe eſſe affirmauit, & pro eo coli ac ardorari uoluit. Quem qui exhibere ei honorem noluerunt, eos aſſectatorum ſuorum auxilio, quorum magna fuit copia, hoſtiliter inſectatus & perſecutus fuit. Tandem uerò à Chriſtiano quodam interfectus, & ita eius ſectatores diuina uindicta diſperſi fuerunt.

Brunechilden Arianæ hæreſi deditam, Columbanum Gallum, Chilianum, Deſiderium, eorumque ſocios, ex Francorum finibus expuliſſe, Hermanus Gyges ſub Mauricio narrat.

Chilpericus, eiusque pellex Fredegundis, etiam ſub hoc Imperatore pios afflixerunt. Memorabilis eſt hiſtoria de Prætextati Rothomagenſis epiſcopi diuexatione, quam breuiter adſcribimus. Nam primùm Chilpericus pellicis impulſu ſubornatis falſis teſtibus, Pretextatum furti & factionum in iudicio Eccleſiaſtico accuſabat, eumque exilio mulctari petebat. Cùm uerò epiſcopus de his criminibus regi & conſiſtorio ſe firmis rationibus purgaſſet, ac Gregorius Turonenſis alij que Eccleſiarum miniſtri Prætextati defenſionem ſuſciperent, Chilpericus calumnias

lumniæ crimine conuictus, animo confuſus, ex Eccleſiaſtico iudicio diſceſsit.

Alias autem excogitauit machinationes, quò epiſcopum loco moueret. Aulicos quoſdam adulatores ad epiſcopum accedere iubet: qui eò profecti, magnificè regis commendata pietate & clementia, inſidioſè incauto epiſcopo perſuadent, ut ſua ſponte, modeſtiæ & demerendi fauoris gratia, Chilperico regi ſe ſubijciat, ac omnem obiectorum criminum ſe reum fateatur: promittentes ſe mox, ubi hoc factum fuerit, unà ſupplices futuros regi, ac ueniam pro epiſcopo poſtulaturos eſſe.

Hiſce epiſcopus perſuaſus, poſtridie redit in conſiſtorium: & præſente Eccleſiæ ſenatu, ac rege interrogante, proſtratus ad pedes ipſius, fatetur ſe peccaſſe, ſe factionem contra ipſum autorem extitiſſe, ſe regno ipſum pulſum cupiuiſſe, ac ſubſtituere filium ipſius Merouechum. Quare ſupplicem ſe admiſſorum facinorum ueniam à rege petere. Rex arrepta, cui auidè inhiarat, præda, & extorta inſidijs falſa confeſsione, mox uenerabundus, cum ſingulari doloris ſimulatione ſupplex & ſolo proſtratus, ſacri Eccleſiæ ſenatus iudicium & cenſuram contra tam facinoroſum epiſcopum implorauit, eumque iis quæ ipſe præſcribebat ſupplicijs damnari petijt. Cum autem alij epiſcopi pro ipſo deprecarentur, Rex ipſum ui è conſpectu epiſcoporum rapuit, in cuſtodiam tradidit, & grauiter pulſatum, tantum in Inſulam uicinam Conſtantinæ urbi legauit.

Annis uerò aliquot pòſt, cum ab exilio redijt, Fredegundam reginam Rothomagi morantem, ſuorum malorum tubam, grauiſsimis concionibus ad ſeriam pœnitentiam & uitæ emendationem cohortatus fuit, indicans de animæ ſalute ipſam periclitari, niſi in uiam redeat. At impia mulier ægerrimè ferens hanc pijſsimi antiſtitis correptionem, nouum ei exilium tumida oratione minari cœpit. Prætextatus uerò perceptis reginæ minis, conſtanti animo impiæ Ieſabelæ reſpondit: Ego, inquiens, ſemper in exilio & extra exilium epiſcopus fui, ſum, & ero, & ab exilio tandem in beatam cœleſtis regni patriam migrabo: cum tu nec ſemper regia potentia perfruêris, & aliquando ex hoc tuo regno in profundiſsimam & triſtiſsimam inferni abyſſum præcipitata demergêris.

Hac oratione inflammata Fredegundis, & Melanthij epiſcopi ac archidiaconi eccleſiæ iſtius conſilijs impulſa, aſtu ſubornauit ſicarium: proximeque ſequenti die Dominica epiſcopū ſacra peragentem, ad ipſam aram cultro confodi iuſsit. Quem letaliter ſaucium, mox ſanguinaria acceſsit, eiusque calamitate magnopere ſe affici ſimulauit, medicorum conſilium adhibere iubens, atque ſeueriſsimè ſe prolatum homicidij autorem punituram minans. Sed Prætextatus reginam ipſam apertè ſuæ & multorum regum cædium reā & autorem, ac propterea graues & æternas pœnas ſuo tempore luituram eſſe reſpondit: ac teſtamento facto, rebusque ſuis omnibus ritè diſpoſitis, feliciter uitam cum morte commutauit, Melanthio epiſcopatum reginæ beneficio accipiente.

Cū autem Rothomagenſes ciues, ac præ alijs omnibus quidam primarius ſenatorij ordinis, acerbiſsimè epiſcopi ſui interitum ferret, ac reginam grauiter accuſaret: mox & illum ſenem, ueneno porrecto, Fredegundis è medio tolli iuſsit. Porrò cum tantorum facinorum atrocitate complures regiones perſonarent, Fredegundis quo motos de ſe rumores facilius compeſceret, puerum quoque illum cuius opera in occidendo epiſcopo uſa fuerat, ad ſupplicium rapi iubet. Gregorius Turonenſis libro quinto hiſtoriarum, capite decimooctauo: & libro octauo, capite trigeſimoprimo & quadrageſimoprimo.

Sub idem ferè tempus Chilpericus rex, cum Veneramurbem tributariam ſibi feciſſet, eaque certis de cauſis epiſcopum ad regem legatum amandaſſet: rex ira commotus, etiam contra ius gentium in exilium epiſcopum egit. Annonius libro tertio de geſtis Francorum.

Paulus Diaconus ex libro decimooctauo, capite uigeſimooctauo Nicephori memorat, decimooctauo Mauricij anno redintegratum eſſe inter Mauricium & Chaganum, Hunnorum regem, bellum. Huius exercitus Diricipere (Thraciæ id oppidum eſt) Alexandri martyris templum igni euertit, & ſpoliato ſepulchro reliquias nefanda contumelia affecit.

In Illyria, impietatis furor multos excuſſit eccleſiarum epiſcopos: quos Gregorius papa libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite quadrageſimotertio, alios Illyrici epiſcopos per literas hoſpitio excipere, & omnibus Chriſtianæ charitatis officijs iuuare iubet.

In Sicilia Theodorus quidam, eius inſulæ præfectus, magiſter militum, multiplicibus iniurijs eius inſulæ Chriſtianos præter opinionem, & contra pijſsimorum ſuorum dominorum uoluntatem ( id

## DE POENIS PERSECVTORUM *& perſecutionum.*

HActenus de cruce & perſecutionibus Eccleſiæ, quantum quidem ex fide dignis Hiſtoricis colligere potuimus, memorauimus: Nunc porrò etiam de perſecutorum pœnis quædam ſubijciemus, quò Dei prouidentiam & & iudicia, ac dicti 105. pſalmi ueritatem, CORRIPVIT PROPTER EOS REGES, quaſi oculis intueamur.

Narrant Nicephorus libro decimoſexto, capite uigeſimoſexto, & Paulus Diaconus libro decimoquinto, quòd cum Anaſtaſius epiſcopos & plurimos Chriſtianos hoſtiliter inſectaretur, Hũni & Bulgares Thraciã, Illyriam, & præcipuas Oriẽtis partes inuaſerint, & ferro ignique miſerè deuaſtarint. Conſtantinopoli multa inſignia ędificia inflammata perierunt, teſte Diacono. Ad hæc ſomnijs diuinitùs immiſsis ad pœnitentiam inuitarus fuit Imperator. Verùm ne ea qu idem, cœleſtia quoque & terribilia curauit præſagia. nam Zonaras Tomo tertio memorat, Anaſtaſio dormienti terribilẽ apparuiſſe & aſtitiſſe uirum, librum manu tenentem, & hiſce Imperatorem uerbis cõpellantẽ: Ecce Imperator, ob κακοπιστίαν & peruerſitatẽ fidei tuę annos 14. uitę tuę prorogandos deleo. Itẽ, ꝓximo anno ante ipſius interitum Alexandriæ, plurimi uiri ac fœminæ à dæmonibus obſeſsi, canũ latratus ediderũt. Quòd propter Chalcedonenſis Synodi damnationem ipſa accidiſſe, quidam per ſpectrum in ſomnis edoctꝰ fuit. Paulus Diaconus libro 15. Hæc omnia quia pertinaciſsimè contemneret Anaſtaſius, & ex oraculo ſibi fulmine pereundum eſſe didicerat, Tholotum ædificium conſtruxit, in eoque degit, ſed fruſtra. Nam cũ aliquando tonitrua horrendum in modum creparent, & fulgura multa eliderentur, atq; ipſe perterritus è cœnaculo in cœnaculũ deſcenderet, & alios atque alios thalamos ſubiret, in quodã regio cubiculo mortuus eſt inuẽrus. Zonaras Tomo tertio ſuorũ Annalium, in Anaſtaſij hiſtoria. Iornandus in libro de Regnorum & temporum ſucceſsione, ipſum ſupra octuageſimum ætatis annum, regniq; uiceſimooctauo mœrentem & furentem rebus humanis exceſsiſſe ait. Theodorus Lector libro ſecundo Collectan eorum, ſubitanea morte ipſum perijſſe: Diaconus ex aliorum relatione, Sabellicus, Henricus de Erphordia, & alij, fulmine ipſum de cœlo ictum, pœnas ſuæ dediſſe impietatis indicant.

Eodẽ ſupplicij genere aliquot annis ante Anaſtaſij interitum, Arianus quidam epiſcopus Olympius nomine, Carthagini in Africa interijſſe dicitur. Is enim cum in Elyanenſium balneo lauaret, & ſacroſanctam Trinitatem in publico, blaſphemo ore deteſtaretur, tribus ictus fulminibus ita perijt, ut cadauer ipſius cœleſti ſit conſumptum flamma. Paulus Diaconus, in Anaſtaſij hiſtoria: Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo.

¶ Narrat ibidem Sabellicus, paucis pòſt annis in Hiſpania quoque expreſſum diuini iudicij contra Arrianam gentem, editum eſſe documentum. Nam Clodoueua Francorum rex, Alarico Veſtgottorum regi Theodorici genero, bellum intulit. illati prætextus fuit, quòd Ariani eſſent Veſtgotti. Prælium atrox, & aliquandiu anceps, in Pictauis utrinque committitur. Tandem uerò inclinata acie, Ariani fuſi cæſique, ſed Chriſtiani læta potiti ſunt uictoria.

Eadem belli fortuna Traſimundus Vandalorum rex uſus eſt. Is enim cum infinita petulantia Chriſtianos perſequeretur, & eorum templa ſcelerate pecoribus paſsim prophanaret, à Mauruſijs ingenti Vandalorum ſtrage facta, prælio uictus, & paulo pòſt rebus humanis exẽmptus fuit. Procopius libro tertio de bello Vandalico: Euagrius libro quarto, capite decimòquinto.

Theodoricus Veſtgottorum rex, quem uulgus Dietterichum de Berna appellat, dignum quoq; factis ſuis inuenit uitæ exitum. Nam, quod ſuprà memoratum eſt, & Arriani nominis fuit ſtudioſiſsimus, & rectè ſententium acerrimus hoſtis. Quare ex eo tempore quo Symmachum, Boetiũ, Ioannem Thuſcum epiſcopum Romanum & alios iniuſtè interfecit, in ſummum animi mœrorem incidit, ita ut oblatos in mẽſa piſces imaginaretur interfectorũ capita eſſe. tandem uerò nonageſimo die à morte Iohannis papæ, ſubitanea morte perijt. Paulus Diaconus libro decimoquinto, Procopius libro primo de bello Gothico, Pomponius Lætus. Blondus Decade prima, libro tertio, ex Agnello memorat, ipſum ſine maſcula prole, apoplexia ſeu uentris profluuio extinctum eſse: cuius animam, ut Gregorius in Dialog. autor eſt, à Iohanne Papa & Symmacho in Vulcani ollam eremita quidam inſulæ Lipparitanę demergi & præcipitari, corporeis oculis uidiſſe narratur. Idem refert Otto Phriſingenſis libro quinto, capite tertio (fides ſit penes autores.) Huius exercitus, ipſo adhuc in humanis agente, ob impietatem ſimiles ferè pœnas dediſſe dicitur. Cum enim Iuliani martyris templũ in Aruernẽſi urbe ſpoliaretur, mox ab immũdo Spiritu correpti

infeſtis

infeſtis dentibus proprijs ſe morſibus lacerarunt. Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriæ, capite undecimo.

Amalaricus Veſtgottorũ princeps, quia uxorem ſuam ob religionem Chriſtianam acerbè inſectaretur, à Childeberto uxoris ſuæ fratre Francorum rege in acri & diutino bello uictus, & cum magna ſuorum iactura occiſus eſt. Procopius libro primo belli Gottici: Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriæ, cap 9.

Dunaan Pſeudomoyſen illum, qui crudeli tyrannide Negram Arabiæ oppidum ob Chriſtianam religionem deleuerat, mox iuſtiſsima perſecuta eſt ultione Nemeſis. Nã Elesbaas Aethiopum rex, pro ſingulari ſuo in Chriſtum eiusq́; membra amore, Iuſtino Imperatore comitante, bello tyrannum eſt perſecutus: eumq́; prælio deuictum, cum alijs multis genere ſibi coniunctis uiuum cœpit, ferro cæcidit, & ita omnem eius expugnauit & prorſus deuaſtauit regionem. Nicephorus libro decimoſexto, cap 6.

Seuerum Antiochenum epiſcopum hoſtem Chalcedonenſis ſynodi, Iuſtinus Imperator comprehendi, eiq́; linguam ( ut & ſuprà attigimus ) præcidi iuſsit. Sed ille re cognita, fuga ſibi conſulit: Euagrio teſte libro quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. 4.

Sedes auté fuit plerunq; Antiochia, & receptaculum hæreticorum: ideo ſæpe diuinitùs punita. Anno ſeptimo Iuſtini tota ciuitas partim terræmotu, partim cœleſti conflagratione miſerabiliter cum ſuo epiſcopo Euphraſio perijt. Cui' urbis cladem Cæſareæ Zoſimas monachus diuina patefactione præuidit, & prædixit. Paulus Diaconus libro decimoquinto, in Iuſtini hiſtoria: Euagrius libro quarto, capite ſexto, & ſequenti.

Eadem tempeſtate Cabades rex multa millia Manichæorum, qui filium eius Phatuarſan Manichæorum fautorem, patre adhuc ſuperſtite, regem ſucceſſorem inſidioſè perierant, ferro in conſpectu Chriſtianorũ occidit. Paulus Diaconus lib. 15. in Iuſtini hiſtoria.

Sub Iuſtiniano Iulianus Iudæorum dux, crudeliſsimus Chriſtianorum perſecutor, gladio à Iuſtiniani exercitu cæſus eſt. Eius aſſecla Syluanus, homo extremæ impietatis, Scythopoli captus, igniq́; combuſtus, iuſtiſsimas perſoluit pœnas: quemadmodum ipſi à Saba Hieroſolymitano monacho prædictum fuerat. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimoquarto.

Tum temporis denuò Antiochia terræmotu longè grauiori quàm ante biennium concuſſa, & ferè funditùs euerſa & diruta eſt: Paulo Diacono teſte, libro decimoſexto, in Iuſtiniani hiſtoria.

Quantopere Deus abominetur & puniat gubernatorum & ſubditorum inconſtantiã & leuitatem in religionis negocijs, teſtãtur multiplices illæ & publicæ calamitates, & creberrimæ maximarum tempeſtatum & terræmotuum iterationes, quæ Iuſtiniano imperante acciderunt. Nam quarto mox anno ob turpiſsimã Imperatoris auaritiã, & intolerabiles ſubditorũ compilationes, ſeditio orta eſt Conſtantinopoli: in qua Imperator in uitæ diſcrimen ueniſſe, & amplius quàm triginta millia hominũ cæſa ſcribuntur. Procopius libro primo belli Perſici: Zonaras Tomo tertio. Deinde Totilas cum ſuo exercitu Italiam inuaſit, & crudeliter deuaſtauit. Pompeiopolis Myſiæ ciuitas cum maxima hominum multitudine terræmotu abſorpta eſt: quorum nonnulli ſubrus terram, ſuperſtites ex ima uoragine hominum auxilia implorarunt. Septimo pòſt anno peſtis atrociſsima Conſtantinopolin afflixit. Biennio pòſt totus terrarum orbis horrendo terræmotu concuſſus eſt. unde innumera loca & ciuitates in præceps ierunt, & ſolo æquatæ ſunt. Proximo ab hoc anno effuſio maris ad quatuor milliaria per Thraciam facta tanta eſt, ut Dyonyſiopolin & uicina loca operuerit, & plurimos perdiderit homines. Sequentibus annis ſequuta eſt ſumma rei frumentariæ uiniq́ue inopia, plurimæ tempeſtates grauiſsimæ: Conſtantinopoli in ipſo Paſchatis feſto terræmotus horribilis exortus eſt. quæ mala ſuperſtitioſi homines non ſolùm præpoſtera abſtinentia carnium, ſed etiam interficiendo uenditores earum, mitigare & auertere ſtudentes, nouas ſibi accerſiuerunt, & ferè maiores calamitates. Proximo enim biennio alij ſecuti ſunt terræmotus, & tempeſtates ſæuiſsimæ: tantaq́; fulminum & tonitruum impetus, ut & dormientes plurimi læderentur, & bona pars Byzantij incenderetur.

Quinto anno pòſt, qui uigeſimusſeptimus fuit Iuſtiniani imperantis, iterum Cõſtantinopolis & uicina loca ingenti terræmotu quadraginta continuos dies grauiſſimè quaſſata ſunt. Verùm in illis uitæ periculis, licet omnibus eſſet ſpectata Dei miſericordia, & benigna diuini auxilij præſentia, plurimi tamen non ſolùm non meliores, ſed etiam peiores inde ſunt effecti. Ideo ſequenti anno denuò tanti tempeſtatũ extiterunt turbines, & uis fulminum, ut crucis ſtatuam in porta Conſtantinopolitana collocatam deijcerent.

Proximo ab hoc anno ſeditio mota eſt Cæſareæ Palæſtinæ, à Iudæis contra Chriſtianos: cuius tamen autores non ita longè

pòſt

pôſt dederunt pœnas. Nã Iuſtinianus miſſo eò Adamantio militũ magiſtro, ſeditioſos partim laqueo, partim ferro, partim exilio & proſcriptione puoiri iuſsit. Deiode ſequenti anno cometa ardens lanceæ forma conſpectus eſt, & terræmotus decẽ diebus & noctibus terram concuſsit. Agathiua libro qointo.

Tertio ab hoc anno Antiochiæ, & paſsim in Cilicia, atrociſsima peſtis & terręmotus ſæuijt. exorta inſuper eſt tum temporis ſeditio Antiochię inter Orthodoxos & Seuerianos hæreticos, qua plurimi homines utrinque occubuerunt. Sed eius autores Iuſtiniaous per Limarchum orientis præfectum, ijſdem quo Cæſarienſes, ſupplicijs affici mandauit. Harum calamitarum historiam Paulus Diaconus libro decimoſexto, & Nicephorus libro 17 commemorant.

Quanta crudelitate Alemanni in bello pro Gottis contra in Italiã ſuſcepto, tẽpla & religionem deuaſtarint, ſuprà indicatũ eſt. Hic igitur pœnas eiuſmodi impietatis memorabimus. Iodicat Agathius libro ſecundo de Gotricis bellis, non ita longè pôſt eorũ militũ partem bello, partẽ morbo perijſſe. Cum enim præda onuſti domũ cõtenderent, Romanorũ & Hunnorũ duces, qui ad Piſaurũ ſtationẽ habebant, eos adoriebantur, & partim ferro cędebant, partim de rupe præcipites in uertices agebant. Hãc cladẽ qui fugs euitarunt, poſtea in Veneda urbs peſte abſumpti ſunt.

Princeps Alemannorum Leuthærius, in horrendam rabiem uerſus, in feræ beſtiæ morem propria membra dẽtibos ſuis mordicùs dilacerauit, & lingua laceratæ carnis cruorem defluentem abliguriuit, & tandẽ ſuo ſanguine exatiatus uita exceſsit. Paulo pôſt Bulrinos frater sius, cum exercitu 30. millium in Cãpania à Romanis deletus eſt, tantum quinq; ex eo numero fuga elapſis. Ita infinita illa Francorum & Alemannorũ multitudo, ſcelerum & impietatis ſuæ grauiſsimas perſoluit pœnas. Agathius libro ſecundo de bellis Gotthicis.

¶ Similes impietatis & ſcelerum pœnas dedere ſub ultimis Iuſtiniani temporibus Hũni, qui Thraciam & totã Græciam, earũque eccleſiss crudsliter populabantur. Nã primò Beliſarius prælio cũ ipſis commiſſo, quadringenros ferè occidit, reliquos cum duce Zaberga in fugã uertit. Dehinc Germanus, Iuſtiniani popularis, nauali prælio in Cherſoneſo ſexcentos ad internecionẽ uſq; perdidit: reliquias uerò ipſorum terreſtri pugna confecit. tandem Iuſtiniani aſtu, Hunnorum ducibus Zaberga & Sandichlo in contrarias partes diſtractis, ipſi mutuis cædibus ita gentẽ ſuã coufecerunt, ut nec nomen eius deinceps reliquũ fuerit. Agathius libro quinto, de bellis Gotthicis.

Grauiſsimum quoque diuini iudicij uidere eſt exemplom in Chranno, Clotharij Francorum regis filio, homioe non ſolòm ab omni pietatis ſenſu alieno, ſed etiam ſeditionis in parentem autore. Hic cum innumeris malis Dei eccleſiam, eiuſque miniſtros afficeret, & parentem fratresq; inteſtino bello perſequererur, die Dominico in Diulooenſe Gallię caſtrũ religionis ergò uenit. Epiſcopo autẽ & alijs ſacerdotibus ſacra ibi peragentibus, precibus à Deo futuram Chrãni fortunã ſibi reuelari petierũt. Tribus igitur libris aræ impoſitis, Prophetarum nimirum, Apoſtolorum & Euangeliorum, quod cuique libro aperto prima ſtatim uice obuiam ueniret, id uaticinij & præſagij loco recitare iuſſerunt. Aperto itaq; primo omnium Prophetarum libro, repererunt eam Propheræ ſententiam: *Auferã maceriã eius, & erit in deſolationẽ, &c.* Apoſtolorum libri aperti reſponderunt: Domini diem ceu furem noctu irruentem aduenturũ, cũ dixerint pax & ſecuritas, &c. Euangeliorũ uerò oracula docuerunt, uirũ iſtum qui Chriſti uerba oon audit, ſimilem eſſe uiro ſtulto, ædificanti domum ſoper arenam, quæ mox pluuijs & tempeſtatibus exortis cum grauiſsima ruina collabatur.

Poſt hæc cum patrem inſequentẽ fugeret cum uxore & filiabus, uenit in Britanniam. Clotarius autem mox filium armata manu eò perſequitur. Copijs igitur io agro Britannico utrinque congreſsis, acies inſtruuntur, & prælium committitur. At Clotharius fuſis ad Deum precibus, ſuãq; teſtatus hac in cauſa innocentiam, iuſtum Dei cõtra ſeditioſum ſuum filiũ implorat auxilium. Prælio autem commiſso, Chranni & Britannorũ copię fugam capeſsunt. Chrannus uerò cum uxorem & filias liberare tentaret, à patris exercitu comprehenſus, cũ uxore ac filiabus ruſtico tuguriolo includitur, & incenſa caſula igne exuritur. Gregorius Turooeoſis libro quarto Hiſtorię, capite decimoſexto, & uigeſimo.

Habuerat aũt Chrannus ſuæ impietatis egregium magiſtrum, & ad omnia mala perpetranda grauem ſtimulum, aulicum quendam re & nomine Leonem, hominem crudeliſsimum: qui & ipſe dignas ſuorum ſcelerum perſoluit pœnas. Cum enim aliquando acerbo ſcommate Eccleſiarum miniſtros peteret, ilicò ſurdus & mutus factus eſt: & in rabiem uerſus, infeliciſsimè animam exhalauit. Gregorius Turonenſis libro quarto Hiſtoriæ, capite decimo ſexto.

Non

¶ Non diſs imili fato Iuſtinianus quoq; Imperator perijt. Cum enim ſub extremam ætatem ἀφθαρτοδοκητῶν hæteſin incideret, rantaq; pertinacia eam tuaretur, ut publicis edictis Chriſti eccleſijs obtrudere, ac Anaſtaſium Antiochenũ epiſcopũ, aliarumq; eccleſiarum miniſtros ea in re ſibi aduerſantes, uarijs technis loco mouere conarerur, diuino iudicio in furorem & inſaniam actus expirauit. Euagrius libro quarto, capite trigeſimonono, & ſequentibus: item libro quinto, capite primo: Zonaras Tomo tertio, in Iuſtiniano: Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimonono, & ſequentibus.

¶ Galli Hoſpitij monachi conciones de pœnitentia contemnentes, à Longobardis ſexto anno Tyberij, iuxta Palmerium, grauiter afflicti funt. Paulus Diaconus libro 3. de geſtis Longobardorum, capite primo, & ſequentibus. Rex autem Longobardorum Alboinus, hoſtis acerrimus Chriſtianorum, atrociori quoque mortis genere interijt. Prælio is uicerat & occiderat Gundamundum Gepidarum regem, eiusq; filiam bello captam uxorem duxerat: nomen ei fuit Roſimunda. Huic cum aliquando Veronæ poculum, è cranio interempti Gũdamundi factum, in cõuiuio propoſuiſſet, eamq; cum patre, acerbo ſarcaſmo bibere iuſsiſſet: Roſimunda fœmineo more ſimulato gaudio dolorem premẽs, nefandæ mariti uoluntati obtemperat: & ſecum interea quibus modis ſcelus illud uindicare poſſet, dies noctesq; anxiè cogitat. Capta autem amore cuiuſdam iuuenis Helmichildis nomine, occultè pro ancilla, cuius conſuetudine adoleſcens utebatur, ipſi ſe proſtituit: ac commiſſo iam adulterio, pollicitationibus minisq; territum iuuenem eò adigit, ut regem ſommo deditum interficeret. Roſimuuda cum adultero Rauennam fugit, eiusq; ibi aliquandiu nuptijs potitur. Mox uerò eius quoq; defatigata ſatietate, Longini exarchi nuptias expetijt, quibus ut potiri poſſet, nouũ ſponſum Helmichildem ueneno tollere decreuit. Helmichildi itaque balneis egreſſo letiferum obtulit poculum, quo guſtato ille continuò uim ueneni ſenſit, eamq; inuitam (quod reliquum erat) ſtricto in eam ferro bibere coegit. Atq; ita ambo uno tempore, eodemq; mortis genere conſumpti, homicidij & libidinũ pœnas dedêre. Paulus Diaconus libro ſecundo de geſtis Longobardorum, capite decimoquarto, & decimoquinto: Antoninus titulo 12. cap. 6.

¶ Porrò quia Fla. Val. Iuſtinus, ſecundus huius nominis Romanorũ Imperator, nec Reipublicæ, nec ueræ religionis curam habuiſſe, imò Pelagianam hæreſin ſectatus, & rectè ſentiẽtes perſecutus eſſe dicitur: ideo ipſum quoque iuſto Dei iudicio & publicæ & priuatæ pœnæ ac calamitates non leuiter afflixêre. Primò enim per ipſius ignauiam Reſpublica imperij Romani ingentem cladem à Perſis accepit, quemadmodum prolixè eius rei hiſtoriam Euagrius memorat. Deinde, cum eam calamitatem admodum acerbè & immoderatè ferret, in phreneſin & inſaniam delapſus eſt: & poſt recuperatã mentis ſanitatem, ſubſtituto Tyberio, ex humanis diſceſsit. Euagrius libro quinto, capite nono, undecimo, & alijs: Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum libro tertio, capite quinto.

Fuit ſub Iuſtino iuniore Mamucha quidã Agarenorum princeps, qui ut crudelitate perſequendi Eccleſiam Dei Pharaoni Aegyptio nõ multum ceſsit, ita communi quoq; cum ipſo mortis genere interijt. Nam direpto Caſsinenſi & Meſsano cœnobio, & patratis multorum piorum cædibus, paulo pòſt cum toto ſuo exercitu & centum nauibus maris uorticibus abſorptus, miſerè perijſſe dicitur, in epiſt. Gordiani ad Maurũ, quæ extat in fine Chronici cœnobij Caſsinenſis. Idem Antonius refert libro decimoquinto, capite quinto.

Anno ſecundo & rertio Tyberij Conſtantini, ciuilia bella inter reges Francorum, Sigebertum, Chilpericum & Guntramum fratres, orta ſunt: quæ Gregorius Turonẽſis libro quarto Hiſtoriæ, capite quadrageſimooctauo, pœnas fuiſſe ipſorum impietatis memorat, eo quòd filij tam turpiter à paterna pietate degenerarint. Nam quæcunque maiores ipſorũ religionis ergò ad Dei gloriam, & eccleſiæ ac miniſtrorum conſeruationẽ conſtituerant, donauerant, legauerant, ea filij defunctis parentibus nefariè deſtruxerunt, diripuerunt, ac ſubuertetunt. Ruccolenus Chilperici legatus, qui ſumma peruicacia Turonenſem eccleſiam contra omnium piorum deprecationes turbauerat & uaſtauerat, regio morbo correptus eſt: & anno ſequenti cum Pictauiũ iret, ut Calendis Martijs, in rem uitamque ciuium eius loci iudicio conſtituto inquireret, perijt. Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſtoriæ, cap. 4.

Hac tempeſtate accidiſſe uidetur, quod Gregorius Turonenſis memorat libro decimo in gloriam Confeſsorum. Cum Leuigildus Vegottorum rex filium bello perſequeretur, ac exercitus ſacra loca plurimùm affligeret, milites eius monaſteriũ inter Saguntum & Carthaginem Sipartharium ſitũ inuaſerunt: quo ſpoliato, quidam ex militibus abbati eius cœnobij ſenectute graui & infirmo, educto gladio caput præcidere tentauit.

tauit. Sed diuino prohibitus iudicio, mox reſupinus ruit, & animam ipſa exhalauit. Reliqui uerò omnes animis conſternati, fugere cœperunt: & regi re nũciata, quicquid abſtulerant, reſtituere cœnobio iuſsi ſunt.

Fuerunt plerique Galliæ reges & populi uel falſarum opinionum & hæreſium ſectatores, ual aperti orthodoxæ Eccleſiæ hoſtes & perſecurores: ideo eo grauiores & crebriores terris illis accerſiuerunt calamitates. Anno quinto Childeberti, qui ferè in initium Mauricij imperij incidit, menſe Septembri, continuis uiginti diebus imbres tanta ui effluxerunt, ut plurimis in locis ſementem facere nemo poſset. Fluuij prætерea, Ligeris, Flaueris (quem Malacrem uocant alij) Rhodanus, Araris, omnesque torrentes longè lateque ſupra ripas effuſi, plurimum accolis detrimenti dederunt. Lugdunenſis ciuitatis muros Araris cũ Rhodano cõiunctus, aliqua ex parte ſubuertit.

Burdegalenſis ciuitas terræmotu concuſſa eſt. Extendit ſeſe terræmotus iſtius ſæuitia ad Hiſpaniæ fines: & Pyrenos uſque mõtes, qui motus uiolẽtia labefactati, rupti fuère, & ruina ſua plurimos homines ac pecora proſtrauerunt. Vicos etiam & horrea Burdegalenſia frumentis referta, ignis de cœlo lapſus accendit & combuſsit. Aurelianenſis itidẽ ciuitas incendio, Biturica uerò grandine grauiſsimè afflictæ ſunt.

Has omnes calamitates paulo pòſt bella inteſtina inter Francorum reges, & ſæuiſsima lues ac δυσεντερικὰ πάθη, quæ totas ferè Gallias occupauère, ſecuta ſunt: Gregorio Turonenſe teſte, libro quarto, capite trigeſimotertio, & trigeſimoquarto. Eodem morbi genere perijt Auſtrigildis, impia Guntranni regis uxor: quæ etiam in ipſo mortis agone non manibus quidem, ſed uoluntate & teſtamento homicidia patrauit. Perijt eodem contagio Nantinus comes, cuius interitus terrori omnibus miniſterij Eccleſiaſtici hoſtibus & perſecutoribus meritò eſſe debet. Initiò enim, cum ob incertam homicidij ſuſpicionem, & epiſcopum Heraclium acerbè inſectaretur, & inſontẽ eius collegam crudeliter interficeret, ac Eccleſię bona contra datam fidem diriperet, duabus uicibus ab epiſcopo propter admiſsa facinora excommunicatus eſt. Sed cum ab alijs epiſcopis muneribus & pecunia corruptis, abſolutus, paternam eccleſiæ cenſurã ſuperbè contẽneret: tremendã diuinæ maieſtatis animaduerſionẽ periculoſè incurrit. Mortuo enim Heraclio epiſcopo, ipſe poſt paucos menſes morbo illo correptus, adeò febrili ardore affligitur, ut magna uoce exclamaret: Heu heu (inquiens) ab Heracleo antiſtite exuror, ab illo crucior, ad iudicium ab illo uocor, agnoſco facinus, reminiſcor me iniuſtè iniurias intuliſſe epiſcopo: mortem precor, ne diutius excruciar hoc tormento. Hæc cum alta uoce proclamaret, corporis deficiente robore, infelicem animam exhalauit. Hæc (inquit Turonenſis) ad ulciſcendas beati epiſcopi iniurias eueniſſe credimus. Nam exanime corpus ita nigredinem duxit, ut putares eum prunis impoſitum, combuſtũ fuiſſe. Quare omnes obſtupeſcant, admirẽtur & metuant, ne inferant iniurias Dei miniſtris, quia ultor eſt Dominus ſeruorum ſuorum, ſperantium in ſe. Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriæ, capite trigeſimoquinto, & trigeſimoſexto: Annonius libro tertio, capite trigeſimoprimo de geſtis Francorum.

¶ Eodem anno Goiſuintha Hiſpaniæ regina, cum uehementiſsimè Chriſtianos perſequeretur, alterum oculum nubecula obductum perdidit. Gregorius Turonenſis libro quinto, capite trigeſimooctauo.

Sub idem ferè tempus, anno nimirum ſecundo Mauricij (ut Sigebertus annotat in Chronico) terrę motus Antiochiam, & ſexaginta millia hominum perdidit.

Perijt tũ ſimul Aſterius, Gregorij Antiocheni epiſcopi perſecutor, miraculoſè ſeruato eius urbis epiſcopo. Euagrius lib. 6. cap. 8. Meminit etiã eius miſerandæ cladis Gregorius Turonẽnſis, libro 10. Hiſtoriæ, capite quinquageſimoquarto, in Mauricio.

Chilpericus quoque Francorum rex, hæreticus & perſequutor, iuſtas pœnas dedit. Nam uxor eius Fredegundis per ſicarium, ad uillam Calenſem, eum ſuſtulit. Turonenſis libro quarto, capite uigeſimoſeptimo: & libro 5 & 6. capitibus ultimis.

Anthatis, ſeu Autharis, duodecimus Lõgobardorum rex, homo nefandiſsimus: quia Longobardorum filios pro Chriſti inſtitutione in Paſchatis feſto baptiſari prohibuerat, paulo pòſt Ticini, accepto ueneno (ut Diaconus refert libro tertio de geſtis Longobardorum, capite decimooctauo) diuinæ maieſtatis uindicta extinctus eſt. Gregorius papa libro primo Epiſtolarum, indictione nona, capite decimoſeptimo.

Biennio fortè pòſt, anno uigeſimoquarto Gunthranni regis Francorum, Mauricij Imperatoris quinto circiter, cũ Ratharius Childeberti Francorum regis legatus, contra domini ſui uoluntatem Theodorum epiſcopum perſequeretur, & Maſsilienſem eccleſiam ſuis rebus iniuſtè ſpoliaret, protinus filius & ſerui ipſius ſæuiſsimo morbo correpti, & in illa ipſa ciuitate conſumpti ſunt: ac totus eius comitatus ita afflictus fuit, ut urbe egreſſus, uix in patriam rediturus eſſe putaretur. Greg. Turonẽſis lib. 8. cap. 12.

Sic & Gunthranni exercitus poſt incenſam & ſpoliatam Vincentij martyris baſilicam, & piorum afflictionem, malè habuit. Nam alij à dæmonibus correpti, in rabiem & furorem uerſi, cum ingenti clamore bacchari cœperunt: alij in ſeditione diſperſi, proprijs uulneribus ſe confecerunt. Reliqui non ſine ingenti formidine Conuenas uſque progreſsi, caſtrameταti ſunt. ex quibus, qui diripiendi & prædandi gratia uagabantur, ab incolis eorum locorum comprehenſi & interempti fuêre. Gregorius Turonenſis libro ſeptimo Hiſtoriæ, capite trigeſimoquinto. Eberulphus Chilperici regis cubicularius, non ſolùm ab omni Dei timore fuit alieniſsimus, ſed omnis etiam generis ſceleribus ſe polluit. Spoliauit eccleſias, pulſauit eorum miniſtros, oppreſsit pauperes, occidit inſontes, iuſsit depaſci pecore ſuo ſubditorum agros ac uineas, & infinita alia mala exercuit. Quare mortuo Chilperico, uiciſsim omnibus poſſeſsionibus exutus, ac iuſſu Gunthranni regis Pariſijs in Baſilica Martini, à ſubornato ſicario occiſus eſt. Gregorius Turonẽſis libro ſeptimo, cap. uigeſimoprimo, uigeſimo ſecundo, & uigeſimonono.

Celſus Patricius & iuriſconſultus auariciæ deditus, eccleſijs res ſuas detrahere & ad ſe rapere ſolebat. Audiens uerò aliquando Eſaiæ concionem, Væ his qui iungunt domũ ad domum, &c. in maximam animi conſternatioōẽ incidit, & ex ea mortuus eſt. filius etiam eius ſine hæredibus deinceps defunctus, bonam partem facultatum eccleſijs, quas pater ſpoliauerat, reliquit. Turonenſis libro quarto, capite 14.

Smaragdus, quia epiſcopos aliquot contra Chriſti doctrinã ſibi gratificari coegerat, è dæmonio correptus eſt. Paulus Diaconus lib. 3. de geſtis Longobardorum cap. 12.

Diuina quoq; prouidentia Gunthrannũ regem tempore celebrandæ ſynodi Matiſconenſis, in periculoſum morbũ incidiſſe, putat Gregorius Turonẽſis: quia plurimis eccleſiarum epiſcopis iniuſtè exiliũ moliebatur. Gregorius Turonẽſis lib. 8. Hiſtoriæ, capite 20. Punitus etiam eſt eius exercitus in Hiſpaniam miſſus. nam ad quinq; millia hominum interierunt. Turonenſis libro 8. Hiſtoriæ, capite trigeſimo.

Mauricius tandem ipſe, quia ab inſectatione Gregorij papæ non ceſsaret, & auariciæ cauſa trucidari multa millia hominum à Cagano pateretur, à Phoca eum tota ſua familia peremptus eſt. Ottho Phriſingenſis libro quinto, capite ſeptimo.

¶ Ingentes peccatorum pœnas eſſe prodigioſas tempeſtates, & contagioſos morbos, dubium non eſt. ideo hic quoq; partẽ earũ memorare uiſum eſt. Indicat Palmerij Chronicũ, aliquoties Italiam eiuſmodi tẽpeſtatibus afflictã eſſe. Anno Mauricij 3. Calendis Octobris, dira aquarum alluuio & fulmina ſæuiſsima, Venetiarũ & Liguriæ terras oppreſsêre: & mox Romæ atrociſsima peſtis, ex ſerpentum fœtore ad littora proiectorum exorta, & ſecuta eſt.

Deinde ſexto Mauricij anno impia Longobargorũ gens Romam oppugnans, aſsiduis imbribus turbinumq; tempeſtatibus adeò perpulſa eſt, ut obſidionem ſoluere cogeretur. Subſecuta eſt deinde tanta uis aquarum, ut innumerabilis penè hominum pecudumque multitudo per Italiam, ac maximè Romæ periret.

Tyberis ita ſe effudit, ut altitudine Romanæ urbis mœnia ſuperaret, & ingentem ſerpentũ aliarumque uenenatarum animantium colluuiem adueheret.

Inde mox anno ſequenti, Palmerio autore, ex cadauerũ putrefactione iterũ peſtis ſæuiſsima orta eſt, qua Pelagius papa & infinita hominum multitudo Romæ interijt. Heinricus de Erphordia, nono Mauricij anno hæc facta eſſe ſcribit: nam mirè hic uariant autores. Deinde decimo Mauricij anno, poſt maximam ſiccitatem, quinq; locuſtarum agmina innumerabili multitudine ſubſequuntur, quæ quicquid in aruis uireſcebat depaſcentes, ingentem per Italiam famem biennio fecêre. Palmerius.

In Gallijs quoq; ſub id fortè tẽpus tanta fuit annonæ caritas, ut plurimi homines famæ extincti ſint. Gregorius Turonenſis lib. 7. cap. 45. Hiſpanias quoq; locuſtarũ agmina grauiter afflixerunt. Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimotertio.

Diuinitùs Longobardorũ contra Orthodoxos furores compreſſos eſſe, Gregorius papa teſtatur lib. tertio Dialogorũ, cap. 29. Fuit Longobardorũ quidã epiſcopus Arrianus, qui cum ad Spoletanam urbem perueniſſet, & locum ubi ſua ſacra perageret non haberet, cœpit ab eius eccleſiæ epiſcopo eccleſiam petere, quam ſuo dedicaret errori. Quod dum epiſcopus eius loci negaret, Arrianus ille diui Pauli ſacellũ in uicinia ſitum, altero die per uim ſe occupaturũ profeſſus eſt. quod dũ illius eccleſiæ cuſtos audiuiſſet, feſtinus introijt, & templũ clauſit, ac ſeris muniuit: factoq; ueſpere, extinctis omnib. tẽpli lãpadibus ſe abſcõdit. In ipſo aũt ſubſequẽtis lucis crepuſculo Arrianus epiſcopus collecta multitudine aduenit, clauſas eccleſiæ ianuas effringere paratus: ſed repẽtè oẽs tẽpli portæ ſua ſpõte diuinitùs cũ magno fragore aperiuntur, & deſuper effuſo lumine oẽs prius extinctæ lampades accenduntur. Arrianus uerò epiſcopus, qui uim facturus

aduenerat,

aduenetat, ſubitò excæcatur, & aliotum manibus ad domicilium ſnū reducitut. Quod cum Longobardi reſcioiſſent, ſacris locis catholicæ Eccleſiæ iu poſterum abſtinuetunt.

## CAPVT IIII.

### DE DOCTRINA.

DEereuit hac ætate paulatim excellentiū Doctorum numerus, & mirabili Dei iudicio, paſsim etism cæteræ res Eccleſiæ Dei inclinarunt, propiusq; ad illas tenebras, quæ poſterioribus ſeculis proptet uerbi Dei contemptum ingruerunt, acceſſerunt. Cumulatæ enim ſunt ceremonię & traditiones humanæ in immenſum: uenerationes immodicę, imò prorſus idololatricæ defunctorū hominū paſsim qnoq; in otbe ueluti diluuio quodā inundarūr. Nō potuit igitur nō negligi, obſcurari & adulterati uera & ſalucaris doctrina in pleriſq; articulis, etiamſi umbrā quandā aliqui ex priorib. ſeculis retinere ſint conari. Fuerunt autē hiſce 100 annis iſti maximè inſignes in Eccleſia Doctores: Fulgentius, Ferrādus, Auitus Alcymus, Maxeutius, Hormiſda, Boetius, Euodius ſiue Ennodius, Iuſtus Origelitanus, Fortunatus, Caſsiodorus. Gregorius, dictus Magnus, Nicephorus Chartophylax, Olympiodorus, Andreas Hieroſolymitan⁹, Gildas: Ruſticus, & quidā slij: quorū poſtea fiet mentio. Ex hiſce igitur forma aliqua doctrinę ꝓponēda eſt, qua hoc tēpore uſi ſunt.

Symboli uicē habet iſta Maxentij doctrina. Eſt Deus pater, Deus filius, Deus etiā ſpiritus ſanctus: non tres, ſed unus Deus, una ſubſtantia ſiue natura, una ſapientia, una uirtus, una dominatio, unū regnū, una omnipoteutia, una gloria, tres tamen ſubſiſtentię ſiue perſonæ. Vnaquæq; perſona incōmurabiliter ſemper obtinens quod propriū eſt, ita ut nec patet ſit filius aut S. ſanctus, nec filius ſit pacer aut ſpiritus, nec S. ſanctus pater ſit aut filius. Maxentius in profeſsione fidei.

In uita Gregorij, quam ſcripſit Ioannes Diaconus, recitatur ſymbolum Gregorij tale. Credo in unum Deum omnipotentem, patrem & filium & ſpiritum ſanctum, tres perſonas, unam ſubſtantiam, patrem ingenitum, filium genitum: ſpiritum uerò ſanctum nec genitum, nec ingenitū, ſed coæternū, de parre & filio procedentem. Confiteor unigenitum filium conſubſtantialem, & ſine tempore natum de patre, omnium uiſibilium & inuiſibium conditorem, lumen ex lumine, Deum uerum de Deo uero, ſplēdorem glotię, figutam ſubſtantiæ. Qui manēs uerbū ante ſecula, perfectus homo, creatus iuxta finē ſeculotū, cōceptus & natus ex Spiritu ſancto & Maria uirgine: qui naturā noſtrā ſuſcepit abſq; peccato, & ſub Pontio Pilato crucifixus & ſepultus, tertia die reſurrexit à mortuis. Die autem quadrsgeſimo aſcendic in cœlum, ſedst ad dexteram patris, unde uenturus eſt iudicare uiuos & mortuos, poſiturus ante oculos omnium occulta ſingulorū: daturus iuſtis perpetua præmia regoi cœleſtis, iniquis aūt ſupplicia ignis ęterni: innouaturus ſeculū per ignem, in carnis reſurrectionem. Confiteor unā fidē, unū baptiſma, unā apoſtolicā & uniuerſalē Eccleſiā, in qua ſola poſsūt laxari peccata in nomiue patris & filij & ſpiritus ſancti.

### DE VERBO DEI, VEL *de ſacra Scriptura.*

VErbū Dei legē Domini appellari, ſcribit Olympiodorus hiſce uerbis: Sanctæ ſcriptutæ uolumiua, quæ multis cōſcripta uerſibus, multa tamen nequaq̄ dicūrur, ſed lex Domini nūcupārur. in Eccleſ. ca. 12.

Caſsiodorus inquit: Diuina ſcriptura ſau⁹ diſtillās uocatur, quia mulripliciter inrelligitur, & uarijs ſenſib. exponitur, nūc iuxta līterā, nunc iuxta allegoriā, nūc iuxta moralitatē, nunc iuxta anagogen: id eſt, ſuperiorē ſenſum. cap 4. in Cantica canticorum.

Definitionē quandam recitat Gregorius, inquiēs: Quid eſt autem Scriptura ſacra, niſi quædā epiſtola omniporētis Dei, ad creaturam ſuam? Gregor. li. 4. indict. 13. epiſt. 40. Irē: Quid eſt uerbū Domini, niſi promiſsio redēptoris? ꝓmiſsio enim uerbi, eſt gaudiū ſine fine manſurum. Item: Omnis multitudo S. Eccleſiæ ad gaudiū æternæ beatitudinis peruenit: & quod nunc in fide ſermonis à ſanctis eius prædicatorib. repromittitur, ꝑ rei ueritatē eidem in regnis cœleſtibus exhibetut. Libro 3, in caput 4. primi Regum.

Vnde ſic, idem Gregorius annotat: Sacrū eloquiū, inquit, in poteſtate eſt mediatoris Dei & hominum, hominis Chriſti 1esv. In Ezech. lib. 2. Hom. 14. Et: Omniporēs Deus ad ſalutē noſtrā S. Teſtamētorū dicta & ipſe creauit, & ipſe aperuit. li. 1. in Ezech. hom. 7.

De ſubiecto Sacrę ſcriptutæ inquit Gregorius: Redemptorem mundi totis ſuis allegationibus curat ſancta Scriptura promittere, eūq; pet electos omnes, ut pet eius ſcilicet mēbra ſtuduit deſignare. in 5. ca. Iob, li. 6. c. 1.

De rebus ſacrę Scripturę ait Gregorius: In lege, pſalmis, & prophetis, ſcriptū de paſsione, reſurrectione Domini, & uniuerſalis eccleſiæ ſtatu fuerat. 1. Reg. li. 2. cap. 2. Et: In ſacto eloquio cōſilia omnipotētis Dei agnoſcimus, ibiq; amorē quo humanū genus dilexit, inuenim⁹, ipſum eloquiū, cor & anima eius rationabiliter deſignāt. 1. Reg. li. 2. ca. 2.

De forma inquit Gregorius: Sacra ſcriptura in uttoq; teſtamento & admonendo recta eſt, & promittendo alta, & minando

rerribilis. ſuper Ezechielẽ lib. 1. homilia 6. Et: Scriptura ſacra tam mirabiliter ab omnipotenta Deo condita eſt, ut atſi multiplicitar uideatur expoſita, non deſint tamen ai ſacreta, quibus ſaruat occulta: quia faiè núquam ſic axponitur, ut ei non pluta remaneanr, quæ quotidie exponsntur. Gregorius in prologo in libros Regum.

Quibus rauelatur, docet Gragorius: Diuini uarbi cognitio ſuperbis abſconditur, humilib. reuelatur. lib. 4. in cap. 9. primi Ragú.

Da utilitate uerbi Dai, inquit Alcimua:

*Præterea uerò quis uiƈto ex hoſte rebelles*
*Atq; reſultantes uiƈtrici in corpore motus*
*Artibus allidas, Chriſtoq; in cote retundas,*
*Diuino eloquio ſcripturaq; indice noſti.*

In libro da Conſolatoria caſtitatis laude.

Fortunatus sutem inquit, de uoluntate Dai: Si quæritur quę ſit Dai uoluntas, babes Dei præcapta, quæ par Moſan Dai uolunrate uulgata: habes Dai filium, qui patria uoluntatam ſciens, quæ erant abſcondita, & quæ obumbrabantur, in lucem transſudir. Libro decimo, in axpoſitione orationis Dominicæ Iuſtus uarò in Cantica canticorum inquit: Potaſt hæc turris, Scriptura canonica uataris & noui Taſtmẽti conuenienter intelligi, quæ per Spiritum ſanƈtum uelut turris excelſa conſtruƈta eſt, mille clypei pandent ex aa. Hic numarus pet plenitudinem uniuarſitatis accipitur, ſicut in Pſalmo: Varbi quod mandauit in gsneratione s. tanquá dicerat, in omnas ganarationea. Itaque in hac ſanƈta Scriptura omnis armatura fortium rapetitur, ex qua ual contra diabolum, uel cõtra miniſtros aius ſortiter repugnatur. nam & ipſa Dominua, cum in daſarto à diabolo rentaratur, ex hac turri arms produxit, cum aum ptolatis ex ſacta Scriptura teſtimonijs uſquequaq; deuicit. Et Olympiodorus: Sciantia Dai ac diuinus ſermo ſempar eſt utilia, quem tamen non poterit homo pro dignitate explicare, licat alioquin prudens ſit, niſi qui accepit donum doƈtrinæ, ſapianciæque ſarmonem. cap. 1. Item: Diuina ipſa Scriptura eſt ualut agar quidá farax & odoratus, quaſiq; parsdiſus optimis arboribus conſitus, habensque theſsurum occultum. In Ecclaſiaſten capite quinto. Et: Doƈtrina ſacræ Scripturæ inſtar triplicis ſuniculi ac flagelli, malas noſtras affaƈtionea uitiaque dapallit. in Eccleſiaſtan capite duodecimo. Itam: Sarmones uoluntaria intelligit, conformas ſarmouas uoluntati diuinæ: quos quiſquis ſacutus homo fuerit, percipiet gloriam uitę ac ſalicitatis ęternæ. ibidam. Item: Vnus in utroq; teſtamento legis eſt lator, libriq; omnas ſacræ Scripturæ in sundem ſcopum finemque feruntur. ibidam.

Gragorius inquir: Diuinus ſermo ſicut myſterijs prudsntas exercet, ſic plerumque ſuperficie ſimplicea rafouat. Habet in publico, unde paruulos nutriat: ſeruat in ſacreto, unda menrea ſublimiú in admiratione ſuſpendat. Gragotius in Epiſtolis, in libris Moraliú cap. 4. Et: Sacra ſcriptura noſtrum ſpeculú. lib. expoſitionis Moralis 2. in Iob, cap. 1. Et: In Scripturæ quippe aius eloquio cauſas noſtras ſinguli ſi requirimus, inuanimus: nec opus aſt, ut in eo quod ſpacialiter quiſq; tolarar, reſpondaii ſibi diuina uoce ſpacialitar quærat. in 33. caput Iob, li. 23 cap. 11. Et: Sanƈta ſcriptura ſic aquá ſapientiæ generat, ut & potantas ſemper reficiat, & tamẽ manare nõ deſiſtat. In Centica canticorum. Itẽ: Quæ Scripturæ ſanƈtæ ſciária tanro fluit impatu, ut aleƈtos dú rangir, ab huius uitæ amora ſubmouaat, & ad æterna gaudia ui impetus ſui quoſq; adhætátes traijciar. ibidá. Itẽ: Varbú prædicationia, ſam á in corde audiátis aſt. Et auditor bonus inde profert poſtmodú magná mesſá ſciantiæ, unde parú prius accaperat ſemá linguæ. ſuper Ezechialá lib. 1. hom. 3. Et: Scriptura ſacra mores ad ſtandú dirigit, ut suditorú meutes ad terrená concupiſcentiam nõ curuentur. Itá: In cœlaſti patria æternę uitę gaudia ꝓmittir. lib. 1. in Ezachielẽ hom 6. Itẽ: Per ſacra eloquia dono ſpiritua uiuificamur, ur mortifara à nobis opera repallamus. lib. 1. in Ezechielẽ, Hom. 7. Et: In ſacra Scriptura doƈtrina parfaƈtæ operationis, & initiú ſupernæ cõtemplationis inuenitur. Gragorius in Ezechielam lib. 2. Hom. 15. Itá: Scriptura tota ꝓpter nos ſcripta eſt, ſed non tota intalligitur à nobis. lib. aodẽ, Hom. 17. Et: Quid eſt intelleƈtus diuinitstis, niſi inaffabilia quędá ſumma calſitudinis? Et quia omnipotens Daus per Scripturas agnoſcitur, quid aſt eadam ſacra Scriptura, niſi gradus quidá qui cõſcenditur, ut illa ſublimiras contingat? Gregorius in prologo in libros Regum. Et: Par literá ſacræ Scripturæ ad ſpritualẽ intrarur cognitionem radem ptoris. Gragorius in primú Ragum lib. 2. cap. 2. Et: Cibus animę eſt uarbum Dai. panis namq; alimantum corporis aſt, uarbú mantis. in primú Regú, ca. 9. Et: Velut p oſtiú ad æterni templi atria ducimur, dú per ſacri eloquij literá ad allegoricam & ſpiritualam intelligentiá ſubleuamur. in primú Regú cap. 4. libro tertio. Item: Vbicunque uerbum ducabsnt fidei, gratis multiplicabatur cõuerſionis. ibidem cap. quinto. Et: Simplices dum prædicationam ſupariorum ualur cœli pluuiam in ſe cadentem recipiunt, de irrigationa uerbi fruƈtum profarunt bonæ oparationis. Gragorius in primum Regum, cspite 6. lib. 3.

De autoritate uerbi Dai inquit Boetius: Chriſtianæ religionis reuerentiam pluras uſurpauer

uſurpant: ſed ea fides pollet maximè ac ſolitariè, quæ tum propter uniuerſaliū præcepta regularum, quibus eiuſmodi religionis intelligitur autoritas, tum propterea quòd eius cultus per omnes pene mundi terminos emanauit, catholica uel uniuerſalis uocatur. De trinitate & unitate Dei ad Symmachum. Iuſtus autem inquit: Noticia ſcripturarum, quia frequenti meditatione conquiritur, uelut turris eburnea in colli pulchritudine deſignatur. In Cātica canticorū. Gregorius ait: In Scriptura ſacra quid aliud quàm fundamenta prædicatores accipimus? in 38. caput Iob. libro 28. capite 6.

Nihil ad Verbum Dei addendum eſſe docet Olympiodorus: Cum ille, inquit, præceptorum legem tulerit, qui eſt omnium rex & Dominus, autoritatem habens, neq; propterea liceat cuiquā intercedere ac reluctari: ne quæſo ut peruicax contrariam tu legē præceptis feras, rationem curioſius perſcrutando, quare hoc potius quàm illud præceperit obſeruandum. Qui enim ſic locutus fuerit, malignitatis crimine nō carebit. Tu uerò ſtans in timore ac fide, cura ut quæ præcepta tibi ſunt exequaris. In Eccleſiaſten capite octauo.

## DE VETERI TESTAMENTO.

DE autore, inquit Caſsiodorus: Duobus teſtamentis omnis prædicatio Doctorum ſubſiſtit: quorum teſtamentorū unus eſt autor & promulgator Chriſtus. capite ſeptimo in Cantica canticorum. Gregorius ait: Sacræ Scripturæ duo ſunt teſtamenta, quę utraq; Dei ſpiritus ſcribi uoluit, ut nos à morte animæ liberaret. Libro primo in Ezechielem, homilia ſeptima.

De fine ueteris Teſtamenti inquit Gregorius: Antiquo populo uetus ſolummodo Teſtamentum datum eſt, quod ad erudiendam mentem illius quaſi rota uolueretur. libro primo in Ezechielem, homilia 6. Et: In Teſtamenti ueteris litera Teſtamentum nouum latuit per allegoriam. libro primo in Ezechielem, homilia ſexta.

## DE NOVO TESTAMENTO.

DE origine & fonte noui Teſtamenti inquit Iuſtus: Vnde omnes Euangeliorū narrationes manant, niſi per Spiritum ſanctum, ſecundum illud Ezechielis prophetę: Quocunque ſpiritus ibat, illuc & rotæ pariter ferebantur. in Cantica canticorum.

In quibus libris ſit comprehenſum nouū Teſtamentum, docet Gregorius: In quatuor Euangeliſtarum libris remedia noſtræ ſalutis inuenimus. in primum Regum capite decimoquarto, libro quinto.

De concordantia ueteris & noui Teſtamenti inquit Gregorius: Sic nouum Teſtamentum Eccleſia catholica recipit, ut uetus non abijciat: ſic uetus ueneratur, ut nouum ſemper in ipſis ſacrificijs carnalibus per ſpiritum intelligat: in nouo ſcilicet Chriſtum ueniſſe congaudens, in ueteri autē ſemper uenturum expectans. In Cantica canticorū. Et: Vtraq; teſtamēta ita ſibi in mediatorem Dei & hominum concordant, ut quod unū deſignat, hoc alterū exhibeat. Item: Quod Teſtamentū uetus de incarnatione redemptoris noſtri cœpit prophetādo promittere, hoc Teſtamentū nouum perfectè narrat expletū. libro primo in Ezechielem, hom. 6. Et: Vtraq; Teſtamenta in nullo à ſe diſcrepant. Quia quod unum promittit, hoc aliud exhibet. Item: Prophetia Teſtamenti noui, teſtamentum uetus eſt: & expoſitio Teſtamenti ueteris, teſtamentum nouum eſt. Ibidem. Et: Antiqui patres redemptoris noſtri præſentiam corporaliter non uiderunt: ſed tamen non diuiſi à ſancta Eccleſia fuerunt, quia mente, opere, prædicatione, iſta iam fidei ſacramenta tenuerunt, iſtam ſanctę Eccleſiæ celſitudinem conſpexerunt, quam nos non adhuc pręſtolando, ſed iam habendo conſpicimus. Sicut enim nos in præterita paſsione redemptoris, ita illi per fidem in eadem uentura ſunt ſaluati. libro 2. in Ezechielem, hom. 15. Et: Teſtamentum uetus unum nobis mediatorem Dei & hominum nunciauit, & Teſtamentum nouum eundē nobis nunciat, in æterna claritate uenturū, quem iam cognouimus pro nobis incarnatum. lib. 2. in Ezechielem, homilia 16. Et: Omne quod per Teſtamentum nouum de trinitate Conditor loquitur, hoc etiam de Teſtamento ueteri oſtendit. libro eodem, homilia decimanona.

De differentia ueteris & noui teſtamenti ſic Iuſtus ſcriptū reliquit: Euangelica doctrina eminentior quàm lex olim data dinoſcitur. Illic figura, hic ueritas: illic tanquā auſteritas uini, diligendū tantummodo proximum, & inimicum odiendum oſtendit: hic dulcedo gratiæ, pro inimicis orandum, & eos qui nos oderunt admonet diligendos. In Cantica canticorum. Item: Doctrina Apoſtolorū & Apoſtolicorum uirorum uinum exuberat, ueteris ſcilicet legis traditionem atq; pręceptum. ibidē. Et: Vt te quē ueteris Teſtamenti figuræ tegebant, per Euangeliū ego in ueritate reperiam. ibidē. Et Olympiodorus: Ipſa quidem lex ad ſapientiorum quorundā tantūmodo peruenit intellectū, ipſumq; perficit: Euangelica uerò doctrina diuino quodam complexu totam Eccleſiam cōprehendit. Ab hoc quidē complexu nunquā tēpus eſt abſiſtendi. In Eccleſiaſtē cap. 3.

Caſsiodorus inquit: Quæ in ueteri Teſtamento annūciata ſunt, non niſi per Chriſtū & in Chriſto poſſunt cōpleri. Item: Per Chri

ſtum implentur in nouo Teſtamẽto quę prędicta ſunt in ueteri. cap.7. in Cantica cantic.

Greg. ait: Quod prędicat lex, hoc etiam prophetæ: qđ denunciãt prophetæ, hoc exhibet Euangeliũ: qđ exhibet Euangelium, hoc prædicauerunt Apoſtoli per mundũ. Itẽ: Diuina eloquia etſi temporibus diſtincta ſunt, tamen ſenſibus unita. lib. 1. in Ezech. hom. 6. Et: Quod deſignauit teſtamẽtum uetus, hoc teſtamentũ nouũ exhibuit. ibidẽ. Et: Prędicatoras noui Teſtamenti apertè locuti ſunt, quæ etiã monſtrare potuerũt: Prędicatores uerò Taſtamenti ueteris, per allegoriam umbras de cœleſti myſterio obſcura dicta protulerũt. lib. 2. in Ezech. hom. 15. Item: In ueteri Teſtamento omnis operatio per Decalogi mandata præcipitur, in nouo aũt eiuſdem operationis uirtus per ſeptiformem gratiã ſancti S. multiplicatis fidelibus datur. Greg. in Euangelis, homilia 24. Et: Quod ueterca Doctores promiſerãt, hoc in redemptore noſtro noui prędicatores impletũ eſſe demonſtrant. Greg. in 1. Reg. cap. 10.

Regulas quaſdã de uerbo Dei recitat Gregoriua. ut: Verba literæ dũ collata ſibi conuenire nõ poſſunt, aliud in ſe aliquid quod quæratur, oſtendunt. Aliquãdo aũt qui uerba accipere hiſtorię iuxta literã negligit, oblatũ ſibi ueritatis lumen abſcondit: cumq; laboriosè inuenire in eis aliud intrinſecus appetit, hoc qđ foris ſine difficultate aſſequi poterat amittit. Greg. in Epiſt. in libris Moraliũ. cap. 4. Et: Quaſi quidã quippe eſt fluuius (ut ita dixerim) planus & altus, in quo & agnus ambulet, & elephas natet. Vt ergo uniuſcuiuſq; loci opportunitas poſtulat, ita ſe ſtudium expoſitionis immutat, quatenus tanto uerius ſenſum diuinæ locutionis inueniat, quãto ut res quęq; exegerit, ſe per cauſarum ſpecies alternat. In epiſt. in libria Moraliũ, cap. 4. Et: Aliquando exponere aperta hiſtoriæ uerba negligimus, ne tardius ad obſcura ueniamꝰ. Aliquãdo aũt intelligi iuxta literã nequeũt, quia ſupficietenus accepta, nequaquã inſtructionẽ legẽtibus, ſed errorẽ gignunt. Aliquãdo etiã, na fortaſſe intelligi iuxta literã debeant, ipſa ſe uerba impugnãt. Idẽ in epiſt. in libris Moraliũ, c. 3. Itẽ: Moris ſacrę Scripturę ẽſt, ut qui ſcribunt, ſic de ſe in illa loquãtur, quaſi de alijs. Hinc eſt quod Moſes ait: Erat Moſes uir mitiſsimus, ſup oẽs homines qui morabãtur in terra. Greg. in expoſitione libri Iob. cap. 1. Item: Qui textũ conſiderat, & ſanſum ſacræ locutionis ignorat, nõ tam ſe eruditione inſtruit, quàm ambiguitate confundit: quia nonnunquã ſibi literæ uerba contradicunt, ſed dum à ſemetipſis per contrarietatẽ diſferunt, lectorẽ ad intelligentiã ueritatia mittunt. Quæ ueritatis intelligentia cũ per cordis humilitatẽ quæritur, aſsiduitate legendi penatratur. Sicut enim ignororũ hominum facies carnimus, & corda neſcimus: ſed ſi familiari eis locutione cõiungimur, uſu colloquij eorum etiã cogitationes indagamus: ita cum in ſacro eloquio ſola hiſtoria aſpicitur, nihil aliud quàm facies uidetur: ſed ſi huic aſsiduo uſu coniungimur, eius nimirũ mentẽ, quaſi ex collocutionis familiaritate penetramus. Dum enim alia ex alijs colligimus, facilè in uerbis agnoſcimus aliud eſſe quod intimant, aliud quod ſonant. Tanto autẽ quiſq; noticiæ illius extraneus redditur, quanto in ſola eius ſuperficie ligatur. Gregorius lib. 4. Moralium in Iob, cap. 1.

## DE DEO.

APpellationes Dei in genere ſic expoſuerunt huius Centurię patres. Fortunatus ſcribit: Credẽdum eſt in Deum, à quo tam præſens uita, quàm futura tribuitur. Deus aũt appellatio eſt ſubſtantiæ ſempiternæ, ſiue timoris diuini: igitur Deus eſt ſine principio, ſine fine, ſimplex, incorporeus, incomprehenſibilis. Patrẽ autẽ cum audis, agnoſce quòd habeat filium ueraciter genitum: quomodo poſſeſſor dicitur, qui aliquid poſsidet: & dominus, qui alicui dominetur. Deus ergo pater ſecreti ſacramenti uocabulũ eſt, cuius uerè filius eſt uerbũ & ſpeculũ & character. lib. 11. in expoſit. Symb.

Greg. inquit: In Scriptura ſacra aliquando Deus nuncupatiuè, aliquando eſſentialiter dicitur. lib. 1. In Ezechielẽ, homilia 8.

De duplici Dai cognitione ſcribit Gregorius: Cognoſcitur, inquit, Deus per ſpeculum, cognoſcitur per ſeipſum. Per ſpeculum hic, per ſematipſum in cœlo. Speculũ uerò eſt illa lux, quam habitat Deus. Ipſe autem lux illa, quæ ipſe aſt. primo Regum, cap. 10. Item: Quicquid de illius diuinitate contemplari nunc poſſumus, non eſt ipſe decor, ſed uelamen decoris. 1. Regum, cap. 16.

Deſcriptiones uerò Dei racitantur tales: Deus uerus, iuſtus, bonus, omnipotens, ſubſtantia immutabilis, uirtus, ſapientia, æternus pater, filius ac ſpiritus ſanctus, trinus in perſonis, & unus in eſſentia. Talis definitio Dei ex ſcripto Boetij ad Iohannem urbis Romæ diaconum elici poteſt.

Caſsiodorus inquit: Arcana ſubſtantia Dai, qui fecit omnia ſicuti eſt, creaturarum ſcientia non poteſt comprehendi. Nulla enim forma in Deo, nulla circumſcriptio eſt. Natura inæſtimabilis, uirtus incomprehanſibilis, pietas ſingularis. De quo nimis congruè pronunciatum eſt: Deus poteſt dici quod non eſt, nõ poteſt comprehendi quod eſt. Ad hunc igitur omnipotentem, ſine initio, ſiue fine, qui uniuerſas mundi partes, omnemq; creaturam ſuam commaat atque repletꝫ

replet, ſic tamen ut in ſeipſo ubiq; ſit totus, malos non præſentia, ſed gratiæ ſuæ uirtute derelinquene. In Pſalmum centeſimum quadrageſimumprimum. Et in Pſalmum ſecundum ait: Deus eſt ſubſtantia incorporea, ſimplex & incommutabilis.

Non poſſe Deum inueſtigari, Caſsiodorus docet, inquiens: Deus cum omnia uideat, ipſe inueſtigari & comprebendi non poteſt. In Cantica canticorum. Item: Quanto amplius quiſq; diuinitatem maieſtatis Dei perſcrutari noluerit, eo amplius intelligit quàm imperſcrutabilis atq; incomprehenſibilis ſit. ibidem.

Deum eſſe bonũ, teſtatur Boetius: Deum inquit, rerum omniũ principem bonũ eſſe, communis humanorũ conceptio probat animorũ. Nam cum Deo nihil melius excogitari queat, id quo melius nihil eſt, bonum eſſe quis dubitat? Ita uerò bonũ eſſe Deum ratio demonſtrat, ut perfectum quoq; in eo bonũ eſſe conuincat. Nam ni tale ſit, rerum omnium princeps eſſe non poterit. Boetius in Proſa 10. lib. 3. Itẽ: Deum omnia ſcire, omnia poſſe, ſed bona tantummodo uelle. Boetius Proſa prima, lib. 4. Olympiodorus inquit: Natura bonus ſolus eſt Deus, qui omnia protulit ex ſua ingenua bonitate.

Deum eſſe lucem, ait Gregorius: Lux enim æterna, quæ Deus eſt, quanto immutabiliter fulget, tanto penetrabiliter uidet: & neq; occulta neſcit, quia cuncta penetrat: neq; penetrata obliuiſcitur, quia incommutabilis durat. In trigeſimumquartum caput Iob, lib. uigeſimoquinto, capite quarto.

Quòd æternus ſit, Boetius docet: Deum igitur æternum eſſe cunctorum ratione degentium, commune iudicium eſt. Aeternitas igitur eſt interminabilis uitæ tota ſimul & perfecta poſſeſsio. Proſa ſexta libri ultimi. Fortunatus ait: Dubitare non licet, Dominum Deum ſemper hic & ubique regnare, nec aliquando de regni ſorte ſanctam Trinitatem ſumpſiſſe principium, nec haberi fine claudendum. libro 10. in expoſitione orationis Dominicæ.

Gregorius inquit: Deus namq; hoc eſt, quod habet. Aeternitatem quippe habet, ſed ipſe eſt æternitas: lucem habet, ſed lux ſua ipſe eſt: claritatem habet, ſed ipſe claritas ſua. In 24. cap. Iob, libro decimoſexto, capite uigeſimo. Item: Deus autem quia quaſi quiddam in eo per æternitatem longum eſt, quod nec initio oritur, nec fine terminatur, nec ex quo in ſemetipſo recipit, nec quouſq;. Dicatur ergo, Numerus annorum eius inæſtimabilis. In 36. cap. Iob, lib. 27. cap. 4. Et: Præteritum & futurum tempus diuinitas non habet. In Euangelia, homilia 18. Et: Solus Deus uerè immortalis eſt, quia ſolus æternus & incommutabilis eſt. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Hæc eſt uera Dei æternitas, & uera eiuſdem immortalitas, quòd non ſolùm nullius finis limite ſempiterna eius uirtus & diuinitas concluditur, ſed quòd poteſtas ac uoluntas ipſius nullatenus imperfectionis cuiuſq; aut inconſtantiæ uarietate permutatur. ibidem. Item: Sicut Deus æternus eſt, ita incommutabilis, nõ diminutionem ſentiens, nec augmentis excreſcens, nõ mutans propoſitum, non improbans quod ſemel eſt approbatum. ibidem. Item: Deus qui ſolus uerè æternus, uerè immortalis eſt, in æternum permanet: quia in eo nihil eſt tranſitorium, nihil mutabile, nihil quod alienũ ſit à ſempiterna eius diuinitate. ibidẽ.

¶ Omnipotentem eſſe Deum, docent. Vt Fortunatus:

*Quod iubet omnipotens, non poſſumus eſſe rebelles:*
*Cuius ad intutum ſidera, terra, tremunt.*
*Ipſe creat hominem: quid dicere poſſumus? idem*
*Qui dedit & recipit, crimina nulla gerit.*
*Illius ecce ſumus figmentum, & ſpiritus inde eſt:*
*Cum iubet hinc imus, qui ſumus eius opus.* Lib. 9.

Gregorius inquit: Magnus quippe fortitudine eſt, quia forte aduerſariũ ſuperat: & de domo illius uaſa contumeliæ auferens, in miſericordiæ uaſa permutat. Magnus iudicio: quia etſi hic electos ſuos per aduerſã deprimit, eos quãdoq; in gloria æternę proſperitatis extollit. Magnus iuſticia: quia etſi diu hic tolleret, quandoq; tamẽ reprobos ſine termino damnat. Bene aũt ſubditur: Et enarrari non poteſt. In 37. cap. Iob, lib. 27. cap. 26. Et: Omne quod in terra mirum diuinitùs agitur, gloria omnipotentis Dei eſt, & eius gloria in omnibus factis uidetur. Libro 1. in Ezech. hom. 8. Et: Omnipotens Deus & terribilis peccatoribus, & blandus eſt iuſtis. idẽ in Euangelia, hom. 21. Et: Omnipotens Deus etſi æquitate iuſtus eſt, abundantior tamẽ creditur, miſeratione pius. in primum Regum, libro 2. capite 3.

¶ Deũ omnia uidere & noſſe, inquit Boet. Manet etiã ſpectator deſuper cunctorũ præſcius Deus, uiſioniſq; eius præſens ſemper æternitas cũ noſtrorũ actuũ futura qualitate cõcurrit, bonis præmia, malis ſupplicia diſpẽſans. Nec fruſtra ſunt in Deo poſitæ ſpes, preceſq;. In fine ſextę Proſæ, lib. ultimo. Itẽ:

*Hunc ex alto cuncta tuenti,*
*Nulla terræ mole reſiſtunt.*
*Non nox atris nubibus obſtat,*
*Vno mentis cernit in ictu,*
*Quæ ſint, quæ fuerint, ueniantq;.*
*Quem (quia reſpicit omnia ſolus)*
*Verum poßit dicere ſolem.* Boetius.

Olympiodorus ait: Qui in ipſa fece nequitię uolutantur, ita prouidentiã Dei negant &

aſpernātur, ut dicant dēdignari Deū curare ac ſcire quæ hic ab hominibus ſcelera cōmittantur. At tu nequaquā hæc dixeris: nihil enim latet oculos Dei. In Ecclaſiaſten cap. 5. Gregorius ait: Deus cogitationes omnium hominū nouit, cuius etiā oculis omnia nuda ſunt, & aperta. Greg. lib. 12. ind. 7. epiſt. 13.

Deū omnia gubernare, inquit Greg. Illa uis, uidelicet Deus, quę abſq; neceſsitate omnia creauit, & ſine defectu omnibus præſidet, & ſine labore cuncta ſuſtentat, & ſine occupatione regit, etiā ſine cōmotione corrigit, ſicq; humanas mentes ad ea quę noluerit, flagellis format, ut in diuerſitatis umbram à ſuæ incōmutabilitatis luce non tranſeat. libro 3. Moralium Iob, capite 2.

Quomodo hoc intelligendū ſit, Deū eſſe ubiq;, explicat Boetius: Quòd Deus ubiq; eſt, ita dici uidetur, non quòd in omni ſit loco (omnino enim in loco eſſe non poteſt) ſed quòd ei omnis locus adſit ad eum capiendū, cum ipſe non ſuſcipiatur in loco. Atq; ideo nuſquam in loco eſſe dicitur, quoniam ubiq; eſt, ſed non in loco. De Deo dicitur, Semper eſt: quoniā ſemper in eo pręſens eſt tempus. De Deo dicimus, Cūcta poſsidens regit. Libro de Trinitate & unitate Dei. Olympiodorus inquit: Deus ubiq; præſens, omnia perſpicit, etiā deprehendens occultas animæ cordisq; cogitationes, quanquā per ſermonis indiciū non emergant. Deus enim qui in altiſsima cœlorū ſpecula ſedē habet, quæ in imo fiunt conſpicit uniuerſa. In Eccleſiaſten cap. 5. Greg. inquit: Subſtantia æternæ incōmutabilitatis ſemper ut eſt, idē eſt, ubiq; præſens, ubiq; inuiſibilis, ubiq; tota, ubiq; incōprehenſibilis, per inhiantem mentē ſine aſpectu cernitur, ſine uoce auditur, ſine motu ſuſcipitur, ſine corpore tangitur, ſine loco retinetur. In 4. cap. Iob, libro quinto Moralium, capite uigeſimoſexto.

## DE TRINITATE.

DE Trinitate luculēta & multa tradūt ſcriptores hui⁹ ſeculi. ut: Trinitas eſt unus ſolus & uerus Deus. Fulgentius lib. 1. ad Monimū. Et: Tota trinitas unitate deitatis ſuæ naturaliter immenſa infinitaq; permanet: & ſic localiter nuſquā eſt, ut tamen nuſquam deſit: atq; ita ubique tota, ut nec per partes creaturæ totius particulariter diuidi, nec uniuerſitate totius poſsit creaturæ concludi. lib. 2. ad Monimū. Item: Sancta naturalis unitas & æqualitas & charitas Trinitatis, quæ unus ſolus & uerus Deus eſt, unanimitate ſanctificat, quos adoptat. in illa quippe una ſubſtātia trinitatis unitas eſt in origine, æqualitas in prole, in charitate aūt unitatis æqualitatisq; communio: nulla eſt diuiſio illius unitatis, nulla diuerſitas illius æqualitatis, nullū faſtidiū illius charitatis. ibi enim nihil diſcrepat, quia æqualitas chara & una, & unitas æqualis atq; una naturaliter atq; incōmutabiliter perſeuerat. Libro 2. ad Monimū. Et: Dominus dicitur, & unus ſemper Dominus nominatur: ut in Trinitate quæ uerus Deus eſt, nec cōfundatur proprietas perſonarū, nec ſubſtantialis unitas denegetur. ibidē. Item: Sola eſt una trinitas, quæ cum ſe manifeſtat, ineffabiliter uenit: & cū ſe indignis occultat, ineffabiliter omnino diſcedit. Veniunt atq; abeunt proprio atq; incomprehenſibili modo pater & filius & ſpiritus ſanctus, nec tamē localiter. Nouerunt enim ſic uenire atq; abire, ut nec ad locum localiter ueniant, nec localiter de loco diſcedant. Hic aduentus Trinitatis nō mobilitatē, ſed pietatē Dei uenientis oſtendit. Vna enim deitas trinitatis, quæ omnia implet, omnia continet. Illi uenire dicitur, cui ſe manifeſtare dignatur: & ab illo diſcedit, à quo lumen ſuæ dilectionis abſcondit. Quantū ergo ad ſubſtantiā & potentiā ſuā, ubiq; eſt trinitas, unus Deus totus, totum complens uirtute, non mole, totus in ſingulis, totus ſimul in omnibus creaturis. Quātum ad cogitationes noſtras attinet, deſcendere ad nos Deus dicitur, cum ſermonē ſuū ita diuinitas nobis tēperat, ut humano nobiſcū more loquens, agnitionē & dilectionem ſuam nobis intimare dignetur. Aſcendit aūt nobis, quando nos aſcendimus per ſcientiā & caritatē deitatis, ut diſcamus nec in immenſo quicquā locale ſapere, nec de altiſsimo humile aliquid æſtimare, nec aliquid in Deo credere mutabile, nec in ſempiterno tēporale aliquid cogitare. Fulgentius lib. 2. ad Thraſimundū. Et: principaliter teneas (ad Donatū ſcribit) ſanctā Trinitatē, id eſt, patrē & filium & S. ſanctū naturaliter uerū eſſe Deum ſummū, uerū & bonū, unius naturæ, unius eſſentiæ, unius omnipotentię, unius bonitatis, unius ęternitatis, unius immenſitatis. Ac ſic cum unū Deum audis, patrē & filiū & S. ſanctū, unam naturā ſummæ illius Trinitatis intellige. Et cum Trinitatem audis, patrē & filium & S. ſanctum, tres perſonas unius ſummæ illius diuinitatis agnoſce. Tres enim perſonæ ſunt, pater, filius & S. ſanctus: ideo Trinitas dicitur. Sed una ſubſtātia eſt patris, filij & S. ſancti: ideo ipſa trinitas unus Deus ueraciter à fidelibus prædicatur. Tres itaq; perſonas eſſe, patrem, filium, & S. ſanctum, oſtendunt ipſius eloquia, unde trinitas ſancta dignè creditur in perſonis. Tres autem Deos dici, patrē, filiū, & ſpiritū ſanctū, non permittit unitas naturalis. Et quia in una natura trinitatis nulla poteſt eſſe diuerſitas, ideo in tribus perſonis manet inconfuſa proprietas, & in unitate naturæ regnat incommutabiliter ſubſtan-

ſtantialis æqualitas. Fulgē.lib.1.ad Donatū.

Boetius ait: Catholicę uel uniuerſalis fidei de Trinitatis unitate ſentētia hęc eſt· Pater, inquiūt, Deus, filius Deus, S. ſanctus Deus. Igitur pater, filius, S. ſanctus, unus Deus, nō tres dij. Cuius cōiunctionis ratio eſt indifferētia: eos enim differētia comitatur, qui uel augēt uel minuūt, ut Ariani. Dei ſubſtātia & materia & motu caret. Lib. de Trinitate & unitate Dei, ad Symmachū. Et: Deus uerò à Deo nullo differt, nec uel accidētib. uel ſubſtantialib. differētijs in ſubiecto poſitis diſtat. Vbi uerò nulla eſt differētia, nulla eſt omnino pluralitas: quare nec numerus, igitur unitas tantū. Nā cum tertiò repetitur Deus, cū pater & filius & S. ſanctus nūcupatur, tres unitates nō faciūt pluralitatē numeri, in eo quod ipſe ſunt, &c. Nō igitur ſi de patre, filio & S. ſancto tertiò p̄dicatur Deus, idcirco trina numeratio numerū facit. Cū dicitur Deus pater, Deus filius, Deus S. ſanctus, hæc trinitas eſt unus Deus: uelut enſis atq; mucro, unus gladius: uelut ſol, ſol, ſol, unus ſol. Non uerò ita dicitur pater & filius & S. ſanctus, quaſi multiuocū quiddā. nā mucro & enſis & ipſe eſt, & idem. Pater uerò ac filius & S. ſanctus idem quidē eſt, nō uerò ipſe, &c. Cum quis 10 prædicamēta in diuinā uerterit prædicationē, cuncta mutantur quę prædicari poſsūt, aliquid uerò omnino non poteſt prædicari. Nā ſubſtantia in illo nō eſt uerè ſubſtātia, ſed ultra ſubſtantiā: itē qualitas, & cætera quę euenire queūt. Boetius de Trinitate & unitate Dei. Itē: Relatiua p̄dicatio patris, ſi meminim⁹ omniū in priorib. de Deo ſentētiarū, ita cogitemus: proceſsiſſe quidē ex Deo patre filiū, dictū & utriuſq; S. ſanctū: hos quoniā incorporales ſint, minimè locis diſtare. Quoniā uerò pater Deus, & filius Deus, & S. ſanctus Deus: Deus uerò quoniā nullas habet differentias, quib. differat à Deo, à nullo eorū differt. Differētiæ uerò ubi abſunt, abeſt pluralitas: ubi abeſt pluralitas, adeſt unitas. Nihil aūt aliud gigni potuit ex Deo, niſi Deus: & in reb. numerabilibus repetitio unitatū nō facit modis omnibus pluralitatē. Triū igitur idoneè cōſtituta eſt unitas. Idē pater q̄ filius nō eſt, nec idē uterq; qui S. ſanctus: idē tamē Deus eſt, & pater & filius & S. ſanctus: idē iuſtus, idem bonus, idē magnus: idē omnia quę ſecundū ſe poterūt p̄dicari. Similis eſt in Trinitate relatio patris ad filiū, & utriuſq; ad S. ſanctū: ut eius quod eſt idē, ad id quod eſt idē. Idē lib. de Trinitate & unitate Dei, ad Symmachū. Item: Patris, filij ac S. ſancti una eſt ſubſtātia, nec ſeparari ullo modo aut diſiungi poteſt, nec uelut partib. in unū cōiuncta eſt, ſed eſt una ſimplicitas. Quæcunq; igitur de diuina ſubſtātia prędicātur, ea trib. oportet eſſe cōmunia, hoc modo: ſi dicim⁹, pater Deus eſt, filius Deus eſt, S. ſanctus Deus eſt, pater, filius, ac S. ſanctus unus Deus. Si igitur eorū una deitas, una ſubſtantia eſt, licet Dei nomē de diuinitate ſubſtātialiter p̄dicari. Ita pater ueritas eſt, filius ueritas eſt, S. ſanctus ueritas eſt: non tres ueritates, ſed una ueritas eſt. Si igitur una in his ſubſtantia, una eſt ueritas, neceſſe eſt ueritatē ſubſtantialiter prædicari de bonitate, de incōmutabilitate, de iuſticia, de omnipotētia, ac de cæteris omnibus qui tam de ſingulis quàm de omnibus ſingulariter prædicamus, manifeſtū eſt ſubſtātialiter dici. Qui pater eſt, hoc uocabulū nō trāſmittit ad filiū, neq; ad S. ſanctū. Quo fit, ut nō ſit ſubſtātiale hoc nomen inditū. Nā ſi ſubſtantiale eſt, ut Deus, ut ueritas, ut iuſticia, ut ipſa quoq; ſubſtātia, de cæteris diceretur. Itam filius ſolus hoc recipit nomen. neq; enim cum alijs iūgitur, ſicut in Deo, in ueritate, ſicut in cæteris. Spiritus quoq; ſanctus nō eſt idē qui pater ac filius. Ex his igitur intelligamus, patrē, filiū, ac S. ſanctum nō de ipſa diuinitate ſubſtātialiter dici; ſed alio quodā modo. Si enim ſubſtantialiter p̄dicaretur, & de ſingulis & de omnib. ſingulariter diceretur. Hęc uerò ad aliq̄d dici manifeſtū eſt: nā & pater alicuius pater eſt, & filius alicuius filius eſt, & ſpiritus alicuius ſpiritus. Quo fit, ut nec Trinitas ſubſtātialiter de Deo prędicetur: nō enim pater Trinitas. Qui enim pater eſt, filius ac S. ſanctus nō eſt. nec trinitas filius, nec trinitas S. ſanctus, ſecundū eūdem modū. Sed trinitas quidē in perſonarū pluralitate cōſiſtit, unitas uerò in ſubſtantiæ ſimplicitate. Boetius de Trinitate & unitate Dei. Fortunatus ſic ſcribit libro primo:

*Eſt Deus alta fides, unus trinus, & trinus unus,*
*Perſonis proprijs ſtat tribus unus apex.*
*Nā pater, & genitus quoq;, S. ſpiritus idem* (lib 7.
*Hic tribus eſt unū ius, opus, ordo, thronus.* Idem
*Eſt tamen una ſalus, pia, maxima, dulcis & ampla,*
*Perpetuo trino poſſe placere Deo.*

Et: Pater, ex quo omnia: & qui non habet patrē, filius ex patre genitus: S. ſanctus de Dei ore p̄cedēs, & cūcta ſignificās. ergo una diuinitas in trinitate, quia dixit Symbolū: Credo in Deum patrē, & Ieſum Chriſtum, & in ſpiritū ſanctū. Fortunatus li.2. in expoſitiōe Symboli.

In epiſtola Orientaliū dicitur: Oſtenderūt ſanctiſsimi patres uiē mediā ueritatis in confeſsione diuinitatis, unam ſubſtantiam, naturam uirtutemq; demonſtrantes propter Sabellicum, tres perſonas, & æquæ potentiæ unam ueritatem. Ad Symmachum.

Andreas Hieroſolymitanus inquit: Benedictus fructus, quem ſanctum omnis lingua celebrat in triplicitate ſacroſanctæ, quæ in Trinitate eſt, deitatis.

Caſsiodorus inquit: Huius aūt Pſalmi (tertij

(tertij ſcilicet) calculũ edocet ſancta Trinitas, quæ, licet naturam habeat inſeparabilis unitatis: tribus tamẽ eam manifeſtũ eſt conſtare perſonis. In Pſalmũ tertium. Item: Meritò ad inquirendum aliquos permouere ſolet, cur in medio uerſiculo beata Eccleſia tertiò cœleſtem nominauit principatũ. dicit enim: Rex meus, & Deus meus: adijciens, Quoniam ad te orabo Domine. Sed his tribus perſonis non dixit Intendite, ſed Intende: quoniã eccleſia catholica unũ Deum, ſanctam prędicat trinitatẽ, non ut Sabellicus confuſe, ſed diſtinctè atq; perfectè. pater enim Deus, filius Deus, ſpiritus ſanctꝰ Deus: & tamẽ pater & filius & ſpiritus ſanctus nõ tres dij, ſed unus eſt Deus. Et: Quapropter figatur animis ſalutaris iſta ſententia: Diſtinctio in perſonis, unitas bene creditur in natura. In Pſalmũ 5. Item: In dicto Pſalmi 16. Verbo Domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorũ, trinitatẽ ſignificari ait. Dicendo enim, Verbo, filium declarari: adiungẽdo Domini & ſpiritu oris eius, utiq; ſpiritũ ſanctũ intelligi, qui ante tempora de patre proceſsit. & ut in tribus perſonis manifeſta intelligeretur Trinitas, Eius dictũ eſſe, non Eorum. In Pſal. 16. Item: Pater & filius & ſpiritus ſanctus, omnipotens creator, incomprehenſibilis unus eſt Deus. In Pſalmum centeſimum trigeſimumoctauum. Et in Pſalmũ octogeſimum: Non erit in te Deus recens. ad hoc dictum reſpiciens, in concluſione eiuſdem Pſalmi ait: Nam ſi Deus recens nõ accipitur, coæterna ſibi ſancta trinitas ſine dubitatione ſentitur: quia iunior ibi non eſt, ubi ſenior non probatur. Aeternus eſt igitur pater, æternus filius, æternus ſpiritus ſanctus. Item: Diſtinctio in perſonis, unitas cognoſcitur in natura: omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens ſpiritus ſanctus: trium quidem nomẽ, ſed una uirtus, una potentia. Filius à patre incomprehenſibiliter genitus. ſpiritus ſanctus à patre & filio ineffabiliter procedens, poteſtas nõ accidens, ſed indiuidua manens ſummitas ſociabilis, regnũ ſine fine, gloria ſempiterna, quæ ſola creat, ſola peccata dimittit, & cœlorum regna cõcedit. Caſsiodorus ſuper Pſalmũ octuageſimum.

Gregorius inquit: Quia Deus trinitas eſt, extinctã carnẽ unigeniti filij ſancta trinitas, id eſt pater, & idẽ filius, & ſpiritus ſanctus, reſuſcitauit. Gregorius in 14. cap. Iob, libro 12. cap. 3. Itẽ: Apertè tunc uidebimus, quomodo & unũ diuiſibiliter tria ſint, & indiuiſibiliter tria unũ. in 38. cap. Iob, lib. 30. cap. 5. Et in illa ſumma Trinitate, quæ omnia creauit, omnia continet, dimidium nihil eſt, nec ex duobus dimidijs aliquid unum. Neq; enim quicquam diminutionis ac deciſionis habet illa ſubſtantia, quæ ſemper incõmutabilis manens, nec detrimentum recipit, nec augmentũ. Libro 2. in Ezechielem. hom. 21. Item: Pater, filius & ſpiritus ſanctus, unius uirtutis, unius ſubſtantiæ ſunt. Idem in Euangelia, hom. 24. Et: Pater, filius & ſpiritus ſanctus, inſeparabilis potentiæ diuinę trinitas. lib. 5. Epiſtolarũ, indictionis 14. epiſtola 33. Et: Spirituales illi patres omnipotentem Deum Trinitatẽ ita eſſe crediderunt, ſicut eandem Trinitatem noui patres apertè locuti ſunt. Libro ſecundo in Ezechielem, homilia decima ſexta.

De tribus perſonis inquit Boetius: Deus quoq; & οὐσία eſt, & eſſentia. Eſt enim, & maximè ipſe eſt, à quo omnium eſſe proficiſcitur. Eſt ὑπόστασις, id eſt ſubſiſtentia. ſubſiſtit enim, nullo indigens. Vnde etiam dicimus, unam eſſe οὐσίαν uel οὐσίωσιν, id eſt eſſentiã uel ſubſiſtentiam deitatis: ſed tres ὑποστάσεις, id eſt tres ſubſtantias. Et quidem ſecundum hunc modum dixêre unã trinitatis eſſentiã, tres ſubſtãtias, tresq; perſonas. Niſi enim tres in Deo ſubſtantias Eccleſiaſticus loquendi uſus excluderet, uideretur idcirco de Deo dici ſubſtantia: non quòd ipſe cæteris rebus quaſi ſubiectũ ſupponeretur, ſed q, idẽ omnib. uti poſſet, ita etiã quaſi principiũ ſubeſſet reb. dũ eis omnib. οὐσιῶσθαι uel ſubſiſtere ſubminiſtrat. Sed hæc omnia idcirco ſint dicta, ut differentiã naturæ atq; perſonę, id eſt, οὐσίας atq; ὑποστάσεως monſtraremus. Quoniã natura eſt cuiuslibet ſubſtantiæ ſpecificata proprietas, perſona uerò rationabilis naturę indiuidua ſubſiſtentia. Libro de duabus naturis & una perſona Chriſti, aduerſus Eutychen & Neſtorium.

Caſsiodorus in quingenteſimum Pſalmum ait: Spiritus, quantum ad eſſentiam diuinitatis, & pater & filius & ſpiritus ſanctus rectè dicuntur, unus Deus: ſed pro diſtinctione perſonarum eſt proprium patri, quòd naturaliter ſine initio ante ſecula genuit filium: proprium eſt filio, quòd naturaliter à patre generatus eſt: ꝓpriũ eſt ſpiritui ſancto, quòd à patre & filio procedit, quæ ineffabili charitate atq; cooperatione eorũ conſubſtantialis æternitas & poteſtas omnia facit quæ uult in cœlo & in terra. Sed quamuis hæc incõprehenſibilia atq; inexplicabilia, ita ut ſunt nobis nũc, eſſe noſcãtur, tamen à nõnullis patrib. corporaliũ & ſimul exiſtentiũ rerũ talis ſimilitudo proponitur. Inuenimus enim in ſole tres iſtas proprietates: prima, ipſa eſt ſubſtãtia corporalis, quod ſol eſt: deinde ſplẽdor eius, q in ipſo ꝑmanet: tertia calor, qui à ſplẽdore eius uſq; ad nos peruenit. Quæ hoc modo (ſi tamẽ tantę rei poteſt ſimilitudo aliqua reperiri) arbitror æſtimanda, ut quod eſt in ſole ſubſtantia corporalis,

ita

ita intelligatur in Trinitate quodámodo pſona patris: & quod eſt in ſole ſplẽdor eius, hoc ſit in Trinitate perſona filij (ſicut Apoſtolus dicit, ſplendor gloriæ eius:) quod autẽ in ſole eſt calor, hoc ſit in Trinitate perſona Spiritus ſancti, ſicut legitur, Quis ſe abſcondet à calore eius? Datur etiam aliud exẽplum incorporalium rerum, hoc eſt de anima, quæ ad imaginẽ Dei facta cognoſcitur. Anima igitur eſt ipſa ſubſtantia incorporea rationalis, in qua nũc intellectus & uita eſt. Quod ergo eſt in anima ſubſtantia, hoc intelligatur (ſi dici fas eſt) in Trinitate perſona patris: quod aũt eſt in anima uirtus & ſcientia, hoc intelligatur in Trinitate filius, q eſt Dei uirtus & Dei ſapiẽtia: & quod in anima uiuificandi proprietas, hoc & in Trinitate intelligatur Spiritus ſanctus, per quẽ uiuificandi opus multis locis prædicatur impleri, ſicut ait Petrus: Mortificatos carne, uiuificatos autẽ ſpiritu. Item: Hæc propria unus Deus ſancta Trinitas haber, quòd pater ingenitus, filius genitus, ſpiritus ſanctus à patre & filio procedit. Hoc fides integra, hoc catholica profitetur Eccleſia. In Pſalmũ 56. Et: Scire aũt debemus, ad diſtinguẽdas declarãdasq; perſonas S. Trinitatis, ſola hæc nomina poſſe ſufficere. Nam cũ dixeris, Deus pater, Deus filius, Deus ſpiritus ſanctus, pleniſsimè S. Trinitatis uiſus es declaraſſe perſonas. Hæc enim nomina in S. Trinitate ſola ſunt ꝓpria: cętera uerò, id eſt natura, poteſtas, æternitas, omnipotẽtia, & his ſimilia, probãtur eſſe cõmunia. Caſsiod. in Pſal. 71.

Gregorius inquit: Etſi perſonarum trinitas confeſsione fidelium in diuinis laudibus canitur, earũdẽ perſonarũ inſeparabilis unitas prædicatur. In 1. Regum cap. 1.

Quòd unus ſit Deus, plerunq; doctrinæ de Trinitate attexuerunt: ut, Vnus eſt Deus pater, filius, & ſpiritus ſanctus, qui omnipotentiſsima bonitate creat, & gratuita miſeratione iuſtificat peccatores. Præter hunc unum Deum uerum, nullus eſt Deus. Fulgentius ad Donatum.

Caſsiodorus inquit: In Deo nulla eſt diſparitas uel diuerſitas æſtimãda: quia ubi unus Deus rectè creditur, ibi minor & maior nõ poteſt inueniri. Neſcit enim numerũ unitas, nec gradũ admittit æqualitas: ſicut ſcriptũ eſt Exod. 20. Non aſcendes per gradus ad altare meũ. In Pſalmũ 116. Item: Deus tuus ego ſum. Iſtud SVM, inquit Caſsiodorus, ꝓprium diuinitatis eſt uerbum, quod tempore non mutatur, ſed ſemper adeſt, atq; æternum manet, ſicut Moſi reſponſum eſt: Ego ſum qui ſum. & rurſum: Qui eſt, miſit me. Sed perſcrutandum eſt, cur iſtud nomen eſſentiæ ſolus ſibi uendicet Deus? Tunc enim quando dictum eſt, Erant angeli, erant cœleſtia, erant terrena omnia, ſicut eſſe decreta ſunt: ſed quia illa ſola eſt infecta & æterna natura, nec aliquando cœpit ex tempore, & in tribus perſonis Deitas una ſubſiſtit, meritò ſolus eſſe dicitur Deus, quia ut ſit nullius indiget, ſed ſemper uirtutis propriæ uigore conſiſtit. Eſt ibi & aliud ſacramentũ, quod una ſyllaba tribus literis continetur, ut ſancta Trinitas unus Deus eſſe doceatur. In Pſalmum quadrageſimumnonum.

Gregorius ſcribit: Vnus ſemper & idem permanens, intelligi partialiter non poteſt: & tamẽ à ſuis fidelibus participari dicitur, cum in eius ſubſtantia pars nullatenus admittatur. Libro quinto Moralis expoſitionis in Iob, capite 26. Item: Trinitas unus eſt Deus. Libro ſecundo in Ezechielem, Homilia uigeſima. Et: Vnum Deum eſſe Trinitatem, & patres Teſtamẽti ueteris, & prædicatores profeſsi ſunt Teſtamẽti noui. lib. eodẽ, Homilia uigeſimaprima. Item: Cognitio unius Dei patris & filij & ſpiritus ſancti. Libro nono Epiſtolarum, indict. 4. epiſtola 60. Et: Superueniente gratia per teſtamentum nouum, omnis fidelis populus unum Deum trinitatem eſſe cognouit, & uirtutem Decalogi eius agnitione cõpleuit. Lib. 2. in Ezechielem, Homilia 16. Et: Deus in unitate eſt. Idẽ in Euãgelia, Ho 22.

Ab humana ratione non percipi trinitatem, docet Fulgentius: Humana ratio trinitatem comprehendere non poteſt, quæ nec cœpit eſſe, nec definit: in cuius ſubſtantia nihil eſt quod non fuit, nihil poteſt non eſſe quod fuit: cuius nihil loco cõcluditur, quia totũ immẽſum: nihil initio pręuenitur, quia totũ eſt ſempiternũ. Quæ ſe hoc præſertim indicio ſempiternam, increatã, immutabilemq; monſtrauit, cum ex nihilo, id eſt ex eo quod non eſſet, creare potuit, quod fuiſſet. Libro ſecundo ad Thraſimundum.

## DE PATRE.

DE patris officio ita ſcribit Andreas Hieroſolymitanus: Pater, qui natura ſua benignus eſt, iuſtiſsimè decreuit, ut filius eius proprius in noſtræ ſimili comparens forma, aduerſarium condemnaret.

De proprietate patris inquit Gregorius: Pater unigenitum conſubſtantialem ſibi filiũ genuit. in 33. caput Iob. lib. 23. cap. 11.

## DE IESV CHRISTO.

APpellationes quaſdã ſecũdę perſonę diuinitatis recitãt huius ſeculi Doctores, ut: Vnus idẽq; mediator Dei & hominũ, homo Chriſtus Ieſus, ipſe paſtor & ouis, ipſe ſponſus & ſponſa, ipſe ſacerdos & uictima, Deus idẽq; & oblator muneris & munus factus eſt oblatoris, ut nec oblator à muneris qualitate deſciſceret, nec munus oblatoris merito diſcreparet. Fulgent. lib. 1. ad Thraſimundũ.

Item:

Item: Propter hanc in Chtiſto unitatē perſonæ, & inconſuſam ueritatem diuinæ humanæq́; ſubſtantię, unus idemq́; Chriſtus & puer ab Eſaia dicitur, & filius ac Deus pariter p̄dicarur. ſicut inquir: Puer natus eſt nobis, cuius principiū ſupet humetos eius, & uocabitur nomē eius Admirabilis cōſiliarius, Deus ſortis. In uno Chriſto nō ſunt duę p̄ſonę, ut alius puer & ali⁹ Deus fuerit nūcupatus: ſed in una perſona eſt Deus plenus, & homo perſectus: quia ſubſtantialiter aliud puer & aliud Deus, cum tamen perſonaliter non ſit alius puer & alius Deus. Vnus enim filius & puer & Deus: quia puer qui natus eſt nobis, & idem filius qui datus eſt nobis, uocatur nomen eius Admirabilis conſiliarius, Deus ſortis. Hic tamen puer ſicut ueram carnem, ſic & uetam habuit animam, ut illa uera diuinitas totam hominis & renouandam ſuſciperet, & ſuſceptam poſſet reuocare naturam. ibidem. Item: Filius Dei uirtus & ſapientia eſt patris. Sapientia quæ cuncta diſpoſuit, uirtus quæ omnia creauit: ſapientia quæ illuminat, uirtus quæ adiutorium pręſtat: ſapiētia, quia immutabilis: uirtus, quia inſuperabilis. Qui omni cteaturæ ſuæ per infinitam poteutiam natutalem ſempet adeſt, & immenſus nunquam deeſt: qui hoc in ſe naturaliter habet eſſe, quod pateteſt. Libro ſecundo ad Thraſimundum. Item: Hic Ieſus Chriſtus non ſic eſt Dei patris filius, ſicut nos ſumus. Ille eſt enim proprius, nos redempti: ille enim natus, nos facti: ille uerus, nos adoptiui. Ille autem qui uerus eſt filius, ipſe etiam uerus eſt Deus, non adoptione generatus, ſed de patre natutaliter natus. In quo ueto Deo, uerôque filio, ideo eſt diuinitas, quia natutalis eſt illi de patre natiuitas. Propter quod eum uerum patris filium, uerum Deum, uitamque æternam Iohannes in epiſtola ſua ptofitetur. Libro ad Donatum.

Fortunatus ait.: Ieſus dicitur, eo quòd ſaluet populum: Chriſtus, quòd ſit unctus pōtifex in æternum.

Olympiodorus ſcribir: Vocatur adoleſcens Chriſtus ſaluator, propter magnum robur diuinæ uirtutis. Capite quarto in Eccleſiaſten.

Caſsiodorus ait: Nomē Chriſti ab unctione dicitur, unde & Chriſtiani à Chriſto dicuntur participio nominia Chriſti. In Cantica canticorum.

Ennodius ita ſcribit dictione in Natalem papæ Epiphanij:

*Corda domat, qui cuncta uidet, quem cūcta tremiſcūt,*
*Fons, uia, dextra, lapis, uitulus, leo, lucifer, agnus,*
*Ianua, ſpes, uirtus, uerbum, ſapientia, uates,*
*Oſtia, uirgultum, paſtor, mons, rete, columba,*
*Flamma, gigas, aquila, ſponſus, patientia, neruus,*
*Filius, excelſus, Dominus, Deus, omnia Chriſtus.*

Gregorius inquit: Rectè mediator Dei & hominum redemptor noſter, uulturis appellatione ſignatur, qui manens in altitudine diuinitatis ſuæ, quaſi quodam uolatu ſublimi cadauet mortalitatis noſtræ conſpexit in infitmis, & ſeſe de cœleſtib. ad ima ſubmiſit. Fieri quippe homo propter nos dignatus eſt: & dum morruum animal petijt, mortem apud nos, qui apud ſe etat immortalis inuenit. in uigeſimumoctauum caput Iob, libro decimooctauo, capite decimonono. Et: Ipſe namque & homo eſt, quia naturam noſtrā uetaciter ſuſcepir: & uitulus, quia pto nobis patienter occubuit: & leo, quia per diuinitatis fortitudinem ſuſceptæ mortis uinculum rupit: & ad extremum aquila, quia ad cœlum de quo uenetat redijt. Idem in trigeſimumnonum caput, libro trigeſimoprimo, capite decimonono. Et: Ieſus Saluatot, uel etiam ſalutaris dicitur. In Euangelia, Homilia uigeſimaſeptima. Itē: Chriſtus eſt inirium & finis. Chriſtus finis dicitur, quia eſt conſummatio legis & prophetarum. In præfatione in pſalmos pœnitentiales. Item: Chriſtus finis eſt, uel quia bonorum omnium perſectio eſt: quia nullū bonum perficitur, niſi quod in ſummo bono ſolidatur. Ibidem. Item: Filius dicitur mauus Domini. manus quippe Dei, quę per diuinitatem non eſt ſacta, ſed genita, per humanitatem facta eſt, ut humani generis uulnera ſanaret. Libro primo in Ezechielem, Homilia ſecunda. Et: Ipſe qui nobis aduocatus eſt, dicitur iuſtus. Iuſtus uerò aduocatus iniuſtas cauſas nullo modo ſuſcipit, nec uerba durè pro iniuſticia defendit. Gregorius in Ezechielem libro primo, Homilia ſeptima. Item: Pater qui antea non cognoſcebatur, per eum in hominum noticiam uenit, unde & uerbum patris & ſplendor dicitur: quia per eum & uoluntas patris agnoſcitur, & ipſa diuinitatis eſſentia declaratur. In Pſalmos pœnitentiales. Item: Manus Domini quid eſt, niſi unigenitus patris æterni? Gregorius in ptimum Regum, capite ſexto.

### DE CHRISTI AETERNA *ſubſtantia.*

¶ De ſubſtantia eius æterna ita ſcribunt: Nos idcirco filium Dei de patris ſubſtantia natum, hoc eſt, de eo quod pater eſt, credimus & fatemur, quoniam quicquid ſubſtantia Dei non eſt, non poſſumus ut Deum uel adorare, uel colere, quem Deum non patrē ſolum credimus, ſed pattem filium & ſpiritum ſanctum. Item: Qoocirca ueræ fidei regula tenenda eſt, qua Dei filius de patris ſubſtantia, hoc eſt de eo quod ipſe eſt, ineffabiliter ſine initio natus creditur, & uerus

Deus

Deus cum patre colitur & tenetur. Item: Quocirca cognoſcentes Chriſtum uerom Deum eſſe, non audeamua ab æqualitate paternæ ſubſtantiæ ſeparare. Item: Contumelia Dei foret, filium non eſſe æqualem patri. Item: Non ergo ex tribus partibus uuum colimus Deum, ſed Apoſtolicæ fidei regulam retinentes, perſectum & conſempiternum filium de perfecto & ſempiterno patre ſine initio genitum, & poteſtate non imparem, & natura fatemur æqualem. Fulgentius in reſponſionibus contra Arrianos. Et ſi filij Dei natura quæratur, eſt eſſentialiter Deus: Quia in principio erat uerbum, & uerbũ erat apud Deum, & Deus erat uerbũ. Eſt etiã ſempiternus, quia ſempiterna Dei uirtus eſt, atque diuinitas. Eſt immenſus, quia Ieremias dicit: Magnus eſt, & immenſus. Idem libro ſecundo ad Thraſimundũ. Et: Credimus Dei filiũ ante omne prorſus initium, hoc eſt ſine aliquo ſuæ natiuitatis initio, de patris ſubſtantia genitum, Deum de Deo, Dominũ de Domino, nõ ex nihilo, quia de patre nõ nuncupatiuũ, quia nomen habet ex ueritate naturæ, non ex aliqua natura: quia nõ aliquid fuit coæternum Deo, ut origo filio præſtaretur: nec poſteriorem filium eo qui genuit, nec minorem, ſed patri prorſus & ſempiternitate immenſitatis & immenſitate ſempiternitatis æqualem, immutabilem mutabilium conditorem, intempotalem temporalium factorem & temporum, quem nullus continet locus, quo nullus caret locus, quia cuncta replet creator immẽſus: qui nõ propterea nõ eſt Deus, quia dicitur genitus: ſed ideo uerus dignè creditur, quia de patre ſubſtantialiter genitus prędicatur. Quòd enim dicitur genitus, non hoc eſt nomen diuinitatis in filio, ſed nomẽ eſt natiuitatis in Deo: ut quem cõſtat de patre naturaliter genitum, conſtet non aliud eſſe quàm Deum. Hic itaque de patre ſempiternus exiſtens, unam tenuit cũ Deo patre naturam: ſed propriã ſumpſit ex genitore perſonam, quia diuina natiuitas non diuiſionem naturalis unitatis habuit, ſed perſonam filij ſubſiſtentis à patre diſtinxit, & ex uocabulo patris alium qui natos eſt monſtrat. libro tertio ad Thraſimundũ. Et: Proinde ſecundum diuinam naturam non eſt minor patre, ſed ęqualis patri: quia filius ita uerus Deus dicitur, ut pater Deus uerior non dicatur. in Deo enim uero nihil minus exiſtimari ſinit ipſa ueritatis agnitio. permanet itaq; in patre & filio naturaliter una ueræ diuinitatis æqualitas, & una incõmutabilis ac ſempiterna maieſtas. Sic autem filium patri æqualem ueraciter dicimus, ut etiam minorem ueraciter non negemus. Scimus enim Deum filium natũ de natura Dei patris, natum etiam de natura uirginis matris. Ac per hoc uerũ Deum de ueritate paternæ naturæ, uerum Deum hominem de ueritate maternę ſubſtantię, quem diuinitatis æternitas oſtẽdit ſine initio natum, & tẽporalis ſuſceptio carnis docet ſine dubio minoratum. Aequalis eſt filius patri, & minor eſt filius patre: æqualis uera diuinitate, minor uera humanitate: æqualis, quia in principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum. Fulgentius libro primo ad Donatum. Item: Dei ergo filius IESVS Chriſtus, quia & à diuinitate genitus, & à diuinitate cõceptus. Si autẽ Dei filius, ergo indubitanter Deus. Si autem Deus, ergo gratia Dei non carens. neque enim ea re unquam caruit, quã ipſe fecit. Gratia enim & ueritas per IESVM Chriſtum facta eſt. Omnis ergo in eo gratia, omnis uirtus, omnis potentia, omnis diuinitas, omnis denique diuinitatis ac maieſtatis ipſius plenitudo cum eo atque in eo ſemper fuerũt, ſiue in cœlo ſiue in terra, ſiue in utero ſiue in ortu, nihil unquã Deo de Deo defuit. Sẽper enim cum Deo deitas, non loco unquã ab eo, non tempore ſeparata. Vbiq; enim Deus totus, ubique perſectus, non diuiſus, non demotatus, non imminutus eſt. quia nec addi unquã Deo, nec detrahi quicquã poteſt. Sic enim imminutionem deitatis non habet, ſicut nec augmentũ. Idem ergo in terris fuit, qui & in cœlis. Idẽ in humilib. q in excelſis. Idẽ in hominis exiguitate, qui in Dei maieſtate. Et ideo bene Apoſtolus, Chriſti gratiã nominans, Dei gratiã nominabat. Quia Chriſtus totũ erat quod Deus, omnia in ipſa ſtat hominis cõceptione Dei uirtus, omnis diuinitas, omnis diuinitatis uenerat plenitudo. Inde enim illi omnis diuinitatis perfectio, unde & origo. Neque enim unquã ſine Deo fuerat homo ille, qu utiq; hoc ipſum qd᷑ erat, eſſe à Deo cœperat. Ioãnes Caſsianus li. 2. de incarnatione Domini. Item: Vides itaque nihil eſſe hic iam quod dici queat, nec diſiunctionẽ aut diuiſionem aliquã inter Chriſtum fieri & Deum poſſe. Quia totus in Chriſto Deus, & totus in Deo Chriſtus. Nulla hic recipi diſseparatio poteſt, nulla deciſio. una tantũ eſt ſimplex, una tantum pia & ſana confeſsio, adorare, amare, colere Chriſtum Deum. Iohannes Caſsianus libro tertio. Item: Demonſtremus tibi hæretice, eundem te in natiuitate corporea & hominẽ debere credere, & Deum, quem ante natiuitatem corpoream tantum Deum, & quem poſt editionem uirginis in corpore Deum, eũdẽ ante partum uirginis uerbum Dei. Idem libro quarto. Item: Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudine carnis peccati, id eſt, ut in uera

carnis ſuſceptione agnoſceretur ueritas nõ fuiſſe peccati: & quantum ad corpus, ueritas intelligeretur: quantum ad peccatum, ſimilitudo peccati. Quia cum omnis caro peccatrix ſit, ille autem ſine peccato carnem habuerit, ſimilitudinem peccatricis carnis in ſe habuit, dum in carne eſſet: ueritate autem peccati caruit, quia ſine peccato fuit. Iohannes Caſsianus lib. quarto, de incarnatione filij Dei.

Fortunatus ait: Filius in quo pater eſt totus unitatis ſubſtantię, non cõfuſione ſubiectum habebat hoc noſſe, non alterius munere, ſed poteſtate naturæ. Item: Ille de ipſius eſt natus ſubſtantia. Libro decimo, in expoſitione orationis Dominicæ. Item: Filius eſt uerbum & ſpeculum & character & imago. Viuens patris uiuentis, in nominibus patri ſimilis, eiuſdem naturæ, & in diuinitate genitus, genitori per omnia coæqualis. nec quæratur quomodo genuit filium, quod & angeli neſciunt, prophetis eſt incognitum. Vnde illud dictũ eſt: Generationẽ eius quis enarrabit? Quam ſecretam originem cum proprio filio nouit ipſe ſolus qui genuit: nec à nobis Deus diſcutiendus eſt, ſed credendus, qui in nobis ipſis neſcimus quid ſapimus: quomodo ſapientia, ingenium aut intellectus, conſilium aut mens noſtra generat uerbum. Sed ut breuiter dicamus, ſufficit nos ſcire, quia lux genuit ſplendorem: propheta teſtante, Ante luciferum. In expoſitione Symboli libro undecimo. Item: Credo in unicum filium, ideo ut nihil in hoc intelligas terrenum ſiue corporeum, ubi de uno eſt unus, de luce ſplendor, de corde uerbum, de mente ſenſus, de forti uirtus, de ſapientia ſapiens, de æterno natus eſt coæternus, per omnia idem: quod pater, hoc filius. Nam unicus ideo, quia nec comparationẽ recipit cum reliquis creaturis: nec ſimilitudinẽ, quia omniũ rerũ ſimul ipſe creator eſt. Homines aũt filij Dei uocantur per gratiã, ille ſolus filius genitus per naturã. Fortunatus in expoſitione Symboli.

Iuſtus ſcribit: Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto? id eſt, qualis eſt Deus ex Deo, uel filius à patre, in ſimilitudine omnium æqualitatem declarans perſonarum. Qui enim non diſcernuntur in unius eſſe naturę, & in eadem creduntur permanere gloria maieſtatis. Iuſtus Orgelitanus in Canticis.

Caſsiodorus inquit: una deitas, una poteſtas, una æternitas, pater dicit ad filium, quod nec ille ore protulit, nec ille aurib. intentus audiuit. Vult enim pater, & nouit filius: uult filius, & nouit pater: ſed nec ipſa uoluntas nobis comprehenſibilis eſt, nec ipſa notio humanis ſenſibus poteſt apparere. In Pſalmum 110. Item in Pſalmum 54. Exaudiet Deus, & humiliabit eos qui eſt ante ſecula, &c. Qui eſt ante ſecula, uerbum ſignificatur coæternum patri, ne ex tempore aliquo extitiſſe uideretur, qui ſecula creauit uniuerſa. Tẽpus enim tunc cœpit, quando mundus cœpit initium. Deſinat ergo Arianorum inſania, creatorem temporũ prædicare ſub tempore, dum coæternus patrĩ & conſubſtantialis cum ſancto ſpiritu incommutabiliter unigenitus filius perſeuerat. Item: In Deo laudabo uerbum, &c. Reuera orthodoxæ dicta noſcuntur Eccleſiæ. In patre ſe promittit filium laudaturũ, ut quicquid de illo dicitur, de iſto pariliter ſentiatur. Nam cum prædicamus æternum atq; omnipotentem patrem, æternum atq; omnipotentem filium ſine dubio confitemur. Vnum eſt enim in utroque præconium, quoniam una uirtus amborum: indiuidua gloria, quando indiuiſibilis eſt natura. In Pſalmum quinquageſimumquintum. Item: Dilectus ex dilectio, filius eſt ex patre, ſicut eſt Deus de Deo, lumen de lumine. Caſsiodorus in Cantica, capite quinto. Et: Chriſtus dum in corpore præſens erat, non poterant eum ſpiritualiter amare: nec poterant eum quem hominẽ cernebant, ut Deum inuiſibilem & ubique præſentem cogitare. At poſtquã ipſe cœlos aſcendit, cœpit eum Eccleſia ſpiritualiter diligere, & ſic iam Deum cogitare & prædicare. In Cantica cãticorum, cap. 8.

Gregorius inquit: Quoniam fide ac dilectione ſoli Chriſto adhæreo, ſolum cum patre & S. ſancto unum Deum uidere concupiſco. In Cantica canticorum. Et: Vos eſt ille, qui ſolus cũ patre & ſancto ſpiritu præſidet in cœlo. In Ezechielem lib. 2. Homilia decimaſexta. Et: Filius coæternus eſt patri. In Euangelia, homilia uigeſimaquinta. Et: Scitis fratres chariſsimi, quia ipſe qui loquitur unigenitus filius, uerbum patris eſt. Et ideo ſermo quem loquitur filius, non eſt filij, ſed patris, quia ipſe filius eſt uerbum patris. In Euangelia, homilia trigeſima. Item: Chriſtum eſſe unũ cum patre & ſpiritu ſancto, prædicantes annunciant. lib. 1. in Ezechielem, homilia tertia. Et: Chriſtus Deus ſuper omnia, quia naturaliter Deus. Lib. primo in Ezechielem, homilia octaua.

¶ De generatione filij Dei ſuo quodam modo loquuntur. Nam hanc opinionem profert Fulgentius: accurate tamen, & uerè diſcernens filium Dei conſubſtantialem à nobis, libro tertio ad Monimum. Sic eſt uerbum, inquit, apud Deum, ſicut eſt in mente uerbũ, ſicut in corde conſiliũ. Cum enim mẽs apud ſe uerbũ habet, utiq; cogitãdo habet: quia nihil aliud eſt apud ſe dicere, quàm apud ſe cogitare. Cum ergo mens cogitat, & co-

& cogitando uerbũ intra ſe generat, de ſua ſubſtantia generat nerbum: & ſic illud uerbum generat de ſe, ut genitum habeat apud ſe. Nec minus aliquid habet uerbum, quod ex mente naſcitut, quàm eſt mens de qua naſcitur: quia quanta eſt mens quæ generat uerbum, tantum eſt etiam ipſum uerbum. ſicut enim de tota mente naſcitur uerbum, ſic intra totã permanet natum. Et quia cogitante mente non eſt eius aliquid, ubi in ea uerbũ non ſit: ideo uetbum tantum eſt, quanta eſt mens ipſa de qua eſt: & cum apud illam eſt, in illa eſt: & quãta illa eſt, tantum etiam uerbum eſt, quia de tota & in tota eſt: tantumq; eſt ipſum uerbum, quanta ſimul eſt mens ipſa cum uerbo. Neq; enim ſic de illa uerbum naſcitut, ut ab ea localiter ſecernatur. Natiuitas qnippe illa quæ oſtendit quid ſit, & de qua ſit ipſa oſtendit, qnòd extra eam de qua natum eſt, eſſe non poſsit, nec in aliquo minus ſit, ſed ſic de ipſa ſit, ut apud ipſam & in ipſa ſit: tantumq; ne ſit de illa, quantum in illa: & tantum in illa, quantum cum illa. Equidem & nos quodammodo dicit Scriptura, & in Deo eſſe, & apud Deum eſſe: ſed non quomodo apud Deum eſt, & in Deo eſt uerbum Deus, qni eſt unigenitus filius. Dicitur enim & nobis, quia in Deo uiuimus & monemur & ſumus: & dicitur ipſi Deo, Si non peccauerimus, ſcimus qnia apud te ſumus deputati. Veruntamen cum hoc de nobis dicitur, non naturalis unitas noſtra cnm Deo oſtenditur, ſed aut potentia creatoris intelligitur, aut pietas redemptoris. Sic enim qui credimus, in Deo & apud Deum ſumus: ſicut de Deo geniti, filij Dei ſumus. Scriptnm eſt enim: Charisſimi, nunc filij Dei ſumus. Et iterum: Voluntariè nos genuit uerbo neritatis. Nos ergo Deus uerbo ueritatis genuit; illud autem uerbum ueritatem gennit. Nobis poteſtatem dedit filios Dei fieri: ille autem non ex poteſtate filius Dei factus, ſed de Deo naturaliter eſt Dei filius natus. Nos Deus uoluntariè genuit, quia uoluntas generationem præceſſit: in unigeniti autem generatione, nulla generantis præceſsit uoluntas, ubi ſine initio naturali permanet æterna natiuitas. Sicut ergo geniti ſumus, ſed non ſicut unigenitus Deus: & filij Dei ſumus, ſed non ſicut unicus & netus filius: & dij ſumus, ſed non ſicut uerbum, qui nerus eſt Deus: ita in Deo ſumus, & apud Deum ſumus, ſed non ſicut apud Deum eſt & in Deo eſt uerbum Deus, qui de Deo naturaliter natus eſt. Quamnis enim ille filius dicatur, & nos filij dicamur, & ille Deus, & nos dij, & ille genitus, & nos geniti: multũ tamẽ diſtat in re, quod unũ ſonare uidetur in homine. Quoniã ille, quòd Deus, quòd filius, quòd unigenitus eſt, naturaliter eſt: quia de natura patris natus eſt nos autem quòd dij, quòd filij, quòd geniti ſumus, non natura, ſed gratia ſumus: quia cnm in natura non haberemus ut hoc eſſe poſſemus, gratis nobis datum eſt ut hoc facti eſſemus. Item: In illo ſempiternæ natiuitatis arcano ſempiternus atq; incommutabilis pater, alterum genuit, non diuerſum: & quantum generando protulit, tantus ipſe permanſit: perſonaliter diſtinxit à ſe, quẽ naturaliter totũ habet in ſe. Fulgentius lib. 3. ad Thraſimundũ. Itẽ: Eſt enim hoc uerbum, non quod deſinit prolatum, ſed quod permanet natum: nõ tranſitoriũ, ſed æternum: non factum à Deo patre, ſed genitum: nec ſolum genitum, ſed etiam unigenitum. Vnum quippe uerbũ Deus pater genuit de ſeipſo, per quod omnia creauit ex nihilo. In ptincipio erat nerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. In hoc autem quod per illud uerbum Deus pater omnia fecit, oſtenditur, quia hoc uerbum genuit ipſe, non fecit. Illud igitur uerbnm de Deo Deus eſt, de creatore creator eſt. Vnde hoc in ſe naturaliter habet eſſe, quod pater eſt. Natus eſt itaque de patre Deo filius Deus, alter in perſona, nõ alius in natura, ſemper apud patrem, ſemper cum patre, ſemper de patre, ſemper in patre. Semper apud patrem, cum quo illi eſt naturalis immenſitas. Semper cũ patre, cũ quo illi una eſt naturalis æternitas. Semper de patre, de quo illi eſt naturaliter æterna natiuitas. Semper in patre, cum quo illi eſt una naturaliter æqualisq; diuinitas. Et alter quidẽ ille quòd pater eſt, alter ille quòd filius eſt: neuter tamen alter Deus, quia pater & filius unus eſt Deus. Quapropter qnoniam de patre Deo & filio Deo naſcitur ſermo, dignè dicimus alterum eſſe patrem, & alterum filinm: & nihilominus dignè dicimus, unum Deum eſſe patrem & filium. Cum enim dicimus alterum eſſe patrem, alterũ filium, diſcretas perſonas genitoris genitiq; monſtramus. Cum uerò dicimus unum Deum eſſe patrem & filium, ipſam unam naturam indiſcretæ diuinitatis oſtẽdimns. Altera eſt enim perſona genitoris & geniti, ſed una eſt natura genitoris & geniti. Quomodo uerò ſnfficienter ant dignè loqui poterit quis, de quo? Homo de Deo, mortalis de immortali, uiſibilis de inuiſibili, mutabilis de incommutabili, opus de opifice, de creatore creatnra; de factore factura, paruus de immenſo, temporalis de æterno, humilis de altiſsimo: plaſmatus ẽ limo, de illo qui omnia creauit ex nihilo?

Fulgentius in Sermone de duplici natiuitate Chriſti. Item: Dei eſt, ſubſtantialiter ſine initio genuiſſe: Dei eſt, per ineffabilem immenſitatem totum implere quod fecit: eius eſt, per unitatem naturę totum filio ineſſe, & totũ filium in ſe ſemper habere quẽ genuit. lib. 2. ad Thraſimundum.

Gregorius inquit: Verbum pater ſine tempore genuit: Et quis dignè fari queat illam ineffabilem natiuitatem, quòd de æterno natus eſt coæternus, quòd exiſtens ante ſecula genuit ęqualem, quòd gignente natus poſterior non eſt? In trigeſimumtertium caput Iob, libro uigeſimotertio, capite undecimo.

QVOD HOMO.

Quòd filius Dei uerè ſit factus homo, luculenter probant. Nam Fulgentius ait: Natus eſt Chriſtus, non ut peccatores ex peccatoribus: ſed natus eſt homo, ſuſceptus eſt à Deo ſine ullo peccato, ut peccatores homines recõciliaret Deo, liberatos ab omni peccato. Talem quippe hominem oportuit à Deo ſuſcipi, per quem poſſent homines Deo gratuita iuſtificatione coniungi. Fulgentius, reſponſione contra Arianos. Item: Quoniam ideo Chriſtus carnem immaculatam dignatus eſt ſumere, ut carnem ſaluans, omnem poſsit carnis maculam ſubmouere. Fulgentius libro primo ad Thraſimundum. Idem Fulgentius fatetur, non ſolùm Chriſti exordium ex uirgine eſſe (ut Photinus dixit) ſed in uno Chriſto ſic eſſe credendam ueritatem carnis ex tempore, ut neganda non ſit naturalis ueritas ſempiternæ natiuitatis ex patre. ibidem. Item: Hoc Chriſtus in nobis ſaluauit, quod pro nobis accepit: & illam Deus Dei filius naturam fecit participem ſalutis æternæ, quam ſibi coniunxit in unitate perſonæ: illam in cœleſte palatiũ introduxit, cum qua ſponſus de thalamo uteri uirginalis exiuit. ibidem. Item: Subiungit aliam rationem, Chriſtum eſſe uerũ hominem, ex Leuitico: quia Chriſtus cũ eſſet pontifex integer, ut eſſet homo, ex lege tenebatur. ibidem. Et: Chriſtus nõ cœleſte, ſed humanũ corpus aſſumpſit. Fulgent. lib. 3. ad Thraſimundum. Et: Propterea utique Chriſti humanitas ſine peccato permanſit, quia eam in unitate perſonæ diuinitas accepit, quæ naturaliter peccare non nouit. Homo ergo Chriſtus quoniam peccata non habuit propria, portare dignatus eſt aliena. Illorum autem à ſe uoluit peccata portari, cum quibus tenebatur conſortio naturali. ibidem.

Alcimus ſcribit in libro de Conſolatoria caſtitatis laude, cap. 10.

*Intactam matrem pro ſpermate ſanctus adumbrat*
*Spiritus, hac tantum ſanctum præbente cruorem.*
*Inde caro uerbum efficitur, quiq́; imperat ipſo*
*Cum patre in cœlo, materno in corpore ſeruit.*
*Ante æuum de patre, & matre in tempore natus:*
*Seminis hinc expers omnino, & temporis illinc.*
*Sic uirgo fœcunda fuit, quæ pondere caſto*
*Factorem portare ſuum, dominumq́; perennem*
*Edere promeruit, dignoq́; agnomine dici*
*Virgo Dei mater, &c.—*

Boetius ait: Quòd ſi non eo homine indutus eſt Chriſtus, qui pro peccati pœna ſuſtinuerat mortẽ, illud eueniet, ex nullius hominis ſemine talem potuiſſe naſci, qui fuerit ſine originalis pœna peccati. Ex nullo igitur talis ſumpta eſt caro: unde fit, ut nouiter uideatur formata. Paulo pòſt: At ſi noua ueraque, non ex homine ſumpta caro formata eſt, quò tanta tragœdia generationis? Vbi ambitus paſsionis? Ad quàm uerò utilitatem facta probabitur tanta humilitas diuinitatis, ſi homo, qui perijt generatiõe, à paſsione Chriſti ſaluatus non eſt, quoniã negatur aſſumptus? Boetius de duabus naturis & una perſona Chriſti. Et: Chriſtus eum quippe ſaluauit, quem etiã aſſumpſit. In Chriſto ne uoluntas quidem ulla creditur fuiſſe peccandi. Mortale corpus aſſumpſit, ut mortem à genere humano fugaret. Manducauit, bibit, humani corporis officio functus eſt. Horum indigentiam in Chriſto fuiſſe nullus ignorat: ſed poteſtate, non neceſsitate, & ipſa indigentia ante reſurrectionem in eo fuit. Poſt reſurrectionem uerò talis extitit, ut ita illud corpus immutaretur humanum, ſicut Adæ præter præuaricationis uinculum mutari potuiſſet. ibidem.

Iuſtus inquit: Chriſtus ſimilis capreæ: quia in ſimilitudine carnis peccati nobis apparuit ſimilis etiam ceruorum hinnulo: quia de ſanctis, qui ſerpentem uicerunt, ſecundum carnem duxit originem. Et: Qui excelſum quæſierit in forma Dei, non eum reperiet, niſi credat in formam ſerui, in qua ſe idcirco humiliauit, ut nos iacẽtes erigeret. Iuſtus in Canticis.

Olympiodorus ſcribit Voluntas patris fuit, ut unigenitus filius ſuus humaná carnem aſſumeret. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 12.

Conſilium Domini manet in æternum, &c. Conſilium hic (ait Caſsiodorus, Pſalmo trigeſimoſecundo) intelligimus incarnationis arcanum, quod ad conſulendum humano generi conſtat eſſe conceſſum. Hoc nulla ætate diſſoluitur, ſed in ęternum manet: quia triumphalis mors Domini, diabolicum perenniter extinxit exitium. Cogitationes autem cordis eius ſignificat prędeſtinationem.

Caſsiodorus in Prologo in Pſalmos docet,

cer, Pſalmos loqui de Chriſto tripliciter, partim de ipſius humanitate, partim de æqualitate & coęternitate filij cum patre, tertiò de eo qui dux & caput ſit Eccleſiæ. Hæc monet diligenter conſideranda: hac enim diſtinctione neglecta, ait errores naſci. Deinde refert: Illud tamen autoritate patrum, & ueritatis Ipſius atteſtatione, firmiſsima credulitate tenendum eſt, unum de Trinitate, ſiue unam ex Trinitate perſonam, Deum uerbũ, miſeratione mortaliũ, ex Maria uirgine hominem factum, ſpontanea uirtute, nõ miniſtraroria neceſsitate: quia nec naturæ ſuæ ullam mutabilitatẽ ſuſtinuit, nec aſſumptione carnis augmentũ Trinitatis eſſe cit: ſed, ſicut quidã ait, maculas noſtras lauit in ſanguine, rugas etiã tetendit in cruce. Et: Tendamus etiã intellectũ uſq; in altiſsima, quia Deus homo ſedet ad dextram patris, regnans cum eo & ſpiritu ſancto per infinita ſecula ſeculorum. Caſsiodorus in Pſalmum ſeptuageſimum. Et: Vita noſtra quæ reuera Deus eſt, qui carnem ſumptã ex uirgine Maria ſibi uniuit, eamq; propriam fecit, uiuificatricem eam eſſe profeſſus eſt, ſicut ait in Euangelio Ioannis ſexto: Amen dico uobis, niſi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis ſanguinẽ eius, nõ habebitis in uobis uitam æternam. Quæ licet ex humana natura ſumpta ſit, non tamen eã ut unius hominis ex nobis æſtimare debemus, peccati alicuius contagione pollutam: ſed adorabilem, ſalutiferam, uiuificatricem, quæ peccata dimittit propter uerbum, cui adunata eſt, ſicut ipſe Dominus dicit Matthæi nono, ut ſciatis quia poteſtatem habet filius hominis ſuper terrã dimittendi peccata: & ad perpetuæ uitæ regna perducit. Caſsiodorus in Pſalmum trigeſimum tertium. Et Pſalmo trigeſimonono, Ego uerò egenus & pauper, &c. In explicatione huius dicti inquit Caſsiodorus: Pauper de noſtro, diues de ſuo eſt: qui ideo indigentiam humanitatis aſſumpſit, ut abundantiæ ſuæ nos faceret eſſe participes. Et: Chriſtus uirgineæ carnis fructus eſt. ueniens enim filius Dei in mundum, non ſolùm homo fieri dignatus eſt, ſed etiã pauper homo pro nobis: nec diuites, ſed pauperes elegit habere parentes, ut particeps factꝰ paupertatis noſtræ, diuitiarũ & gloriæ ſuæ nos participes faceret. Caſsiodorus in Cãticis.

Gregorius ait: Idcirco redemptor noſter non angelus, ſed homo factus eſt, quia hoc proculdubio fieri debuit quod redemit, ut perditũ angelũ nõ apprehẽdendo deſereret, & hominem in ſemetipſo apprehendendo repararet. Gregorius lib. 4. Moraliũ, cap. 12. Et: Redemptor noſter, quia diuinitatis eius ſtatus capi ab humana mẽte nõ potuit, hũc ſe nobis ad nos ueniens creatus, natus, mortuus, ſepultus, reſurgens, atque ad cœleſtia rediens, quaſi tranſeundo monſtrauit. Per humanitatis quippe diſpenſationem tranſire habet: per diuinitatis uerò potentiam, qua ubiq; præſens eſt, ſtare. Gregorius in 4. caput Iob, libro Moralium quinto, capite uigeſimo ſexto. Et: Ergo ut rationalis hoſtia eſſet, homo fuerat offerendus: ut uerò à peccatis mundaret hominem, homo & ſine peccato. Sed quis eſſet ſine peccato homo, ſi ex peccati commixtione deſcenderet? Proinde uenit propter nos in uterum uirginis filius Dei, ibi pro nobis factus eſt homo. Sumpta eſt ab illo natura, non culpa. Fecit pro nobis ſacrificium, corpus ſuum exhibuit pro peccatoribus uictimã ſine peccato, quæ & humanitate mori, & iuſticia mundare potuiſſet. Gregorius in uigeſimumſextum caput Iob, libro decimoſeptimo. Et: Ille autem ſolus ueraciter ſanctus natus eſt, qui ut ipſam cõditionem naturę corruptibilis uinceret, ex commixtione carnalis copulæ conceptus non eſt. Gregorius in uigeſimumoctauũ caput Iob, libro decimooctauo, capite uigeſimoſeptimo. Item: Cur Dominus apparuit in carne? Ad hoc utiq; Dominus apparuit in carne, ut humanam uitam admonendo excitaret, exempla præbendo accenderet, moriendo redimeret, reſurgendo repararet. Gregorius in 31. caput Iob, libro 21. cap. quinto. Et: Homo quippe inter homines factus, uſum tenere hominũ noluit. Idcirco namque inter nos homo factus eſt, ut non ſolùm nos ſanguine fuſo redimeret, ſed etiam oſtenſo exemplo commutaret. Gregorius in trigeſimumnonum caput Iob, libro trigeſimo, capite decimoquinto. Et: In cũctis fidelibus ſpiritus uenit, ſed in ſolo Mediatore ſemper ſingulariter permanet: quia eius humanitatem nũquam deſeruit, ex cuius diuinitate procedit. Gregorius libro ſecundo Moralium in Iob, capite uigeſimooctauo. Et: Per humanitatem habuit Chriſtus naſci, creſcere, mori, reſurgere, de loco ad locum uenire: quia in diuinitate mutabilitas non eſt. Gregorius in Euangelia homilia ſecunda. Item: Chriſtus ſolus homo in hominibus, & ſine alterius comparatione natus eſt ſanctus. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Sine peccati macula ſolus inuenitur homo IESVS Chriſtus. ibidem. Et: Chriſtus ſine peccato in carne uixit. Gregorius in Cantica canticorum. Et: Hoc Euangelij ſacramẽtum eſt, quia unigenitus patris incarnatus atq; perfectus homo factus eſt, qui crucifixus, mortuus & ſepultus eſt, die tertia ſurrexit, die quoque quadrageſima aſcendit in cœlũ, atq; in dex-

tra patris ſedet. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia prima. Item: Redemptor noſter humanitatem aſſumere ex populo perfido & contempto dignatus eſt. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia ſecunda. Et: Inter homines perfectus homo factus eſt unigenitus Dei filius, quia ſua peccata non habuit, ſed ſpinas noſtræ nequitiæ ſuſcepit, atque uſq; ad pſsionem pro nobis humiliari dignatus eſt, & in ſemetipſp ignem tribulationis noſtrę ſuſcipere. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia ſeptima. Item: Verbum carnem dicimus factum, non immutando quod erat, ſed ſuſcipiendo quod non erat. Incarnationis enim ſuæ myſterio unigenitus patris noſtra auxit, ſua non minuit. Vna itaque perſona eſt uerbum & caro. Item: Sed unigenitus filius uerbum ante ſecula factus eſt homo. Hic eſt ergo uerus Deus & uita æterna. Item: Quia uerbum ante ſecula unigenitus æqualis eſt patri. Item: Ex ſancto Spiritu in uiſceribus matris, eiusque carne factus eſt homo. Nō autem prius in utero uirginis caro concepta eſt, & poſtmodum diuinitas uenit in carnē: ſed mox ut uerbū uenit in utero, mox uerbum ſeruata propria uirtute naturæ factum eſt. Et perfectus homo, id eſt in ueritatę carnis & animæ rationalis, natus eſt per uterum uirginis unigenitus filius Dei. Ipſe autem qui exiſtens Deus ante ſecula per ſanctum Spiritum in utero uirginis homo conceptus eſt in fine ſeculorum, ibi ab eodem Spiritu unctus eſt. Sed hoc ipſum de Spiritu ſancto ex carne uirginis concipi, à ſancto Spiritu ungi fuit. Gregorius libro nono, indictione quarta, epiſtola ſexageſima prima. Et: Vir etenim fuit, qui & in hoc mundo ab Eccleſia expulit antiquum hoſtem, & inferno moriens alligauit. Et quia qui moriens inferni uires comminuit, reſurgens nobis aditum reſerauit æternitatis, magnitudinem ſuæ uirtutis non ſolùm uiuendo monſtrauit nobis, ſed etiam moriendo & reſurgendo. Item: Quia Deus & homo unus eſt Chriſtus. ubi etiam dicit Gregorius, aut Chriſtus unus uir dicitur. nam æqualem non habuit. Gregorius libro primo in primum caput Regum. Et: Qui per diuinitatis ſuæ potentiam angelos condidit de carne præcelſæ uirginis, formā ſuſcepit humanitatis: & quia per humanitatem quam aſſumpſit, non ex infidelibus, ſed ex fidelibus naſci uoluit. Gregorius libro primo in primum caput primi Regum. Item: Ipſe Deus homo factus, eſt interceſſor pius. Gregorius libro ſecundo in caput ſecundum primi Regum. Et: Chriſtus humanitatem noſtram dignanter aſſumpſit. Ad quod myſterium peragendum quaſi ſaliens in montibus uenit, quia quædam opera inter homines oſtendit, quæ ualde ſublimia & ſuper homines eſſe perſpiciens, humanum genus admirari potuit, ſed attingere nequiuit. Quòd enim de uirgine natus eſt, quòd ad uagientem adorandum ire paſtores angelus admonuit, magos ſtella perduxit, quòd pendens in cruce qua hora uoluit ſpiritum emiſit, quòd mortuus tertia die ſeipſum ſuſcitauit, quòd cœlum ingreſſus Spiritū ſanctum quibus ſibi placuit donauit, quòd fidei ſuæ per piſcatores & idiotas mundum ſubiugauit, hæc faciēs quaſi in montib. ambulauit, quò eum nulla creatura aſſequi ualuit. Gregorius in Cantica canticorum. Et: Humanitatem noſtram Chriſtus ex Maria aſſumpſit. Gregorius in Cantica canticorum. Item: Ideo Chriſtus corpus infirmitatis aſſumpſiſſe cognoſcitur, ut in corpus ſuæ claritatis tota ſimul Eccleſia transformetur. Gregorius in Cantica canticorum. Et: Caro redemptoris noſtri de imis habet materiá, ſed in ſummis præeminet ex poteſtate. Qui non ſolùm homo, ſed eiuſdem humanitatis conceptione, quæ ab eo aſſumpta eſt, Deus & homo eſt, non ſolùm homo ultra homines, ſed homo etiam ſuper angelos factus. Gregorius ſuper Ezechielem libro ſecundo, homilia decimatertia. Item: Dominus ac redemptor cum ſancta Eccleſia, quam redemit, ſecundum carnem una ſubſtantia eſt. Gregorius ſuper Ezechielem, homilia 15. lib. 1.

### DE NATVRIS DVABVS IN *perſona Chriſti.*

De duabus in Chriſto naturis, deque earum unione, inquiunt: Vnigenitum Chriſtum cognoſcimus ex patre, primogenitum profiteamur ex uirgine. In illa quippe natiuitate uerè eſt unigenitus, in qua ſine initio de ſolo Deo ſolus natus eſt Deus. In hac autem natiuitate primogenitus eſt totius creaturæ, id eſt eorum quos in fratres ſibi per fidem dignatus eſt adoptare. Itē: Ille ergo permanens in forma Dei, pro ſalute ſeruorū factus eſt ſeruus, ſecundū ſeruilē formā, ut acciperet gentes hæreditatem: & poſſeſsionē terræ terminos poſtulauit, qui ſecundum diuinam naturam, ſicut uniuerſa quæ in cœlo ſunt & in terra, uiſibilia & inuiſibilia cū patre fecit, ita cum patre ſemper uniuerſa poſſedit. Fulgentius in reſponſione contra Arianos. Itē: Genitus quippe eſt & fundatus ſecundum quod de Domino inenarrabiliter natus eſt Dominus: creatus autem ſecundū humanam generationem, qua de ancilla natus eſt filius, ut quem ante omnia ſolùm pater genuit ex natura,

natura, pro noſtra ſalute generaret ex gratia. Quocirca utramque debemus iu Chriſto Domino natorá agnoſcere, ut uec aduerſus crestoré uideamur ſuperbi, uec beneficij noſtri ſaluatoris exiſtimemur iograti, ne apud Saluatotem ipſe ſibi deneget quam quærit ſalutem, qoi creatoris de Deo patre ueram denegat deitatem. ibidem. Item: Non dixit Ioaones, Deos dictus eſt uerbom: ſed, Deus erat uerbum: ut Deus in Deo oerbo eſſentiæ diuinæ ueritas naturalis agnoſcitur, conſequeuter non nuncupatiui, ſed naturalis nominis ueritas probaretur. Atque ſic illa uerbi non prolatiui, ſed ſubſtantialis uerißima incarnatio, tunc ſalubriter creditur, ſi æternum uerbū, quod carnem noſtram ſuſcepit ex tempore, non initio exiſtendi ſubditum, non perſona cū patre coufuſum, non alium natura credamus eſſe quam Deum. Fulgētius libro primo ad Thraſimundū. Item: In unitate perſonæ Deus & homo unus Chriſtus, incōfuſibilem atque inſeparabilem utriuſque ueritatem naturæ cōmendans, uerū ſe Deum diuiuis operibus, uerumq; hominem humanis paßionibus demonſtrauit: impaßibile babens, per quod homo creatus eſt ſanus: paßibile ſuſcipiens, per quod ſanaretur infirmus. ibidem. Item: Vt omne ſubmoueatur ambiguum, in una mediatoris Dei & homiuum hominis Chriſti perſona, perfectio diuinę humanęq; ſubſtautię, Propheticis & Apoſtolicis teſtimonijs demonſtrari poteſt. ut Eſaię: Ecce uirgo concipiet, & iſtis uerbis Eſaias tria io Chriſto probat: carnem, animam, & diuinitatem. Sed prolixius hęc Fulgentius lib. ptimo ad Thraſimundum. Et: Cunctos qui ſalutis eſſe cupiont æternę participes, oportet agnoſcere pariter & tenere, nou iocaſſum hominem IESVM Chriſtum, mediatoré Dei & hominum nuncupatum, niſi quia idem Deus totam in ſe natoram ſuſcepit hominis, & idē homo totam in ſe habet ſubſtantiam diuinitatis. Nam quia per peccatum homo fuit ſeparatus à Deo, inter hominé renaſcenté, hominemq; peccantem, talis itaq; mediatoris neceſſe erat ot interueoiret perſona, quę ad propitiandum Deum homini, totū uerumq; in ſe Deum de Deo natū haberet, & ad reconciliādum hominem Deo totum uerumq; in ſe de homine natum hominem contineret. Atque ita & ex utroque in otroqoe unus Chriſtus eſſet, ut plenitudo Deitatis ſuſceptum non conſumeret, ſed proueheret hominem: & plenitudo humanitatis nec minoraret immenſum, nec mutaret impaßibilem deitatem: ac ſi hominis natura quæ mutata fuerat in deterius, per illum tota redintegraretur, quo nihil eſt melius. Propterea ſe mediator Dei & hominum, plenum Deum, pleromque dignatus eſt hominem demooſtrare. ibidem. Et: Si ueritas noſtræ ſalutis iu ſaluatore creditur, conſequenter in uoo eodemqoe mediatore Dei & bominem homine Chriſto IESV, dioinæ humanæque ſubſtaotiæ indiuiſa & ioconfoſa perfectio non negetur. Quoniam Dei filius de patris ſubſtantia genitus, nec ſempiternitatem diuinę naturæ perdidit, dum boc quod erat temporale, pro temporalium æterna ſalute ſuſcepit, nec dominio naturalis ac ueræ diuinitatis caruit, qui ueritatem formæ ſeruilis acceptam interminabili & inamißibili dominio ſublimauit: nec uera uirtus, com noſtram iofirmitatem ſuſciperet, infirmari potoit, quę uitium iofirmitatis ab infirmo ſubmouit: nec imperfectus eſſe potuit, qui perfectionem imperfecto conceßit: nec localiter ad infernum diuinitas Chriſti deſcendit, quæ ſine mole ſic ubique tota conſiſtit, ut licet ea carere oullus locus poßit, localiter tamen eam locus ullus cootinere non poſſit. Eſt enim illa Dei uera infioitaq; ſubſtantia ineffabiliter in ſingulis creaturis tota, & in omnibus tota, non minotatur in minimis, uec augetur in magnis, non concluditur tempore, non circūſcribitur qoantitate, non iuitio cœpta, non termino finienda, à qua totus homo & creatus ad iuſticiam, & ſine peccato ſuſceptus eſt poſt ruinam. Fulgeotius libro primo ad Tbraſimūdum. Item: Catholicæ & Apoſtolicæ fidei retineuda eſt ueritas, quæ ſicut Chriſtum propterea finem nominat, quia non ſolùm in illa ſobſtantia qua natus eſt, naturaliter ſempiternus ex patre, ſed etiam in ea quam in tēpore ſumpſit ex matre, credit ſine fine perpetuū. ſic enim ideo ioſtè prędicat, ueraciterq; priocipiū, quoniā in dioina quam habet ſubſtantia genitoris ſemper aſſerit coæternō. Principiū igitur Chriſtus, quia ſempiternus omnia pręcedit: finis Chriſt9, quia perpetuus oniuerſa concludit. Principium Chriſtus, quia inchoauit perficienda: finis Chriſtus, quia ipſe perficit inchoata. Principiū Chriſtus, quoniā ab ipſo habent quędam quę eſſe cœperuot, ut ſemper ſint. Fulgentios libro ſecundo ad Thraſimundum. Et: Qui ſemper Deos ex Deo, idem temporaliter ex homine Deus & homo. Et in quo naturalem paternæ ſubſtantiæ pleoitodinem natioitas ſempiterna poſſedit, in eodem plenam hominis natoram ueritas naturalis exhibuit. Filius enim Dei, ut noſtrum ex uiſibilibus ad inuiſibilia proueheret intellectum, ueritatem iu ſe demooſtrauit humanæ naturæ, ut conſequēter crederetur ex ueri Dei natura Deus

uerus naturaliter exitiſse, quē uerum hominem naturaliter natum conſtaret ex homine. Initium quoque natiuitaris in natura hominis Chriſtus habuit, in qua ſine initio non potuit mater eſſe quæ genuit: ut agnoſceretur, naturę ueritare recognita, nullum diuinæ natiuiratis habuiſſe, ubi ſempiterno patri ſicut initium exiſtēdi nullum fuit, ſic nulla natiuitas initiatę generationis acceſsit. Ita namq; utriuſque in ſe Chriſtus IESVS demonſtrauit ſubſtantiæ ueritatem, ut ſicut in hominis Chriſti ſubſtantia ſalua prærogatiua ſingularis illius dignitaris, hoc ſubſtantialiter inuenitur, quod naturaliter conſtant in homine: ſic in eodem Deo Chriſto hoc ſubſtantialirer eſſe credatur, quod naturaliter ſubſiſtit in patre. ut cum in homine Chriſto uidetur ueritas hominis, in eodem Deo Chriſto cognoſcatur parernæ ueritas deitaris. & cum iſta natiuitas inuenitur initio ſubdita, quæ ex temporali homine ſubſtantialis temporaliter extitit: illa quoque ſine initio credatur eſſe natiuitas, quæ de ſempiterno Deo ſubſtantialis ac ſempiterna conſiſtit. Ipſe igitur ſine matre in diuina ſubſtantia, qua ex ſolo patre naturaliter genitus: ipſe ſine patre fructus inuiolatæ uirginis, quam complexus non contigit maritalis. ibidem. Et: Filius Dei tam autoritare dinina, quàm ſanctorum patrum fideli ueraciq́ne ſenrentia, ſecundum diuinam naturam infinitus, immenſusq́ue probatur: ubique præſens, omnia replens, teſtis nunc cogitationum & operum, futurus Iudex retributorq́; cunctorum. Quis uerò idem filius Dei, uerus Deus, natus de Deo patre, uerus homo factus eſt pro nobis ex homine: factus eſt enim ex ſemine Dauid ſecundum carnem, diuinæ humanæq́ue naturæ in ſe continens ueritatem, quæ fuerunt ueræ diuinitatis non amiſit, & quæ ſunt ueræ humanitatis accepit, unus idemq́ue ſecundum carnē de matre temporaliter natus, qui ſecundum diuinitatem de patre permanet ſempiternus: unus idemq́; ſecundum humanā ſubſtantiam, abſens cœlo cum eſſet in terra, derelinquens terram cū aſcendiſset in cœlum: ſecundū diuinā uerò immenſamq́; ſuſtantiā nec cœlū dimittens, cum de cœlo deſcēdit, nec terrā deſerens, cū ad cœlū aſcendit. ibidē. Itē: Nos fidē retinentes euangelicæ ueritatis, ſic mediatore Dei & hominū homine Chriſto IESV propria uniuſcuiuſque naturę cognoſcamus, ut unitatē pſonę nullatenus diuidamus: ſcientes quòd ſic utriuſque in Chriſto ſubſtantię manſerit unica proprietas, & in carne patiens impaſsibilis Deus, & ueram paſsionem (quia uoluit) in uera carne ſentiret, & in diuinitate prorſus impaſsibiliter permaneret: nec alius in carne paſſus fuerit, niſi ille qui in uera carnis paſsione impaſsibilis omnino permanſit: nec alius ſemetipſum morti dignarus ſit tradere, quàm ille qui ſic potuit moriendo mortem uincere, ut mortem non poſſet in morte ſentire. Fulgentius libro tertio ad Thraſimundum. Item: Inconfuſibiliter ergo unit utrunque natura, quamuis inſeparabiliter diſcernat utrunq; perſona ibidem. Item: Vnus atque idem Chriſtus, qui infirmitate humana paſsionē pertulit, & miracula beneficiorum omnipotentia uirtutis diuinæ perfecit. Ab ipſo namque conceptionis uirginalis exordio, ſic in Chriſto perſonalis unitas manſit, & ſic utriuſque naturæ inconfuſa ueritas perdurauit, ut nec homo à Deo diuelli, nec Deus à ſuſcepto poſſet homine ſeparari: nec tamē Deus hominem conſumeret, nec homo Deum in aliquo permutaret. Et licet in Chriſti morte carnem morientem fuiſſet anima deſertura, diuinitas tamen Chriſti nec ab anima, nec à carne poſſet ſeparari ſuſcepta. Igitur quia totum hominem Deus ille ſuſcepit, ideo totius hominis in ſe paſsiones in ueritate monſtrauit. Et animam quidem rationalem habens, quicquid fuit infirmitatis animæ, ſine peccato ſuſcepit & pertulit: ut dum humanæ animæ paſsiones in anima quam accepit uinceret, noſtras quoque animas ab infirmitatibus liberaret. Carnem quoq; humanam accipiens, in eiuſdem ueritate carnis, ueritatem uoluntariæ habuit paſsionis: ut in carne mortuus, totā in ſe hominis occideret mortem, & in ęternam uitam immortalis reſurgens, æternę nobis uitæ gratiā condonaret. ibidem. Item: Quamuis una ſit in Chriſto perſona, non una tamen in Chriſto ſubſtanria: quia ſic uerus Deus uerū ſuſcepit hominē, ut in ueritate humanę ſuſceptionis ueritatē non amitteret deitatis: & ſic dignatus eſt fieri qđ antè non erat, ut nō deſiſteret eſſe qđ ſemper erat. ibidem. Et Chriſtus ex uirgine plenus credendus eſt Deus, & plenus homo: id eſt, anima rationalis & caro, ut ſicut fidei catholicę ueritas habet, in uno eodēq; Chriſto credamus, ſecūdū uerā ſubſtantiā carnis uoluntariā & ueram famē, cū eſuriens ad ficulneā ueniret: uolūtariam & ueram ſitim, cū bibere à Samaritana depoſceret, uel cū ſe ſitire in cruce dixiſſet: uoluntariam & ueram laſsitudinē, cum fatigatus ab itinere ſuper puteum ſederet, &c. Has carnis infirmitates omnes uoluntarias quidē, ſed ueras, Chriſtus habuit: quia carnis humanæ naturam non in phantaſia, ſed in ueritate ſuſcepit.

Quas

tarias haboit, ut in ueritate carnis, diuina potentia qoæ oec pati potuit aliquádo, nec mori, infirmitatem mortemq́ue deuinceret, & carnem ſuam in uitam uirtutemq́ue perpetuam ſoſcitaret. ibidem. Et: Vnua idemq; Chriſtua in humanitate, quæ huma na ſont ſenſit: in diuinitate aotem impaſsibilis immortaliaq́; permanſit. Dei enim filius per uerbum. & ſapientia patris, ipſe eſt ſalus, ipſe uirtus & ſapientia, ipſe ſaturitas: idem uia, ueritas, & uita, idem gaudium & lætica noſtra, ipſe lumen uerum. ibidem. Item: Chriſtus Dei filiua, qui ſeipſum ueritaté profitetur, ſicut uerus eſt Deus, ſic oerus eſt homo. In quo ſicut eſt plenitudo diuinæ naturæ, ita eſt & plenitudo humanæ ſubſtantiæ. Ineſt enim illi naturalis ueritas diuinitatis, naturalis ueritaa animæ rationalis, & naturalis ueritas carnis. Ac per hoc naturalis diuinitas communis eſt illi cum patre, naturalia uerò humanitaa communis eſt illi cum oirgine matre. Fulgentius libro primo ad Donatum.

Iohannes Caſsianus inqoit: Ergo confitemor Dominom ac Deum noſtrum IESVM Chriſtum onicum filium Dei, qui ſibi ante ſecula natus ex patre eſt, oobis à tempore, de S. ſancto & Maria ſemper uirgine factũ, hominẽ Deũ natum: & confitẽtes utramq; ſobſtantiam carnis ac uerbi, unum eundemque Dsom atque hominem inſeparabilem, ſemper pia fidei credulitate ſuſcepimus, & ex tempore ſuſceptæ carnia. Sic omnia dicimus quæ erant Dei, trãſiſſe in hominem: ut omnia quæ erant hominis, in Deum uenirent, & hac intelligentia uerbum factum ſit caro: non ut cõuerſione aut mutabilitate aliqua cœperit eſſe quod non erat, ſed ut potentię diuinę diſpenſationis uerbum patria nunquam à patre diſcedens, homo propriè fieri dignaretur. Et: Vides ergo ad ſanandos homines oerbum miſſum eſſe? quia licet per Chriſtum ſanitas data ſit: uerbum tamen Dei in Chriſto foit, quod per Chriſtum cuncta ſanauit. Ac ſic onito per ſacramẽtum incarnationis Chriſto & uerbo Dei, factus eſt Chriſtua & uerbum Dei, unus ex re utraque filius Dei. Iohannes Caſſianos lib. 4. Item: Chriſtus eſt unigenitua filius Dei per naturã: qui nõ ex materia aliqua eſt à patre genitus: qoia omnis res & omnis rerũ materia per onigenitũ Dei filiũ eſt, nõ ex nihilo, quia ex patre nõ quaſi partus, quia nihil in Deo oacuũ atq; mutabile: ſed ineffabiliter atque inæſtimabiliter Deua pater in his quæ ingenita in ſe erant, unigenitum ſuum genuit, & ſic ab ingenito ſummo & ſempiterno patre, unigenitus ſummus & ſempiternus eſt filius. Idem habendus in carne, qui habetur in ſpiritu: idem credendua in maieſtate, qui naſciturus in carne. Non diuiſionem aliquam aut diſciſsionem ſui fecit, ut ſe ex parte aliqua non naſcente pars ſui aliqua naſceretur, aut aliquid in eo diuinitatis poſtea ſuperueniret, quod in eo natum ex uirgine noo fuiſſet. Iohannea Caſsianus libro qoioto. Item: Taota eſt Chriſti & Dei uoitas, ot nemo utique iam omoioo poſſit, uel Chriſtum dicens, in Deum in Chriſti nomine dicere: uel Deum dicẽs, in Chriſtum in Dei nomine nuncupare. Ac ſic unito ſibi penitùs per maieſtatem ſacræ natiuitatis utriuſque ſubſtantiæ ſacramento, quicquid erat, ſcilicet homo & Deus, factũ eſt totum Deus. ibidem.

Alcimus in libro de dilouio inquit:

*Namq; dator uitæ præmiſit talia Chriſtus,*
*Et geminata dedit ſubſtantia ſalua ſalutem*
*In terris ſumptæ nitida de uirgine carni,*
*Naturalis ineſt patrio de germine fulgor,*
*Et medius quidam mediator in æthere celſo.*

Iohannes Maxentiua in Catholica profeſsione de Chriſto ita ſcribit: Confitemur unum eundemq́ue filium Dei, Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, perfectum eundem in diuinitate, perfectum eũdem in humanitate, Deum uerum & hominem uerum, eundem ex anima rationali & corpore, homouſion patri ſecundum diuinitatem, homooſion oobis eundem ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilẽ abſque peccato. Ante ſecula qoidem à patre natum, ſecundum diuinitatem: in nouiſſimis autem diebus eundem, propter nos & noſtram ſalutem, ex Maria uirgine Dei genitrice ſecundum humanitatem: unum eundemq́ue Chriſtum filium Dei unigenitum, in duabus naturis, inconfoſè, incommutabiliter, indiuiſè, inſeparabiliter cognoſcendum: in oullo naturarũ diuerſitatẽ propter unitatẽ perimẽdã, ſalua potius proprietate utriuſq; naturę, in una perſona, unaq́; ſubſiſtẽtia cõcurrẽte. Nõ in doab. perſonis partiẽdõ aut diuidẽdũ, ſed unũ eundẽq́; filium onigenitõ, Deum uerbõ, Dominũ IESVM: ſicut ab initio nobis prophetæ dixerõt de Deo, & ipſe nos Chriſtua erudiuit, & patrũ tradidit ſymbolom. Has igitur duas naturas Dei uerbi, Domini noſtri IESV Chriſti, hoc eſt diuinitatis & humanitatis, naturaliter ſiue ſubſtantialiter, ſecundum traditionẽ ſanctorum patrum, credimus & cõfitemur unitas, eo quòd natura inuiolabilis Dei uerbi, naturæ unita eſt paſſibili. Itẽ: Si Deus uerbum ex maternia uiſceribus carnẽ aſſumens, ſemetipſum formauit hominem, non alterius ſine dubio natura humanitatis aſſũpta, ex uirgine, niſi illius facta eſt, q ex ſe ipſa formauit hominẽ, & idcirco uerè

& propriè

& propria ſecundum carnem ſancta Virgo Dei genitrix creditur. Quia non Deus in carnis naruram connerſus eſt, ur non eſſet Deus qui natus eſt: ſed manens Deus, homo factus & natus eſt. Maxẽtius primo Dialogo. Irem: Veram narurarum conuentionem Dei uerbi & carnis farentes, non cõfundimus, ſed unimus naturas: qnia nõ Deum in carnem uerſum, ſed carni unitum factum hominem prædicamus. ibidem. Item: Non Chriſtum Deum factum, ſed Deum factum CHRISTVM confitẽmur. Quia non, cũ pauper eſſet, diues factus eſt: ſed cũ diues eſſet, pauper factus eſt, ut nos diuites faceret. Neque cum eſſer in forma ſerui, formam Dei accepit: ſed cum eſſet in forma Dei, formam ſerui accepit. Similiter neq; cum eſſet caro, uerbum eſt factum: ſed cum eſſer uerbum, caro factum eſt. Maxentius primo Dialogo. Item: Non homini in propria manenti ſubſiſtentia Deum uerbũ credo unitum, aut ſaltem carni formatę uel animaræ, per quam cuiuslibet hominis perſona eſſe intelligitur: ſed ſubſiſtentiam ſiue perſonam Dei uerbi, naturam ſuſcepiſſe humanam, qnæ nunquam uelur communis præter Deum uerbum ſubſtitit, ſed per ipſum orta, & ab eo ſuſcepta, ipſius propriæ facta naturæ eſt, manetq; non in ſua, ſed in eo à quo ſuſcepta eſt, hoc eſt, Dei uerbi ſubſiſtentia ſiue perſona, & ideo non ſunt duæ ſubſiſtentiæ, ſed duarũ naturarũ, nerbi uidelicet & carnis una ſubſiſtentia: ſiue perſona eſt. ibidem. Item: A Deo ſuſceptũ hominẽ non dicimus, ſed Deum ſine diminutione diuinitatis factum hominem fatemur, aut ſuſceptam à Deo humanam naturam. ibidem. Item: Quamuis ex diuinitate & humanitate Deum noſtrum IESVM Chriſtũ cõpoſitum ſiue unitum eſſe fateamur, confuſione tamen naturarũ penitùs refugimus, quia nrasque naturas credimus manere perfectas. Maxentius Dialogo ſecundo. Item: Chriſtus Dei filius, Deus & homo: & idem Chriſtus incompoſitus ante incarnationem, & compoſitus poſt incarnationem confitendus. ibidem.

Boetius ita ſcriptum reliqnit: Firma utraqne fides catholica continet, enndem Chriſtum hominem eſſe perfectum, eundẽ Deum: eundemq; qui homo ſit perfectus, atq; Deus, unũ eſſe Deum ac Dei filiũ, nec quaternitatem trinitatis aſtrui, dum homo additur ſupra perfectnm Deum, ſed unam eandemq; perſonam numerũ triniratis explere. Vt cum humaniras paſſa ſir, Deus tamen paſſus eſſe dicatur: nõ quòd ipſa deitas humanitas facta ſit, ſed quòd à deirate fuerit aſſumpta. Item: Qui homo eſt, Dei filius appellatur, non ſubſtantia diuinitatis, ſed humanitatis, quæ tamen diuinitati naturali unitate coniuncta eſt. Er cum hæc ita intelligentia diſcernantur, permiſceanturq;, tamen unus idemq; & homo perfectus ſit, & Deus: Deus quidem, quòd ipſe ſit ex patris ſubſtantia genitus: homo uerò, quòd ex Maria ſit uirgine procreatus. Itemq; qui homo Deus, eo quòd à Deo fuerit aſſumptus: & qui Deus homo, quoniam ueſtitus homine ſit. Cumq; in eadem perſona aliud ſit diuinitas quæ ſuſcepit, aliud quam ſuſcepit humanitas, idem tamen Deus atq; homo eſt. Nam ſi hominem intelligas, idem homo eſt atque Deus: quoniam homo ex natura, Deus aſſumptione. Si uerò Deum intelligas, idem Deus eſt atque homo: qnoniam Deus eſt natura, homo aſſumptione. ſitque in eo gemina narura, geminaque ſubſtantia, quoniam homo Deus, unaque perſona, quoniam idem homo atque Deus: mediaque eſt hæc inter duas hæreſes, ſcilicet Eutychianam & Neſtorianam, uia. Boetius de duabus naturis in Chriſto, & una perſona.

Ruſticus Diaconus cõtra Acephalos recitat ex Cyrillo hęc uerba. Confitamur Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, filium Dei unigenitum, Deum perfectum, & hominem perfectũ, ex anima rationali & corpore, ante ſecula quidem ex patre genitum, ſecundũ deiratem: in ultimis uerò diebus eundem propter noſtram ſalutem, ex Maria uirgine, ſecundum humanitatem. Duarum enim naturarum unitio facta eſt: propter quod unum Chriſtum, unum filium, unum dominum confitemur. Item: Duarum naturarũ unitio facta eſt, propter quod unum Chriſtum, unũ filium, unum dominum confitemur. ibidem.

In epiſtola Orientalis ad Symmachum: Docnerunt ſancti patres unam ſcire perſonam, & ſubſtantiam inſeparabilem unitatem, ex duabus ſubſtantijs & naturis, & in duabus ſubſtantijs & naturis, magni Dei & Salnatoris noſtri IESV Chriſti.

Iuſtus iuquit: Chriſtũ, quem pulchrũ & decorũ Eccleſia hoc loco cõmemorat, Pſalmiſta ſic pronũciat, dicẽs: Specioſus forma, &c. Sed hęc tua pulchritudo exinde eſt, qa in principio erat uerbũ, & uerbũ erat apud Deũ: & uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Addẽs aũt, lectulus noſter floridus: ipſum corpus Dominicum, in qno deitas requieſcit, ſincerũ, odoriferũ, ex uirgine natũ oſtẽdit. Iuſtus in Canticis. Item: Deus tũc quodãmodo hominib. uenientib. ad ſe, oſculũ tradidit, quando unicũ ſuũ in homine naſci uoluit, per quẽ etiã ut ei pacis uinculo adhæreamus attribuit. ibidẽ. Item: Chriſtus candidus, quia in principio erat uerbũ, & Deus erat uerbũ: rubicũdus, quia ex uirgine

gine genitus: candidus in uirginitate, rubicundus in paſsione. ibidem.

Olympiodorus ait: Oritur ſol unigenitũ Dei uerbum, è paterno ſinu, occidit in nouiſsimis diebus, ad occaſum uitæ eius carne aſſumpta, ſuam quodammodo diuinitatem occultans. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite primo.

Andreas Hieroſolymitanus ait: Qui ſuapte natura ſanctos in utero uirginali, ceu naturæ officina, quo ad incarnationem mirabiliter ſeipſum concluſit, non quidem ut quod eſſet immutaret (mutari quippe non poteſt) ſed ut quod no'n erat aſsumeret: humanitatis enim ſtudioſus eſt.

Caſsiodorus inquit: Sicut in aſsumpto corpore fuit humilitas, ita eſt poſt reſurrectionẽ Domini Chriſti declarata maieſtas. Caſsiodorus in Pſalmum primum, Item: Ne per hæreticas contentiones Chriſtiani animus fluctuet, nominis ipſiꝰ definitionẽ autoritate patrũ concludimus. Audiamus ergo beatum ac doctiſsimum Auguſtinum, in Euangeliſtę Iohannis expoſitione dicentem: Agnoſcamus geminam ſubſtantiam Chriſti, diuinam ſcilicet quæ æqualis eſt patri, humanã qua maior eſt pater. Vtrumque autẽ ſimul non duo, ſed unus eſt Chriſtus, ne ſit quaternitas, nõ trinitas Deus. Ac per hoc Chriſtus eſt Deus, anima rationalis & caro. Caſsiodorus in Pſalmum ſecundum. Item in concluſione ſecundi Pſalmi ſic ait: In hoc ſecundo numero, quia ex duabus monadibus pulchrè compoſitus eſt, aptiſsimè duæ naturæ inconfuſæ atque perfectę in una perſona ſunt poſitę Domini Chriſti: quarum eſt una qua regnat, & altera qua miniſtrat: prima creatrix, poſterior creata. Et imò quæ aſſumpſit impaſibilis, quæ uerò eſt aſſumpta paſsibilis. Nam ſicut patres monent, demus iniurias carni, miracula diuinitati. Diſcernamus intellectu naturas, & noxios uitemus errores. Diuinitas enim ſic ſibi humanitatẽ adunauit, ut nullatenus cum humanitate confundi poſsit, ſed utraque inconfuſa & adunata permaneat. Item: Nimis exitiale eſt, duas naturas perfectas atque adunatas in Chriſto non credere permanere, quas tot exemplis uoluit de ſeipſa ueritas prædicare. Hoc pater Athanaſius Alexandrinus, hoc Hilarius Pictauienſis, hoc Auguſtinus & Hieronymus, hoc Cyrillus, hoc alij multi patres, ad tollendam quoque funditùs occaſionem inaniſsimæ quæſtionis. Hoc papa Leo cum ſancta ſynodo Chalcedonenſi decreuit atque conſtituit, ut ex duabus & in duabus naturis adunatis atque perfectis, unum prædicet Chriſtum, quicunque ſe uult eſſe Catholicum. Item: Ne in hæreticas cautes incidamus, tanti beneficij autorem cognoſcamus. Vnus eſt enim Dominus Chriſtus, genitus ex patre ſine tempore, natus ex matre ſub tempore. Primus mundum creauit ex nihilo, pòſt ingenti liberauit exitio. Talis eſt enim Dei & hominis connexio: ut utrunque integrum, utrunq; permaneat ſine aliqua confuſione diſtinctum. Neque enim aut diuinitas impaſsibilis mutari potuit: aut humanitas aliud, niſi ut meliorata ſemper maneret, accepit. Sic enim uerus atque omnipotens mediator effectus eſt, ut qui in forma Dei patri erat æqualis, fieret & nobis carnis aſſumptione conſimilis. In ſe enim permanere fecit cuncta, quæ uoluit eſſe pacifica. Hoc eſt ſpei noſtræ ſingulare præſidium, redemptionis indebitum munus, mortis exitium, uita ſanctorum. Caſſiodorus in Pſalmum octauum. Item: Factus (ut ita dixerim) humanatus Deus: qui etiam in aſſumptione carnis DEUS, eſſe non deſtitit, inconuertibilis manens, aſſumpto conuertibili homine, naturam ſuam non minuens, ſed conditionem mortalitatis exaltans. Vnus eſt enim atque idem Dominus Chriſtus, qui & in Dei forma operatus eſt miracula magna uirtutis, & in forma ſerui ſubijt ſæuitiam paſsionis. Caſsiodorus in Pſalmum quinquageſimum ſextum. Item: Cæterum Deitas Chriſti cum patre coæterna ſemper præſtat, ſemper omnipotens, ſemper æqualis eſt. ibidem. Et Pſalmo ſexageſimoprimo: Semel locutus eſt Deus, &c. hoc interpretatur ſic Caſsiodorus: Semel & ſpecialiter locutus eſt filio ſuo. Pſalmo ſecundo: Dominus dixit ad me, &c. Hoc enim nulli alteri locutum patrem fuiſſe, manifeſtum eſt. Et ut quidam ſentire uoluerunt, locutus eſt ſemel Deus, quoniam unum uerbum ante tempora genuit conſubſtantialẽ ſibi, immenſum, coæternum, & coæqualiter potens. Genitus eſt enim Deus uerus de Deo, lumen de lumine, immortalis de immortali, inuiſibilis ex inuiſibili, omnipotens de omnipotente, & cætera quæ unitas illa incomprehenſibilis uerè creditur habere communia. Item: Protectus eſt denique uirtute diuinitatis ſuæ, quia filius erat hominis, & idem filius Dei in duabus naturis, una ſine aliqua dubitatione perſona, habẽs poteſtatem ponẽdi animam. Caſsiodorus in Pſalmum ſexageſimum tertium. Et in Pſalmum 138 de naturis in Chriſto ita ait: Sed ne humilitas Chriſti quenquam turbare uideatur, ad illam regulam redeat catholicæ diſciplinæ, ut duas naturas unitas atq; pfectas in Domino Chriſto eſſe meminerit,

nerit,una qua Deus & coæternos eſt patri, altera qua ex Maria uirgine natus unus atque idem in tempore homo fieri pro noſtra ſalute dignatus eſt. Recitat & Caſsiodorus in Pſalmum centeſimum trigeſimũ octauum, quatuor argumenta de duabus naturis in Chriſto,contra hæreticos, ſic Inquiens:Prima probatio eſt, quoniã ex duabus naturis Chriſtus Dominus cõſiſtit, ita. Si Cbriſtus unus atque idem perfectus Deus eſt & perfectus homo, ſicut omniũ ſanctorum patrum ſatetur aſsenſus,ex Deitate & humanitate adunatè & perfectè cõſiſtit. Quicquid autem ex deitate & bumanitate adunata & perfecta conſiſtir, ex duabus naturis adunatis & petfectis conſtet neceſſe eſt:ſcilicet diuinitatis & humanitaris. Chriſtus igitur unus atque idem permanens, ex duabus naturis adunatis & perfectis conſiſtit, ſcilicet deitaris & bumanitaris. Secunda probatio, quia in duabus naturis eſt Dominus Chriſtus,ita: Si Chriſt⁹ unus atque idem permanens,ex duab.naturis adunatis & perfectis conſiſtit, ſic demonſtratũ eſt ex deitate & humanitate.Quicquid autẽ ex duabus naturis adunatis & perfectis cõſiſtẽs,deitatis & humanitatis, & in duabus naturis adunatis & perfectis eſſentiam babet. Cbriſtus igitur unus atq; idẽ conſtans, in duabus naturis adunatis & perfectis eſſenriam habet. Tertia probatio,quia duas naturas in ſe Dominus Chriſtus habet ſemper,ita: Si Chriſtus unus atque idem in duabus naturis adunatis & perfectis deitatis & humanitatis eſſentiã haber, ſicut demonſtratum eſt: Quicquid autem in duab. naturis adunatis & perfectis deitatis & humanitatis eſſentiam habens, duas naturas perfectas atque adunatas in ſe habet: Chriſtus igitur unus atque idem permanens,duas naturas petfectas atq; adunatas in ſe habet,ſcilicet deitatis & humanitatis.Quarta probatio,quæ oſtendit, quoniam ſi quis cõfeſſus fuerit Chriſtum Deum perfectum & hominem perſectum,denegans duas naturas, rectam doctrinam & hoc quod confeſſus eſt perimit:id eſt,Chriſtum Deum perfectum & bominem perſectũ,ita: Si Cbriſtus unus atq; idem perfectus Deus eſt, & perfectus homo,duas naturas perſectas & adunatas habet,ſicut baber communis confeſsio. Habet in ſe igitur duas naturas perſectas & adunatas, deitatis & humanitatis. Item: Vnus atque idem credatur Dominus Chriſtus,qui ante ſecula ex patre progenitus eſt conſubſtantialis,ipſe ex Maria uirgine procreatus, nobis digoatus eſt fieri aſſumpta humanitate conſimilis. Sancta enim Eccleſia in bac fide proficit, ut in domino Cbriſto nec ſine uera diuinitate bumanitas, nec ſine uera credatur humanitate diuinitas. Caſsiodorus in Pſalmum ſexageſimũquinrum. Et:Pſalmo ſeptuageſimoprimo: Ec permanebit cum ſole, & ante lunam, &c. Hic,inquit Caſsiodotus,ſol quippe legitur uerbum parris, filius Dei, qui Deus homo unus ex duabus & in duabus naturis diſtinctis arque perfectis permanet. Item: Ipſe eſt qui ex patre ante ſecula natus eſt, qui in urero uirginis carnem noſtræ morralitatis aſſumpſit, homouſion patri ſecundum diuinitatem,homouſion quoque nobis ſecũdum bumanitatem. Inuiſibilis deirate, factus eſt bumanitate uiſibilis: pati homo ꝓpter oos dignarus eſt, per ſe impaſsibilis Deus, non ſummiratem diuinitatis imminuens,ſed humilitatẽ carnis exaltans. Hoc per totum mundum beata canit Eccleſia. ibidem. Et: Filius hominis Cbriſtus eſt Dominus ex Maria uirgine genitus,à patre natus ante omnia ſecula. Caſsiodorus in Pſalmnm ſeptuageſimumnonum. Ec: Sicut ante mundi conſtitutionem nerbum ſine matre ſuit, ita tẽpore incarnationis ſuæ idem ipſe Dominus Cbriſtus extirir ſioe patre terreno.in Pſalmum octuageſimumprimum. Item, cum interpretatur dictum Pſalmi cẽteſiminoni, Ex utero ante luciferum genui te,ait:Narratio ineffabilis,intellectus incomprebenſibilis, cogitatio ſupra creaturarum omnium uires, quæ angelorũ quoque ſuperat ſenſum, & tamen nobis ſe prout capere potuiſſemus indulgens, Deus enim æternus arq; incommutabilis, in ſua natura permanens, dignatus eſt aſſumere humanitatem noſtram, ut ueterem bominẽ innouarer,ut de mortali ſacerer immortalem,de peccatore iuſtum. Er explicans dictum Pſalmi decimiquinri, conſerua me Domine, &c. inquit: Hæc locutio dicitur Ethiopopœia, quoties datur locutio certæ perſonæ. Perſona eſt enim hic Domini ſaluatoris,ex duabus diſtinctis perfectisq; naturis, homo idemque Deus unus permanens Cbriſtus. Ibidem: Vna ex noſtra infirmitate humilis, altera ex ſua potentia mirabilis:ut intelligas,quod paſſus eſt, fuiſſe carnis: quod reſurrexir, potentiſsimæ maieſtatis. Item: Duas naturas inconfuſas arque incommutabiles, qui in Cbriſto Domino hodieque uult credere, non poteſt aliqua decipi falſitate. Vnde mirabiliter beatus Cyrillus in quodã loco, breniterq; diſſeruit,dicens: Aduertentes igitur modum incarnationis uidemus, quia duæ naturæ per indiuiduam unitatem inconfuſè atque immutabiliter inuicem ſibi cõuenerint. Caro namque caro eſt,& non deitas, licet Dei facta ſit caro. Similiter etiam uerbum Deus eſt,& non caro, licer diſpenſatoriè propriã

fecent

fecerit carnem. Pſalmo 16. Et Pſalmo 17: Poſuit tenebras latibulum ſuum, &c. tenebras interpretatur incarnationis Chriſti myſterium, ut qui in natura deitatis ſuæ uideri non poterat, incarnationis uelamine humanis conſpectibus redemptor piiſsimus appareret. Vnde beatus Ioannes Conſtantinopolitanus epiſcopus, mirabiliter & catholicè dixit: Illum qui, ſi nuda deitate ueniſſet, non cœlum, non terra, non maria, nō ulla creatura ſuſtinere potuiſſet: quem illæſa uirginis uiſcera portauerunt. Item in expoſitione uigeſimi Pſalmi: Nunc quidem panegyricus de incarnatione ipſius dicitur, & poſtea deitatis eius facta narrantur, ut omnes intelligant eundem eſſe Mariæ ſemper uirginis filium, quod patris uerbū. Duas enim naturas in Chriſto Domino ſalutariter credimus, deitatis & humanitatis: quę in unam perſonam, per infinita ſecula incommutabiliter perſeuerant. Item: Conſtat autem incarnationis arcanum. eius cogitationem, eiusq; fuiſſe conſilium neceſſe eſt, ut forma humanitatis aſſumptæ, unus filius in duabus naturis diſtinctis perfectis atq; adunatis, ſicut cœpit, in unitate perſonæ ſemper exiſtat. in Pſalmum trigeſimum ſecundum. Item Pſalmo 40: Confirmaſti me in conſpectu tuo, &c. Hic beatitudo ipſius ſanctæ incarnationis exprimitur, qui moribundi corporis infirmitate depoſita, homo Deus ex duabus & in duabus naturis diſtinctis atq; perfectis permanet in gloria ſempiterna, cuius nomen ſuper omne nomen eſt. Item: Diſtincta eſt enim operatio in Chriſto diuinitatis & humanitatis. Nam quòd eſuriebat, quòd ſitiebat, quòd flebat, quòd laſſabatur, quòd ad ultimum crucifigi & mori poterat, humanitatis opera erant. Quòd uerò mortuos ſuſcitabat, quòd omnibus infirmantibus ſuccurrebat, quòd ſeipſum à mortuis reſuſcitabat, euidentiſsima erant opera diuinitatis. Caſsiodorus in Cantica canticorum. Item: Perfectus Deus, perfectus homo, angelos & electos quoſq; ad ſuum accendit deſideriū. ibidem. Et: Chriſtus per diuinitatem ſuam omnia regit, & etiam ſecundum humanitatem de regia Dauidis ſtirpe natus eſt. ibidē. Item: Tu enim es pulcher & decorus, tu es fons totius boni: & quicquid boni habeo, tua gratia habeo. Pulcher autem & decorus dicitur, quia & diuinitatis ꝑpetuitate, & etiam ſuſceptæ humanitatis dignitate mirabilis eſt. ibidem. Et: Cum Deus eſſet pro nobis, homo fieri dignatus eſt, ut terrena noſtra ſuſcipiens, cœleſtes nos faceret, & moriendo pro nobis uitam æternam nobis donaret. Caſsiodorus in Cantica canticorum.

Gregorius ſcribit: Chriſto in terra ſimilis nemo eſt, quia omnis homo tantummodo homo eſt, ipſe autem Deus & homo. In terra ei ſimilis non eſt, quia etſi adoptiuus quiſq; filius ad percipiendam diuinitatem proficit: nequaquam tamen ut Deus naturaliter eſſet, accipit. Maieſtati iniuriā non intulit aſſumpta humilitas carnis, quia & ut ſeruanda ſuſciperet, nec tamen habita ꝑmutaret, nec diuina humanitate minuit, nec humana diuinitate conſumpſit. Gregorius libro ſecundo Moralium in Iob, capite decimoſeptimo. Item: Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus IESVS, ut culpas noſtræ tranſgreſsionis extingueret, uenit mortalitatis noſtræ flagella tolerare. Ipſe unius cum patre, eiuſdemque naturæ: & conſtat, quòd patris filijque concordiam nulla poteſtatis inæqualitas, nulla uoluntatis diuerſitas interrumpat. ſed tamen idē qui patri eſt æqualis per diuinitatem, uenit propter nos ad flagella per carnem. Gregorius libro tertio Moralium in Iob, capite undecimo. Et: Non purus homo conceptus atq; editus, pòſt per meritum ut Deus eſſet accepit: ſed nūciante angelo, & adueniente ſpiritu, mox uerbum in utero, mox intra uterum uerbum caro, & manente incommutabili eſſentia, quæ ei eſt cum patre & cum ſancto ſpiritu coæterna, aſſumpſit intra uirginea uiſcera: unde & impaſsibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante ſecula, temporalis poſſet eſſe in fine ſeculorum: ut per ineffabile ſacramentum, conceptu ſancto, & partu inuiolabili, ſecundum ueritatem utriuſque naturæ eadē uirgo & ancilla Domini eſſet, & mater. Gregorius in uigeſimumoctauū caput Iob, libro decimo octauo, capite uigeſimoſeptimo. Item: Sed uideri ab homine non poterat Deus: ergo homo factus eſt, ut uideri poſſet. Iuſtus igitur atque inuiſibilis, Deus apparuit ſimilis nobis, homo uiſibilis, ut dum uideretur ex ſimili, curaret ex iuſto: & dum ueritate generis concordat conditioni, uirtute artis obuiaret ægritudini. Ergo in carne ueniens Dominus, non culpam noſtram ex uitio, non pœnam ex neceſsitate ſuſcepit, &c. Gregorius libro uigeſimoquarto, in trigeſimumtertium caput Iob, capite ſecundo. Item: Redemptor autem noſter ſine peccato eſt, homo filius ſine adoptione, nec perpetrauit unquam quod redarguit: & ſic mūdo ex humanitatē loquitur, ut tamen eidem mundo ante ſecula ex diuinitate dominetur. Gregorius in trigeſimumſextum caput Iob, libro uigeſimoſeptimo, capite primo. Item: Natus igitur ex patre ſine tempore, ex matre naſci eſt dignatus in tempore, ut per hoc quod ortum

ſuum inter initium finemque concluderet, humanæ mentis oculis ortum, qui nec initio ſumitur, nec fine anguſtatur, aperiret. Gregorius in trigeſimumoctauum caput Iob, libro uigeſimonono, capite ſecundo. Et: Ortus quippe diuinitatis eius antè & pòſt non habet: ortus uerò humanitatis eius, quia & cœpit & deſijt, & ante & poſt habere à tempore accepit. ibidem. Item: Dominus enim noſter per maieſtatis potentiam omnia complectitur, & tamen per diſpēſationis gratiam intra uterum uirginis humanitatem ſumens uenit. Quis eſt ergo circumiens in utero, niſi omnipotens Deus, ſua diſpenſatione nos redimens, diuinitate cuncta complectens, & humanitatem intra uterum ſumens, in quo utero & incarnatus eſt, & clauſus non eſt: quia & intra uterum fuit per infirmitatis ſubſtantiam, & extra mundum per potentiam maieſtatis. Gregorius in trigeſimumnonum caput Iob, libro trigeſimo, capite decimoſeptimo. Item: Deus qui in utero uirginis incarnatus in mundum ſine peccato uenerat, nihil cōtradictionis in ſemetipſo tolerabat. Gregorius in Euangelia, homilia decima ſexta. Et: Deus cum apparuit in carne, laborauit ex noſtra infirmitate. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſima prima. Item: Vnigenitum filium Deus ad mortem incarnatum miſit, in quo & caro paſsibilis uideri poſſet, & diuinitas impaſsibilis uideri non poſsit. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimaquinta. Item: Abſit hoc ab intellectibus noſtris, ut perſonam Dei & hominis redemptoris noſtri IESV Chriſti ex duabus perſonis credamus unitā. Ex duabus quippe, & in duabus hunc naturis exiſtere dicimus: ſed ex duabus perſonis compoſitum credi, ut nefas, uitamus. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Redemptor noſter Deus permanſit cū patre, & ad redemptionem noſtrā factus eſt mortalis cum hominibus. Gregorius ſuper Ezechielem, homilia ſecunda. Et: In unigenito Dei filio, naturæ diuinitatis unita eſt noſtra natura, in qua admiratione humanitas in maieſtatis gloriam excreuit: diuinitas uerò à ſui fulgoris potentia humanis ſe oculis temperauit, per hoc quod humana natura clarior facta eſt. ibidem. Item: Niſi Adam peccaret, redemptorem noſtrū carnem ſuſcipere noſtram non oporteret. Non enim uenit uocare iuſtos, &c. Si ergo pro peccatoribus uenit, ſi peccata deeſſent: eum uenire non oporteret. Si peccata ad quę delenda ueniſſe creditur, per iuſticiam Dei permiſſa eſſe ſentiuntur, dum pro peccatoribus Deus homo naſciturus erat. Gregorius libro quarto, in caput ſeptimum primi Regum. Et: Chriſtus quamuis homo ſit, tamen Deus eſſe nō deſiſtit. Gregorius in Cantica. Item: In redemptore noſtro natura diuinitatis & humanitatis inconfuſè unita ſibimet atque coniuncta eſt, ut & per humanitatem diuinitatis eius claritas noſtris potuiſſet oculis temperari, & per diuinitatem humana natura in eo clareſceret. atque exaltata fulgorem ultra hoc quod creata fuerat haberet. Gregorius in Ezechielē, homilia octaua libri primi. Et: Propter hoc quippe incarnatus eſt Deus, ut nos introduceret ad fidem, & educat ad ſpeciē uiſionis ſuæ. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimatertia.

### DE PASSIONE AC BENEFICIJS *Chriſti.*

De Chriſti paſsione quoque fideliter docent. Vt unus idemque Chriſtus Dei & hominis filius, qui & ſemetipſum exinaniuit, & plenus gratiæ ueritatisque permanſit, uerè mutabilis factus, immutabilis manens: uerè paſſus, paſsioni non ſubiacēs: nec mortuus, mortem nō ſentiens, ſed extinguens. Hæc autem cuncta unus Chriſtus & geſsit & pertulit: quia in uno eodemque Chriſto uera diuinitatis ueraque humanitatis natura permanſit, dum Deus non confuſus homini, ſed unitus, ſic in una perſona utriusq; naturæ permanentis indicia demonſtrauit, ut uerus Deus, & plenus ueris diuinisq; uirtutibus in homine clareret aſſumpto, & ueritas infirmitatis humanæ uerum plenumq; hominem monſtraret in Deo. Fulgent. li. 3. ad Thraſimundum. Item: Reſtat ut diuinitatem Chriſti, quam immutabilem ſacra Scriptura commendat, ſic paſſam fateamur in Chriſto, ut eam tamen credamus cōpaſſam non fuiſſe cum carne. Ideo enim Deus in carne paſſus eſt, quia in carne patiens impaſsibilis natura diuina permanſit, cōmunē paſsionē diuinitatis & carnis, unitasq; perſonæ fecit in Chriſto, nō diuinæ humanæq; naturæ confuſio. ibidem. Item: Cum fuerit euidenti manifeſtatione decretū, quid in Chriſto proprium fuerit animæ, quid carnis, quid etiā deitatis, cū unus idemq; Chriſtus fuerit & turbatus & mortuus: ſic tamen eſt utrobiq; ueritas Dei hominisque ſeruata, ut licet Chriſtus ſecundū animā turbaretur propinquante paſsione, & idē Chriſtus ſecundū corpus moreretur in cruce, imperturbabilis manens immortalisq; Chriſti diuinitas, nec ab anima perturbata, nec à corpore moriente diſcederet: nō tamē aut turbaretur in animę turbatione, aut moreretur in corporis morte. Vnus nāq; Chriſtus qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſticiā noſtram, ſicut uerè mortuus mori non potuit, ſic in uera paſsione

impaſsibilis

impaſsibilis manſit. ibidem. Et: Secundum ſuſceptam animã Deus triſtis fuit, ſed in anima triſticiam ſenſit, cum anima triſticiam ſentire non potuit. In ſua Deus anima ſuam uoluit eſſe triſticiã, & in ſua carne ſuã Deus eſſe uoluit paſsionem: quia totus in toto homine permanens inſoparabilis Deus, nec animæ triſtanti defuit, nec carnem ſuam in paſsione deſeruit. Sed in Chriſto triſti & paſſo licet deitate ſuperare nõ poſſet patiens & triſtis humanitas: in toto tamen homine triſti non eſt diuinitas triſtata, & in homine toto patiens nõ eſt diuina natura compaſſa: ſicut moriente carne, non ſolùm deitas, ſed nec anima Chriſti poteſt oſtendi commortua. Aliud eſt enim in carne paſſum Deum dicere, aliud carni prædicare compaſſum: aliud in anima conſtriſtatum, & aliud cum anima conſtriſtatũ. Paſſus eſt enim Deus in homine, quia una eſt Dei hominisque perſona: non eſt compaſſus Deus homini, quia in uno Chriſto non eſt confuſa Dei hominisque ſubſtantia. ibidem. Item: Hæc cuncta (triſticiam & ſimiles affectus) in anima, quam ſuſceperat, pertulit Chriſtus, ut ueram totamque in ſe cum ſuis infirmitatibus hominis demonſtraret accepti ſubſtantiam: & infirmitatibus, quas pro infirmis accepit, uirtutem perficeret, quam infirmis attribuit. Qui & hominis carnem proprerea mortalem habuit, ut mortalibus plenam conferret immortalitatis gratiam: & hominis animam cum infirmitatibus ſuis ſine peccato ſuſcepit, ut noſtris animab. impenderet medicinam. Quia ſicut Eſaia teſte, uulneratus eſt propter noſtras iniquitates (quod proprium carnis fuit, quippe cum iam defuncti latus lancea percuteret miles) ita infirmatus eſt propter peccata noſtra: quod eſt animæ, cuius pro nobis infirmitatem ſuſcepit. ibidem. Item: Pro unitate perſonæ non ſolùm humanitatẽ Chriſti, ſed Chriſtum traditum, tenet & confitetur Eccleſia: quoniam in illa traditione, ſalua proprietate naturæ utriuſque, nec homo ſuſceptus ſeparari potuit à Deo, nec Deus potuit ab homine ſegregari ſuſcepto. Sicut ergo paſsionem mortis, & mortem propter unitatem perſonę, Dei quidem filio Scriptura procſus aſsignat, & tamen deitatem impaſsibilem immortalemq; pronunciat: ita & animę triſticiam & perturbationẽ, quam uoluntariam in anima Dei filius habuit, ſic habuiſſe credatur, ut etiam ipſas humanæ animæ paſsiones & uoluntate ueras, & in ueritate uoluntarias non negemus. Ipſa quoque Chriſti diuinitas, quæ ſecundum animam contriſtari, & ſecundum carnẽ dignata eſt pro nobis mori, ſecundum ſubſtãtiæ proprietatẽ, ſicut immortalis, ſic eſt impaſsibilis prædicanda. Quę quia uerum hominem ſuſcepit, ideo cunctas humanæ naturæ infirmitates, ueras quidem, ſed uoluntarias in eadem ueritate naturæ duntaxat humanę ſuſtinuit. Fulgentius libro tertio ad Thraſimundum.

Alcimus libro primo de Origine mundi ait:

*Iſtius indicio ſomni mors illa ſecuta eſt,*
*Sponte ſua ſubijt ſumpto quam corpore Chriſtus,*
*Qui cum paſſurus ligno ſublimis in alto*
*Penderet, nexus culpas dum perderet orbis,*
*In latus extenſi defixit miſsile lictor.*
*Protinus exiliens manauit uulnere lympha,*
*Quæ uiuum populis iam tum ſpondente lauacrum*
*Fluxit, martyrium ſignans cum ſanguinis unda:*
*Inde quieſcenti gemina cum nocte iaceret,*
*De lateris membro ſurgens Eccleſia nupſit.*

Item in libro De conſolatoria Caſtitatis laude, capite undecimo.

*Cum duram lueret noſtro pro crimine mortem*
*In crucis excelſo pendens ſine crimine Chriſtus.*

Iohannes Maxentius inquit: Qui dicit, Ego ſum uia, ueritas, & uita: ille eſt crucifixus & mortuus. iuxta Petrum: Autorem uitæ interemiſtis. Item in Deuteronomio: Videbitis uitam ueſtram pendentem in ligno, &c. Item: Dominum gloriæ crucifixum dicit Apoſtolus. Maxentius Dialogo ſecundo. Item: Catholici utrunque confitentur, & Deum paſſum carne, & Chriſtum paſſum carne. quia Chriſtus qui paſſus eſt, ſine dubio Deus eſt. Ibidem. Item: Si caro Dei paſſa, ergo & Deus carne. Si Deus carne non eſt paſſus, ergo nec caro Dei. ibidem.

De paſsione Chriſti Fortunatus in hymno pulchra ſcribit, ideo integrum ſubijciemus:

*Pange lingua glorioſi*
*Prælium certaminis,*
*Et ſuper crucis trophæo*
*Dic triumphum nobilem:*
*Qualiter redemptor orbis*
*Immolatus uicerit.*
*De parentis protoplaſti*
*Fraude factor condolens,*
*Quando pomi noxialis*
*Morſu in mortem corruit:*
*Ipſe lignum tunc notauit,*
*Damna ligni ut ſolueret.*
*Hoc opus noſtræ ſalutis*
*Ordo depopoſcerat,*
*Multiformis proditoris*
*Ars ut artem falleret,*
*Et medelam ferret inde*
*Hoſtis unde læſerat.*
*Quando uenit ergo ſacri*
*Plenitudo temporis,*
*Miſſus eſt ab arce Patris*

*Natus orbis conditor*
*Atque uentre uirginali:*
*Caro factus prodijt.*
*Vagit infans inter arcta*
*Conditus præſepia,*
*Membra pannis inuoluta*
*Virgo mater alligat,*
*Et pedes manusq́; crura*
*Stricta cingit faſcia.*
*Luſtra ſex qui iam peracta*
*Tempus implens corporis,*
*Se uolente natus, atq; huic*
*Paſsioni deditus,*
*Agnus in crucis leuatur*
*Immolandus ſtipite.*
*Hic acetum, fel, arundo,*
*Sputa, claui, lancea,*
*Mite corpus perforatur.*
*Sanguis unde profluit:*
*Terra, pontus, aſtra, mundus,*
*Quo lauantur flumine.*
*Crux fidelis inter omnes*
*Arbor una nobilis,*
*Nulla talem ſilua profert,*
*Fronde, flore, germine:*
*Dulce lignum, dulces clauos,*
*Dulce pondus ſuſtinet,*
*Flecte ramos arbor alta,*
*Tenſa laxa uiſcera:*
*Et rigor lenteſcat ille,*
*Quem dedit natiuitas:*
*Quo ſuperni membra regis,*
*Miti tendas ſtipite.*
*Sola digna tu fuiſti*
*Ferre ſecli precium,*
*Atque portum præparare*
*Nauta mundo naufrago,*
*Quem ſacer cruor perunxit*
*Fuſus agni corpore.*
*Gloria & honor Deo*
*Vſquequaque altiſsimo,*
*Vna patris filioq́;, &*
*Inclyto paracleto,*
*Cui laus & poteſtas*
*Per æterna ſecula: Amen.*

Idem tractat in hymno, Vexilla regis prodeunt, &c. Item:

*Virtus celſa crucis totum rectè occupat orbem,*
*Hæc quoniam mundi perdita cuncta refert.*
*Quodq́; ferus ſerpens infecit felle ueneni,*
*Chriſti ſanguis in hac dulce liquore lauat.*
*Quæq́; lupi fuerant raptoris præda ferocis,*
*In cruce reſtituit uirginis agnus ouis.*

Item libro nono:

*Ipſe creator ouās ſurgens cito Chriſtus ab umbris,*
*Hic quia natus homo, eſt carne ſepultus humo.*

In epiſtola oriental. ad Symmachum dicitur: Saluator & dux noſter uerus Chriſt⁹, chirographum noſtrum in cruce diſrupit. Et: Sanctiſsimus uir IESVS, magnus Deus & ſaluator ſpei noſtræ, figuram ſerui aſſumpſit, ut à peccato nos liberos redderet, quod regnabat in nobis.

Andreas Hieroſolymitanus inquit: Miſertus noſtri miſericordiæ largitor, nobis eſt ſimilis factus, abſque omni tamen peccato, quo tranſgreſsionem noſtram ipſe tolleret, ac lapſos nos à caſu erigeret, confractumque uas de nouo iam ab omni immune contritione fingeret.

Iuſtus in Canticis inquit: Chriſtus ſe idcirco humiliauit, ut nos iacentes erigeret. Item: In odorifero crucis patibulo, ubi ego occubui, illic te à peccatorum interitu ſuſcitaui. ibidem.

Caſsiodorus inquit: Sic uerè dicimus Dominum gloriæ crucifixũ, cũ tamen eum cõſtet carnis tantum, non etiam diuinitatis natura fuiſſe trucidatum. in Pſalmum 13. Et Pſalmo quinquageſimo ſexto, Miſerere mei Deus, &c. Oratio iſta (inquit Caſsiodorus) forma fidelium eſt, ut qui propter ſalutem noſtram talia pertulit, precationibus quoq; nos ſuis pius doctor inſtrueret. Orauit enim, ut regulam ſanctè orationis nobis oſtenderet. Paſſus eſt propter nos, ut nullus pro ipſo pati uelle refugiat.] Reſurrexit, ut ad reſurrectionem quoque ipſius ſpes ſe noſtræ infirmitatis extendat. Ille enim iſtarum rerum indigus non fuit, ſed omnis cauſa noſtræ ſalutis excepit. Item: Aſumpſit ſanctum uerbum naturam noſtræ imbecillitatis, ut per indebitã mortẽ ſuam liberaret nos à morte iuſtiſsima. Intrauit inferni clauſtra, ut pandeventur inferna. Victus eſt interitus ſaluatoris aduentu, & perpetuas tenebras iure perdidit, poſtquã æternum lumen accepit. Debellauit diabolum per humanam naturam, quam tenebat obnoxiam: & per imbecillitatem carnis ſuperatus eſt fortis, quando ſupra uniuerſas rationabiles creaturas extulit, quod omnibus ſpiritualibus infirmius fuit. Cui enim dixit angelorum, Sede à dextris meis? &c. Nam quęlibet alia natura non eſt unita Chriſto, ſed ſola carnis noſtræ glorificata ſuſceptio. Reuera omnipotens, reuera miſericors, qui damnata beauit, perdita reſtituit, obnoxia liberauit, miſerias noſtras à nobis fecit alienas, & præſtitit hominem per ſuam mortem uiuere, quem creatum immortalem diabolus fecerat interire. Caſsiodorus in Pſalmum ſexageſimumoctauum. Et Pſalmo decimonono: Tribuat tibi Dominus ſecundum cor tuum, id eſt ſecundum intellectum quem habes de Domino ſaluatore, ut eum credas unum ex trinitate, paſſum carne & pro mundi liberatione in crucis pa

tibulo

tibulo pepēdiſſe, ipſum reſurrexiſſe, ipſum ſedere ad dextram patris, ipſum ad iudicandum eſſe uenturum. Item, reddit cauſas quare Chriſtus in cruce mori uoluerit, ſic dicens: Primùm quòd crucis ipſa poſitio talis eſt, ut pars eius ſuperior cœlum expetat, inferior terras nō deſerat, fixa infernorum ima contingat, & uelut quibuſdam brachijs extenſis latitudo eius totius partes appetat mundi, iacens uerò quatuor cardines orbis deſignat. Et paulo pòſt: Quòd ſi aut ferro truncatus, aut ignibus fuiſſet abſumptus, &c. quo ſigno, rogo, diabolus pelleretur? quo uexillo frons Chriſtianorum tuta manſiſſet? Qua figura corporis & animæ firmaretur infirmitas? Caſſiodorus in Pſalmum uigeſimumprimum. Item, in expoſitione dicti Pſalmi uigeſimiprimi, Foderunt manus meas, &c. inquit: Illud enim clauis affixum, lancea perforatum, fructum nobis intulit ſine fine manſurum. Quapropter iam non pertimeſcimus dicere, Deum carne paſſum, Deum mortuum pro ſalute cunctorum: Vnde pater Auguſtinus mirabiliter & ſolito more declamauit dicens: Res uetuſta erat, ut homo moreretur. Quod ne ſemper ualeret in homine, res noua facta eſt, ut Deus moreretur. Sic & Apoſtolus ait: Nos autem prædicamus Chriſtum, & hunc crucifixum. Item: Chriſtus de cœlo uenit in uterum uirginis, de utero uirginis in præſepe, de præſepi in baptiſmum, de baptiſmo in crucem, de cruce ad ſepulchrum, de ſepulchro ad cœlum. Caſsiodorus in Cantica. Item: In carne quam aſſumpſit, diuinitas eius latuit. Ibidem. Item: Chriſtus ergo capreis comparatur, quia ſecundum carnem reſurgens à mortuis, cœlorum alta petijt. ibidem. Et: Conſiderate Chriſtum pro uobis carne indutum, quam carnem de carne uirginis matris ſuæ aſſumpſit. Diadema namque uocat carnem, quam Chriſtus aſſumpſit pro nobis, in qua mortuus deſtruxit imperium mortis: in qua etiam reſurgens, reſurgendi nobis ſpem contulit. Item: Virgo Maria illi de ſua carne carnis materiam præbuit. Item: Ille qui ut homo patitur, uerus Deus eſt. Caſsiodorus in tertium caput Canticorum. Item, CHRISTVS pro redemptione noſtra ſanguinem ſuum fudit. ibidem. Item: Lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Singulari enim gratia homo CHRISTVS in omni humani generis maſſa refulſit, quia per illum propoſuit Deus ſaluare genus humanum. Et ipſe eſt mediator Dei & hominum. Caſsiodorus in quintum caput Canticorum. Et: CHRISTI dilectio fortis fuit ut mors, quia in tantum dilexit nos, ut pro nobis immortalis mortem ſuſciperet. Caſsiodorus in Cantica. Item: Malum punicum cum frangitur, exterius rubor, interius candor apparet. Sic & ſancti prædicatores & doctores, cum paſsionem CHRISTI annunciant, quaſi rubor eſt exterius: cum uerò quanta utilitas noſtræ redemptionis inde peruenerit, & quòd homo per paſsionem CHRISTI non ſolùm à peccatis iuſtificetur, ſed etiam quòd diuinum conſortium meruerit demonſtrant, quaſi candidum eſt quod intrinſecus latet. Caſsiodorus in caput quartum Canticorum.

Gregorius ſcribit: Ad delenda peccata ante Dei oculos, Dei & hominum mediator requiritur, qui ſolam pro nobis mortem carnis ſuſciperet, & ueram mortem delinquentium per umbram ſuæ mortis deleret. Ad nos quippe uenit, qui in morte ſpiritus carniſque tenebamur: unam ad nos ſuam mortem detulit, & duas noſtras quas reperit ſoluit. Si enim ipſe utramque reciperet, nos à nulla liberaret: Sed unam miſericorditer accepit, & iuſtè utramque damnauit. Simplam ſuam duplæ noſtræ contulit, & duplam noſtram moriens ſubegit. Vnde & non immeritò, uno die in ſepulchro, & duabus noctibus iacuit: quia uidelicet lucem ſuæ ſimplæ mortis, tenebris duplæ noſtræ mortis adiunxit. Qui ergo ſolam pro nobis mortem carnis ſuſcepit, umbram mortis pertulit, & à Dei oculis culpam quam fecimus abſcondit. Gregorius libro quarto in tertium caput Iob, capite decimoſeptimo. Et: Redemptoris noſtri reſurrectio ad immortalitatem nos reduxit. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimaprima. Item: Pro nobis mediator Dei & hominū homo CHRISTVS IESVS gratuitò reddidit, quod non debebat. Qui enim pro nobis mortem carnis indebitam reddidit, nos à debita animæ morte liberauit. Gregorius in Euangelia homilia trigeſimanona. Et: Quia ut à morte redimeret hominem, mortis legibus ſubiacuit, tertia mox die uictorioſiſsimè à mortuis ſurrexit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Chriſtus in cruce poſitus ſubditam ſibi Eccleſiam ad uitam uocauit, ut à ſummo mortis reſurgeret, & cum illo ſe crucifigens ad nouam reſurrectionem properaret. Gregorius in Cantica canticorum. Et: Pro electorum uita uſque ad mortem ſe tradidit autor uitæ. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo homilia ſecunda. Item: Redemptor noſter, qui ex conceptione & natiuitate perfectus Deus

& homo exiſtit, paſsionum dolores pertulit, & ſic ad reſurrectionis gloriam peruenit. Item: Quia peccatum non habuit, & tamen eius corpus per paſsionis contumelias ad immortalitatem profecit. Gregorius ſuper Ezechielem homilia ſexta. Item: Ipſe unigeniti Dei filius ueraciter factus eſt homo, ipſe in ſacrificio noſtræ redemptionis dignatus eſt mori ut uitulus, ipſe per uirtutem ſuæ fortitudinis ſurrexit ut leo. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia quarta. Et: Redemptor noſter ad paſsionem ductus, lignum ſibi crucis ipſe portauit, & ſic in ſacrificio pro nobis ex humanitate eſt mortuus, ut tamen immortalis maneret ex diuinitate. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo. Et: Pro nobis quidem redemptor noſter paſſus eſt, ſed à nobis ſeparatus per paſsionem non eſt. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia ſeptima. Item: Ipſe autor uitæ, ſine paſsionis dolore ex hac uita non exijt. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia octaua. Item: Sanguis CHRISTI qui per Spiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad ſeruiendum Deo uiuenti. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Ad hoc namque unigenitus Dei filius formam infirmitatis noſtræ ſuſcepit: ad hoc inuiſibilis, non ſolùm uiſibilis, ſed etiam deſpectus apparuit: ad hoc contumeliarum ludibria, illuſionum probra, paſsionum tormenta tolerauit, ut ſuperbum non eſſe hominem doceret humilis Deus. Gregorius libro quarto Epiſtolarum, indictione decimatertia, epiſtola trigeſimanona. Item: Per mundi redemptionis gratiam non ſolùm rectè poſſumus uiuere, ſed & ad paradiſi gaudia tranſire: quia ille iam pro nobis mortuus ſurrexit, in cuius morte mors obijt, & paradiſus ſe eius fidelibus reſeruauit. Gregorius libro primo, in ſecundum caput libri primi Regum. Et: Qui Iudæorum uulnere obijt, à mortuis reſurrexit, in cœlum aſcendit, promiſſum Spiritum ſanctum diſcipulis miſit. ibidem. Et: Ille ſibi durus uehementer extitit, qui in ſe unde pateretur non habuit: ſed ut nos patiendo liberaret, in quo ſibi durus eſſet, & pati poſſet, dignanter aſſumpſit. Gregorius libro quarto, in caput nonum primi Regum. Et: CHRISTVS nullum omnino peccatum faciens, iuſticiæ pulchritudinem ex integro tenuit: & tamen tanquam peccator eſſet, ad mortis paſsionem acceſsit. ibidem. Quia ex totius generis humani maſſa, nullus ſine peccato reperitur, ipſe uerò non ſolùm ſine peccato fuit, ſed etiam peccatores ſuo ſanguine & iuſticia redemit. Gregorius in Canc. canticorum. Et: CHRISTVS per paſsionem quam ſuſtinuit ad gloriam patris eſt exaltatus. ibidem. Item: In cruce ſuſpenſus fructum uitæ inuenit, ac apprehendit, & nobis tribuit. ibidem. Item. Incarnatus enim unigenitus patris per hoc quod homo factus eſt, infra angelos fuit. Reſurgens autem & aſcendens in cœlos, omnibus angelicis poteſtatibus præſidet. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo homilia octaua. Et: Redemptor noſter omnia noſtra tolerat, ſed in ipſo malum non fuit quod tolerari debuiſſet. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimatertia. Item: Opus Dei eſt, animas quas creauit colligere, & ad æternæ lucis gaudia reuocare. Flagellari autem atque ſputis illiniri, crucifigi, mori atque ſepeliri, non hoc in ſua ſubſtantia opus Dei eſt, ſed opus hominis peccatoris, qui hæc omnia meruit per peccatum. Sed peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: & quia in natura ſua ante ſemper incomprehenſibilis, in natura noſtra comprehendi dignatus eſt, ac flagellari, niſi ea quæ erant infirmitatis noſtræ ſuſciperet, nunquam nos ad ſuæ fortitudinis potentiam ſubleuaret. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimaſeptima.

¶ De officio CHRISTI in genere inquit Fulgentius: Eſt Dei filius animarum noſtrarum uiſitator & paſtor, quia fieri dignatus eſt animæ humanæ ſuſceptor. Fulgentius libro primo ad Thraſimundum. Item in ſermone de duplici natiuitate CHRISTI inquit: Per primi hominis culpam cœpit diabolus homini dominari, per ſecundi hominis gratiam cœpit ab homine ſuperari. Super primum ſuperbus, ſub ſecundo captiuus. Per illum nos captiuatos tenuit, per iſtum nos liberatos amiſit. Primus Adam nobis autor extitit culpæ, nouiſsimus Adam nobis autor extitit gratiæ. Ille de limo plaſmatus, terrenos protulit: iſte de Spiritu ſancto natus, cœleſtes effecit. Per illum perdidimus gratiam priorem, per iſtum recepimus ampliorem. Ille quippe intulit nobis peccati maculam, cum qua naſceremur ad ſupplicium: iſte nobis contulit iuſtificationis gratiam, ut renaſceremur ad regnum. Per illum nos filios ſeculi generatio carnalis effecit, per iſtos nos filios Dei generatio ſpiritualis exhibuit. Ille nos uitijs ſubdidit, iſte nos florere uirtutibus fecit.

Ille

Ille nos per uitia deiecit, quo primus cecidit: iſte nos per uirtutes eleuat, quò primus aſcendit. Ille quippe primus cecidit in infernum, iſte primus conſcendit in cœlum.

Olympiodotus inquit: CHRISTI uirtus arma belli, hoc eſt diabolum tartareasque phalanges euertit, omnesque ſpecies ſuæ iniquitatis ad debilitatem redegit. Olympiodotus in Eccleſiaſten, capite nono.

Caſsiodorus ait: Papa Leo, ſedis ſuæ compar pulchrè locutus eſt dicens: Quamuis multorum martyrum in conſpectu Domini precioſa mors fuerit, nullius tamen inſontis occiſio fuit redemptio peccatorum. Acceperunt enim iuſti, non dederunt coronas. Et paulo poſt: Inter filios autem hominum unus ſolus extitit Chriſtus, qui uerè erat agnus immaculatus, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt etiã ſuſcitati. Caſsiodorus in Pſalmum quinquageſimumquartum.

¶CHRISTVM eſſe Saluatorem, Iuſtus docet, inquiens: Nullus in ſanctis uel in uniuerſo genere hominum, quamlibet filij uocabulo cenſeatur CHRISTO ſimilis reperitur: qui fructus ſui dulcedine refectioneq; electos, incomparabili decore præcedit. Iuſtus in Canticis.

Caſsiodorus ait: Redemptor noſter pro redemptione humani generis in crucem aſcendit, & in ea hoſtem humani generis ſuperauit. Caſsiodorus in Canticis. Item: Synagoga à præuaricatione originalis peccati & à poteſtate diaboli per crucem Chriſti redempta eſt, ibi ſuſcitata eſt, quæ peccatis mortua erat. in caput octauum Canticorum.

Ennodius dictione, Quando è Roma redijt, ait:

*Adueniat ſiccis qui preſsit cærula plantis,*
*Nam portus feſsis ille ſalutis erit.*
*Qui latices iunxit, fundens in pocula ſaxum,*
*Qui lapides ſoluit, qui ſolidauit aquas.*
*Quem genitrix fudit ſectis, ſine ſemine fœta,*
*Ad matrem iungens uirginitatis onus.*
*Qui mortem propriæ ſuperauit munere mortis*
*Dans uitam mundo, funere quam peperit.*

Item: Dum à redemptore noſtro moriendo mors uincitur, fidelis ſpei cibis anima ſaginatur. Ennodius in uita Epiphanij epiſcopi Ticinenſis.

Gregorius ait: Omnipotens Deus ſicut ex nihilo bona facere potuit, ita cum uoluit per incarnationis ſuæ myſterium etiam perdita bona reparauit. Gregorius libro quarto in tertium caput Iob, capite nono. Et: Mediator noſter pro ſemetipſo puniri non debuit, quia nullum culpæ contagium perpetrauit. Sed ſi ipſe indebitam mortem non ſuſciperet, nunquam nos à debita morte liberaret. Paret ergo cum iuſtus ſit, iuſtum puniens, omnia iuſtè diſponit, quia per hoc cũcta iuſtificat, quod eum qui ſine peccato eſt, pro peccatoribus damnat, ut eo electa omnia ad culmen iuſticiæ ſurgerent, quo is, qui eſt ſuper omnia, damna iniuſticiæ noſtræ ſuſtineret. Fruſtra tamen iuxta ſemetipſum afflictus, iuxta uerò noſtra acta non fruſtra. Rubigo quippe peccati purgari non potuit, niſi igne tormenti. Venit itaque ſine uitio, qui ſe ſubijceret ſponte tormento, ut debita noſtræ iniquitati ſupplicia, eo reos ſuos iuſtè amitterent, quo hunc à ſemetipſis liberũ iniuſtè tenuiſſent. Fruſtra ergo, & non fruſtra afflictus eſt: quia in ſe quidem admiſſa non habuit, ſed proprio cruore reatus noſtri maculam terſit. Gregorius libro tertio in ſecundum caput Iob, capite undecimo. Item: Duas ad intelligendum ſe fecerat Deus creaturas, angelicam uidelicet & humanam. Vtramque uerò ſuperbia perculit, atq; à ſtatu ingenitæ rectitudinis fregit. Sed una tegmen carnis habuit, alia uerò nihil infirmum de carne geſtauit. Angelus namque ſolum modò ſpiritus, homo uerò & ſpiritus eſt & caro. Miſertus ergo creator ut redimeret, illam ad ſe debuit reducere, quam in perpetratione culpæ ex infirmitate aliquid conſtat habuiſſe: & eo amplius debuit apoſtatam angelum repellere, quo cum à perſiſtendi fortitudine corruit, nihil infirmum ex carne geſtauit. Gregorius libro quarto Moralium, capite nono. Et: Redemptor humani generis, mediator Dei & hominis per carnẽ factus, quia iuſtus in hominibus ſolus apparuit, & tamen ad pœnã culpæ etiam ſine culpa peruenit, & hominem redarguit ne delinqueret, & Deo obſtitit ne feriret, exempla innocentiæ præbuit: pœnam malicię ſuſcepit. Patiendo ergo utrunque arguit, qui & culpam hominis per iuſticiã aſpirando corripuit, & iram iudicis moriendo temperauit, atq; in utriſque manum poſuit: quia & exempla hominibus quę imitarentur prębuit, & Deo in ſe opera quibus erga homines placaretur oſtẽdit. Nullus quippe ante hunc extitit, qui ſic pro alienis reatibus intercederet, ut proprios non haberet. Æternæ igitur morti tanto quis in alijs obuiare nõ poterat, quãto hũc reatus de proprijs aſtringebat. Venit itaque nouus homo ad homines, contradictor ad culpam, amicus ad pœnam, mira monſtrauit, crudelia pertulit. Manum ergo ſuam in ambobus poſuit: quia unde reum recta docuit, inde iratum iudicem placauit. Qui

hoc quoque ipſis ſuis miraculis mitabilius præbuit, quia corda deliquentiũ manſuetudine potius quàm terrore correxit. Gregorius in nonum caput Iob, libro nono, capite uigeſimoprimo. Item: Ipſe enim nobis lampas ueraciter extitit, qui pro redemptione noſtra, in cruce moriens, tenebroſis noſtris mentibus lucem per lignum fudit. Gregorius in duodecimum caput Iob, libro decimo, capite decimoſeptimo. Et: Ipſe unigenitus ſummi patris ad nos redimendos uenit, moriendo mortem abſorbuit uitam perpetuam denunciauit nobis, quam oſtendit in ſe. Gregorius in decimũtertium caput Iob libro undecimo, capite uigeſimotertio. Item: Redemptor noſter ſuſcepit mortem, ne mori timeremus. Gregorius in decimumnonum caput Iob, libro decimoquarto, capite uigeſimooctauo. Et: Sed inter immortalem & iuſtum, & nos mortales & iniuſtos apparuit mediator Dei & hominum, mortalis & iuſtus, qui & mortem haberet cum bominibus, & iuſticiã cum Deo, ut quia per ima noſtra longè diſtabamus à ſummis, in ſe ipſo uno iungeret ima cum ſummis, atque ex eo nobis uia redeundi fieret ad Deum, quo ſummis ſuis ima noſtra copularet. Gregorius in trigeſimumprimũ caput Iob, libro uigeſimoſecundo, capite decimotertio. Item: Veniens ergo ad nos deſuper medicus noſter, tantisque nos inueniens languoribus preſſos, quiddam nobis ſimile, & quiddã contrarium appoſuit. Ad bominem quippe homo uenit, ſed ad peccatores iuſtus, concordauit nobis ueritatem naturæ, ſed diſcrepauit à nobis rigorem iuſticiæ. Vitioſus enim corrigi nõ poterat niſi per Deum. Gregorius in trigeſimumtertium caput Iob, libro uigeſimoquarto, capite ſecundo. Et: Humilitas incarnati Dei manifeſtata eſt cõtra creſcentem diaboli ſuperbiam: atque ut humanũ genus à ſuo languore ſanaret, tunc magna apparuit potentia medici, cum languor creuit ægroti. Gregorius ſuper Ezechielem, lib. primo, homilia ſecunda. Et: Quod pro nobis mortem pertulit, omnes nos ſibi uerius in ipſa ſua morte coniunxit. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia octaua. Et: Redemptor noſter uerus Deus ſuper omnia, & factus inter omnia homo perfectus, in quo noſtra natura apud patrem confirmata eſt. ibidem. Et: Ipſe eſt ſummus pontifex noſter, qui in ara crucis pro totius mundi ſanitate, ſui corporis hoſtiam obtulit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Ipſe per diuinitatis ſuæ potentiam à mortuis ſurrexit, & quia poſt reſurrectionem ſuam in cœlum aſcendit. Item: Solus inter mortuos liber, cum patre regnat in cœlo. Quis uerò pater noſter & mater, niſi mediator Dei & hominum homo Chriſtus IESVS, qui occidit in nobis omnem iniquitatem, ut meliorem inueniamus reſurrectionem. ibidem. Et: Gloria Chriſti reſurrectio eſt, per quam à diabolo regnum abſtulit, & mortis deſtruxit imperium. Qui enim in morte uiſus eſt infirmus, in reſurrectione apparuit glorioſus. ibidem. Et: Saluator namque, Dei filius eſt. ibidem. Item: Quia per uerbi Dei incarnationem non ſolùm Iudæa, quæ iuxtà eſſe uidebatur, ſed etiam gentilitas liberanda erat per miſericordiam. ibidem. Et: Redemptor noſter totius conditor creaturæ ad hoc propiatus humanã uoluerit carnem aſſumere, ut diuinitatis ſuæ gratia dirupto quo tenebamur captiui uinculo ſeruitutis, priſtinæ nos reſtitueret libertati. Gregorius libro quinto, indictione decimaquarta, epiſtola duodecima. Item: Inde uerus redemptor oſtenditur, quòd in omni quod ad eius gloriam dicitur, ei nemo comparatur. Ille enim omnes redemit, qui omnibus excellit. Gregorius libro primo in ſecundũ caput primi Regum. Et: Quanta charitate Chriſtus ſanctam animam dilexit, qui ſanguine ſuo eam moriens in cruce redemit, & quotidie eam in ſinu eccleſiæ matris eiuſdem ſanguinis lacte nutrit, proculdubio magis ac magis in eius dilectionem intendit. Item: Per ſanguinem Chriſti miſericorditer educamur, qui per legis literam ſeuerè prius conſtringebamur. Gregorius in Cantica canticorũ. Item: Spontanea charitate Chriſtus ad populum ſaluandum deſcendit, & ut nos à morte releuaret, pia uoluntate & benigna gratia mortem in cruce ſuſcepit. ibidem. Et: Apertus iam nobis eſt fons miſericordiæ redemptor noſter, qui in domo Dauid incarnari dignatus eſt, ut peccatorem lauet à peruerſo opere, & menſtruatam mentem diluat ab immunda cogitatione. Gregorius in Eezchielem libro ſecundo, homilia uigeſima.

¶ Quòd Chriſtus ſit doctor, Iuſtus in Canticis docet: Chriſtus occulta ſcripturarum reuelat. Item: Chriſtus in ſola Catholica eccleſia recubat, credentes in ſe populos quotidiè paſcit. ibidem. Et: Chriſtus quos illuminat, conſecrat, ipſosque coronat, quos illuminans conſecrauerit. ibidem.

Olympiodorus ait: Dominus noſter IESVS Chriſtus, filius Dei, uerus eſt eccleſiaſtes: qui ex omnibus gentibus populisque duobus, unam ſibi fecit Eccleſiam, quique regnat in uero Iſrael. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite primo. Et: Verbum

caro factum homines cohortatur ad myſticam ſui corporis participationẽ, cum propter noſtram ſalutem carnem aſſumpſerit. Approbat ergo hoc fieri, congaudet myſterijs ritibusque Eccleſiæ. in Eccleſiaſten capite nono.

¶ Quòd Mediator ſit Chriſtus, ſic docet Fulgentius: Chriſtus quemadmodum ſecundum ueram diuinitatem Deus creator eſt hominum, ita ſecundum ueram carnem mediator eſt Dei & hominum. Mediator enim nullatenus eſſet, ſi uel cum patre diuinitatis naturam, uel cum hominibus cõmunem carnis & animæ ſubſtantiam non haberet: & crucifixus eſt ex infirmitate, & uiuit ex uirtute Dei. Fulgentius ad Donatum libro primo.

Quòd interpellet pro nobis Chriſtus, Caſsiodorus docet: Quis eſt reuera pacificus, niſi Dominus Chriſtus? qui hominem diaboli uerſutia deceptum, ad creatoris ſui reuocauit obſequium: fecitque colere ſalutis principem, qui ſequebatur miſerrimus mortis autorem. Ipſe enim mediator Dei & hominum, hodieque interpellat pro nobis. Caſsiodorus in Pſalmum ſeptuageſimumprimum. Et: Mediator Dei & hominum, homo Chriſtus IESVS, ſpeciali refulget gratia inter filios: id eſt, inter electos. Ipſe enim Dei filius per naturam eſt, reliqui electi per gratiam, poteſtate accepta ab unico filio Dei, ut ſint filij Dei. Caſsiodorus in Cantica.

¶ De deſcenſu Chriſti ad inferos, ait Fulgentius: Humanitas uera filij Dei nec tota in ſepulchro fuit, nec tota in inferno: ſed in ſepulchro ſecundum ueram carnem Chriſtus mortuus iacuit, & ſecundum animam ad infernum deſcendit. Secundum eandem animam ab inferno ad carnem (quam in ſepulchro reliquerat) redijt: ſecundum diuinitatem uerò ſuam, quæ nec loco tenetur, nec fine concluditur, totus fuit in ſepulchro cum carne, totus in inferno cum anima. Ac per hoc plenus fuit ubique Chriſtus, quia non eſt Deus ab humanitate, quam ſuſceperat, ſeparatus, qui & in anima ſua fuit, ut ſolutis inferni doloribus, ab inferno uictrix rediret: & in carne ſua fuit, ut celeri reſurrectione corrumpi non poſſet. Totum igitur hominem cum ſuis infirmitatibus ſine peccato pro nobis Dei filius accepit, in tota traditus: idem Chriſtus ſecundum ſolam carnem mortuus, totus Chriſtus ſecundum animam ſolam ad infernum deſcendit. Idem atque inſeparabilis Chriſtus, ſecundum ſolam carnem de ſepulchro ſurrexit: idem atque inſeparabilis ſecundum totum hominem quem accepit, terram localiter deſinens, ad cœlum aſcendit, & à dextris Dei ſedet, ſecundum eundem totum hominem, uenturus ad iudicandum uiuos & mortuos, coronaturus fideles & pios: illos ſcilicet qui eum in utraque, id eſt in humana & diuina ſubſtantia, uerum plenum & perfectum credentes, nec Dei filio aliquid paternæ ſubſtantiæ minuunt, & totum pro ſe ſuſceptum hominem ſine peccato cognoſcunt: condemnaturus autem infideles, qui diuerſos cuiuslibet perfidiæ ſectantur errores, quiq; in eis ita ſimul obdurato corde perdurant, ut eos uſq; ad uitæ præſentis obitum non relinquant. Fulgentius libro tertio ad Thraſimundum.

Caſsiodorus ait: Ipſe deſcendens animam ſuam ab inferno liberauit: ſed ſimul & illorum qui aduentum eius conſtanti animo crediderunt. Caſsiodorus in Pſalmum quadrageſimumoctauum. Item: Hoc factum eſt lege humanitatis, ut crucifixo corpore, ad rumpenda infernorum clauſtra deſcenderet, & laboranti humano generi redemptor pijſsimus ſubueniret. Caſsiodorus in Pſalmum centeſimũ trigeſimumoctauum.

Gregorius libro quinto, indictione decimaquinta, epiſtola centeſima ſeptuageſimanona inquit: Præterea poſt diſceſſum ueſtrum dilectiſsimis filijs meis diaconibus narrantibus agnoui, quòd dilectio ueſtra dixiſſet, omnipotentem Dominum ſaluatorem noſtrum IESVM Chriſtum ad inferos deſcendentem, omnes qui illic confiterentur eum Deũ, ſaluaſſe, atque à pœnis debitis liberaſſe. De qua re uolo, ut fraternitas ueſtra longè aliter ſentiat. Deſcendens quippe ad inferos, ſolos per ſuam gratiã liberauit, qui eum & uenturũ eſſe crediderãt, & præcepta eius uiuendo tenuerant.

¶ De aſcenſione inquit Greg. Is qui diuinitate ubique eſt, carne ad cœleſtia aſcendit. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia octaua.

¶ Quomodo Chriſtus ubiq; ſit, Fulgentius docet: Chriſtus ubique adeſt per potentiam, non ubiq; per gratiam: per potentiam, qua cuncta Deus implet & continet, per ipſam uidet omnia: per gratiam uerò illud uidere dicitur, quod ipſe largitur, & ſuis fidelibus operatur. Item: Chriſtus in mundo dicitur eſſe ſecundum potentiam, & in mundum ueniſſe ſecundũ gratiam. Namque ſecundum diuinitatem ſuam de cœlo, nunquam defuit nec inferno nec mundo. omnia enim per ipſum & in ipſo creata ſunt, & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant: ſecundum gratiam uerò, tunc in mundum uenit, quando pereũti mundo mira pietate ſubuenit. Fulgentius

genrius libro ſecundo, ad Thraſimundum.

Recitat & hanc opinionem Gregorins: Chriſtus pet diuinitatem ſuam ſemper angelos docet in cœlo, quia ipſe eſt Dei ſapientia. Gtegorius ſupet Ezechislem libro primo, homilia ſecunda.

¶ Vtrum Chriſtus diem norit, ita exponit Gregorius: Chriſtus dicitur diem & horam neſcite, quoniam non ad eundem filium iuxta hoc quod caput eſt, ſed iuxta, corpus eius, nos quod ſumus, eſt teferendum. Vnde & pater ſolua dicitur ſcire: quiá cõſubſtantialis ei filius ex eius natuta qua eſt ſupet angelos, habet, ut hoc ſciat quod angeli ignorant. Vnde & hoc intelligi ſubtilius poteſt, quia incarnatus unigenitus factus pro nobis homo perfectus in natura humana, nouit diem & horam indicij: ſed tamen hunc non ex natura humanitatis nouit. Quod ergo in ipſa nouit, non ex ipſa nouit: quia Deus & homo factus, diem & boram iudicij non niſi per deitatis ſuę pocentiam nouit. Gregorius libro octauo, indictione tertia, epiſtola qnadrageſimaſecunda.

¶ De duobus Chriſti aduentibus inquic Gregorius: A' nobis dilectus corporaliter tunc abijt, quando poſt reſurrectionem in cœlum aſcendit. Tunc autem reuertetur, quando in fine mundi reſuſcitatis corporibus hominum, omnibus in iudicio manifeſtabitur. Gtegorius in Canrica canticorum.

¶ Formulas quaſdam loquendi de Chriſto recenſet Caſsianus: Saluatot Deus eſt, IESVS Dsus eſt, Chtiſtus Deus eſt. Omne hoc quod audis, plurale eſt nuncupatione, ſed unum eſt poteſtate. Quia cum & ſaluator Dens ſit, & Ieſus Deus, & Chriſtus Deus intelligere apertum eſt, quòd omnia hæc diſtinguntur appsllatione, ſed iungũcut maieſtate. Et cum euidentiſsimè audias quòd unus in ſingulis nuncupatur Deus, intelligere apertè potes, quod eſt in omnibus unus Deus. Non licet dicste, Chriſtus ex Maria natus eſt, & non Deua. Iohannes Caſsianus libro ſecundo.

Iohannes Maxentius in Catholica profeſsione ait: Deus factus eſt Chriſtus, non Chriſtus Deus. Item in fidei profeſsione Fatendum eſt, Deum natum ex femina, nõ ſecundum diuinitatem, ſed ſecundun humanitatem. Deum in cunis iacuiſſe, pannoſum, ſordibus inuolutum, creuiſſe & profeciſſe ætate & ſapientia, ſecundum humanitatem, non ſecundum diuinitatem. Denm eſuriſſe, ſitiſſe, laſſum ex itinere quieuiſſe, non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem. Deum comprehenſum manibus impiorum, iudicatum, damnatum, crucifixum, latus lancea petforatum, non ſecundum diuinitaté, ſed ſecundũ humanitatem, Deum mortuum, ſepultum, reſurrexiſſe, non ſecundum diuinitatem, ſed ſecundum humanitatem. Deum cum ipſa carne aſcendiſſe in cœlum: ſediſſe ad dexteram patris, inde rurſum cum ipſa carne in gloria uenturum iudicare uiuos & mortuos. Rurſus profitendum eſt IESVM Chriſtum filiũ hominis, ſiue hominem, ante ſecula de patre natum, unum ex Trinitate, & per eum facta omnia uiſibilia & inuiſibilia: & ſine ipſo factum eſſe nihil: non tamẽ ſecundum humanitatem, ſed ſecundum diuinitatem. hunc eundem hominem eſſe uitam æternam, ſapientiam, & uirtutem patris: non tamen ſecundum humanitaté, ſed ſecundum diuinitatem, hunc eundem hominem eſſe figuram ſnbſtantiæ ſiue imaginem patris, & emanationem claritatis Dei: non tamen ſecundum humanitatem, ſed ſecundum diuinitatem. Rurſus dicendũ eſt, eum qui eſt uita æterna, ſapientia, & uirtua patris, natum ſecundum carné ex femina uitam æternam, ſapientiam & uirtutem patris, pannis inuolutum in cunis iacuiſſe: uitam æternam, ſapientiam & uirtutem patris, paſſum, crucifixum, mortuum ſecundum carnem. Quæ cum ita ſint, nemo poteſt eſſe catholicus, niſi qui in uerbo Dei filio unigenito, duas fueric profeſſus poſt adunationem ſemper indiſſolubiliter manere naturas: id eſt, uerbi & carnis, Dei & hominis, diuinitatis & humanitatis. Quia ſicut unus de Trinitate eſt, & in principio uerbum Deus eſt, ita etiam idem ipſe ex nobis eſt, homo perfectus & uerus. Qui enim ex lumbis Abrahæ, & ex ſemine Dauid puer datus eſt nobis, Deus cœli eſt, & princepa pacis, & ideo non duæ, ſed uns Chriſti perſona eſt: quia nemo aſcendit in cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit, filius hominis qui eſt in cœlo, IESVS Chriſtus heri & hodie, ipſe & in ſecula. Item libro primo Dialogorum: Deitas certè & humanitas, caro & diuinitas, ptopria ſunt nomina naturarum. Verbum uerò, ſiue IESVA Chriſtua & ſi qua talia reperiuntur, propria ſnnt nomina perſonæ, ſicut Petrus & Paulus apoſtoli. Dei uerò & hominis nomen naturis & perſonis commune eſt. Denique ſicut totam Trinitaris diuinitatem ſignificat nomen Dei, ita & unamquamque perſonam ex Trinitate. Deus enim pater, Deus filius, & Deus Spiritus ſanctus, & tota ſimul Trinitas unus Deus. Rurſus homo, ſicut perſonam, ita ſignificat & natutam. Vnde & nonnulli patres ſancti, non quidem ad perſonam, ſicut uos, ſed ad naturam potius reſpicientes, hominem aſſumptum à Deo dicete comprobantur.

DE SPIRITV SANCTO.

DE tertia perſona in diuinitate rectè etiam docent huius ſeculi Eccleſiaſtici ſcriptores. De ſignificatione Spiritus Olympiodorus ſcribit: Spiritus ſignificatio latè patet. Nam & ipſa anima ſpiritus nuncupatur: ipſe quoque uentus & aer, quem reſpiramus: & donum Spiritus ſancti hac appellatione ſignificatur. Itaq; ſecundum omnia prædicta ſignificata, nullus ſanè eſt qui poteſtatem habet ſuper Spiritum, excepto Deo. Olympiodorus in Eccleſiaſten capite octauo. Item: Spiritus ſi cum animæ uocabulo coniunctus legatur, potiorē animi uim, hoc eſt intellectum mentemq; ſignificat: Sin uerò ſimpliciter & abſolutè poſitum inuenias, pro anima ipſa potius intelligitur. Olympiodorus in Eccleſiaſten capite duodecimo.

Gregorius inquit: Quid digitus Dei niſi Spiritus ſanctus? Gregorius libro ſexto in decimumquintum caput primi Regum. Item: Noſtis plurimi fratres mei, quòd Græca locutione paracletus, latina aduocatus dicitur, uel conſolator. Qui idcirco aduocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud iuſticiam patris interuenit. Qui unius ſubſtantiæ cum patre & filio exorare pro delinquentibus perhibetur: quia eos quos repleuerit, exorantes facit. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſima.

De eius ſubſtantia ſic docet Fulgentius: Primo meminiſſe nos conuenit, in huius uocabulo miſsionis nec inferiorem accipi debere S. ſanctum, nec minorem: quia ſi minor, utique inferior: & ſi inferior, utiq; minor. Non ideo minor eſt Spiritus ſanctus patre & filio, quòd miſſus eſt ab ipſis, quia & filius miſſus eſt. Fulgentius libro ſecundo ad Monimum. Item: Spiritus ſanctus naturaliter Deus eſt, nihil corporale, nihil locale, nihil temporale, nihil mutabile cogitantes, conſiderare debemus, nomine Spiritus ſancti nōnunquam dona ſpiritualis gratiæ nuncupari. Neque enim ſubſtantia Spiritus ſancti poteſt uel augeri uel minui, qui ſicut eſt ſine initio & ſine termino ſempiternus, ſic eſt ſine augmento detrimentoque perfectus. Cuius tamen dona ſecundum ipſius imperſcrutabilem atque irreprehenſibilem uoluntatem, ſicut in hominibus poſſe augeri credimus, ſic in eis poſſe minui non negamus. Nam dona ſunt Spiritus ſancti, charitas, gaudium, pax, longanimitas, bonitas, benignitas, fides, modeſtia, continentia. ibidem. Et: Sanctum quoque Spiritum non aliud fatemur eſſe quàm Deum. nec à filio necà patre diuerſum, nec in filio nec in patre confuſum. Vnus eſt enim atque idem patris & filij ſpiritus, totus de patre procedens, totus in utroque cōſiſtēs: nec eſt diuiſus in ſingulis, quia inſeparabiliter eſt utriſque communis. Fulgentius contra Arianos. Et: Aequalis eſt ergo patri & filio ſpiritus ſanctus, quia creator eſt omnium rerum, ſicut pater & filius. Aequalis eſt illis, quia replet mundum: immenſus, ſicut pater & filius: æqualis eſt, quia omnium fidelium membra unum templum, ſicut pater & filius. Fulgentius ad Donatum.

De ſubſtantia Spiritus ſancti inquit Gregorius: Summus Spiritus Ipſe, qui Deus eſt, circumſcriptus non eſt. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaquarta. Et: Spiritus ſanctus coæqualis patri & filio. idem homilia trigeſimaſexta. Et: Spiritus ſanctus conſubſtantialis Deo. Gregorius in pſalmos pœnitentiales.

¶ De proprietate qua Spiritus ſanctus diſcernitur à reliquis perſonis, ſcribit Gregorius: Spiritus ſanctus de patre procedēs, & de eo quod eſt filij accipiens, noſtræ tenuiter noticiæ infirmitatis infunditur. Gregorius libro quinto Moralium: capite uigeſimo ſeptimo.

Quis det Spiritum ſanctum, Gregorius docet: Deus omnipotens Spiritum ſanctū conſubſtantialem ſibi per impoſitionem manuum hominibus tribuit. Gregorius libro quarto Epiſtolarum, indictione decimaquarta, epiſtola nonageſimanona.

¶ De officio Spiritus ſancti inquit Iuſtus in Canticis: Sancto ſpiritu, in nomine Chriſti baptiſati adimplentur. Sacer Spiritus à Deo diffuſus eſt in Chriſto, deſcendit etiā in oram ueſtimenti eius, ac totām uſque in finem Eccleſiam replet. Et: Diſtributio gratiarum quæ per Spiritum ſanctum data eſt, quam Apoſtolus declarat, cum dicit: Alij datur ſermo ſapientiæ, alij ſcientiæ, &c. in tantum præeminet, ut cunctas mundi uanitates exuperet. ibidem.

Olympiodorus ait: Spiritus ſancti unctio mentem fidelium illuminat, & in ſolida tranquillitate conſtituit. Hanc uerò unctionem proculdubiò habebimus, niſi ipſi ſancto Spiritui moleſti ingratique reſiſtamus. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite nono.

Caſsiodorus inquit: Spiritus ſanctus, puris & ſinceris mentibus delectatur. Item: Spiritus ſanctus, id eſt Dei gratia intelligitur, quæ per Spiritū ſanctum Eccleſiæ tribuitur, & qua ueluti lacte paruuli, ita eccleſia nutritur. Caſsiodorus in caput quintum Canticorum.

Gregorius ſcribit: Alia ſunt dona Spiritus ſancti, ſine quibus ad uitam nequaquam pertingitur: alia, quibus uitæ ſanctitas pro

aliorum

aliorum utilitate declaratur. Manſuetudo namque, humilitas, patientia, fides, ſpes, charitas, dona eius ſunt: ſed ea, ſine quibus ad uitam homines peruenire nequaquam poſſunt. Prophetiæ autem, uirtus curationum, genera linguarum, interpretatio ſermonum, dona eius ſunt: ſed quæ uirtutis eius præſentiá pro correctione intuentium oſtendunt. Gregorius libro ſecundo Moralium in Iob, capite ultimo. Et ſeptem uirtutes Spiritui ſancto tribuit Gregorius, uidelicet ſapientiam, intellectũ, conſilium, fortitudinem, ſcientiam, pietatem ac timorem, iuxta dictum Eſaiæ undecimo: Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, &c. Et has ſeptem uirtutes, tres ſorores habere dicit, Fidem, ſpem, & charitatem. quibus quicquid uirile uirtutum ſenſus faciunt, coniungunt. Gregorius in primum caput Iob libro primo, capite decimo tertio, Et: Sicut idé paracletus poſt mediatoris aſcenſum, alius humani generis conſolator in ſemetipſo inuiſibilis eſt: ita omnem quem repleuerit, ad deſideranda inuiſibia accendit. Gregorius in 4. caput Iob, lib.5. cap.19. Item: Spiritus ſanctus, cum ſe noticiæ humanæ infirmitatis inſinuat, & ſonitu uehementis ſpiritus & uoce auræ lenis exprimitur: quia uidelicet ueniés & uehemēs eſt, & lenis. Lenis, quia noticiá ſuam, quatenus cognoſci utrumque ualeat, noſtris ſenſibus temperat. Vehemens, quia quantumlibet hanc temperet, aduentu tamen ſuo infirmitatis noſtræ cæcitatem illuminando perturbat. Illuſtratione enim ſua nos leniter tangit, ſed inopiam noſtram immaniter concutit. Gregorius in quartum caput Iob, libro quinto, capite uigeſimoſeptimo. Et: Donum Sancti ſpiritus pignus dicitur: quia per hoc noſtra anima ad interioris ſpei certitudinem roboratur. Gregorius in uigeſimumſecundum caput Iob, libro decimoſexto, capite ſecundo. Item: Spiritus ſanctus mentem quam replet obumbrat: quia omnem tētationum feruorem temperat: & dum aura ſuæ inſpirationis ſuauiter mentē tangit, quicquid noxij caloris ſuſtinebat expellit: & quam iam forſitan nimius uitiorum æſtus marcidam fecerat, umbra Spiritus ſancti protegens recreat, ut dum in eius inſpiratione ſedens pauſat, uires colligat, quibus ad æternam uitam robuſtius currat. Gregorius in Cantica canticorum. Item: Sanctus ſpiritus mentem, quam replet, & illuminans irrorat, & irrorans illuminat, ut & de luce eius uideat quid appetat, & de rore eius ſe refrigeret ne laſſeſcat. ibidem. Item: Spiritus ſanctus dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, & feruentes facit, ut bona quæ deſiderant operentur. ibidem. Item: Spiritus ſanctus loquitur per Prophetá. Gregorius in Ezechielē libro primo, homilia ſecunda. Item: Spiritus ſanctus mentem quá repleuerit, eam à peccatorum rubigine mundá reddit. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia quinta. Item: Spiritus ſanctus uniuerſam Eccleſiá replens in electorū cordibus, ex ſeipſo flammas amoris proijcit, ut corruſci more per terrorem feriat, & ad amorem ſuũ corda torpentia accendat. Sed quia Spiritus ſanctus Deus, ante ſecula patri eſt & filio coæternus. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia quinta. Et: Spiritus ſanctus ſimul ſingulis atq; omnib. præſto fit, & incendit quos contigerit, & illuminat quos incendit, ut poſt frigus priſtinum accenſi ardeat, & per ignem amoris quem acceperint flammas exemplorum reddant. ibidem. Et: Spiritus ſanctus corda quæ repleuerit incendit. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia octaua. Item: Mentem quam Spiritus ſanctus replet, in amaritudinē temporaliũ, delectatione æternorum commouet. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia decima. Item: Gratia Spiritus ſancti animá purgat à maculis peccatorum. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Remiſsio peccatorum Spiritus ſancti opus eſt. ibidem. Item: Vbi Spiritus ſancti præſentia eſt, ibi deſperatio eſſe non poteſt. ibidem: Item: Gratia Spiritus ſancti electi contra omnia aduerſa huius ſeculi fortes fiunt. Gregorius libro ſecundo, in ſecundum cap.1. Regum. Item: Nam cum electorū corda dignanter uiſitat Spiritus ſanctus, ab omni peccatorū immundicia potenter purgat: quia ut ſe menti infuderit, eam protinus in peccatorum & uitiorum odia, & in uirtutū amorem ineffabiliter excitat. Facit eam ſtatim odiſſe & quod amabat, & quod odio habuerat ardenter deligere, atque in utroq; ualde ingemiſcere: quia & mala quæ odit, ſe damnabiliter amaſſe recolit: & bona quæ diligit, odiſſe. Gregorius libro ſecundo, in ſecundū caput primi Regum. Item: Quia à Spiritu ſancto uirtutum dona percipiunt, ideo ſanctus Spiritus qui dona tribuit, ea eis ab æſtimatione tollit, ut in uirtute conuerſationis hæc habeant, ut timorem elationis non habeant. Gregorius libro quarto, in nonum caput primi Regum. Et: Quia ſanctus Spiritus eos qui ad Eccleſiaſtici culminis regimen præparantur, magnos facit in uirtute interni muneris, ſed omnino paruos in reſpectu propriæ æſtimationis. Itē: Sauctus ſpiritus dum ſenſus honeſtè uiuentium inſtruit, audaces modò, modò timidos reddit. Audaces quidem, ut præſumát timidos,

timidos, ne ſuperbiant. Impellit, ut neceſſaria poſtulent: retrahit, ne nimis prçſumendo oició incorrant temeritatis. Et quia. qnos pauidos facit, per robnr fiduciæ ad prçſumendú erigit. ibidé. Et: Qui diuino ſpiritu pleni ſunt, Dei magnalia tacere non poſſunt. Gregorius libro quarto, in caput decimú primi Regum. Et: Natura noſtra per lapſum primi hominis ſic damnata eſt, ut quotidie labendo deficlat, & deficiendo uetereſcat. Sed qui in nobiſmetipſis deficimus, cum in nos ille Spiritus inſilit, renouamur, quia ſtatim qđ non eramus efficimur. ibidé. Ité: Quos gratia ſua ſaoctus Spiritus roborat, eſſe eos facit protinus quod non erant. ibidem. Item: Spiritus ſanctus per Prophetas loquebatur. Item: Locutionem hominibus ſummus & Incircunſcriptus Spiritus ſuggerebat. Gregorius lib.5. in caput 10. primi Regum. Et: Quicquid omnipotens Deus in conſtructione futuræ eccleſiæ agere diſpoſuit, hoc ueteribus patribus p ſanctú propheticę ſpiritũ reuelauit, Gregorius lib.3. in tertiú cap. primi Regú.

¶ Quomodo Spiritus S. ſit in Sanctis, docet Gregorius: In donis, ſine quibus ad uitá perueniri nõ poteſt, Spiritus ſanctus ſiue in pdicatorib' ſuis ſiue in electis omnibus ſemper manet. In illis aût, quibus per oſtenſioné illius nõ noſtra uita ſeruatur, ſed aliorũ quęritur, nequaquá ſemper in prędicatoribus permanet: quia ſemper quidem eorũ cordi ad benè uiuendú præſidet, nec tamé per eos uirtutũ ſigna ſemper oſtendit: ſed aliquando ſe is à ſignorũ oſtenſiooibus ſubtrahit, ot eo humilius eius uirtutes habeanrur, quo habitę teneri nõ poſſunt. Mediator auté Dei & hominũ homo Chriſtus IESVS, io cunctis eum & ſemper & cõtinuè habet præſeoté, quia ex illo idem Spiritus per ſubſtantiam profertur. Rectè ergo cum in ſanctis prędicatoribus maneat, in mediatore ſingulariter manere perhiberur: quia in iſtis per gratiam manet ad aliquid, in illo autem per ſubſtantiam manet ad cuncta. Diſsimiliter ergo Spiritus In illo manet, cui ſe aduotum ſubſtátialiter exhibet, & à quo per naturá nunquam recedit. Gregorius libro ſecundo in Iob, capite ultimo.

¶ Vbi ſit Spiritus ſanctus, exponit Fulgenrius: His indicijs demonſtratur, ibi eſſe Spiritú ſanctú, ubi eſt finis pręcepti: hoc eſt, poritas de puro corde & conſcientia bona, ex fide non ficta. ubi autem cõ fide charitas non eſt, quęcunq; dona S. ſancti eſſe poſſe, ipſnm uerò S. ſanctũ eſſe non poſſe: ac per hoc nihil pdeſſe illorum donorũ largitaté ubi ſic aliquod donú Spiritus ſancti nõ habetur, ut ipſe Spiritus ſanctus nõ habeatur. Fulgentius libro ſecundo ad Monimum.

Gregorius inquit: Nam per humilitatis bonú ſaocti Spiritus ſedes fiunt: quem dum in ſe manentem recipiunt, eius donis plenius replentur. Super humiles ſanctus Spiritus requleſcit. Gregorius libro ſecundo, in ſecundum caput primi Regum.

¶ De miſsione Spiritus ſancti ita ſcribit Fulgentius: Verunramen nec ſpiritus ſancti miſsionem localiter factam quiſquam debet Chriſtianus accipere, ſed illo miſſionis nomine opus intelligamus manifeſtationis adultæ. Sic enim non localiter miſſus eſt filius, nec localiter mittitur Spiritus ſanctus, ſicut nec ipſius patris eſt quoquam localis aduenrus. Item: Sic in miſſione uel aduentu Spiritus ſancti nullus localis illius àccipiendus eſt motus, ſed noſtrę credendus eſt ſanctificationis effectus. Nam ſi localiter ſecundũ deitaté miſſus eſt filius, aur localiter mitti putatur Spiritus ſanctus, ergo eriam Deus pater loco (quod abſit) creditur iucluſus. Fulgenrius libro ſecundo ad Monimum.

## DE OPERIBVS DEI, ET *alijs quibuſdam*

DE operib. Dei ſic inquit Gregorius: Mira itaq; diſpenſatione omnipotés Deus ſic in electis ſuis ſua dona diſpenſar, ot & iſti det quot Illi denegar, & alteri maius quod alteri minus tribuit. Et panlo pòſt. Hoc itaq; omnipotens Deus agit in cordibus hominũ, quod facit in regionibus terrarú. Poterat nempe unicuilibet regioni froctus omnes tribuere, ſed ſi ùnaquęlibet regio alterius regionis fructu nõ indigeret, cõmunioné cũ altera non habuiſſet. Vnde fit, ut huic uini, alij uerò olei abundantiá tribuat. Gregorius in Ezechielé lib.1. hom.10. Et: Opus Dei eſt, animas quas creauit colligere, & ad æternę lucis gaudia reuocare. Gregorius in Ezechielé lib. 2. hom.16. Ité: Omnipotens Deus dona ſpiritualis gratiæ homilibus prçſtat. Gregorius io Ezechielé lib.2. hom.19. Et: Deus qui uiuificat omnia, uita eſt animarum. Gregorius lib. 2. in Ezechielé, hom.18. Et: Vbiq; nobis occurrit ſuperna medicina, quia & dedit homini pręcepta ne peccet, & tamé peccanti dedit remedia ne deſperet. Gregorius in Euangelia, hom.28. Ité: Deus omoipotens bonę uolótaris autor, & intérionis inſpector eſt. Gregorius lib. 7. indictione 1. epiſtolá 14. Item: Aliquando aotem per Scripturam loqoitur Deus, aliquando per occultam inſpiratiooem. Reuelatione autem occultá loquitur, cum electę menti per ſpiritũ aut agenda aut docéda panduntur. Gregorius libro tertio, in caput tertium primi Regum.

¶ De inhabitatione Dei inquit Fulgétius: Hęc utique patris & filij & ſpiritus ſancti

in nobis habitatio non localis eſt, ſed immenſa: non comprehenſibilis cogitatione, ſed uenerabilis fide. Inhabitat enim Trinitas in ſuis fidelibus, ſicut tota in ſingulis, ac tota in cunctis, quæ ne cœli terræque ſpacio diſtenditur, nec uniuerſæ creaturæ termino terminatur, nec per ſeparatos homines & ſeparata loca particulatiter ſeparatur: nec inferno deeſt, cum terrę nō deſit & cœlo. Fulgentius lib. 2. ad Thraſimūdum.

Caſsiodorus dicit: Habitare Dominum multis legimus modis, ut et illud in Euangelio Iohannis decimoquarto: Ego in patre, & pater in me. Dicitur etiam habitare in ſanctis, ut in Eſaia legitur: Habitabo in his & ambulabo in ipſis, & ipſi erunt mihi populus, & ego illis in Deum. De quibus Apoſtolus ait: Vos eſtis templum Dei, & Spiritus Dei habitat in uobis. Sic quoque de utroque teſtatur Euāgelium: Vt unum omnes ſint, & ego in illis, & tu in me. Legitur quoq; in cœlo ſedere Dominū, ut eſt illud: Cœlū mihi ſedes eſt, terra autē ſcabellum pedum meorū. & alibi: Cœli cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum. Caſsiodorus in Pſalmum centeſimum uigeſimum ſecundum. Item: Chriſtus in eorum mentibus requieſcit, qui rore Spiritus ſancti, ab æſtibus carnalium uoluptatum temperantur. Caſsiodorus in Cantica.

¶ Vbiq; Deum eſſe, Caſsiodorus docet: Adeſt per ineffabilem naturam ſuam ubiq; totus, omnia penetrans, cunctaque continens: nec more creaturarum, ut alibi ſit, aliunde diſcedit: & cum tamen omnia compleat, bonis præſens, malis abſens eſſe dignoſcitur. Quod de tota Trinitate intelligere ac credere, ſine dubitatione debemus. Caſsiodorus in Pſalmum 56.

Gregorius ait: Vnus uiuificat omnia quę creauit Deus, quòd ubiq; eſt, & ubiq; totus eſt, qđ incircūſcriptus & incōprehenſibilis ſentiri poteſt. Et uideri non poteſt, qđ nuſquam deeſt: & tamen ab iniquorū cogitationibus longè eſt, quod nec ibi deeſt, ubi longè eſt per gratiam: quia ubi non eſt per gratiam, adeſt per uindictam: quòd omnia tangit, nec tamen æqualiter omnia tangit. Gregorius in Ezechielem libro primo. Et: Non eſt locus ubi non eſt Deus. Gregorius in Euangelia homilia uigeſimaoctaua.

¶ Facta Dei non ſcrutanda eſſe, docet Gregorius: Autoris facta ſemper indiſcuſſa ueneranda ſunt, quia iniuſta nequaquam eſſe poſſunt. Rationem quippe de occulto eius conſilio quærere nihil eſt aliud quàm contra eius conſilium ſuperbire. Cum ergo factorum cauſa non deprehenditur, reſtat ut ſub factis illius cum humilitate taceatur: quia nequaquam ſufficit ſenſus carnis, ut ſecreta penetret maieſtatis. Qui ergo in factis Dei rationem non uidet, infirmitatem ſuam conſiderans, cur non uideat, rationem uidet. Gregorius in nonum caput Iob, libro nono, capite octauo.

¶ De phraſi, quòd Deo membra humana attribuuntur, inquit Gregorius: In Deo qui corporis forma non circumſcribitur, mēbra corporis, id eſt manꝰ, oculus, uterus ita nominantur, ut ex membrorū uocabulis effectus eius potentiæ deſignetur. Oculos quippe habere dicitur, quia cuncta uidet: manus habere deſcribitur, quia cuncta operatur. In utero autē proles concipitur, quæ in hac uita profertur. Quid ergo uterū Dei niſi eius conſilium debemus accipere, in quo ante ſecula per prędeſtinationem concepti ſumus, ita ut creati per ſecula producamur? Gregorius in decimumnonum caput Iob, libro decimoquarto, capite uigeſimoſecundo. Item: Deus omnipotens aliquando humano more loquitur. Gregorius libro octauo, indictione tertia, epiſtola quadrageſimaſecunda. Item: Non quòd incorporea & incircumſcripta Dei ſubſtantia, cor & animam habeat: ſed ſic loquitur homini, ut homo homini loqui ſolet: ut per hoc quod ex uerbo ſuo audiens homo cognoſcit, apertè ſciat quid etiá uelit deus. Greg. lib. 2. in 2. cap. 1. Reg. Et: Quo pacto ſtare & loqui dicitur, qui corporea ſubſtantia non formatur? ſed in illa omnia diſtante ſubſtantia ponuntur uerba inopiæ noſtræ, per quæ ſurgere ualeamus, ad cognoſcenda myſteria operationis ſuæ. Nam uenire Domino eſt, præſentia gratiæ ſuæ corda electorum tangere. Stare eius eſt, manenti eiuſdē gratiæ ſuæ dono, eos quos tangit mentes, in cōceſſę gratiæ ſuæ dono retinere. Vocare autem eius eſt, electam mentem ad augmentum maioris gratiæ excitare. Gregorius libro ſecundo, in caput tertium primi Regū. Itē, Quid eſt ergo quòd pœnitere dominus dicitur, cum mutari affectibus non credatur? Sed quia cum mutabilibus ſumma immutabilitas loquitur, more eorum quibuscū loquitur, dum pœnitere dicitur, diſplicere ſibi ſuperborum temeritas deſignatur. Pœnitere ergo Dei eſt, uoluntatem in reprobis nō habere, cum à ſe honoris impenſos meminit: ſed eos quibus bona contulit, malè uti bonis quæ contulit agnoſcit. Gregorius libro 5. in 15. cap. primi libri Regum.

## DE CREATIONE.

Diuiſionē aliquam creaturam recitat Gregorius, inquiēs: Omne quod eſt, aut eſt & non uiuit: aut eſt & uiuit, ſed nequaquá ſentit: aut eſt, & uiuit, & ſentit, ſed non intelligit, nec diſcernit. Aut eſt uiuit

uiuit & ſen it, & intelligit. Gregorius in quintum caput Iob, libro ſexto, capite 8.

Quis uniuerſitatem rerum condiderit, docent apertè huius ſeculi doctores. ut: Mundus hic ex tam diuerſis contrarijsque partibus in unam formam minimè conueniſset, niſi unus eſſet, qui tam diuerſa coniungeret: cōiuncta uerò naturarū ipſa diuerſitas inuicem diſcors diſſociaret atq; diuelleret, niſi eſſet unus, qui quod nexuit, contineret. Non tam uerò certus naturæ ordo procederet, nec tam diſpoſitos motus, locis, temporibus, efficientia, ſpacijs, qualitatibus explicaret, niſi unus eſſet qui has mutationum uarietates manens ipſe diſponeret. Hoc quicquid eſt, quo condita manent atque agitantur, uſitato cunctis uocabulo Deū nomino. Item: Nihil eſt quod naturam ſeruans, Deo contraire conetur. Boetius proſa duodecima, libro tertio.

Gregorius inquit: Deus ſicut eſt cauſa cauſarū, ſicut uita uiuentium, ita etiā ratio rationabilium creaturarū. Gregorius in trigeſimumoctauū caput Iob, libro trigeſimo, capite quinto. Et: Ipſe Deus omnia creauit, & cuncta quæ condidit intuetur. Gregorius libro quinto, indictione 15. epiſtola decimaquarta. Item: Per ipſum filium omnia facta ſunt. Gregorius in Ezechielē lib. 1. homilia ſecunda. Et: Redemptor noſter totius creaturæ conditor. Gregorius libro quinto, indictione decimaquarta, epiſtola duodecima.

¶ Ex qua materia hic mundus ſit formatus, Fulgentius docet: nempe quòd ex nihilo omnia ſint creata. li. 2. ad Thraſimūdū.

Gregorius inquit: Omnis creatura quia ex nihilo facta eſt, & per ſemetipſam ad nihilum tendit, non ſtare habet, ſed defluere. Rationalis uerò creatura, eo ipſo quo ad imaginem creatoris condita eſt, ne ad nihilū tranſeat figitur. Irrationalis autē nequaquā figitur ſed: donec uiſionis ſuę miniſterio uniuerſitatis ſpeciē impleat, tranſeundo tardatur. Nam etſi cœlum ac terra pòſt in æternū permanent, in ſeipſis tamē nunc ad nihilū properant: Sed pro eorū uſu, quibus ſeruiūt, in melius mutando perſeuerant. Stare ergo ſolius creatoris eſt, per quem cuncta non tranſeuntem tranſeunt, & in quo aliqua ne tranſeant retinentur. Gregorius in quartum caput Iob, lib. quinto, cap. uigeſimoſexto. Item: Deus ſimul omnia creauit ex nihilo. Mirabilius namque eſt cœlum & terram ex nullis exiſtentibus condidiſſe, quàm ipſam hominem ex terra reparare. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimaſexta.

¶ De forma ſcribit Boetius: Omnium generatio rerum, cunctusque mutabilium naturarum progreſſus, & quicquid aliquo mouetur modo, cauſas, ordinem, formas ex diuinæ mentis ſtabilitate ſortitur. Hæc in ſuæ ſimplicitatis arce poſita, multiplicem rebus gerendis modū ſtatuit: qui modus cum in ipſa diuinæ intelligentiæ puritate conſpicitur, Prouidentia nominatur: cum uerò ad ea quæ mouet atque diſponit refertur, Fatum à ueteribus appellatum eſt. Quæ diuerſa eſſe facilè liquebit, ſi quis utriuſque uim mente conſpexerit. Nam Prouidentia eſt, ipſa illa diuina ratio in ſummo omnium principe conſtituta, quæ cuncta diſponit. Fatum uerò, inhærens rebus mobilibus diſpoſitio, per quam Prouidentia ſuis quæque nectit ordinibus. Boetius libro quarto, proſa ſexta.

Olympiodorus inquit: Salomon docet, in rebus quas crearit Deus nihil eſſe recens ac nouum: ſed eas eum tueri locum, quem ab opifice Deo ſemel ſortitæ ſunt. Olympiodorus in præfatione ſuper Eccleſiaſten. Item: Eorum quæ creata ſunt, alia quidem durant abſque ſucceſsione, cum præſenti ſeculo ſimul extantia, ueluti cœlum, terrā, aſtra & ſol. alia uerò corrumpuntur & pereunt, ſed generis ſucceſſione ſeruantur: ut hómines ſunt, ut aues, ut piſces ac plantę. Terra quidē in æternū ſtat, accuſatrix ueſtri effecta, in qua ne faria opera perpetraſtis. Olympiodorus in Eccleſiaſtē, capite primo.

Gregorius inquit: Rerum ſubſtantia ſimul creata eſt, ſed ſimul ſpecie formata nō eſt: & quod ſimul extitit per ſubſtantiā materiæ, non ſimul apparuit per ſpeciē formæ. Gregorius in quadrageſimum caput Iob, libro trigeſimoſecundo, capite nono. Itē: Sex diebus mundus conditus eſt, ſex ætatibus conſummatur. Gregorius libro quarto, in caput nonum primi Regum.

¶ Bona omnia eſſe condita, Olympiodorus monet: Natura quidē nihil eſt malum: ſed omnia quæ ſecundum naturam mouentur ac fiunt, per ſe bona ſunt. Olympiodorus in Eccleſiaſten capite tertio.

¶ Quòd Deus ſemper regat omnia, Olympiodorus tradit: DEVS inſtar uiridarij mundum hunc ſibi excoluit & ornauit, & in eo dominatur, ut agri dominus, cuius & aſsiduam prouidentiam gerit. Non itaque decet opinari, mundum carere gubernatione regnantis, ob eas quæ inter homines fiunt iniquitates, imò reuocare mentem oportet. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite quinto.

Gregorius ait: Cuncta ſubſiſtunt in illo, à quo creata ſunt: nec ea quæ uiuunt, ſibimetipſis uitam tribuunt: neque ea quæ mouentur, & non uiuunt, ſuis nutibus ad motum ducuntur. Sed ille cuncta mouet, qui quædam uiuificat; quædam uerò non

tinificats in extremam eſſentiam mirè otdinans ſeruat. Cunćta quippe ex nihilo facta ſunt:eorumque eſſentia rurſum ad nihilum tenderet, niſi autor eam omnium regiminis manu retineret. Omnia itaq; quæ creata ſunt, per ſe nec ſubſiſtere præualent nec moueri: ſed in tantum ſubiſtunt, in quantũ ut eſſe debeant acceperunt:in tantum mouentur, in quantum occulto inſtinctu diſponuntur. Gregorios in uigeſimumtertium caput Iob, libro decimoſexto capite decimoſexto. Item: Per ſe quippe mundum regit, quem per ſe condidit: nec eget alienis adiutorijs ad regendum, qui non eguit ad faciendum. Gregorius in trigeſimumquartum caput Iob, libro uigeſimoquarto, capite undecimo. Et: Qui ſumma regit, etiam extrema non deſerit: quia ſic impenditur maximis, ut tamẽ hæc eadem cura regiminis non præpediatur à paruis. Qui enim ubique præſens eſt, & ubique æqualis, etiam in diſsimilibus ſibiipſi diſsimilis non eſt. Aequè ergo omnia reſpicit, æquè cuncta diſponit, qui omnibus locis præſens, nec localiter tenetur, nec uaria curando uariatur. Gregorius in trigeſimumſeptimum caput Iob, libro uigeſimoſeptimo, capite undecimo. Et: Conditor noſter longè incomparabiliter creaturæ ſuæ præſidet. Gregorius in Ezechielem lib. ſecundo, hom. decimaſeptima.

¶ De fine rerum inquit Boetius, de contemplatione Philoſophica libro ſecundo.

*Conſtat, æterna poſitumq; lege eſt,*
*Vt conſtet genitum nihil.*

Olympiodorus ait: Sicuti per uerbum Dei creatura mundi creata eſt, ita & diuino iuſſu quandoq; reſoluetur. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite duodecimo. Andreas Hieroſolymitanus inquit, omnia propter homines creata eſſe.

¶ De fine ſeu utilitate mondi inquit Gregorius: Propter hominem in terra cuncta creata ſunt. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimanona.

¶ Quomodo Chriſtus adſit creaturis, Fulgentius explicat: Chriſtus omni creaturæ ſuæ per infinitam potentiam ſemper adeſt, & immenſus nunquam deeſt. Fulgentius libro ſecundo ad Thraſimundum.

¶ De interitu mundi inquit Gregorius: Mundus quidem iudicij igne tremabitur, ſed aqua iam diluuij non deletur. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia 8. Item: Mundus in annis prioribus uelut in iuuentute uiguit, nunc ipſa ſua ſenectute deprimitur, & quaſi ad uicinam mortem moleſtijs crebreſcẽtibus, crebrius urgetur. Gregorius in Euangelia, homilia prima. Et: Cœli peribunt, & nõ peribunt, quia morietur in eis illa quam ex carnali generatione contraxerunt corruptio. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: In Scriptura ſacra ex uerbis Domini omnipotẽtis agnoſcimus, quòd præſentis mundi iam terminus iuxta eſt, & ſanctorũ regnum uenturũ eſt, quod nullo unquã poterit fine terminari. Appropinquante autẽ eodẽ mundi termino, multa imminent, quæ antea non fuerunt: uidelicet mutationes aeris, terroresq; de cœlo, & contra ordinem temporũ tempeſtates, bella, fames, peſtilentiæ, terræmotus per loca, &c. Gregorius lib. nono, indictione 4. epiſt. 60. Item: Peribit quicquid in eis ex humana habetur corruptione: ſed permanebit in illis, quod ex tua acceperunt uirtute. Quia in eis nõ moritur, quicquid de diuinitatis participatione in ipſis habetur. Gregor in Pſal. pœnitẽtiales.

## DE PROVIDENTIA.

Boetius de prouidentia Dei ſic ſcribit: Quis autem alius uel ſeruator bonorum, uel malorum depulſor, quàm rector ac mediator Deus? Qui cum ex alta prouidentiæ ſpecula reſpicit, quid unicuiq; conueniat cognoſcit, & quod cõuenire nouit accommodat. Boetius proſa ſexta lib. 4

## DE PRAESCIENTIA DEI.

Olympiodorus de præſcientia Dei ita ſcribit; Si quid Deus in generationẽ produxit, huius & nationem & nomen comprehenſum habuit apud ſeipſum. Quũ itaque multo antè præſciret, quæ cuique homini utilia eſſent futura, ita denique unumquemque produxit in uitam: cum inquam præſciret omnes hominis conditiones, quòd mutabilis, quòd mortalis, quòd imbecillis erat futurus, &c. Olympiodorus in Eccleſiaſten capite ſexto.

Gregorius inquit: Delinquentium autẽ mala Deus uidet, non ut approbet, ſed ut condemnet: non ut foueat, ſed ut puniat: non ut ſemper patiatur, ſed ut in iudicio ulciſcatur. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Omnipotens Deus futurorum actuum noſtrorũ ſemper eſt præſcius. ibidẽ

## DE PRAEDESTINATIONE.

De prædeſtinatione ſic ſcribit Fulgentius: Non ergo iniqui prædeſtinati ſunt ad mortem animæ primam, ſed prædeſtinati ſunt ad ſecundam, id eſt ſtagnum ignis & ſulphuris. libro primo de prædeſtinatione. Et Fulgentius reſpondet Monimi quæſtioni de prædeſtinatione, & aſſerit, quo ad interitum quoſdam eſſe prædeſtinatos, ſed ad interitum ſupplicij, non delicti. Neque ad malum, quod iniuſtè admittunt ſed ad cruciatũ, quẽ iuſtiſsimè patientur. Nec ad peccatum, quo primæ reſurrectionis beneficium aut non accipiunt, aut amittunt,

admittunt: ſed ad tormentum, quod illis propria iniquitas malè patit & æquitas diuina bene rettibuit. Nec ad mortem animę primam, in qua naſcuntur paruuli, ſeu inqoam (ſicut Iacob dicit) concupiſcentia ſua abſtracti & inlecti recidunt ctiminoſi: ſed ad mortem ſecundam, quam neceſſe eſt patiantur retribuente iuſtiſsimo iudice ſeu qoi ante perceptam gratiam baptiſmi diſcedunt de ſeculo, ſiue qoi in uacuom gratiã Dei recipientes poſt acceptũ baptiſmum, uſq; ad finẽ præſentis uitę malunt ſerui eſſe peccato, nec uolunt dum tempus eſt acceptabile & dies ſalutis, cõuerti à uia ſua mala. Fulgẽt. lib. 1. ad Monimũ. Itẽ: Quod nunquã eſt in opere Dei, nũquã ſuit in prædeſtinatione eius: Mors non fuit in opere Dei: Ergo peccatorum mors non eſt à Deo prædeſtinata. Non ergo prædeſtinati ſunt mali ad hoc, quod malè operantur, à concupiſcentia ſua abſtracti & inlecti: ſed ad hoc, quod iuſtè patiuotur inuiti. Prædeſtinationis enim nomine, non aliqua uoluntatis hominis coacticia neceſsitas exprimitur, ſed miſericors & iuſta futuri operis diuini ſempiterna diſpoſitio prædicatur. ibidem. Et: Hæc omnia, id eſt, & uocationis noſtræ initia, & iuſtificationis augmenta, & glorificationis præmia, in prædeſtinatione Deus ſemper habuit: quia & in uocatione, & in iuſtificatione, & in glorificatiooe ſanctorũ gratiæ ſuæ opera ſutura præſciuit. Quos autem prædeſtinauit, hos & uocauit: quos uocauit, hos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauir, illos & glorificauit. Veruntamen cum ſimul iuſtificatos & glotificatos audimus, non ſolũ & iuſtificationis & glorificationis opus præſenti tempori deputemus. Fulgentius libro primo ad Monimũ. Item Proinde potoit, ſicut uoluit, prædeſtinare quoſdam ad gloriam, quoſdam ad pœnam. Sed quos prædeſtinauit ad gloriam, prædeſtinaoit ad iuſticiam. Quos prædeſtinauit ad pœnam, eos non ad culpã. Poſſet enim peccarũ aliquod ex prædeſtinatione Dei eſſe, ſi poſſet aliquis hominum iuſtè peccare. ibidem. Item: Cum cauſam condemnationis iniquorum & glotificationis ſanctorum quætimus, non prædeſtinatos negamus, uel illos ad pœnam, uel illos ad gloriam: ſed uttum opera damnandorum ſiot prædeſtinata, ſicut opera iuſtorum, diſputatum eſt. At primò totius bonæ uoluntatis initiõ ab illa ſempiterna Trinirate (quæ unus, ſolus & uerus eſt Deus) & prędeſtinatum confitemur, & datum. Hoc enim homini gratuita iuſtificatione tribuit præparatum, quod in æterna prædeſtinatione præparauerat tribuendũ. Item: Ad uoluntatem igitur malam Deus hominem non prædeſtinauit, quia homini eam daturus ipſe non ſuit. Item: Ad hoc non eſt à Deo prędeſtinata rationalis creatura, oidelicet ut malum ſaciat. Neq; enim alia eſt eius prædeſtinatio, niſi ſuturorũ operũ eius æterna ptæparatio: in qua nullius cauſa mali poterit inueniri, quia ex uoluntate Dei nunquam proceſsit origo peccati. Item: Nõ prędeſtinat Deus hominẽ ad mala faciendum. Rationes ſubiungit: Quia, ſi dixerimus eum à Deo prædeſtinatum ad opus aliquod malũ, nos Deo miſericordi et iuſto tale opus (quod abſit) adſcribimus ubi, nec miſeticors nec iuſtus inueniri poſsit. Item: Hæc eſt in ſanctis cauſa prædeſtinationis diuinæ, præparatio ſcilicet iuſtificationis & adoptionis indebitæ: quam quia nõ merebatur uoluntas hominis mala, nõ eſt eius cauſa niſi ſola Dei uoluotas bona. Sed abſit ot dicamus hominẽ à Deo prædeſtinari ad perpetranda peccata. ibidem. Et: Proinde fidelibus congruit credere & fateri, Deum bonũ et iuſtũ, præſciuiſſe quidẽ peccaturos homines, quia nihil eum latêre potuit futurorũ: non tamen prædeſtinaſſe quemlibet hominem ad peccatum. quia ſi ad peccatum aliqood homioẽ Deus prædeſtinaret, pro peccaris hominẽ non puniret. Dei enim prædeſtinatione aut peccatorum pręparata eſt pia remiſsio, aut peccatorum iuſta puoitio. Nuoquam igitur Deus ad hoc hominẽ potuit prædeſtinare, quod ipſe diſpoſuerat: & præcepro prohibere, & miſericordia diluere, & iuſticia punire. Ioiquos itaq;, quos præſciuit Deus hanc uitã in peccato terminaturos, prædeſtinauit ſupplicio intermioabili poniendos: in quo ſicut culpãda non eſt præſcientię humanę iniquitatis, ita prædeſtinatio iuſtiſsimæ laudanda eſt ultionis, ut agnoſceret non ab eo prædeſtinatum hominẽ ad qualecunq; peccatũ, quẽ prædeſtinauit peccati merito puniendũ. Deus itaq; omnia hominũ opera ſiue bona ſiue mala præſciuit, quia eum latêre non potuit: ſed ſola bona prædeſtinauit, quæ ſe in filijs gratiæ ſacturũ, eſſe pręſciuit: mala uerò futura opera illorũ quos nõ prędeſtinauit ad regnũ, ſed ad interitũ pręſciuit potentiſsima deitate, & ordinauit prouida bonitate: & quia præſcius ſuit quòd eadẽ mala oon ſolõ ipſe ſacturus non eſſet, ſed nec homo, in quantũ ei humiliter adhæſiſset: in eo nobis inſuperabilẽ potentiã pręſcientię ſuę magis oſtendit, quia nec in malis prędeſtinationẽ iuſticię ſuę uacare permiſit, oſtenſurus itaq; Deus, quid reddẽdum præſciuetit, & quid donandũ, prędeſtinauit illos ad ſuppliciũ, quos à ſe præſciuit uolũtatia malę uicio diſceſſutos: & prę-

deſtinauit ad regnum, quos ad ſe præſciuit miſericordię peruenientis auxilio redituros, & in ſe miſericordiæ ſubſequentis auxilio eſſe manſuros: in iſtis miſericordiã cuſtodiens, in illis iuſticiã tenens: iſtis quod promiſit piè tribuens, illis nihilominus quod prędixit, iuſtè retribuens. Sic autẽ Deus non omnia promiſit quæ prædixit, quãuis prædixerit omnia quæ promiſit: ſicut nõ omnia prædeſtinauit quæ præſciuit, quamuis omnia prædeſtinata præſciuerit. Præſciuit enim hominũ uoluntates bonas & malas: prędeſtinauit aũt non malas, ſed ſolas bonas. Et licet in eius prædeſtinatione nõ fuerit, ut maliciã uoluntati humanę dediſſet: fuit tamẽ in eius prædeſtinatione, quòd humanę uoluntatis malicię reddidiſſet. ibidẽ Et: Prædixit & promiſit præmiũ, quo fruẽtur iuſti: non aũt promiſit, ſed prædixit ſuppliciũ, quo punientur iuſti. Neq; uerò ſicut prædeſtinauit ſanctos ad iuſticiã accipẽdã, ſic prædeſtinauit iniquos ad eandẽ iuſticiã amittendã, quia miſericos Dominus, & iuſtus. Neq; diſceſſurũ Deus prædeſtinauit, quãuis diſceſſurũ cognitio diuina preſciuerit. Deus itaq; licet autor non ſit malarũ cogitationũ, ordinator tñ eſt malarũ uoluntatũ. ibidẽ Itẽ: Quod daturũ ſe præſciuit, in æterna bonitatis diſpoſitione pdeſtinauit. Ipſa eſt enim prędeſtinatio Dei, ſempiterna* ſcilicet diſpoſitio futuri operis Dei. Item: Porrò iniquos punitur* eſt, quod ut eſſent mali, nõ dedit: nec eos ad iniquitatẽ aliquã prædeſtinauit, quia ut iniquè uellent, hoc eis daturus ipſe non fuit. Et quia malæ uoluntatis perſeuerans iniquitas inulta remanere non debuit, tales ad interitũ prædeſtinauit, quia talibus iuſtę punitionis ſupplicium præparauit. Peccata itaq; hominum cuncta quidẽ Deus in peccatorib. præſciuit futura: & quia ipſe non ea prædeſtinauit facienda, iuſtè prędeſtinauit iudicio punienda. Itẽ: Iuſtè itaq; ad punitionẽ diuina ęquitate prædeſtinatus, qui peccator eſt diuina cognitione præſcitus, utpote qui iniquitatẽ ad quã à Deo non eſt prędeſtinatus propria eſſet uoluntate facturus: ut in quo præſciẽtia Dei uidebat futurũ opus iniuſtũ, huic per prędeſtinationis ſententiam pararet ſupplicium iuſtum. Fulgentius libro primo ad Monimum.

Caſsidorus inquit: Omnia quæ per Chriſtum, uel in Chriſto agenda erant, diuinitatis conſilio ante mũdi conſtitutionẽ præordinata & præfinita ſunt. Item: Ab initio ſeculi præordinata eſt incarnatio, natiuitas, paſsio & reſurrectio Saluatoris, cœteraque myſteria quibus humanum genus redimeretur. Caſsiodorus in Cantica canticorum[f] capitequinto.

Gregorius inquit: Obtineri nequaquam poſſuor, quæ prędeſtinata non fuerunt: ſed ea quæ ſancti uiri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, ut precibus obtineantur. Nam ipſa quoqne perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotente Deo diſpoſita, ut ád hoc electi pro labore perueniant, quatenus póſtulando mereátur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſecula diſpoſuit donare. Gregorius libro primo Dialogorũ cap. 8. Item: Sed nimirum conſtat, quia prædeſtinatio precibus ímpletur, quando is in quo Deus multiplicare ſemen Abrahę prędeſtinauerat, oratione obtinuit, ut filios habere potuiſſet. ibidẽ. Et: Sanctæ Eccleſię prædicatio eis tantum profuit, qui uero lumine illuſtrandi erant ex diuina prædeſtinatione. Gregorius lib. primo, in primum caput primi Regum. Item: Ei quidẽ prædeſtinare, facere eſt: & apud ipſum iã facta ſunt, quæ ab ipſo fieri prœordinata ſunt. Gregorius lib. 5. in caput 13. primi Regum. Item: Qui ergo non prædeſtinati ſunt, ſiue audiant doctorum uerba, ſiue non audiant, uocari in Dei habitaculum nequeunt: quia per nequitiam in qua ſunt ante conſtitutionem mũndi præcogniti, locũ in ſe malignis ſpiritibus parauerunt. Gregorius libro quinto, in decimũquartum primi Regum.

## DE BONIS ANGELIS.

QVod græcè Angelus, hoc latinè nuncius dicitur. Rectè ergo, qui nunciate ſupernũ iudicẽ mittitur, angelus uocatur ut dignitatẽ ſeruet in nomine, quam explet in operatione. Quia omnes qui ſacerdotij nomine cenſentur, Angeli uocantur Gregorius in Euangelia hom. 6. Itẽ: Sancti illi cœleſtis patrię ſpiritus, ſemper quidẽ ſunt ſpiritus, ſed ſemper uocari angeli nequaquã poſſunt: quia tunc ſolũ ſunt angeli cum per eos aliqua nunciantur. Gregorius in Euangelia, homilia 34. Et: Hi autem qui minima nunciant, angeli: qui uerò ſumma annunciant, Archangeli dicũtur. ibide.

¶ Eſſe angelos præſtantiori natura prędi tos quàm homines, docet Fulgentius: Hoc noſtris ſunt animabus angeli quàm maximè potiores: quia ſicut à peccatis, ita ſunt à paſsionibus alieni. Fulgentius libro tertio ad Thraſimundum.

Andreas Hieroſolymitanus inquit: Pulſabo'ne igitur fores? ſed quomodo? nec enim illud couſuetum angelis eſt: nec quod corpore uacat, agere quicquam eorũ poteſt quæ uel apprehendũt, uel apprehendũtur.

¶ Duplices eſſe angelos, Gregorius docet, inquiens: Diem ſe iſte ſuperbiens ſpiritus oſtentare etiam angelicis poteſtatibus uoluit, cum ſe ſuper cæteros quaſi in potentia diuinitatis extollens, tot poſt

ſe ad

ſe ad interitum legiones traxit. Sed hi nimirum qui in autore ſuo humili corde perſtiterunt cum errori eius noctem ineſſe conſpicerent, diem claritatis illius de ſemetipſis humilia ſentiendo calcauerunt, qui núc nobis doli eius tenebras indicant, & quàm ſit illius diſpicienda ficta claritas demonſtrant. Gregorius libro quarto Moralium, capite decimotertio. Et: Omnipotens Deus angelorum merita diſcernens, alios in æterna luce ſine lapſu permanere conſtituit: alios ſponte lapſos à ſtatu ſuæ celſitudinis, in æternæ damnationis ultione proſtrauit. Gregorius in uigeſimumprimum caput Iob, libro decimoquinto, capite trigeſimoſecundo.

¶ De ſubſtantia angelorum inquit Gregorius: Natura angelica, etſi contemplationi autoris inhærendo, in ſtatu ſuo immutabiliter permanet: eo ipſo tamen quo creatura eſt, in ſemetipſa uiſsitudinem mutabilitatis habet. Nam ſi angelorũ ſubſtantia à mutabilitatis motu fuiſſet aliena, benè ab autore condita, nequaquam in reprobis ſpiritibus à beatitudinis ſuæ arce cecidiſſet. Mirè antè omnipotens Deus naturam ſummorũ ſpirituũ bonam, ſed mutabilem condidit, ut & qui in conditione perſiſterent, tanto in ea iam dignius, quãto ex arbitrio ſtarent: & eo maiora apud Deũ meriti fierent, quo mutabilitatis ſuæ motũ uoluntatis ſtatione fixiſſent. Gregorius in quartum caput Iob, libro quinto, capite uigeſimonono. Et: Spiritus ſunt ſine carne. Gregorius in Ezechilem lib. 1. hom. 12.

¶ De ordinibus angelorũ ait Gregorius: Certis quibuſdã ordinibus uel dignitatib. diſtinguũtur angelici Spirit⁹, ut alij throni alij dominationes, alij principatus, alij poteſtates ſint. pro hac ipſa diſtributione agminum, menſes uocantur. Gregorius libro quarto Moralium, cap. 12. Et: Nouem ſunt ordines angelorũ: angeli, archangeli, uirtutes, poteſtates, principatus, dominationes, throni, Cherubin & Seraphin. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaquarta. Et: Angeli & archangeli poteſtate et ordine differunt unus ab altero. Gregorius lib. 4. indictione 13. epiſtola 52.

¶ De numero inquit Gregor. In cognitione humanæ rationis supernorũ ſpirituũ numerus non eſt: quia quanta ſit illa frequentia inuiſibilis exercitus neſcit. Supernorum ciuium numerus infinitus & definitus exprimitur, ut qui Deo eſt numerabilis, eſſe hominibus innumerabilis demonſtretur: quamuis aliud eſt aſsiſtere, aliud miniſtrare. Gregorius in 26. cap. Iob, li. 17. ca. 9.

¶ De proprietate angelorum Gregorius ſcribit: Natura angelica quando creata eſt liberum arbitrium accepit, utrum uellet in humilitate perſiſtere, & in omnipotentis Dei cõſpectu permanere: an ad ſuperbiam laberetur, & à beatitudine caderet, per ſimilitudinem à qua fuit. Sed quis cadentibus alijs, ſancti angeli in ſua beatitudine perſtiterunt, atq; hoc acceperunt in munere, ut iam cadere omnino non poſſent: in eis natura ſua, quia iam deijci mutabiliter nõ poteſt, quaſi in magnitudine cryſtalli durata eſt. Gregorius in Ezechielem, homilia 7. Item: Poteſtates angelicæ, quæ omnipotentis Dei conſpectui aſsiſtũt, nobis adhuc in hac corruptione poſitis terribiles atque pauendæ ſunt. Quis enim in carne corruptibili poſitus, comprehendere ualeat quæ ſit illa angelorum ineffabilis & ſine fine lætícia? Gregorius in Ezechielem, libro primo homilia ſeptima. Item: Creatura angelica dũ multis ſpiritibus cadentibus iam ſolidata eſt in cœlo ne cadat, inde & eleuata eſt, unde & confirmata. Gregorius in Ezechielem libro 2. homilia decimaquarta. Et: Angeli qui amici Dei ſunt, uoluntatem eius continuè in ſua ſtabilitate cuſtodiunt, & claritate uiſionis illius ſua aſsiduitate perfruuntur. Gregorius in Euangelia, homilia 34. Et: Beati ſpiritus de ſe nulla præſumẽtes, uirtuti ſui opificis perpetua humilitate ſubiecti ſunt. Gregorius libro 2. in 2. caput primi Regum.

¶ Quòd ſtabiles ſint boni, Greg. docet inquiens: Naturæ namq; æris eſt, rubigine difficile conſumi. Et uirtutes angelicæ quę in diuino amore fixæ perſtiterũt, lapſis ſuperbientibus angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, ut nulla iam rubigine ſurrepentis culpæ mordeantur, ut in contemplatione conditoris ſine felicitatis fine permaneant: & in hoc quod ſunt conditæ æterna ſtabilitate ſubſiſtant. Gregorius in trigeſimumſeptimũ caput Iob, libro uigeſeptimo, capite uigeſimoquarto.

¶ De officio bonorum angelorum, ait Alcimus in libro de Diluuio:

*Eſt ille in cœlo numero præſtantior omni*
*Angelicus ſine fine chorus, qui laude perenni*
*Conclamat celebratq; Deum famulantia ſuetus*
*Ferre miniſteria, et iuſsis parẽre ſupernis.*
*Hi nunc quod rectum mortalia corda precantur,*
*Concipitur dignis ſancto quod pectore uotis,*
*Quicquid larga manus collectis ſpargit egenis,*
*Excipiunt, ſanctoq; ferunt ſuper aſtra uolatu.*
*Quinetiam iuſtos, fragilis dum uita fatigat,*
*Defendunt, mundiq; inter diſcrimina ſeruant.*
*Sed tamen in cunctis præcellit clarior ille.*
*Maxima quæq; Dei quo diſpenſante miniſtro*
*Rex geritur, ſummiſq; parat myſteria cauſis.*
*Hic Dominum cœli uenturum corpore ſumpto,*
*Virginis intactam iuſſus prædixit in aluum,*

*Sacraq́; dotali compleuit uiſcera uerbo.*
*Hic & Baptiſtæ præcurrens nuncius ortum,*
*Deſperata diu dum ferret femina patri,*
*Inter ſacra uirum conterruit, & dubitantes*
*Protinus ingrato conſtrinxit in ore loquelas:*
*Donec prædicto fœcundam redderet ortu*
*Prolis anum, multos ſterilis quæ tenta per annos*
*Fudit diffidens effœta puerpera natum.*

Ioſtus Origelitanns ſic de Angelis ſcribit: Angeli naſceote Chriſto, gloria in excelſis Deo, & in terta pax hominibus bonæ uoluntatis, idcirco uoce conſona clamauerũt: quia ipſum qui eſt pax noſtra, nobis utique talia dicendo perſpicuè docuerunt.

Andteas Hieroſolymitanus ait: Gabtiel cõſueuit circa Dei miniſtrãdo uetſari myſteria, quẽadmodũ ex Daniele id cognouim⁹.

Caſsiodorus inquit: Pręſidio angelorum undiq; circũdamur, & à tentationibus diaboli cuſtodimot. Caſsiodorus in Canticis. Itẽ: Angelicæ uirtotes ab incurſibus tentationũ & dæmonũ Eccleſiá cuſtodiunt. Caſſiodorus in Cantica cap. 8. Item: Angelicos ſpiritos Chriſtus effuſione ſanguinis ſui nobis amicos fecit, eosq́; adiutores & protectotes cõtra malignos ſpirit⁹ ioſtituit. ibidẽ. Gregorius inquit: Hominibus angeli, archangeli uerò angelis præſunt. Quod hominibus angeli præſiot, pet prophetá teſtatur angelus dicens: Priocepa regni Perſarũ reſtitit mihi. Quòd uerò angeli a ſuperiorũ angelorũ poteltatibus diſpenſentur, Zacharias propheta pethibet, qui ait: Ecce angelos qui loquebatut in me, egrediebatur. & angel⁹ ali⁹ egrediebatut in occurſum eius, & dixit ad eum: Curre ac loquere ad puerũ iſtũ, dicens: Abſq; muto habitabitur Hierufalem. Si enim in ipſis officijs ſanctorũ ſpirituũ oequaquá poteſtates ſummæ minimas diſponerẽt, nullo modo hoc quod diceret angelus ab angelo cognouiſſet. Itẽ: Non immeritò reges angelotũ ſpirit⁹ accipim⁹, qui quo autori omniũ familiarius ſetuiũt, eo ſubiecta potius tegunt. Qui benè etiam cõſules uocantur, quia ſpirituali Reip. coofulunt, dũ nos ſibi ad tegnũ ſocios iungunt Bene conſules uocãtur, quia dũ ipſis nuociantibus uoluntatẽ Cõditoris agnoſcimus, in eis ꝓculdubio conſultũ ab hac anguſtia noſtræ tribulationis innenimos. Greg. in 3. cap. Iob, lib. 4. cap. 27. Et: Per hoc qđ dicitur, ſub quo curuantut qoi portãt orbem, poſſunt angelicæ uirtutes intelligi. Ipſi enim orbẽ portant, qui regendi mũdi curas adminiſtant, Paulo attestãre, qui ait: Nõne oẽs ſunt adminiſtratorij ſpiritus, in miniſteriũ miſsi ꝓpter eos qui hæreditatẽ capiunt ſalutis? Angelieæ uirtutes diuinitatis celſitudinẽ plenè noo attingunt, oec cõprehendunt. Greg. in 9. cap. Iob, lib. 9. cap. 10. Et: Aſsiſtunt enim illæ ꝓculdubio poteſtates, quæ ad quædá homioibus nuncianda non exeunt. Miniſtrant uerò hi, qui ad explẽda officia nunciorũ ueniunt: ſed tñ ipſi quoq; contẽplatione ab intimis non tecedont. Et quia plores ſunt qui miniſtrãt, quàm hi qui principaliter aſsiſtunt, aſsiſtentiũ numerus quaſi definitus, miniſtantiũ uerò infioitus oſtenditur. Greg. in 26. cap. Iob, lib. 17. cap. 9. Et: Angelicos uerò ſpiritus rectè Dei milites dicimus, quia decertare eos contra poteſtates aeteas non ignoramus. Quæ tamẽ certamina nõ labore, ſed imperio peragũt: qoia quicquid agẽdo cõtra immũdos ſpiritus appetunt, ex adiutorio cuncta tegentis poſſuut. ibidẽ. Itẽ: Qoia nimirũ aſtta matutina etiá cum ueſpertinis redemptoris potentiá laudant, dom electi angeli etiá cum redẽptis in mõdi fine hominibus largitatẽ gratię ſuperne glorificãt. Ipſi quippe ut nos ad laudẽ cooditoris accenderẽt, hoc quod ſuperius diximus, orta p çaroẽ luce clamauerũt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibos bonæ ooluntatis. Gteg. in 38. cap. Iob, lib. 28. cap. 6. Et: Angelorũ humiliũ ualido miniſterio eò usq; indigemus, donec qootquot ad uitá prædeſtinati ſunt de homano genere, uſq; in mundi finẽ colligantut. Greg, lib. 2. in 2. cap. 1. Reg. Et: Cum angeli nuncij dicárur, ſæpe angeli ad annuocianda quędá hominibus ueniunt: throni miſsi ad miniſteriũ nuncij noſquam leguntur, quia eis longè ſublimius Creator omoium præſidet. Gregor. in Ezechielem, hom. 8. Et: Vindictam Dominus per angelos exercet. Greg. in Euangelia, hom. 38. Et: Congaodent angeli, cum ad cœlum aſſumuntut electi. ibidem.

¶ De diſcrimine angelorũ & hominũ, inquit Greg. Angeli non ſic à diuioa uiſione foras exeunt, ut ioternæ contemplationis gaudijs prioẽtur: quia ſi Cõditoris aſpectũ exeũtes amitterẽt, nec iacentes erigere, nec ignorãtibus ueta nunciare poſſent: fontẽq; lucis, quẽ ipſi egrediẽtes perderẽt, cęcis nullatenus propinarent. In hoc itaq; eſt nũc natura angelica à naturę noſtrę conditione diſtincta, quòd nos & loco circũſcribimur, & cęcitatis ignorãtia coarctamur: angelorũ uerò ſpiritus loco quidẽ circumſcripti ſunt ſed tamen eorum ſcientiæ longè ſuperoca incõparabiliter dilatantur. Interius qoippe exteriusq́; ſciendo diffuſi ſunt, quia ipſum fontem ſcientiæ contemplãtur. Quid enim de his quę ſcienda ſont, oeſciũt, qui ſcientẽ omnia ſciunt? Eorũ itaq; ſcientia comparatione noſtrę ſcientiæ ualdè dilatata eſt, ſed tamen cõparatione diuinę ſciẽtiæ anguſta: ſicut & ipſi illorum ſpiritus, comparatione quidem noſtrorũ corporũ ſpiritus ſunt, ſed

cõpara

cõparatione ſummi & incircumſcripti ſpiritus ſunt corpus. Et mittuntor igitur, & aſſiſtunt ſimul: quia per hoc quòd circumſcripti ſunt, exeunt: & per hoc quòd intus quoque præſentes ſuot, nunquã receduot. Et faciem ergo patria ſemper uident, & tamen ad nos ueniũt: quia & ad nos ſpirituali pręſentis foras exeunt: & tamen ibi ſe, unde receſſerant, per internam contemplationem ſeruant. Greg. lib. 2. io 1. cap. Iob, cap. 2.

DE MALIS ANGELIS.

¶ Spiritus poteſtatem habens eſt diabolua, princeps mundi, & dominus filiorũ inobedientiæ. Olympiodorus io Eccleſiaſtẽ, capite nono.

Andreas Hieroſolymitanoa inquit: Serpens Aſſyriua ille draco, omnẽ humanam libertatem ſeruituti ſuæ ſubiecit.

¶ De ſubſtantia diabolorũ inquit Greg. Satan nulla eſt eatnes natura ueſtitus. Gregorius in 1. caput Iob, libro 2, capire 4.

¶ De cauſa lapſus angelorum: ſcribit Fulgentius: Superbia tunc initiũ ſumpſir, cum angelus aduerſus Deum elatus, & ipſa elatione próſtratus, per concupiſcentiã (quæ eſt radix omnium malorum) uolens uſurpare quod illi datum à Deo non fuit, à Deo diſceſsit & cecidit: in quo ſi ſtetiſſet, nõ cecidiſſet. Sed per coocupiſcentiam malam, qua cõcupiuit plus extra ſe, minus factus eſt in ſe. Quam concupiſcentism licet explere nequiuerit, opere tamen retinuit uoluntatem. Sic ipſe ſibi ism factus eſt pœna, ut ſupplicium ſemper eſſet malo uoluntas mala, tanquam cæco ipſa cæcitas ſua. Fulgentius libro primo ad Monimum.

Alcim⁹ in libro de Peccato originali inqt

*Angelus hic dudum fuerat: ſed crimina poſtquam*
*Succenſus proprio tumidos exarſit in auſus,*
*Se ſemet feciſſe putans, ſuus ipſe creator*
*Quòd fuerit rabido concepit corde furorem,*
*Autoremq́; negans: Diuinum conſequar, inquit,*
*Nomen, & æternam ponam ſuper æthera ſedem;*
*Excelſo ſimilis, ſummis nec uiribus impar.*
*Talia iactantẽ præcelſa potentia cœlo*
*Iecit, & eiectum priſco ſpoliauit honore:*
*Quiq́; creaturæ præfulſit in ordine primus,*
*Primas uenturo pendet ſub iudice pœnas.*

¶ De cauſa lapſus ait Gregorius: Antiquus hoſtis cum prius hunc (uidelicet Dei filium) paſsibilem cerneret, & poſſe mortalia perpeti humanitatis uideret, omne q; de eius diuinitate ſuſpicatus eſt, ei faſtu ſuperbiæ ſuæ in dubiom uenit. Gregorius libro 2. Moralium, capite 17. Itẽ: Summus ille angelicus ſpiritus, qui ſubiectus Deo in culmine ſtare potuiſſet, ſemetipſum repulſus patitur, quia per naturæ ſuę inquietudinem foris uagatur. Gregorius in 9. caput Iob, libro 9. capite 2. Et: Quod reprobus angelus antequã peccaret, omni creaturæ prælatus, ſic factus eſt, ut Deum & amans timeret, & timens amaret: ſed ſua peruerſitate talis factus eſt, ut nullũ timeret. Gregorius in quadrageſimumprimum caput Iob, libro trigeſimoquarto, capite ſeptimo. Item: Et quidem Behemoth iſte filiũ Dei incarnatum nouerat ſed redemptionis noſtræ ordinem neſciebat. Sciebat enim, q᷑ pro redemptione noſtra incarnatus Dei filius fuerat: ſed omnino quod idem redemptor illum moriẽdo transfigeret, neſciebat. Gregorius in quadrageſimum caput Iob, libro trigeſimotertio, capite octauo. Itẽ: Immũdi ſpiritus qui à cœleſti gloria ſuperbiendo ceciderunt, aptè elatis doctoribus ad terrorẽ proponuntur, ut de ſe tanto iam humiliter ſentiant, quanto etiã angelos à ſuperna gloria lapſos, per appetitum oanæ gloriæ contemplantur. Dicuntur autem fortes, uel quia de ſe magna ſenſerunt, uel quòd humanũ genus magnarum tentationum impetu uiocant. Sed Deus apoſtatarũ ſpirituũ ſuperbiæ reſtitit, de cœlo præcipitauit, conditionali gloria uirtutis exuit: ut in lapſis angelis homo diſceret, quid timeret. Greg. lib. 2. in 2. cap. primi Reg. Itẽ: Maligni ſpiritus dom ſuperbię ſuę calice in momento inebriati ſunr, à ſtatu gloriæ tumeſcendo ceciderunt. Itẽ: poteſtas illa dęmonum, mortuas à peccato animas ad ęterna tormenta perducit. Gregorius libro tertio in capot ſeptimũ primi Regum.

¶ Quòd malus ſit diabolus, Gregorius docet: Satanæ, inquit, uoluntas ſemper iniqua eſt, ſed nunquam poteſtas iniuſta: quia à ſemeripſo uoluntatem habet, ſed à Domino poteſtatem. Quod enim ipſe facere iniquè appetit, hoc Deus fieri nõ niſi iuſtè permittit. Formidari ergo nõ debet ſatan, qui nihil niſi permiſſus ualet. Gregorius libro ſecundo Moralium, capite ſexto.

¶ Diaboli opera ita explicat Alcimus in libro de peccato originali:

*Sed quòd uiuaces pertendit in abdita ſenſus*
*Quodq́; futura uidet, rerumq́; arcana reſignat,*
*Angelici ferueus ſupereſt natura uigoris.*
*Horrendum dictu, ſigniſq́; notabile monſtrum.*
*Nam quicquid toto dirum committitur orbe,*
*Iſte docet: ſcelerumq́; manus ac tela gubernat.*

Olympiodorus ait: Ipſe princeps autorq́; malorũ diabolus, cum apoſtaticis poteſtatibus aſsiduè calumnias texunt, mẽdaciaq́; moliuntur. Olympiodorus in Eccleſiaſten cap. 4. Et: Diaboli dolo ac fraude peccatũ inuectũ eſt in orbẽ terrarũ. Diabolus aũt ex tũe, & à iuuentute ſua, hoc eſt ab initio dux fuit & autor peccati. Olympiodorus in Eccleſiaſten cap. 7. Itẽ: Magnus autem rex, iniquitatis caput eſt diabolus. Hic aſsiduè circuit

circuit Eccleſiam, ut illius cioes redigat in ſeruituté. Olympiodorus in Eccleſiaſt.c.9.

Caſsiodorus inquit: Verſutiſsimus ille eſt hoſtis, & tam ſubtilitate ſpiritualis naturæ, quàm etiam temporis longæuitate doctiſsimus, contra quē ſancti bella ſuſcipiūt. Item: Malignus hoſtis, qui in nocte huius ſeculi ſanctis maximè qui in Eccleſia præeminent, inſidiatur: ur illis deceptis, reqoiē ſanctorum fœdare poſsit. Caſsiodorus in caput tertium Canticorum. Item: Aduerſarios mille formis callidus, per bona conſueuit nócere. ibidem.

Gregorius inquit: Callidus aduerſarius beſtia terræ dicitur, quia ad rapiendas mortis tempore peccatorum animas, uiolentia crudelitatis efferatur. Quos enim uiuentes blandiens decipit, morientes ſæuiens rapit. Gregorius in quintum caput Iob, libro ſexto, capite decimo ſexto. Item: Maligni ſpiritus cum redire ipſi ad uitam nequeunt, crudeliter ſocios ad mortem quærunt. Gregorius in decimum caput Iob, libro nono, capite uigeſimo quinto. Item: Maligni ſpiritus quippe, ad nocendum nos inceſsabiliter anhelant: ſed cum prauam uoluntatem ex ſemetipſis habeant, poteſtatem tamen nocendi non habent, niſi eos uolūtas ſumma permittat. Et cum ipſi quidem iniuſtè nos lędere appetunt, quemlibet tamē lædere non niſi iuſtè à Domino permittuntur. Gregorius in decimumnonum caput Iob, libro decimoquarto, capite decimooctauo. Item: Qui me commedunt, non dormiunt: quia maligni ſpiritus qui carnales quoſque de Eccleſia conſumunt, tanto magis quieſcere à tentatione neſciunt, quāto nullo carnis pondere grauantur. Greg. in 30. cap. Iob, lib. 20. cap. 22. Item: Sed hæc beſtia cum poſt redemptoris aduentū, poſt prædicatorum uoces, quaſi poſt tonitruum nubiū in fine mundi illum damnatū hominē, qui Antichriſtus uocatur, inuaſerit, quid aliud quàm latibulum ſuum ingreditur, ut in antro proprio demoretur? Vas quippe illud diaboli, antrum ac latibulum beſtiæ eſt, ut inſidians hominibus uiam huius uitæ carpentibus, in illo & per ſigna lateat, & per maliciam occidat. Gregorius in trigeſimumſeptimum caput Iob, libro uigeſimoſeptimo, capite decimoſeptimo. Et: Quis intelligi exactor alius niſi diabolus poteſt, qui ſemel in paradiſo homini malæ perſuaſionis nummum contulit, & quotidie ab eo huius debiti exigere ratiū quærit? Greg. in 39. cap. Iob, lib. 30. cap. 13. Item: Hoſtis itaq; callidus contra cœleſtem militem diuerſa percuſsionū uulnera exquirēs, modò ex pharetra per inſidias eum ſagitta uulnerat, modò ante eius faciem hoſtem uibrat, qoia uidelicet uicia & alia ſub uirturū ſpecie contegit, & alia ut ſunt aperta eius oculis opponit. Gregorius in trigeſimumnonum caput Iob, libro trigeſimoprimo, capite decimoſeptimo. Et: Immundi ſpiritus cogitationi noſtræ, uerbo & operationi ſemper inſidiantur. Nam dum praua nobis ſuggerere appetunt, ab una parte ſunt: cum ad mala pertrahunt, eorum prælio ab alia parte pulſamur. Cum ad mala opera inuitant, ex parte reliqua bellum excitant. In circuitu ergo hoſtes habemus, qui in omni quod cogitamus, loquimur, & operamur, malignorum ſpirituum bella patimur. Gregorius libro quarto in caput decimum primi Regum. Item: Malignus ſpiritus ut mentes electorum tentando ſuperet, prius tenebras cogitationum malarum obijcit: deinde concupiſcentiarum flammas accendit. quia niſi prius mentem cæcauerit, ad prauitatem concupiſcentiæ non impellit. Gregorius libro quinto, in undecimum caput primi Regum. Et: Si occultas reproborum ſpirituum inſidias in conſiderationis ſummā colligimus, illud eorū ſpeciale propoſitum eſt, ut uidelicet in nobis principalem uirtutem feriant, & charitatem Dei & proximi penitùs extinguant. Item: Reproba cogitatione nobis malignus ſpiritus ſuggerit, ut proximus odio habeatur. Item: Diuiua charitas cum nullo principali uicio in mente conueuit, quoties ſpirituale uitiū nobis dæmonum fraude ſuggeritur. Item: Virtus maligni ſpiritus nulla eſt in electorū certamine, ſi ipſi reſidere non permittitur in mala cogitatione. Quia ergo ualde fortes in bello hoſtes noſtri ſunt, quando inſidere internis cogitationibus permittuntur. Item: Quinq; enim nobis ſunt ſenſus corporis, quibus experimētum accipimus delectationis. Sed ſpiritus maligni quādo per blandimenta carnis mentē decipere geſtiunt, corporeis ſenſibus rerum ſpecies oſtendunt, quas caro appetat, & per earundē rerum ſpecies ſuggerit, ut mens oblata concupiſcat. Greg. lib. 5. in 13. cap. 1. Regum Et: Maligni ſpiritꝰ eiſdē uicijs electos Chriſti athletas impugnant, quibus negligentes ſuperant. ibidē. Et: Maligni ſpiritus cordi noſtro, linguæ & operi inſerere peruerſa moliūtur. Itē: Maligni ſpiritus impellere ad peccādum animas ſatagunt negligentia cordis, effrenatione oris, audacia peruerſi operis. ibidē. Itē: A' nōnullorū cordibus diſcendi deſideriū maligni ſpiritos tollunt, ut & ſecularia neſciāt, & ad ſublimitatē ſpiritualiū non pertingant. ibidē. Itē: Maligni ſpiritꝰ omnib. ſenſib. noſtris inſidiātur. Nā loquēdo alios, alios uidēdo decipiūt. Alios per auditū, alios per guſtū uel olfactū falluot.

ſunt. Alios etiam per inſidias illecebroſæ delectationis uel cogirationis pertrahere ad immũdicias ſatagunt. Alijs foris obſcœna offerunt, quæ mentis delibetarione ſequátur. Gregorius lib.5. in 14. cap.1.Reg. Er: Immundus ſpiritus reprobos omnes, dum poſsidet, à bono opere torpere facit. Gregorius in Cantica canticorum. Et: In extremo ſeculo menres hominum torporis ſui frigore malignus ſpiritus grauius occupat. Itē: Antiquus aduerſarius inſidiarum ſuarum molimina in humanis mentibus grauius exaggerauit. Greg. in Ezechielem lib.1.homilia 2. Et: Malignus ſpiritus mentem tenrationibus impellit. Gregorius libro 1. in Ezechielem, homilia 3. Et: Malignus ſpiritus mentes fidelium in tentarione dilaniar, cum alium ad luxuriá perrrahit, alium ad auariciam. Gregorius in Euangelia, homilia 14. Er: Maligni ſpiritus iter noſtrum quaſi quidam latrunculi obſident. Gregorius in Euangelia, homilia 11. Irem: Antiquus hoſtis dum mentem noſtram ad rerum tempotalium dilectionem trahit, infirmiorē contra nos proximum excitat, qui ea ipſa quæ diligimus auferre moliatut. Nec curat antiquus hæc faciens, ut rerrena tollat: ſed ut chariratem in nobis feriat. Gregorius in Euangelia, hom. 27. Item: Maligni quippe ſpiritus undiq; animam coanguſtant, quando ei nō ſolùm operis, uerùm etiam locutionis, atq; in ſuper cogitationis iniquitates replicant, ut q prius ſe per multa dilatauit in ſcelere, ad exrremum de omnibus anguſtetur in tribulatione. Greg. in Euangelia, hom.39. Et: Inimicus diabolus eſt, qui animas perſequitur, qui morrem inferre perpetuá molitur. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Quis tot inimicorum cateruas euadere, eorumq; inſidias inueſtigare poteſt? Nō grauantur carne, nullis occupãrur curis, ſed ſunt ad nocendum parati. Quis hominum aduerſus eos dimicans illęſus abire poteſt, niſi auxilio diuinæ gratiæ uallatus fuerit, et ſcuto bonæ uoluntatis eius coronatus? Etiamſi bonæ operationis ſtudio floreat, ſi lumine polleat uirtutis. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et Habet hoc propriũ antiqui hoſtis inuidia, ut quos in prauorũ actuũ perpetratione Deo ſibi reſiſtente deijcere nō ualet, opiniōnes eorũ falſa ad præſens ſimulando dilaceret. Greg.lib. 2. indictione 10. epiſt. 22. Et: Quamdiu in hac morrali carne ſumus, maligni ſpiritus ad ſumma tendentibus inſidiantur, & ut eos ab æternę gloriæ uiſione retrahant, ineptarum cogitationũ figmenta congregãt. Gregorius lib.2. in 3. cap.1. Reg. Et: Maligni ſpiritus ſemper benè agētibus inuidēt, nobis infeſtiores ſunt, & de innocētis uitæ ſublimitate nos deponere appetunt. Greg. lib. 7. in cap.1.Reg. Irem: Maligni ſpiritus tunc aduerſus fideles ſubditos grauiores tentationes commouent, cum contra ſe ſtare inſtantius paſtores uident. ibidem.

¶ De pœnis diaboli inquit Gregorius: Antiquus hoſtis nequitię ſuę uinculis aſtrictus, aliud eſt quod nunc patitur, aliud qđ in fine patietur. Quia enim à lucis intimæ ordine cecidit, nũc ſemetipſum intrinſecus erroris caligine confundit. Sed poſt hoc amaritudine inuoluitur, quia ex merito ſpõtaneæ caliginis, æterno gehēnæ tormento cruciatur. Greg. lib. 4. Moralium, cap. 10. Et: Diabolũ electi angelorum ſpiritus, nũc in puteo abyſsi clauſum premūnt. Gregorius lib. 4. Moraliũ in Iob, cap.13. Et: Ille apoſtata angelus, qui ita cōditus fuerat, ut angelorũ cæteris legionibus emineret, ita ſuperbiendo ſuccubuit, ut nunc ſtantiũ angelorũ ditioni ſubſtratus ſit, quatenus uel nunc ad utilitatē noſtrã eis miniſtrantibus religatus lateat, uel tunc ad probationē noſtrã eis relaxantibus, totis ſe ſuis cōtra nos uiribus ſolutus exerceat. Qui igitur hi electi ſpiritus hunc ſuperbum apoſtatam cōprimunt, qui humiles hunc ſequi noluerũt: ipſisq; adminiſtrãtibus diſponitur, ut ad intentionē aperti certaminis deſtruēdus fundirùs quandoq; reuocetur. ibidē. Et: De omni quidē malicia ſua dæmones in æterna pœna punientur. Greg. lib.4. in 9. cap. 1. Reg. Et: Semel lapſi angeli nunquã ſaluantur. Greg. lib.2. in 3. cap.1. Regum.

¶ Quos obſideat diabolus, explicat Iuſt. Origelitanus: Princeps mũdi huius, qui iá miſſus eſt foras, falſis Philoſophijs, tanquá elatis curribus, uſus eſt ad perniciem.

Gregorius inquit: In rebus temporalib. rectè diſpenſandis, quo cura eſt diſtentior, eo nobis multiplicius inſidiatur inimicus. Omnis enim qui diſpēſandis terrenis reb. præſidet, occulti hoſtis iaculis latius patet. Greg. lib.2. Moralium in Iob, cap. 26. Et: Malignus ſpiritus mentes hominũ frigidas poſsidet. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia ſecunda. Et: Maligni ſpiritus ocioſæ menti prauas cogitationes inijciunt. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia duodecima. Et: Poteſtas diaboli in humano genere maximè per luxuriam præualuit. Gregorius in Euangelia, homilia 23. Et: Antiquus hoſtis cor robuſtum irrumpere non ualet, ſubiectas ei infirmas perſonas quærit, & quaſi contra alta mœnia ſcalis appoſitas aſcendit. Greg. libro 4. indictione 13. epiſtola 38.

¶ Cur diaboli non reparentur, declarat Gregorius; Duas ob cauſas, inquit, angelos lapſos

lapſos reparari non poſſe, quia uidelicet nihil infirmum de carne guſtarunt: deinde, quia ex propria malicia lapſi ſunt. Gregorius lib. 4. Moralium, cap. 9. & 10.

De impœnitentia inquit Gregorius: Cor enim antiqui hoſtis ut lapis indurabitur, quia nulla unquam conuerſionis pœnitentia mollietur. Gregorius in quadrageſimumprimum caput Iob, libro trigeſimoquarto, capite ſexto.

¶ Quomodo diaboli Deo ſeruiant, Gregorius exponit. Non miniſtrant Deo ſolúmodo boni angeli, qui adiuuent: ſed etiam mali, qui probent. Non ſolùm qui à culpa redeuntes ſubleuent, ſed etiam qui redire nolentes grauent. Nec quod cœli exercitus dicitur, angelorum pars reprobs in eo intelligi poſſe prohibetur. Gregorius libro 2. Moralium in Iob, cap. 16.

¶ Deum reſiſtere diabolis, Gregorius docet. Apoſtatæ quippe angeli peruerſa uoluntas eſt, ſed tamen à Deo mirabiliter ordinarur, ut ipſæ quoq; eius inſidiæ utilitati bonorum ſeruiant, quos purgant dum tentant. Gregorius in uigeſimum tertium cap. Iob, lib. decimoſexto, cap. decimooctauo. Et: Gladius quippe Behemoth iſtius, ipſa nocendi malicia eſt. Sed ab eo quo bonus per naturam factus eſt, eius gladius applicatur, quia eius malicia diuina diſpenſatione reſtringitur, ne ferire mentes hominum tantum, quantú appetit, permittatur. Gregorius in quadrageſimum caput Iob, libro trigeſimoſecundo, capite undecimo. Et: Diuina poteſtas malos ſpiritus ſemper opprimit, quæ in æternæ claritatis gloria etiá electos exhilarare nunquam deſiſtit. Gregorius lib. 3. in ſeptimum cap. 1. Regum.

## DE HOMINE.

OLympiodorus ſcribit: Sciendum eſt, Adam hominem primum adoleſcétem uocari, ſub intellectu eius téporis, quo recens creatus erat adhuc in paradiſo uoluptatis, & uigore iuuentutis ſuæ ſtrenuus erar operando uirtutes. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite quarto.

Gregorius inquit: Srriptura ſacra tribus modis hominem appellat: ſcilicet aliquando per naturá, aliquando per culpá, aliquando per infirmitaté. Greg. lib. 4. in Iob, cap. 15. Item: Eo ipſo quòd dicitur homo, terrenus exprimitur & infirmus: homo enim ab humo appellatus eſt. Gregorius in 15. caput Iob, lib. 12. capite 16.

¶ Definitionem hominis tradit Boetius: Homo eſt animal rationale atque mortale. Boetius proſa ſexta, lib. primo. Item: Homo poſt lapſum anxia res eſt, humanorum conditio bonorum, & quæ uel nunquam proueniat tota, uel nunquá perpetua ſubſiſtat. Huic cenſus exuberat, ſed eſt pudori degener ſanguis. hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus eſſe mallet ignotus. Boetius de Conſolatione philoſophica lib. 2. proſa quarta.

Gregorius inquit: Homo rationale eſt animal. Gregorius in Ezechielem libro 1. homilia ſecunda.

¶ De quibuſdam partibus hominis inquit Gregorius: Caro ex quatuor conſtat elementis, anima tribus uegetatur naturis: Eſt enim rationalis ad diſcernendum, concupiſcibilis ad uirtutes appetendum, iraſcibilis ad uicia auerſandú. Greg. in Pſalmos pœnitentiales. Et: Ex anima & corpore cóſtat homo. Greg. lib. 4. in cap. 9. 1. Reg.

De ſpeciebus inquit Gregorius: Deus maſculú et fœminá creauit in principio, qui quidem ſine peccato filios ederent, ſi in paradiſo poſiti, in conditoris obedientia perſtitiſſent. Sed quia à ſtatu rectitudinis primus homo peccando corruit, peccati pœná ad filios miſit. Greg. in Pſal. pœnitentiales.

¶ De ortu hominum inquit Boetius metro ſexto, libro tertio:

*Omne hominum genus in terris*
*Simili ſurgit ab ortu:*
*Vnus enim rerum pater eſt,*
*Vnus cuncta miniſtrat.*

Gregorius inquit: Creator namq; omnipotens à cunctis inſenſibilibus, irrationabilibusq; diſtinctam rationabilem creaturam hominem condidit, quatenus quod egerit, ignorare non poſſit. Gregorius in 37. cap. Iob, libro 27. capite 16. Et: Certè quia tu ex terra factus es, terra uerò ex nihilo, tu es creatus ex nihilo. Gregorius in Ezechielé libro ſecundo, homilia uigeſima.

¶ De ſubiecto hominis ita ſcribit Olympiodorus: Sciendú eſt, hominem ex tribus rebus conſtare: anima ſcilicet, corpore ac ſpiritu. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite 4. Et: Amygdalæ nuces tribus rebus cóſtát, ita homo è corpore anima & ſpiritu cópoſitus. Olympiodorus in Eccleſiaſt c. 12.

Gregorius inquit: Vt lutum ergo homo factus eſt: quia de limo eſt ad conditionem ſumptus. lutum quippe ſit, cum ſe aqua terræ conſpergit: ſicut lutum itaque homo eſt códitus, quia quaſi aqua infundit pulueré, cum anima rigat carnem. Gregorius in 10. cap. Iob, lib. 9. cap. 28.

¶ Quales ſint homines códiti, Olympiodorus explicat: Homines, inquit, nihil differunt à iumétis, ſecundú corporis rationé uitáq; illá quæ tota corpori uacat & indulget. Eundem namq; aerem cum brutis animantibus homines reſpiramus, eundéq; interitú ſubimus, & in his ſanè rebus homo iuméto nihil amplius habet. Iumentorú itaq;

brutalis

brutalis uita quæ uenerì indulget, uanitas mera eſt. Monet autem nos Eccleſiaſtes, ne corpori induleagmus: ſed animã, quæ prædita eſt ratione, uirtutibus excolamus. hac enim ſimiles angeli ſumus, quum uis ipſa ſentiendi nobis cum iumentis brutisq́; animalibus ſit cõmunis. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite tertio.

¶ De dignitate hominum, ait: Deum hominem mundi huius regem dominumq́ue conſtituit, ſicut ſcriptum eſt: Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. Admonet itaque nos hoc loco Eccleſiaſtes dignitatis noſtræ, ut debitam uenerationẽ Deo exhibentes, qui nos regia honeſtauit corona, piè officioſeq́; uiuamus. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite quinto.

Gregorius ait: Ad hoc in paradiſo homo poſitus fuerat, ut ſi ſe ad conditoris ſui obedientiam uinculis charitatis aſtringeret, ad cœleſtem angelorum patriam quãdoq; ſine carnis morte tranſiret. Sic namq; eſt immortalis conditus, ut tamen ſi peccaret, & mori poſſet. Et ſic mortalis eſt conditus, ut ſi non peccaret, etiam nõ mori poſſet. Atq; ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua uel peccare, uel mori non poſſet. Vbi igitur poſt redẽptionis tempus, carnis morte interpoſita, electi tranſeunt: illuc procul dubio parentes primi, ſi in conditionis ſuæ ſtatu perſtitiſſent, etiã ſine morte corporum transferri potuiſſent. Gregorius in tertiũ caput Iob, libro quarto, capite uigeſimoquinto. Et: Voluit immaculatus Dominus, ut homo ſine macula naſceretur peccati, & abſque uitio carnalis delectationis humanæ ſobolis propagaretur ſucceſsio. & ideo talem fecit Adam, ut abſque peccato filios ederet, ſi in conditoris obedientia ſtetiſſet. Sed quia Domino ſuo obedire humana anima renuit, filiorũ procreatio in peccatum incidit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Felices antiqui dies, nihil tenebrarum, nihil caliginis præferentes, quas diuinitatis illuſtrabat præſentia. Hos dies in paradiſo habuit anima, antequã à ſtatu rectitudinis per culpam caderet præuaricationis: ſed eoſdẽ tunc infeliciter perdidit, cum præcepta conditoris ſeruare contempſit. Ibidem.

¶ Quòd in paradiſum primi homines collocati fuerint, teſtatur Gregorius: Sabbatũ humanum genus in primo parente habuit, qui quàm diu in conditoris ſui obedientia perſtitit, in ſuauiſsimo contemplationis diuinæ lecto requieuit. In paradiſo namq; primus homo delicijs potitus, ſicut nullam in anima poterat ſentire eſuriem, ita etiam omnem quæ ex carne naſcitur ignorabat paſſionem. At poſtquam diuini colloquij peccando familiaritatem perdidit, mortis legibus ſuccumbẽs, requiem felicitatis æternæ amiſit: & in proceloſos mundanæ inſtabilitatis corruit fluctus, quia ſtatum rectitudinis ſeruare cõtempſit. Gregori⁹ in Pſalmos pœnitentiales.

¶ De imagine Dei ſic Caſsiodorus ſcribit pſalmo trigeſimooctauo: Quanquã in imagine Dei ambulet homo, tamen uariè cõturbatur. Hoc ſic interpretatur Caſsiodorus: Imago Dei eſt illa, quam homo in rerũ conditione ſuſcepit, quando dictum eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram. Hæc ſententia ſic nobis breuiter diuiſa conſtabit, ſic primitùs intelligamus, aliud eſſe imaginem, aliud ſimilitudinem. Imago quippe habet ſimilitudinẽ eius rei cuius imago eſt: ſimilitudo autem non ſemper habet eius imaginem cui ſimilis eſt: & ideo interior homo (qui, ſicut dicit Apoſtolus, renouatur de die in diem, in quo eſt intelligẽtia rationis, & ueritatis agnitio, & immortalitas à diuinitate collata) meritò dicitur habere imaginem Dei, quoniã pro ſpirituali actuum ſuorũ diſpoſitione præſtantior eſt. Exterior uerò homo, de quo idem dicit Apoſtolus Corinth. 4. qui corrũpitur, & diuerſo paſsionum faſce prægrauatur, habet tamẽ aliquam ſimilitudinem creatoris, ex eo, quòd uiuit, quòd uidet, quòd eſt, q ad mentem cõuertitur ſe regentem, quòd inter creaturas reliquas ualde dicitur bonũ: quamuis hęc in Deo longè aliter, ſummeq́; ſint, quàm in creaturis eſſe dicuntur. Sed quid dicam hominem exteriorem? compa ratur illi & uermis, & leo & lapis, nõ dignitate ſubſtantiæ ſed ex aliqua ſimilitudinis parte. Sic ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam feciſſe hominem rectè intelligitur Deus, ſi ſuis partibus diuiſa reddantur. Quod pater Auguſtinus in libro quæſtionum diligentius tractauit. Sed licet imago iſta magna ſit, & tanti autoris aliqua ſimilitudine gloriatur, quòd uiuit, quòd rationalis eſt, quòd immortalis eſt: homo tamen, quia peccatis factus eſt obnoxi⁹, & primi patris ante tráſgreſsionẽ puritati diſsimilis, tamẽ caducis deſiderijs turbatur atq; confunditur, modò uictũ cogitãs, modò ueſtẽ tẽporis neceſsitate perquirẽs, uel alia nimis innumera, quibus in hoc mundo ſubdita tenetur humanitas.

Gregorius inquit: Imago & ſimilitudo Dei eſt, inclyto odio malum odiſſe, & amore perfecto bonũ diligere. Gregorius libro ſecundo, in caput ſecundum primi Regum. Et: In hominibus non naturam qua ad imaginẽ Dei facti ſunt, ſed honores & diuitias ueneramur. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimaoctaua. Item: Homines facti ſunt ad imaginẽ Dei. ibidem. Et: Panem

i ſuum

ſuum in paradiſo primus homo cōditus habuit, quamdiu inconcuſſo mentis ueſtigio, conditoris ſui præcepta ſeruauit. Panis aūc eius fuit uiſionis diuinæ delectatio, uerbi Dei ſatietas, interneę quietis gaudium, lucis inacceſsibilis ſplendor, ſapiētiæ refectio, angelorū ſocietas, amor Dei, iubilū ſpiritus, cōtemplationis ſuauitas, collocutionis deſiderium; ſecuritas mentis, præſentia creatoris. Quem panem tunc profectò perdidit, cū ſerpentis ſuggeſtioni conſenſit. Tangens enim uetitum, oblitus eſt præceptum. Vnde factum eſt, ut qui tenebat arcem beatitudinum, in lacum incideret miſeriarū. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

¶ De fine hominis, inquit Alcimus lib. 1. de origine mundi:

*Tu mihi, cuncta tibi famulentur, maximus ordo,*
*Te parere pio qui ſubdidit omnia patri,*
*Non ſpecies ullæ, nec numina uana deorum,*
*Non ſi quid cœlo ſublime nouumq; coruſcat,*
*Non quæ uel terris uiuunt formata, uel undis,*
*Non quod fortè premens prohibet natura uideri,*
*Vſibus iſta tuis, non cultibus eſſe memento:*
*Præcellis factis factorem pronus adora.*

Gregorius inquit: Rationalis creaturę numerus, angelorum uidelicet & hominū, ad uidendum Deū conditus fuerat. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaquarta. Et: Angelorum & hominū naturam ad cognoſcendum ſe Dominus condidit, quam dum conſiſtere ad æternitatē uoluit, eam procul dubio ad ſuam ſimilitudinem creauit. ibid.

¶ De lapſu hominum, ait Alcimus in libro de peccato originis.

*Sic epulas tunc hi capiunt, eſcamq; requirunt,*
*Compellit quos nulla fames, nec laſſa fruendo*
*Indigus hortatur compleri uiſcera uenter.*
*Et niſi conceſſum libuiſſet noſcere paſtum,*
*Efuries ignota cibos non poſceret ullos,*
*Nullaq; conſtantem fulcarent pabula uitam.*
*Corpora nuda uidere, & mutua cernere membra*
*Non pudet, atq; rudis fœdum nil ſentit honeſtas.*
*Non natura hominis uitium, ſed cauſa pudori eſt.*
*Nam quæcunq; bonus formauit membra creator,*
*Cur pudibunda forent, carnis quibus indiget uſus?*

Iohannes Maxentius in catholica profeſſione de Chriſto inquit: Cōfitemur rectū in omnib. à Deo creatū Adam, nō mortalē, nec immortalē, ſed utriuſq; capacē, habentē in proprij facultate arbitrij & uelle & poſſe ad omnia: hoc eſt, & ad bonū, & ad malū. Hūc callidi ſerpentis deceptum aſtutia, propria ſponte præuaricatorē extitiſſe diuini præcepti, atq; ob hoc iuſto iudicio Dei, nō ſolum morte corporis, uerumetiam animæ effectū obnoxium, & priſtino honore nudatū, iumentis ſimilem factum: non quo irrationabilis ſit effectus, ſed quia rationalis uigor eius carnali delectatione eſt obligatus. Senſit deniq; mox inobediētiæ merito legem contrariam in proprijs membris, repugnantem legi mentis ſuæ, captiuantem ſe in lege peccati. Quod malū, & pœnam mali in uniuerſum credimus trāſiſſe genus humanū. Nec enim mortē corporis tantū, quæ pœna peccati eſt, ſicut quidā dicere uolunt: ſed & aculeum mortis, hoc eſt peccatum ingreſſum mundo.

Olympiodorus inquit: Deus omnes homines rectos protulit, carentesq; prauitate: ipſi uerò ſua electione in obliquas uiuendi ratiōes cōmigrarūt, diſſectiq; ſunt, ut alius quidem libidinibus, alius auariciæ ſeruiat, alij paſsionibus alijs ſint ſubiecti. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite ſeptimo.

Ennodius inquit: Ille perpetuā deſtinatus ad uitam, ille de parente limo cœli ciuis effectus, ad originem uoluntario errore detruſus eſt: & quia dum liceret, noluit ſectari meliora, ſublimitatem perdidit degenerās, quam dono Cōditoris acceperat: & ad proſapiam duce culpa reuocatus, exiliū fleuit. Hunc niſi omnipotētia tua Domine regeneraret perditū, parū poſſet prodeſſe quod feceras: & niſi opē ferret & numero & proſperitate ſecūda natiuitas, prima in qua mortem error peperit, nō iuuaret. Ennodius in benedictione cerei.

Gregorius inquit: Primus humani generis patēs, à paradiſi gaudijs nec furto, nec rapina, nec adulterio, nec homicido, ſed pomi uetiti inobedientia corruit. Gregorius libro ſecundo, in caput tertium primi Regum.

¶ De homine poſt lapſum, Olympiodorus inquit: Eſt uerò animalis homo, quā traditus eſt appetitui ſenſitiuo, ſemitas rationis egreditur. Olympiodorus in Eccleſiaſten capite ſexto. Item: Homo qui perverſè aberrat in intellectu rerum, facilè ſibi omnia quæ uana ſunt, ante oculos ut bona proponit: deq; ijs iudicat non ut ueritas habet, ſed ut uoluptas ſubdola ſubminiſtrat. Olympiodorus in Eccleſiaſtē, capite nono. Et: Homo animalis nihil aliud cēnſendus eſt quàm uanitas, & electio ſpiritus, cū certa electione conſilij animalis homo affectus ſit, ad uanitatesq; cōmigrarit. Ibid. cap. 6.

Gregorius ait: Ad hoc homo cōditus fuerat, ut ſtante mēte, in arcem contemplationis ſe erigeret, & nulla hūc corruptio à conditoris ſui amore declinaret. Sed in eo quod ab ingenita ſtandi ſoliditate uoluntatis pedem ad culpam mouit, à dilectione cōditoris in ſemetipſo protinus cecidit. Gregorius in ſeptimū caput Iob libro octauo, capite 6. Itē: Quid eſt enim homo niſi foliū, quod uidelicet in paradiſo ab arbore decidit? Quid eſt niſi foliū, qui tentationis uento rapitur, & deſideriorū flatibus leuatur? Mens quidē

humana

humana quot tẽtationes patitur, quaſi tot flatibus mouetur. Gregorius in decimũtertium caput Iob, libro undecimo, capite 22. Item: Aliud ſumus per peccatũ lapſi, aliud per naturam cõditi: aliud quod fecimus, aliud quod facti ſumus. Gregorius in Euãgelia, homilia 32. Et: Has autem delicias homo tunc amiſit, quum in paradiſo peccauit: extrà exijt, os à cibo æternę dulcedinis clauſit. Vnde nos quoq; nati in huius peregrinationis ęrumna, huc faſtidioſi iam uenimus, neſcimus quid deſiderare debeamus. Gregorius in Euangelia, homilia 36. Item: Homo etſi ipſe ſit, non tamẽ idem eſt: quia hoc ex ſuæ mortalitatis corruptione accepit, ut in eodẽ ſtatu diu permanere nõ poſsit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Impoſsibile eſt, ut quis lutei hui⁹ ergaſtolo incluſus, aut mortalis carnis circumſeptus nubilo, aſcendẽtem ſuper Cherubin, & ſuper pennas uentorũ uolantem Deum cõſpiciat, uel quanta ſit eius potentia diuinitatis agnoſcat. ibidem. Item: Natura noſtra per lapſum primi hominis ſic dãnata eſt, ut quotidie labendo deficiat, & deficiendo ueteraſcat. Gregorius lib. quarto, in caput decimũ primi Regum. Et: Quia ante peccatũ primi hominis nulla membris libido inerat. Erat quippe ſenſus carnis, ſed turpis ac libidinoſus non erat: ſed ſtatim ut ad culpam cecidit, pruritum membrorũ ſenſit: quia obedientem motum carnis habere non potuit, quando ipſe Deo inobediens fuit. Culpa ergo originalis mater cõtumelioſi ſenſus carnis rectè intelligitur: quia ex illa naſcendo prodijt, qui eſſe ab illa cœpit. Gregorius lib. ſexto, in decimũquintũ caput primi Reg.

¶ De proprietatibus quibuſdã hominis Gregorius loquitur. ut: Dum in hoc mũdo ſumus, à peccatis omnimodis non deſiſtimus: & quamdiu cum peccato uiuimus, pacem perfectam cum illo qui ſine peccato in carne uixit, nõ habemus. Gregorius in Cantica canticorum. Et: Humanum genus ab ortu defluit ad mortẽ, & graue ſibi eſt ex peccatis quæ & perpetrat & portat. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia 2. Item: Quãtalibet ſancti uiri in hac adhuc uita ſint, habent tamen quod ante Dei oculos operire debeant: quia omnino eſt impoſsibile, ut aut in opere, aut in locutione, aut in cogitatione nunquam delinquant. Gregorius in Ezechielem, homilia quarta. Et: Nouit etiam, quia mortẽ nulla poſsit ratiõe euadere, quæ poſſet, ſi nõ peccaſſet, ſemper uixiſſe. Gregorius in Pſalmos pœnitẽtiales.

¶ Vitã hominis in manu Dei eſſe, ſcribit Gregorius: Dies & anni hominis à diebus & annis diſcrepant ęternitatis: quia uitã noſtram, quę tempore incipitur, tempore finitur, dum intra ſinus ſui latitudinẽ formar, æternitas deuorat. Cuius nimirum immenſitas, qui ultra citraq; ſuper nos tenditur, ſine inchoatione & termino eius ęternũ eſſe dilatatur, eiq; nec tranſacta prætereunt, nec adhuc uentura, quaſi quę nõ appareant, deſunt: quia is qui ſemper eſſe habet, cũcta ſibi pręſentia perſpicit: cumq; aſpiciendo pòſt & antè non tenditur, nulla intuitus mutatione uariatur. Gregorius in decimum cap. Iob, libro nono, capite 26.

¶ Diſcernit rectos & non rectos Gregorius: Soli recti Chriſtum diligunt: quia quicunq; adhuc per diſtorta uitiorũ ex deſiderio currũt, dum in rectitudinis lineam ſemper offendunt, ipſum iuſticię autorẽ Chriſtum omnino diligere nõ poſſunt. Tunc uerò homo per uiam ueritatis incedit, cum & opera uirtutũ exequitur, & tamen peccata ſua ſemper agnoſcit. Gregori⁹ in Cãticis.

¶ De hominis dignitate ait Gregorius: Quamuis per coęternũ patri uerbum cũcta creata ſint, in ipſa tamẽ relatione creationis oſtẽditur, quantũ cũctis animalibus, quantum rebus uel cœleſtibus, ſed tamẽ inſenſibilibus homo præferatur. Gregorius lib. 9. in Iob, capite 27.

¶ De anima inquit Gregorius: De origine animæ inter ſanctos patres requiſitio nõ parua uerſata eſt: ſed utrum ipſa ab Adã deſcenderit, an certè ſingulis detur, incertũ remanſit. eamq; in hac uita inſolubilem faſsi ſunt eſſe quæſtionẽ. Grauis eſt quęſtio nec ualet ab homine cõprehẽdi. Quia ſi de Adã ſubſtantia, anima cũ carne naſcitur, cur non etiam cum carne moritur? Si uerò cum carne non naſcitur, cur in ea carne quę de Adã plata eſt, obligata peccatis tenetur? Sed cũ hoc ſit incertũ, illud incertum non eſt: quia niſi ſacri baptiſmatis gratia fuerit renatus homo, omnis anima originalis peccati uinculis eſt obſtricta. Gregorius libro 7, indictione ſecunda, epiſtola 13. Item: Adę anima nõ eſt ita mortua, ut nõ eſſet: ſed ita mortua, ut beata non eſſet: qui tamen Adã poſtmodũ per pœnitentiã ad uitam redijt. Gregorius lib. 7, indictione 15, epiſt. 31.

DE LIBERO ARBITRIO

*ante lapſum.*

DE libero arbitrio ante lapſum, ſic ſcriptum reliquit Iohannes Maxentius: Confitemur rectum in omnibus à Deo creatum Adam, non mortalem, nec immortalem, ſed utriuſque capacem, habentem in proprij facultate arbitrij & uelle & poſſe ad omnia: hoc eſt, & ad bonum, & ad malum. Hunc callidi ſerpentis deceptum aſtutia, propria ſponte præuaricatorẽ extitiſſe. Itẽ: Infirmatus igitur naturę uigor per malum præuaricationis, nullatenus ualuit per

ſemetipſum inde adſurgere, unde per propriam uoluntaré incutrit. Maxétius in confeſsione de Chriſto.

Boetius inquit: Adæ natura ante lapſum fuit integra, eſſe tamen in eo potuit pecandi uolũtas atq; affectio. Vnde factum eſt, ut etiã prætergreſsis diuinis præceptis, inobedientię delictis teneretur aſtrictus. Adam ſi non peccaſſet, morté nulla ratione ſenſiſſet. Adam poſt lapſum delictis ſubiectus eſt, & paſsionibus confuſus, obductisq; iudicij regulis, bonũ à malo nõ potuit ſincera integritate diſcernere, quoniam has omnes pœnas delicti præuaricatiõe ſuſcepit. Tres ſunt hominum ſtatus. unus quidé ante delictũ, in quo tametſi ab eo mors abetat, nec adhuc ullo ſe delicto polluerat, poterat tamé in eo uoluntas eſſe peccãdi. alter, in quo mutari potuiſſet, ſi firmiter in Dei præceptis manere uoluiſſet. tũc enim id addendũ foret, ut non modò nõ peccaret, aut peccare uellet, ſed ne poſſet quidé aut peccare, aut uelle delinquere. Tertius ſtatus eſt poſt delictum, in quo mors illũ neceſſariò ſubſecuta eſt, & peccatũ ipſum, uolũtasq; peccari, omniaq; in perniciem prona, nec quicquã in ſe opis habẽtia, ut poſt lapſum poſſet aſſurgere. Adam in paradiſo talis fuit, ut mãducaret ac biberet, ut accepta digereret, ut laberetur in ſomnũ, & alia quæ ei non defuerunt. Humana quidé, ſed cõceſſa, & quę nullã pœnam mortis inferrent. neq; enim tanta indigentia in Adã fuiſſe credẽda eſt, ut niſi manducaſſet, uiuere non potuiſſet: ſed ſi ex omni quidé ligno eſcã ſumeret, ſemper uiuere potuiſſet, hisq; nõ mori. Idcirco paradiſi fructibus indigentiam explebat. Boetius de duabus naturis, & una perſona in Chriſto.

Olympiodorus ait: Cernitur quæ uerè ſunt bona, cunctis ęquè liberaliter effudiſſe Deus: hoc eſt, liberum arbitrium, diſpoſitionemq; ad exercendas obeundasq; uirtutes. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 5.

Gregorius inquit: Homo ante lapſum ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua uel peccare uel mori nõ poſſet. in tertiũ caput Iob, lib. 4. ca. 25. Itẽ: Creatis cæteris animalibus, homo pręcũctis eleuatus fuit, quia & libertate extitit liberi arbitrij prędictus, & rationis lumine illuſtratus: cui etiam datũ eſt, ut non ſicut cætera animãlia terrã ſemper aſpiceret, ſed ut ipſo ſitu corporis cœlos erectus uideret: ut ex hoc quoq; apertè cognoſceret, quia & intentioné ad ſumma dirigere, & mẽtem deberet ad Deũ leuare. nam & terror eius & tremor omnib. animãtibus incubuit, quia diuina uoce eis pręlatus fuit. Morté quoq; nequaquã incurreret, ſi diuinis pręceptis obediẽs nunquã peccaret. in Pſalmos pœnitentiales.

### DE LIBERO ARBITRIO *poſt lapſum.*

¶ Quòd aliqua ſit libertas, Olympiodorus exponit inquiens: Ea quę ſub ſole ſunt, etiã homines ad ſupplicia diſponũt, poſt pręſentem uitam futura: quandoquidé nulla coacti neceſsitate hęc faciũt, ſed pręuia electiõe certoq; conſilio. Spiritũ uerò hoc loco animam intelligit rationalé, quę liberi arbitrij poteſtate decorata eſt. Olympiodorus in Eccleſiaſten cap. 1. Et: Cunctis ſtudio ac electione ſuſceptis laboribus. Paulo pòſt: Notandum quoque, quòd qui ſtudent circa ea quę uana ſunt, & ſeſe uoluptatibus tradũt, excuſare nõ poſſunt carentis ratione fortunæ motum neq; fati neceſsitatem: humanę ſiquidé actiones proficiſcũtur ab electione, & ab inſita nobis libera poteſtate. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 2.

¶ Quòd nõ poſsit ſuam uitam corrigere, Gregorius inquit: Et quoniã tempus breue eſt, & finis peccatorũ mors eſt, ne quis in hominia putet eſſe poteſtate, quando uias ſuas uelit corrigere. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Vitiato in primo parẽte libero arbitrio, iam nec uelle quidem bonũ poſſumus, niſi illius gratia adiuuemur, apud quem greſſus hominis diriguntur. ibidem. Et Virtutes & iuſticia, uel ratio & intelligentia, ita in me debilitatæ ſunt, ut nec per me quidé uirijs reſiſtere, nec animã ægram, & ad ima ruentem, uirtutũ ualeam fortitudine ſuſtentare. ibidem. Et: Ad Dominum conuerti ſine ipſo non poſſumus. Niſi ergo benigna Dei miſericordia menté hominis illuminauerit, impoſsibile eſt ei in nouã naturam mutari. ibidem. Et: Poteſtaté adipiſcendę libertatis in uobis iam nõ habetis. Gregorius libro 5. in cap. 15 primi Regum.

¶ Vnde ſit liberũ arbitrium poſt lapſum, exponit Fulgentius: Deus donat gratis indigno gratiam, qua iuſtificatus impius, illuminetur munere bonæ uoluntatis, & facultate bonę operationis, ut pręueniente miſericordia bonũ uelle incipiat: & ſubſequẽte miſericordia, bonũ quod uult facere ualeat. Vtrumq; autẽ Deus prædeſtinando præparauit in illa incõmutabili uolũtate, in qua ſic futurum effectũ hominis renouando diſpoſuit, ut eius uoluntas in opere nouo, noua eſſe non poſsit. Fulgẽtius lib. primo ad Monimum. Et paulo pòſt: Eadem ſit operatio gratiæ, quæ meritum hominis bonũ & initiat ad iuſticiam, & conſummat ad gloriã: primò inchoans in homine uoluntatem bonam, deinde eandem uolũtatem adiuuans inchoatam, ut eadem uolũtas & diuino dono bona ſit, & diuino adiutorio malam ſuperare concupiſcentiam poſsit: & Deo perficiente talis poſtmodum ipſa uoluntas ſit,

ut ma-

ut malá cõcupiſcentiam habere nõ poſsit. Ac ſic in præſenti uita gratiæ adiutorio infir mitati non cedat, in futura autem gratiæ beneficio infirmitatem nõ habeat: & nunc recreetur continuò medicaminis iuuamine, tũc uerò fruatur æterna plenitudine ſanitatis. Item: Dat ergo Deus cor nouum, ut in iuſtificationibus eius ambulemus: qđ pertinet ad bonę uoluntatis initium. Dat etiam, ut iudicia eius obſeruemus, & faciamus qđ pertinet ad bonæ operationis effectũ. Vnde cognoſcimus Dei eſſe, ut bonum facere uelimus, & ut bonum facere ualeamus. Cui ſenſui Dauid omnino cõcordat, gratiam bene uolendi ſic oſtendens, diuinę largitatis directione donari. A Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Opus quoq; bonum non niſi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri proteſtatur, dicens: Cõfirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Omne igitur opus qđ à nobis in Deo fit, Deus in nobis facit. Ex ipſo enim, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo ergo eſt & uoluntas bona, & operatio bona. Sicut ergo præparata eſt per prædeſtinationem uoluntas à Domino, qua bonum uelimus: ſic etiam opera bona pręparauit Deus, ut in illis ambulem⁹. ibidem. Item: Ac primò totius bonæ uoluntatis initiũ ab illa ſempiterna Trinitate (quæ unus, ſolus & uerus eſt Deus) & prædeſtinatum confitemur & datum. Hanc uoluntatis præparationé teſtimonijs Scripturę demonſtramus. ut: Deus eſt qui in nobis operatur & uelle & perficere, pro ſua uoluntate. ibidé. Item: Cum ſiue credentes ſiue operátes, licet noſtra ſit fides, & noſtra opera, tamen quia iſta cum habemus, non habemus ex nobis nata, ſed à Deo donata. Et quę qnęcunq; nobis facienda donat, ſicut habere nõ poſſumus, niſi ipſe nobis largiatur: ſic facere non poſſumus, niſi ipſe nobis quę largitus eſt operetur. Propterea nullatenus ſinimus, imò ſalubriter prohibemus, tam in noſtra fide, quàm noſtro opere, tãquam noſtrum nobis aliquid uendicare. Dicit enim uas electionis: Quid habes quod nõ accepiſti? Fulgentius lib. 1. ad Monimum, de prædeſtinatione. Et: Nec quiſquam hominũ ſiue ad cogitandũ, ſiue ad operandũ quodcunq; bonũ poteſt eſſe idoneus, niſi fuerit munere gratuito diuinę opitulationis adiutus. Deus eſt enim qui operatur in ſuis & uelle & perficere, pro bona uoluntate: ſicut uas electiõis affirmat. Ab ipſo namq; eſt initium bonę uoluntatis, ab ipſo facultas boni operis, ab ipſo perſeuerantia bonę cõuerſationis: ab ipſo datur in præſenti ſeculo uera cordis humilitas; & in futuro retributionis æternę felicitas, ut ipſi ſint ſine fine felices, qui nunc ſine fictione ſunt humiles. Fulgétius epiſtola 4. ad Probã, de oratione. Item: Hoc ſupereſt, ut nõ confidas in uirtute tua: id eſt, ne deputes uirib⁹ tuis, quòd ſeculi facultates diuitiasq; cõtemnis, quòd honores mundi pro nihilo ducis, quòd deſiderio regni cœleſtis accenderis, quòd uiam mandatorum Dei currere delectaris. Hęc enim omnia nullatenus haberes, niſi à Deo munere gratuitę donationis acciperes. Non hoc homini dat natura, ſed gratia. Nõ hoc ex qualitate conditionis humanæ habetur, ſed ex benignitate diuinę illuminationis acquiritur. Homo quidem ſic à Deo factus eſt, ut hęc habere poſsit: ſed habere non poteſt, niſi dono Dei miſerantis acceperit. Nam & oculus ſic factus eſt, ut uidere lumen poſsit: ſed uidere non poteſt, niſi ſe illi lumen infuderit. Quòd ergo uidet oculus, beneficiũ eſt luminis: quo ſi caruerit, cęcus remanebit in tenebris. Omnia à Deo creata ſunt, ut ergo quędam in deteriora non recidant, gratia eius gubernat: & ut ad meliora quędam conſcendant, gratia eius eleuat: & ut in æternũ permaneant, ipſa gratia uiuificat & conſeruat. Huius gratię adiutorium ſemper eſt nobis à Deo poſcẽdum. ſed ne ipſum quod poſcimus noſtris uiribus aſsignemus: neq; enim haberi poteſt ipſe ſaltem orationis affectus, niſi diuinitùs fuerit attributus. Vt ergo deſideremus adiutorium gratiæ, hoc ipſum quoq; eſt gratię: ipſe nãq; incipit infundi, ut incipiat poſci. Ipſa quoq; amplius infunditur, cum poſcẽtibus datur. Quis uerò poteſt gratiã poſcere, niſi uelit? Sed niſi in eo Deus ipſam uolũtatem operetur, uelle nullatenus poterit. Fulgẽtius epiſtola ſexta ad Theodorum ſenatorem, de conuerſione.

Alcimus in libro de ſententia Dei ait:

*Sed tu Chriſte potens, cui ſemper parcere promptum (eſt,*
*Tu figulus maſſam potis es reparare caducam,*
*Et confracta diu reſolutaq; fingere uaſa:*
*Qui dudum multo latitantem puluere dragmam*
*Inuenis, accenſis uerbi uirtute lucernis.*
*Linquentem caulas, turpiq; errore uagantem,*
*Paſtor ouem celeri dignatus quærere greſſu*
*Subuehis, utq; ſuo gaudens reddatur ouili,*
*Sarcina ſit quæ cura fuit, &c.*

Iohannes Maxentius ait: Quia ſi proprijs bonis, & non Dei auxilio inter aduerſantes poſſet proficere natura humana, nunquam propheta Spiritu Dei repletus oraret, dicẽs: Perfice greſſus meos, &c. Item: Quum non ſemper, ſed tunc quilibet utiliter & ſalubriter non moueatur impulſus, quando à ueritate fidei non deijcitur diuerſis tentationibus inquietatus. Iohãnes Maxentius in reſponſione ad epiſtolam Hormiſdæ. Item: Auguſtinus humanum arbitrium ita liberum docet, ut illuminatio, uirtus & ſalus illi à Chriſto, & per Chriſtum, & cum

Chriſto ſit. Fauſtus Gallus epiſcopus ita libetum Chriſtianum arbitrium docere conatur, ut illuminatio, uirtus & ſalus non à Chriſto, ſed natura ſit. Et ut planum fiat qđ dicimus, ille nos Chriſtianos fideles atque obedientes Deo ſalubriter per gratiá Chriſti, quam nobis per incarnationis ſuæ donauit pręſentiam, eſſe definit: iſte iuxta profana commenta Pelagij, naturaliter eſſe diſcernit. ibidem.

Fortunatus ſcribit: Hominis uoluntas bonũ non habet, niſi Dominus inſpiret, iuxta illud: Deus meus, miſericordia eius præueniet me. Item: Ergo non hominis uoluntas pręuenit Deũ, ſed Dei miſericordia præuenit hominem, non uoluntatem. Fortunatus libro decimo, in expoſitiõe orationis Dominicæ.

Caſsiodorus dictum tertij Pſalmi, Tu autem Domine ſuſceptor me⁹ es, gloria mea, &c. contra Pelagianos facere ait: qui putant hominem aliquid per ſe efficere poſſe quod bonũ eſt. ſtatim ſubijcit: Nam quis (rogo) ſibi ad bene agendum ſine diuinę gratiæ largitate ſufficiat, cum humana natura per gratiam, qua unita eſt Deo, ad patris ſit dexterá collocata? Quod beatus Auguſtinus in Enchiridio, more ſuo latius explicauit. Item Pſalmo quinto, Domine ut ſcuto bonæ uoluntatis coronaſti nos, &c. Quoniá, inquit, uocatio Domini omne meritum præcedit, nec inuenit dignũ, ſed facit. Ideo enim gratuita, alioquin iuſta diceretur. Hęc eſt ergo bona uoluntas, quæ nos uocat & attrahit. Nec quicquam proficuũ ualemus cogitare, uel facere, niſi hoc accipiamus à bonitatis autore. ſicut Apoſtolus dicit: Nõ enim poſſumus cogitare à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Quieſcat ergo Pelagiana demẽtia, ne cum ſibi aliquid boni falſo applicare nititur, uero potius donatore fraudetur. Et: Eſt quidẽ in mala parte execrabilis libertas arbitrij, ut pręuaricator creatorem deſerat, & ad uitia ſe nefanda conuertat. In bona uerò parte, arbitrium liberum Adá peccante perdidimus, ad quod niſi per Chriſti gratiá redire nõ poſſumus, dicente Apoſtolo: Deus eſt enim qui operatur in nobis & uelle & perficere, ꝓ bona uoluntate. Vnde aſsidua oratione precandum eſt, ne nos uolũtas peruerſa rapiat, ſed inſpiratio diuina poſsideat: quia quicquid ex nobiſmetipſis ſapimus, mortifera cõtra nos audacia cõcitamus. Caſsiodor⁹ in Pſalmũ 117.

Gregorius inquit: Quia ad ſupernorum deſiderium anhelare ſine diuinæ miſericordiæ gratia nullus ualet, oramus Dominum omnipotentẽ, ut hæc nobis & eligendi uelle, & poſſe tribuat obtinendi. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſt. 54. Et: Vt intima luce fruamur, nõ eſt noſtri conaminis, ſed diuinę dignationis. Gregorius libro primo in caput primum Reg. Item: In contemplationem cœleſtium ſublimari non poſſumus noſtro conamine, ſed diuina diſpoſitione. ibid. Itẽ: Bona deſideria nobis per diuiná gratiam miniſtrátur, ſed nos dona gratiæ per conatũ liberi arbitrij ad uirtutũ uictorias promouemus. Idem lib. 3. in ſeptimũ caput primi Regũ. Et: Omne qđ à nobis in omni uita noſtra proſperum geritur, diuinæ gratię adſcribitur. ibidem. Et: Quia humano ſtudio ad diuina peruenire impoſsibile eſt, non eſt nobis confidẽdum de uiribus proprijs, ſed de dignatione Spiritus ſancti, qui à redemptore miſſus repleuit orbẽ. Gregorius lib. 5, in caput decimũ primi Regum.

¶ In quibus ualeat liberum arbitrium in quibus non, docet Ioannes Maxentius: Liberum aũt naturale arbitriũ ad nihil aliud ualere credimus, niſi ad diſcernẽda tantum & deſideranda carnalia, ſiue ſecularia, quæ nõ apud Deum, ſed apud homines fortaſsis poſſunt uideri glorioſa. Ad ea uerò quæ ad uitam æternam pertinent, nec cogitare nec uelle, nec deſiderare nec perficere poſſe, niſi per infuſionem & operationẽ intrinſecus Spiritus ſancti, qui eſt etiá ſpiritus Chriſti. Spiritũ enim Chriſti qui non habet, hic nõ eſt Chriſti. Qđ ſi quis credit in Chriſto, iam Chriſti eſt. Sicut & uerum eſt, nõ utiq; per donum naturę, ſed per Spiritũ ſanctum eſt, qui Chriſti eſt. Qui iam credit in eũ qui iuſtificat impiũ, ut cõfiteatur quia Dominus eſt Ieſus, ꝙ nemo poteſt dicere niſi in ſpiritu ſancto. Maxent. in confeſsione de Chriſto. Item: Abominantes etiá eos qui contra uocem Apoſtoli audent dicere, noſtrum eſt uelle, Dei aũt perficere. cum idẽ doctor & uelle & perficere donum teſtetur eſſe diuinum, ipſo dicente, &c. ibidem.

Proſa tertia libri quinti Boetius prolixè diſputat, non poſſe ſimul ſtare prouidentiá & liberũ arbitrium. & primò pręmittit, qđ dicta poſſunt habere dubitationẽ. Secundò ponit rationem dubitationis, ibi: Nimium inquam aduerſari & repugnare uidetur, pręnoſcere uniuerſa Deũ, & eſſe ullum libertatis arbitrium. Nam ſi cũcta proſpicit Deus, neq; falli ullo modo poteſt: euenire neceſſe eſt, quod prouidẽtia futurũ eſſe pręuiderit. Quare ſi ab ęterno nõ facta hominũ modò, ſed etiá conſilia uoluntatesq; pręnoſcit, nulla erit arbitrij libertas. Neq; enim uel factũ aliud ullũ, uel quælibet exiſtere poterit uoluntas, niſi quá neſcia falli diuina prouidentia præſenſit. Nam ſi aliorſum quàm prouiſæ ſunt detorqueri ualent, nõ iam erit futuri firma pręſciẽtia, ſed opinio poti⁹ incerta:

quod

quod de Deo credere nefas iudico. In hac proſa multa argumenta coaceruat, quibus probat, nullum eſſe liberũ arbitrium: negaretur anim præſcientia ac prouidentia Dei, item prædeſtinatio rolleratur, &c. Interim tamen philoſophicè diſputare uidatur, eſſe quoddam liberum arbitrium, dum enumerat incõnenientia quæ ſequuntur, ſi tolleretur liberum arbitrium: primò ex parte hominum, ſecundò ex parte Dei, tertio ex parte coniunctionis hominum ad Deum.

¶ Quòd homo liberè peccet, Olympiodorus ſcribit: Deus nõ coegit quenquã hominum auariciã intemperãtiam' ue ſectari: ſed ea permittit quæ homines electione liberæ uoluntatis aggrediũtur, dum liberi arbitrij naturam uoluntatemq́; conſeruant. Olympiodorus in Eccleſiaſten cap. 5. Et: Filij inobedientiæ nulla coacti neceſſitate, ſed electione liberę uoluntatis ſeſe ultrò ſubiecerunt diaboli dominationi atq; tyrãnidi. Ibidem capita decimo.

¶ De ranatorũ libero arbitrio inquit Gregorius: Præuaniens gratia liberum in eo arbitriũ fecerat in bono, quod libaro arbitrio eandem gratiã aſt ſubſecutus in opere. Gregorius in Ezechialem lib. 1, homilia 9. Et: Nec muneris ſui largitate fruſtrabitur, ſed uires obtinendi prorſus indulget, qui uelle conceſsit. Nam iam ipſum deſiderantes appatere, donũ eſt. Idem lib. 6. indictione deci maquinta, apiſt. 33.

## DE PECCATO.

Conueniẽter debita, peccata dicũtur, quia & debentur, & quærenda ſunt. Nam ſicut debitũ à creditore requiritur, ita peccatum à Deo in die iudicij neceſſe eſt ut exigatur: niſi hic dum uiuimus, par pietatẽ eius indulgentiæ iſta nobis axactio condonetur. Fortunatus in libro decimo, in axpoſitione orationis Dominicæ.

Gregorius inquit: Hoc etenim inter peccatum & delictũ diſtat, quòd peccatũ aſt malafacere, delictũ uerò eſt bona derelinquere: quæ ſummoperè ſunt tenenda. Vel certè peccatum in opere eſt, delictũ in cogitatione. Gregorius in Ezech. lib. 2 homilia 11.

Peccatum ſic deſcribit Fulgentius, Peccati initium, ſi attendatur, puto q, nihil aliud eſt quàm inordinatarũ rerum inordinata rationalis creaturæ dilectio, quæ ſponte perdendo dilactionis ordinem pardidit, & ſalu tem. Fulgentius libro 1. ad Monimum.

Gregorius inquit: Quid ſunt peccata, niſi languores animarum? Gregorius libro 6, in cap. 16. primi Regum.

Naturalis & originalis paccati Iohannes Maxẽtius in Catholica profeſsione de Chriſto mentionam facit.

Caſsiodorus ſcribit: Duo ſunt genera peccantiũ. Primũ, quod nulla placabili ſatisfactiõa cõpleta remanet in delictis. Aliud eſt, cui per gratiã cõfeſsionis peccata donãtur. ſicut legitur: Beati quorum remiſſæ iniquitates. Caſsiodorus in primom Pſalmum.

Item: Duo ſunt genera peccantium. Vnum, quod credens legi, per infirmitatem carnia non ualet quæ ſunt iuſſa complere. de quibus dicit Salomon: Corpus enim quod corrompitur, aggrauat animã, & deprimit tarrena inhabitatio ſenſum multa cogitãtem. Aliud uerò aſt, audax, deſperatum, blaſphemum, quod ſibi proponit libera uoluntate delinquera, cõtamnes omnia, ſibiq́; remurmurans Deum putat non curare mortalia. Caſsiodorus in 35 Pſalmum.

Gregorius ait: Omne peccatum aut ſola cogitatione cõmittitur, aut cogitatione ſimul & opera perpetratur. Gregorius in undecimum caput Iob, libro 10, capite 11. Et: Viua quidam peccata ſunt, quę aut in menre adhuc per concupiſcentiam regnant, aut quæ per conuerſionem contempta, ſed per pœnitentiã adhuc non ſunt delata. Illa quidem uiount adhuc ad uoluptatẽ, iſta uiuũt ad pœnã: quia atſi iam peccare deſeruimus, niſi cõmiſſa plangamus, cõmiſſorũ obligation eretinemur. Gregorius libro 6. in decimumquintum caput primi Reg. Et, Studio & uoluntata peccare magna prçuaricario eſt: infirmitate uero peccare, tanro lolerabilius eſt, quanto is qoi peccato ſubiacet, eiuſdem peccati uiribus impar aſt. Et pau lo pòſt: Peccatum quippe ad mortem eſt, quod ab eo cõmittitur, qui reſipiſcere nunquam poteſt. Quod nimirũ peccatum à prę poſitis non portatur, quia ſacerdotum orationibus aut oblationibus nõ deletur. Gregorius libro ſexto, in caput 15. primi Reg. Et: Peccatum quippa quod per pœnitentiã citius nõ deletur, aut peccatum eſt, aut cauſa peccati, ſimul & pœna peccati. Omna enim quod prius cõmittitur, peccatum aſt. Sed ſi citius pœnitendo nõ tegitur, iuſto iudicio omnipotẽs Deus obligatam peccatia mẽtem atiam in culpam alteram permittit cadera, ut qoi flendo & corrigendo noluit mundare quod facit, peccatum incipiat peccato cumulare. Peccatum ergo quod pœnitentiæ lamenro nõ diluitur, peccatũ ſimul eſt, & cauſa paccati: quia ex illo oritur, unda adhuc paccatoris animus altius obligetur. Gregorius in Ezechialem libro primo, homilia undecima. Et: Peccatum prælati grauius eſt quàm ſubditi. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

¶ Fontem peccatorum Fulgentius explicans inquit: Si initium peccari requiritur, nihil aliud niſi ſuperbia inuenitur. Dicit enim Scriptura: Initium omnis peccati

ſuperbia. Fulgentius libro primo ad Monimum. Et: Quia peccati autor nõ eſt Deus, ſed homo peruerſus: dignè itaq; homini q ſe perdidit peccato, redditur in tormẽtis æterna perditio, ut pereat quidem qui perire uoluit: nõ tamen ſic pereat, quẽ admodum uoluit. Fulgẽtius ibid. Et: Cauſam iniquitatis ſuę homo habet ex propria uoluntate, & non ex prædeſtinatione Dei. ibid. Item: Quia initium malę uoluntatis ſuperbia eſt, quę ex Deo non eſt, perſpicuè claret, nõ ex Deo eſſe hominibus interitũ malę operationis, ſed à iuſto iudice retribui malis interitũ ultionis. ibid. Et: Deus non eſt lapſus parentis autor, ſed homo peruerſus. Itẽ: Quia illius rei Deus ultor eſt, cuius autor nõ eſt: id eſt iniquitatis, quã poteſt Deus punire, non facere. Item: Non aũt aliquid inordinatũ Deus fecit, nec aliquid inordinatum fieri prædeſtinauit. Item: Ex uolũtate Dei nunquam proceſsit origo peccati. Itẽ: In omnibus operibus Dei aut iuſta ueritas cuſtoditur, aut pia miſericordia prærogatur. Porrò aũt, cum negare nõ poſsimus, à Deo bono factum hominẽ bonum, ſi dixerimus à Deo prædeſtinatum ad opus aliquod malum, nos Deo miſericordi & iuſto tale opus adſcribimus. Fulgentius ibidem.

Alcim[9] inquit in lib. de Originali peccato:

*Tunc uictor ſerpens certamine lætus ab ipſo,*
*Puniceam criſpans ſquamoſo in uertice criſtam,*
*Iam non diſsimulans quem preſſerat ante triumphum,*
*Acrior inſultat uictis, & taliter infit:*
*En diuina manet promiſſæ gloria laudis:*
*Quicquid ſcire meum potuit, iam credite ueſtrum eſt.*
*Omnia monſtraui, ſenſumq; per abdita duxi.*
*Et quodcunq; malum ſolers natura negabat,*
*Inſtitui, dextriſq; dedi coniungere læuam:*
*Iſthinc perpetua uoſmet mihi ſorte dicaui.*
*Nec Deus in uobis, quanquam formauerit antè,*
*Iam plus iuris habet. habeat quod condidit ipſe:*
*Quod docui mecum eſt, maior mihi portio reſtat:*
*Multa creatori debetis, plura magiſtro.*
*Dixit, & in media trepidos caligine linquens,*
*Confictum periſt fugiens per nubila corpus.* Item:
*Quod tamen amiſſo dudum peccatur honore,*
*Adſcribam tibi prime pater, qui ſemine mortis*
*Tollis ſuccidua uitalia germina proli.* Alcimus libro primo de origine mundi. Item:
*His protoplaſtorum ſenſum primordia ſacra*
*Continuere bonis, donec certamine primo*
*Vinceret oppreſſos fallacem culpa per hoſtem.* Alcimus in libro de peccato originali. Item:
*Quæ poſtquam pariter ſeſe comitemq; fefellit,*
*Ceu proprium guſtu fecit primæua uirago,*
*Et nondum natam percuſsit uulnere prolem.*

Andreas Hieroſolymitanus inquit: Prima trangreſsio ſeu protoplaſti delictum, opus diaboli eſt.

Olympiodorus inquit: Deus omnes homines rectos protulit, carenteſq; prauitate: ipſi uerò ſua electione in obliquas uiuẽdi rationes cõmigrarunt, diſſectiq; ſuut, ut alius quidem libidinibus, alius auariciæ ſeruiat, alijs paſsionib[9] alijs ſint ſubiecti. Olympiodorus in Eccleſiaſtẽ, capite ſeptimo. Et: Ipſe princeps autorq; malorum diabolus. Ibidem, capite quarto. Item: Peccatum dolo ac fraude mala diaboli inuectũ eſt in orbem terrarũ, ea propter orationem Dominicam cõcludimus orantes, Sed libera nos à malo: hoc eſt, à diabolo. Qui ergo peccat, diaboli iuſſum exequitur, & uolũtatem. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 8.

. Gregorius inquit: Natura igitur humana bene cõdita, ſed ad infirmitatem uitio propriæ uoluntatis lapſa, in calamitatẽ cecidit: quia preſſa innumeris neceſsitatibus, nihil in hac uita niſi unde affligeretur inuenit. Gregorius in trigeſimũ caput Iob, lib. uigeſimo, capite decimoquinto. Et: Antiquus hoſtis, qui primũ hominem de paradiſi delicijs in hanc ærumnoſam uitam callida perſuaſione depoſuit. Gregorius libro 2, indictione decima, epiſtola 33. Et: Diabolus initium omnis iniquitatis. Gregorius libro tertio, in quartum caput primi Regum. Et: Opus quippe Dei homo eſt, ſed opus hominis uitiũ. Gregorius lib. quarto, indictione decimatertia, epiſtola 36. Et: Quotieſcunq; grauiter delinquimus, cor noſtrum nos nõ habemus: Item: Reprobi quidẽ corda ſua non habent, quia ea diabolus poſsidet. Gregorius libro ſecundo inquit, in caput ſecundum primi Regũ. Et: Ad peccati lapſum nequaquã impellimur, niſi cũ peruerſa nobis malignorum ſpirituum tẽtamenta ſuggeruntur. ibid. Et: Dum ex cõcupiſcẽtia cordis peccatũ generatur, quaſi in torculari de uua uinũ producitur. Gregorius lib. tertio, in caput ſeptimum primi Regum. Et: Concupiſcentia autẽ peccatum parit. Gregorius libro quinto, in caput decimumquintum primi Regum. Et: Hæc mors & contritio, quę ad omnes homines ex iuſtę damnationis ſententia peruenit, ex primi hominis peccato deſcẽdit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Sicut in illa prima hominis tranſgreſsione ſuggeſsit ſerpẽs, delectata eſt Eua, cõſenſit Adam: ſic & quotidie fieri uidemus, dum ſuggerit diabolus, delectatur caro, conſentit ſpiritus. Sicut autem peccatũ illud ſubſecuta eſt mors, ſic & peccato cõſentiens moritur anima, quia à uita ſua quæ Deus eſt, ſeparatur. ibidem.

¶ De impulſiua peccatorum, inquit Gregorius: Tribus modis peccatũ admittitur. Aut ignorantia incurritur, aut infirmitate cõmittitur, aut ſtudio perpetratur. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

¶ Quòd omnes ſint peccatores, Caſsiodorus exponit, inquiẽs: Hoc ideo dicimus, nõ q́d aliquis in hac pręſenti uita ſine peccato eſſe poſsit. Caſsiodorus in ca. 4 Canticorũ.

Gregorius inquit: Nullus homo ſine peccato eſt, niſi ille qui in hunc mundũ non uenit ex peccato. Et quia omnes in culpa ligamur, ipſa amiſsione iuſticię morimur, conceſſa prius in paradiſo ueſte innocentiæ nudamur, interitu etiã carnis ſubſequẽte conſumimur. Homo itaq; peccator moritur in culpa, nudatur à iuſticia, conſumitur in pœna. Gregorius in decimũquartũ caput Iob, libro 12, cap. 4. Et: omnes nos prius peccatores homines exiſtimus, & poſtmodum per unctionẽ ſancti Spiritus ſanctificamur. Gregorius lib. 9, indictione quarta, epiſt. 61. Et: Omnis anima quæ etſi malum opus nõ agit, polluta tamẽ cogitatiõe ſordeſcit. Gregorius in Ezechielem libro 2, homilia 20.

¶ Quomodo peccata cõmittantur, ſcribit Gregorius: Quia cogitando, uel loquendo, ſiue faciendo omne peccatum cõmittitur. Gregorius libro quinto, in caput decimum tertium primi Regum. Item: Innumerabilia ſunt quę cogitando, loquẽdo, uidendo, guſtando, & audiendo & operando cõmittimus. ibid. Et: Sunt multa peccata quæ cõmittimus, ſed idcirco nobis grauia nõ uidentur, quia priuato nos amore diligentes, clauſis nobis oculis in noſtra deceptiõe blãdimur. Vnde fit pleruñq;, ut & noſtra grauia leuiter, & proximorum mala leuia grauiter iudicemus. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia quarta Et: Omnis qui peccat, quid aliud quàm cõditoris ſui in ſe iracundiam irritat? Et ſcimus, quia quoties actu, quoties uerbo, quoties cogitatione delinquimus, Deũ cõtra nos toties irritamus. Gregorius in Ezechelẽ libro primo, homilia nona Et: Tribus modis impeletur omne peccatum, uidelicet ſuggeſtione, delectione, cõſenſu. Suggeſtio fit per diabolum, delectatio per carnem, conſenſus per ſpiritum: quia cum primam culpam ſerpens ſuggeſsit, Eua uelut caro delectata eſt, Adã ſpiritus conſenſit: & neceſſaria eſt magna diſcretio, ut inter ſuggeſtionem, delectationẽ & cõſenſum iudex ſui animus pręſideat. Cum enim malignus ſpiritus peccatũ ſuggerit in mente, ſi nulla peccati delectatio ſequatur, peccatum perpetratum omnimodo nõ eſt. Cũ uerò caro delectari cœperit, tũc peccatũ incipit naſci. Si aũt etiam ad conſenſionẽ ex deliberatione deſcendit, tunc peccatum cognoſcitur perfici. In ſuggeſtione igitur peccati ſemen eſt, in delectatione fit nutrimentum, in cõſenſu perfectio. Gregorius lib. 12, indictione 7, cap. 11. Et: Cum adhuc hic uiuimus, etiã poſt fidem ſępius ad peccata declinamus. Idẽ in Ezechielẽ lib. 2 homil. 22.

¶ Quòd ſancti etiã ſint peccatores, Iuſtinus docet: Nos diſcipuli Chriſti, imitatoresque eius, neq; idolorum ſeruitores & æmuli ſumus, etſi peccatores, tamẽ Chriſtiani, & uobiſcum omnia in Chriſto ſapientes. Item: Hi equidem ſancti, capiti ſuo, id eſt Chriſto adhærere noſcũtur: qui in ſimilitudine cor ui ſe peccatores agnoſcunt. ſequũtur multa teſtimonia, etiã in ſanctis peccata manere.

Caſsiodorus inq̃t: Qui natus eſt ex Deo, non peccat. ſubaudi, peccato ad mortẽ: non quòd leui peccato quis careat, ſine quo uita iſta nõ ducitur. Tota ergo pulchra eſt Eccleſia, in quantũ ſe caſtam & immunẽ ab omni peccato cuſtodit. Si quãdo aũt leui peccato fuſcatur, cita pœnitudine & fide recta ad cœleſte deſideriũ in ea priſca pulchritudo reparatur. Caſsiodorus in caput 4 Canticorum

¶ De effectu peccati, inquit Fulgentius: Concupiſcentia cõcipiens peperit peccatũ, peccatum uerò cõſummatũ genuit mortẽ. Non ergo iniqui prædeſtinati ſunt ad mortem animę primã, ſed prædeſtinati ſunt ad ſecundam. id eſt, ad ſtagnũ ignis & ſulfuris. Fulgentius libro primo ad Monimum.

Alcimus inquit in libro de ſentẽtia Dei:

*Ex tunc paulatim retrò ſublapſa referri*
*Vita prior, cœptiq́; malis laxata poteſtas:*
*Tunc triſtes morbi, & uarij ſubiere dolores.*

Olympiodorus ait: Stultus cũ diligat ſuę pes ſuas operatiões, & amplectatur ꝓprias deuorat carnes, ipſe ſibi iuſtũ ſuppliciũ parans. Olympiodorus in Eccleſiaſten cap. 4 Et Peccator ſuã animã prius excruciat. qui enim diligit iniquitatẽ, odit animã ſuam: & unuſquiſq; ob ea quę peccauerit, punietur. Idem in caput decimum Eccleſiaſtæ.

Gregorius inquit: Statu immortalitatis amiſſo, curſus eum mortalitatis abſorbuit. Gregorius in 34 caput Iob, lib. 24, cap. 2 Et: Homo qui, ſi præceptũ ſeruare uoluiſſet, etiam carne ſpiritualis futurus erat, peccãdo factus eſt etiã mente carnalis, ut ſola cogitet quæ ad animũ per imagines corporũ trahit. Corpus quippe eſt cœli, terrę, aquarum, animaliũ, cũctarumq́; rerũ uiſibiliũ, quas indeſinenter intuetur, in quib. dum totã ſe delectata mens proijcit, ab internę intelligentię ſubtilitate groſſeſcit: & quia iam erigere ad ſumma ſe non ualet, in his infirma libenter iacent. Gregorius in 4 cap. Iob, lib. 5. cap. 25. Itẽ: Fixa mens ſtare cum potuit, noluit: ſtare iam nõ ualet, etiam cum uult. Cõditoris quippe ſui contemplationẽ deſerẽs, ſalutis ſuę fortitudinẽ perdidit: & quolibet poſita, ſemper ęgra aliũ locũ quærit. Idẽ in 7 caput Iob, libro 8, cap. 6. Et: Per nos cecidimus, ſed noſtris reſurgere uiribus non ualemus. Culpa nos uolũtatis propriæ ſemel ſtrauit,

sed

ſed pœna culpę deteri' quotidie deprimit. Gregorius in ſeptimú caput Iob, libro 8, capite 19. Et: Delinquenti Dominus nequaquam parcit, quia delictum ſine ultione nō deſerit. Aut enim ipſe hoc homo in ſe pœnitens punit, aut hoc Deus cū homine uindicans percutit. Nequaquā igitur peccato parcitur, quia nullatenus ſine uindicta laxatur. Sic Dauid audire poſt cōfeſsionem meruit: Dominus tranſtulit peccatū tuum. Et tamē multis pòſt cruciatibus afflictus ac fugiens, reatū culpę quā perpeti auerat exoluit. Gregorius in nonū caput Iob, lib. 9, cap. 17. Et: Deus ſolus iuſtè peccata ulciſcitur, quia ipſe ſolus eſt in quo nō poteſt inueniri quod puniatur. Quia ergo ſol' Deus parcit, ſolus iuſtè iudicat, ipſum ſolū offendit qui peccat. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Tunc aūt cœlum homo deſeruit, cum peccauit. Gregorius in Euangelia, homilia 34. Et: Quid paradiſo iucundius? quid cœlo ſecurius? & tamen homo ex paradiſo peccando, & angelus cecidit ex cœlo. Gregorius lib. 6, indictione 15, epiſt. 5. Et: Nam cum primi parētes noſtri in paradiſo deliquiſſent, immortalitatē, quam acceperāt recto Dei iudicio perdiderūt. Quia itaq; omnipotēs Deus humanum genus pro culpa ſua funditùs extinguere noluit, & immortalitatē homini pro peccato ſuo abſtulit, & tamen pro benignitate ſuæ pietatis fœcunditatē ei ſobolis reſeruauit. Gregorius libro 12, indictione 7, cap. 10 Item: Humana natura per peccatū primi hominis dignitatis ſuę uigorem perdidit, ſed in perſona redemptoris aucto ſibi ſplēdore radiauit. Gregorius libro 5, in decimumquartū caput primi Regum. Item: Peccando inimicicias creatoris incurrimus. Gregorius libro 4, in caput nonū primi Regum. Item: Omne peccatū graue eſt, quia nō permittit animā ad ſublimia leuari. Gregorius in Ezechelem lib. 1, homilia 2 Et: Peccata conſummata generant mortē. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Peccatum in nobis Spiritus ſancti gratiā obſcurauit. Ibid. Et: Peccatū ſicut peccantis mentem retib. delectationū illaqueat, ita etiā implicitā quaſi mole ſuperpoſita grauat. ibidē.

¶ Deum noſſe peccata, & punire, Gregorius ſcribit: Deus itaq; hominū uanitatē nouit, iniquitatē conſiderat: quia nec minora delicta inulta deſerit, & ad maiora ferienda ſeſe intèrius accingit. Gregorius in undecimum caput Iob, libro 10, capite 9.

De quibuſdā gradibus peccatorū inquit Gregorius: Sicut minoris culpę eſt, cum carnaliter mens in delectationē rapitur, ſed tamen delectationi ſuę per ſpiritū reluctatur: ita grauioris & plenę nequitiæ eſt, ad peccati illecebram nō ſolum delectatione pertrahi, ſed etiam cōſenſu famulari. Tanto igitur arctiori manu pœnitētię mens à pollutione tergenda eſt, quanto ſe per cōſenſum cōſpicit ſordidius inquinatā. Gregorius lib. 4. in Iob, cap. 17. Item: Culpa cum defenditur, geminatur. Peccatū peccato adijcit, qui malè geſta etiā defendit. Hoc primus homo fecit, cū de errore ſuo requiſitus diceret: Mulier quā dediſti mihi ſociā, dedit mihi deligno, & comedi. ſcilicet exceſſus ſui uitiū in autorē latenter intorquens, ac ſi diceret: Tu occaſionē delinquendi prębuiſti, qui mulierem dediſti. Hinc eſt quòd huius erroris ramus in humano genere ex illa nunc uſq; radice protrahitur, ut q, malè agitur, adhuc etiam defēdatur. Gregorius in tertiū caput Iob, libro 4, cap. 19. Item: Quatuor modis peccatū perpetratur in corde, quatuor conſummatur in opere. In corde namq; ſuggeſtione, delectatione, cōſenſu, & defenſionis audacia perpetratur. Fit enim ſuggeſtio per aduerſariū, delectatio per carnē, cōſenſus per ſpiritū, defenſiōis audacia per elationē. Culpa enim quę terrere mentē debuit, extollit, & deijciēdo eleuat, ſed grauius eleuādo ſupplantat. Vnde & illam primi hominis rectitudinē antiquus hoſtis his quatuor ictibus fregit. nam ſerpens ſuaſit, Eua delectata eſt, Adam conſenſit: qui etiā requiſitus, cōfiteri culpam per audaciā noluit. Hoc uerò in humano genere quotidie agitur, quod actū in primo parente noſtri generis nō ignoratur. Eiſdem quatuor modis etiā peccatum conſummatur in opere. Prius namq; latens culpa agitur, poſtmodū uerò etiā ante oculos hominū ſine confuſione reatus aperitur, dehinc & in cōſuetudinē ducitur: ad extremū uerò uel falſæ ſpei ſeductionibus, uel obſtinatiōe miſerę deſperatiōnis enutritur. Gregorius in tertiū caput Iob, libro 4, cap. 15.

## DE PECCATO ORIGINIS.

QVòd ſit peccatū originis, probat Gregorius dicto Pſalmi quinquageſimiptimi: In iniquitatib. conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. Itē, quòd nō originalis culpæ ſupplicia uel reatus primus amittatur, niſi regenerationis unda diluatur. Gregorius in 3 cap. Iob, lib. 4 cap. 6.

Originale peccatū per præuaricationem Adæ ingreſſum in mundum, Maxentius in capite contra Neſtorium teſtatur.

Fortunatus libro nono inquit:

*Aſpera conditio & ſors irreuocabilis horæ,*
*Quod generi humano triſtis origo dedit.*
*Cum ſuadens coluber proiecit ab ore uenenum,*
*Morſu & ſerpentis mors fuit Eua nocens.*
*Sumpſit ab ipſo extunc Adam patre terra dolorem,*
*Et de matre gemens mundus amara capit.*
*Præuaricando duo probro damnantur acerbo:*
*Ille labore dolet, hæc generando gemit.*

Mon

*Mors uenit unde uorax tranſmiſſa nepotibus ipſis,*
*Heredesq́; ſuos tollit origo nocens.* Item:
*Ipſe creat hominem, quid dicere poſſumus? idem*
*Quę dedit & recipit, crimina nulla gerit.*
*Illius ecce ſumus figmentum, & ſpiritus inde eſt:*
*Cum iubet hinc imus, qui ſumus eius opus.*

Gregorius inquit: Vnde peccatū, quia homo per mulierem culpę ſobditam naſcitur, reatꝰ primi infirmitas in prole propagatur. Et quia in radice putruit humani generis ramus, in conditionis ſuæ uiriditate minimè ſubſiſtit. Gregorius in uigeſimumſextū caput Iob, libro 17. cap. 10. Et: Ex illo quippe lapſu primi hominis hęc argumēta nequitiæ ducimus, ex quo ipſam radicē traximus culpę. Gregorius in trigeſimumprimum caput Iob, libro 22, cap. 8. Item: In illo quippe primo homine à Deo recedēte, repulſi à paradiſi gaudijs, in hâc mortalia uitę ærumnam cecidimus: & quàm grauem culpā ſerpentis ſuaſione cōmiſimus, pœna noſtræ ultionis ſentimus. Huc enim lapſi, nihil extra Deum niſi affligeremur inuenimus. Gregorius in 33 caput Iob, libro 24, capite 3. Et: Peccatum quippe originale à parētibus trahimus, & niſi per gratiā baptiſmatis ſoluamur, etiam parentū peccata portamus: quia unum adhuc uidelicet cum illis ſumus. Gregorius in uigeſimumprimū caput Iob, libro 15. capite 31. Et: Quia genus humanum in parēte primo uelut in radice putruit, & ariditatē traxit in ramis: & inde omnis homo cum peccato naſcitur, unde primus homo permanere noluit ſine peccato. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecūda, epiſtola 53. Et: Vitia aūt carnis & animæ, quia diabolo ſuggerente propagātur, eius uelut propriū ſunt. Gregorius libro ſexto, in decimūquintum caput primi Regū. Item: Ex peccato primi hominis infirmāte natura in hoc mūdo cum noſtris tētationibus naſcimur. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia 19. Et: Ex peccato primi parentis pœnā contraxi magnæ infirmitatis. nō enim qđ uolo, ago: ſed quod odi malum, illud facio. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Poſtquā enim in ordine culpā incurrit primus humani generis parēs, ab illa in qua poſitus fuerat mentis celſitudine decidit, claritatem uiſionis diuinę perdidit, ſuauiſsimas uerborū Dei epulas, quibus interius reficiebatur, amiſit. Oculos carnis ad obſcœna & turpia uidēda aperuit, qui prius aciem mentis, qua lucis ſummę fulgor intuebatur, obſcurauit. Ibidem. Et: Quia primus homo à ſtatu rectitudinis peccando corruit, peccati pœnā ad filios miſit. ibidem. Item: Quia primus homo peccādo mortē incidit, propagata generis humani ſucceſsio à rationis intimę uiriditate cōſequenter exaruit. ibid.

Et: Ante peccatū primi hominis nulla membra libido inerat, erat quippe ſenſus carnis, ſed turpia ac libidinoſus nō erat: ſed ſtatim ut ad culpam cecidit, pruritū membrorum ſenſit: quia obedientem motum carnis habere nō potuit, quando ipſe Deo inobediēs fuit. Culpa ergo originalis, mater contumelioſi ſenſus carnis rectè intellgiitur: quia ex illa naſcendo prodijt, qui eſſe ab illâ cœpit. Quia ergo ex originali culpa fit peccatū motionis carnis, dum regem carnalem ſenſum attēdimus, matrē eius eſſe primam culpam rectè nominamus. Gregorius lib. 6. in decimumquintum caput primi Regum.

¶ Quales naſcamur, docet Gregorius: Sed quia cum culpa ſimul ab origine etiā pœna propagatur, inſerto infirmitatis uitio naſcimur: & quaſi nobiſcū hoſtem deducimus, quem cum labore ſuperamus. Ipſa ergo hominis uita tentatio eſt, cui ex ſemetipſa naſcitur unde perimatur. Gregorius in ſeptimum caput Iob, libro 8, capite 3. Item: Sed quamuis incorporea ſit anima, quia tamen corpori inhęret, ex ipſa ſui qualitate localis cognoſcitur, quæ carnali loco detinetur: quę dum obliuiſcitur ſcita, cognoſcit incognita, meminit obliuioni mandata, hilareſcit poſt triſtia, adducitur poſt leta: ipſa ſui diuerſitate indicat, quantū à ſubſtantia ęternæ incōmutabilitatis natura diſtat. Gregorius in quartum caput Iob, libro 5, cap. 26.

¶ Quòd maneat peccatū originis, docet Alcimus libro primo de origine mundi:
*Et licet hoc totum Chriſtus perſoluerit in ſe,*
*Contraxit quantum percuſſa in ſtirpe propago:*
*Attamen autoris uitio, qui debita leti*
*Inſtituit; morboſq́; ſuis ac funera miſit;*
*Viuit peccati moribunda in carne cicatrix.*

Gregorius ait: Et quia in hac quantalibet uirtute quis profecerit, adhuc tamen corruptionis ſuæ ſtimulum ſentit. Corpus quippe quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Gregorius in quartum caput Iob, libro quinto, capite uigeſimotertio.

¶ De effectu peccati originalis ait Caſsiodorus: Originalis peccati culpa pronos nos trahit ſemper ad uitia: & niſi Domini gratia muniamur, facilimè peruerſa ſuaſione decipimur. Caſsiodorus in Pſalmum 118.

Gregorius inquit: Culpa, quę ad nos primi parētis exceſſu eſt propagata, mentis noſtræ oculū tanta obſcuritate perculit, ut omnis homo in huius uitæ exilio cæcitatis ſuę tenebris preſſus, quantalibet ui ad æternitatis lumen intenderit, penatrare non poſsit. Poſt pœnā namq; damnati paccatores naſcimur, atq; ad hanc uitam cum mortis noſtrę merito uenimus: & cum ad ſupernę lucis radium aciē mētis erigimus, ipſa infirmitatis

noſtræ

noſtrę obſcuritate caligamos. Et qoidē multi in hac infirmitate carnis tanta uirtute roborari ſunt, ut reſplēdere mundo quaſi ſtellæ potuiſſent. Gregorius in tertiū cap. Iob, libro quarto, capite uigeſimoſecundo. Et: Ex peccato primi parētis accepimus, ut nec in ipſa iūſticia ſtabiles eſſe poſsimus, ſed aut cōtra Deum nobis booū quod facimus imputando erigimur, aut contra proximos in ſuperbiam leuamur. Gregorioa in Pſalmos pœnitentiales. Item: Iuſtæ damnationis ſentētiam primus homo peccādo pertulit, quam poſtmodum neporum ſucceſsio conſequenter incurrit. ibidem. Item: Nos primum hominē qui die peccaoit, anima mortuum dicimus, atq; per hunc omne genus humanū in hac mortis & corruptionis pœna damnatum. Gregorius lib. ſeptimo, indictione decimaquiuta, epiſtola trigeſimaprima. Et: Menſtrua conſuerudo mulieribus nō aliqua culpa eſt, uidelicet quia naturaliter accidit: ſed tamen quòd natura ita uiriata eſt, ut eriam ſine uolūtatis ſtudio oideatur eſſe polluta, ex culpæ ueoit uitio, in qoo ſeipſam qualis per iudiciū facta ſit humana natura cognoſcat, ut homo qui ſpōte culpam perpetraoit, reatū colpæ portet inuitus. Atq; ideo femioæ, quæ cum ſemetipſas conſiderant in menſtrua conſuetodine, &c. Gregori⁹ libro duodecimo, iudictione ſeptima, capite decimo. Et: Natura noſtra per lapſum primi hominis ſic damnata eſt, ut quotidie labendo deficiat, & deficiendo uetereſcat. Gregorius libro quarto, in decimom caput primi Regum.

¶ Peccatum originis ablui baptiſmo, docet Ioſtus: Ex his operibus nutriuntur, qui originali peccato obnoxij, in Chriſto tanquā hinnuli renaſcūtur. Iuſtus in Canticis.

DE ACTVALI PECCATO.

Alcimus de peccato originis ſcribens ait:

*Addatur quanquam de noſtra parte reatus,*
*Quod tamen amiſſo dudum peccatur honore,*
*Aſſcribam tibi prime pater, qui ſemine mortis*
*Tollis ſuccidua uitalia germina proli.*
*Et licet hoc totum Chriſtus perſoluerit in ſe,*
*Contraxit quantum percuſſa in ſtirpe propago:*
*Attamen autoris uitio, qui debita leti*
*Inſtituit, morboſq; ſuis ac funera miſit,*
*Viuit peccati moribunda in carne cicatrix.*

De peccato ad mortē, inqoit Gregorius: Peccatum namq; ad mortem, eſt peccatum uſq; ad mortem: quia ſcilicet peccatū quod hic non corrigitur, eius uenia fruſtra poſtulatur. Gregorius in uigeſimumquartum capot Iob, libro decimoſexto, capite 28.

De peccato in Spiritum ſanctum inqoit Gregoriua: Quis eſt qui peccat in Spiritum ſanctū, niſi qui non credit remiſsionem peccatorū? Gregori⁹ in Pſalmos pœnitētiales.

De peccatis in Sanctis, ait Caſsiodorus: Sunt enim illicita deſideria, quæ originalis peccati neceſsitate committimus, ſed in eis conſenſu animi non tenemur. In iſtis mens beata non ambulat, quæ dono Domini cordis probitate ſuperantur: ut uerbi gratia, repentè aliquid pulchrum concupiſcere, cibō deſideranter expetere, bonis odoribus commoueri, iniqua ſubitò ſuggeſtione confundi: & his ſimilia, quæ oratione ſancta & crucis ſignaculo deſtruontur. Ità fit, ut & peccata ſancti ſuggeſtione carnis habeant: & tamen dum eis minimè relaxatur effectus, ea non operari ueraciter æſtimentur. Hęc Pauli apoſtoli teſtimonijs euidentius approbātur. Caſsiodorus io Pſalmum centeſimū decimumoctauum.

Gregorius ait: Iuſti omoe quod agunt metuunt, dum cautè cōſiderant, aurequam ante iudicem ſtabunt. Intuētur potentiam illius magnitudinis, & penſant quanto tea tu conſtricti ſunt propriæ infirmitatis. Enumerāt mala proprij operis, & cōtrà hęc exaggerant bona gratiæ conditoris. Cooſiderant prana qoàm diſtrictè iudicet, bona opera quàm ſobtiliter pēſet: & perituros ſe abſque ambiguitate præſciunt, ſi remota pietate iodicentur: quia hoc ipſum quoq; quod iuſtè oidemur uioere, colpa eſt, ſi uitam noſtrā cum iudicat, hanc apud ſe dioina miſericordia non excuſat. Item: Apud Deum diſtrictè iudicati, ipſi quoq; maculas inquinationis habent, qui per mundiciam ſanitatis lucent. Gregorius in ſeptimū caput Iob, libro octauo, capite nono. Et: Sancti uiri licet magnis iā uirtutibus polleant, habēt tamen adhuc de culpæ obſcuritate quod feriant. Et licet magna iam uitæ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas uelut quaſdam noctis reliquias nolētes trahunt. Gregorius io Pſalmos pœniteotiales. Itē: Sæpe ſanctorum etiam uirorum mentes cogitatiooes illicitæ pollnont, & eas iam ad ſumma tendētes, terrenarum rerū delectationibus tangont. ibidem. Et: Sine peccato electi etiam uiri eſſe non poſſont. Gregorius libro ſecūdo, in caput ſecundom primi Regum. Item: Nemo tam ſanctus eſt, qui in ſe nō habeat aliquid fœditatis quod plangat. Gregorios libro tertio, in caput ſextum primi Regum. Et: Nemo ſine peccato, niſi ſolus Deus. Iten: Cōuerſi peccatores ſanctorum prædicatorum cōſilio fortia quæq; peccata & uitia deſerunt, ſed nullum peccatum aut uitium habere nō poſſuot. Poſſuot cauere crimina, ſed omnia nō poſsōt oitare peccata. Poſſunt uitia extinguere, ſed oe aliquo eorum quomodocūq; pulſentur, non præualent exercere. Gregorius lib. 5. in caput decimumquartum primi Regum.

## DE LEGE.

De legum diſtinctione inquit Gregorius: Quædam denique Dei præcepta ſunt communia omnium, non ſpecialia aliquorum, Gregorius libro quinto, in decimumtertium caput primi Regum.

De autore legis inquit Caſsiodorus: Legis veriſsimus lator ſolus eſt Deus. Et quia ille (Antichriſtus) contra præcepta Domini multa iuſſurus eſt, in maledicto ponitur. Caſsiodorus in 9. Pſalmum.

Gregorius inquit: Vnde & Moſi decem legis præcepta tribuuntur, quæ Dei digito ſcripta ſunt. Qui cum legem ſcripſit, hanc utique in decem præceptis edidit: quia etſi in ea carnale aliquid foris ꝓtulit, intus hác ſpiritualis intelligentiæ perfectionem ſignauit. Gregorius libro ſexto, in decimumquintum caput 1. Regum.

De forma igitur legis inquit Gregorius: In decem præceptis legis cuſtodia continetur. in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimaoctaua. Et: Lex quidem Deum ac proximum diligi, diuina mandata cuſtodiri præcipit, ab alienarum rerum concupiſcẽtia compeſcit, non tamen omnia dimitti iubet. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia 21.

De effectibus & fine legis ait Gregorius: Lex carnaliter deguſtata mortem detulit, quia commiſſa delinquentiũ dura animaduerſione diſtrinxit. Mortem detulit, quia & per præceptum culpam innotuit, & hanc per gratiam non deleuit. Gregorius in ſextum caput Iob, libro ſeptimo, capite quinto. Item: Vmbra mortis erat legis duritia, quæ unumquemque peccantem morte corporis puniri ſanciebat. Gregorius in duodecimum caput Iob, libro undecimo, capite decimo. Et: Contra hoſtem uerò bella mouet, inſtrumẽta perditionis exercet, dignaque eius maliciæ tormenta tribuit: de malo uerò eius quid lex habeat, non requirit. Neque enim lege neceſſe eſt perimi, qui lege nunquam potuit teneri. Gregorius in trigeſimumſextum caput Iob, libro uigeſimo ſexto, capite uigeſimo. Et: Deus omnipotens legem ſuper peccantium corda dedit. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia ſexta. Et: Lex eadem ſub timore mortis frigida Iudaici populi corda conſtrinxit. Gregorius in Ezechielẽ libro ſecũdo, homilia uigeſimaprima. Et: Per legem internæ noſtræ imaginis maculas uidemus. Gregorius in Euangelia, homilia decimaſeptima.

De promiſsione legis inquit Gregorius: Verba diuinæ legis peccantibus aliquando grauiter minantur de pœna, aliquando ſuauiter blandiuntur de uenia. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

¶ Legem non iuſtificare, docet Olympiodorus: Vt quis decem ſeruaret præcepta legis, non tamen erat quin ex mortali fragilitate in peccatum aliquod laberetur. Ipſa præterea lex nullum iuſtificat. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite ſeptimo. Et: Grauis lex eſt, atq; etiã debilis & infirma, cum iuſtificare neminem poſsit, ſicut & Apoſtolus inquit. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite duodecimo.

Gregorius inquit: Sed quia lex peccata indicare potuit, non auferre, non quiſquam ueterum patrum, non legis lator Moſes humani generis redemptor extitit. in uigeſimumoctauum caput Iob, libro decimooctauo, capite uigeſimo ſexto.

¶ Legem Chriſtum impleuiſſe, Gregorius docet: Chriſtus impleuit legem per myſterium incarnationis, & perfectæ humanitatis ſuæ. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimaſexta. Et: Quos iuſtè lex damnat, ille miſericorditer liberat. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſima tertia. Et: Lex Dei miſericordia eſt, qua peccantibus ueniam contulit, reuertentibus æternæ uitæ aditum patefecit. Hanc legem pro crucifixoribus ſuis patrem exorãs Chriſtus impleuit, hanc nobis tenẽdam ueris Magiſter indixit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

Quomodo fiat lex, Gregorius monet: Tunc Decalogi mandata perficimus, cum profectò quatuor libros ſancti Euãgelij cuſtodimus. Gregorius in Euangelia, homilia decimaſexta.

Quomodo ſimus liberi à lege, Gregorius admonet: Per ſanguinem Chriſti miſericorditer educimur, qui per legis literam ſeuerè prius conſtringebamur. Gregorius in Cantica canticorum.

## DE EVANGELIO.

Evangelium ſic definit Gregorius: Euãgelium bonum nuncium dicitur. E uãgeliſtas utique appellamus, qui rudibus populis bona patriæ cœleſtis annunciant. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo homilia uigeſimaprima. Item: Per Euangelium ipſa Domini paſsio quæ prophetata eſt, declaratur. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia 6.

De effectu Euangelij inquit Caſsiodorus: Dulcedine Euangelij ueluti lacte nutritur infantia credentium. Item: Dulcedo Euangelij melior eſt auſteritate legis. In lege enim nulla reſeruatur pœnitentia, ſed præcipitur, ut qui peccat occidatur. Euangeliũ autem dicit, Nolo mortem, &c. Caſsiodorus in Cantica canticorum.

De Concordantia legis & Euangelij inquit

quit. Gregorius: Niſi lex Euangelio concordaret, in quatuor mundi partibus nō innoteſceret. Gregorius in Ezechielem libro primo, bomilia 6.

De diſcrimine legis & Euangelij inquit Gregorius: Quia rimenti adhuc populo lex eſt tranſmiſſa per ſeruum: diligentibus uerò filijs Euangelij gratia eſt collata per Dominum, qui ad redemptionem noſtram ueniens, nouum nobis Teſtamentum condidit: ſed de eiuſdem nos teſtamenti mandato diſcuriens, quandoq; eriam iudex uenit. Gregorius in trigeſimumprimū caput Iob, libro uigeſimoſecundo, cap. 13. Irem: Vbi lex peccati cum lege mentis cōtendit, pfectò adhuc autora eſt: quia lux quæ iam emicuit, necdum prærereuntes fundirùs tenebras preſsit. Adhuc aurora eſt, quia dum lex carnis legem menris, & lex mentis legem carnis percutit, inrer ſe uiciſsim lux & umbra confligit. Gregorius in rrigeſimumoctauum caput Iob, libro uigeſimonono, capite tertio. Item: Non per legem Euangelium, ſed per ſanctum Euangelium legem didicimus. Gregorius in Ezechielem libro 1. homilia ſexta.

## DE IVSTFICATIONE

Qvi ſaluentur, exponit Gregorius: Sicut priorib peccara paſsione ac reſurrectione eius ſanata ſunt: ita nos prǫreritæ paſsione illius, ac permanēti in ſecula reſurrectiōe ſaluamur. Gregorius in Ezechielem lib. ſecundo, homilia decimaſeptima. Item: Et quia per eius ſanguinem conciliamur Deo, cuius obtentu ſalus noſtra perficitur. Gregorius libro primo, in primum caput primi Regum.

Vnde ſit noſtra iuſtificario corā Deo, clarè explicant. nam ſic Fnlgentius ait: Attendamus uitam æternā, regnumq; cœlorū diuinitùs fide fidelibus præparatū, ſed hocipſum opus eſt gratiæ. Ex gratia enim datur nō ſolùm iuſtificatis uita bona, ſed eriā glorificaris uita æterna. Cum uerò Deus uiram æternam donat, opus ſuum quod inchoauit iuſtificans impium, perficit glorificās iuſtum. Hęc autem utraq; gratis, id eſt, & uita bona, & uita æterna, in Chriſto IESV Domino noſtro eſt. De plenitudine quippe eius nos omnes accepimus, & grariam pro gratia: id eſt, gratiā glorificariōis æternæ, pro gratia iuſtificarionis indebitæ, ut gratia iuſticationis omne meritum malum deleat indebita beneficio, & meritum bonū iugi confirmet auxilio, cui gratia glorificarionis iuſtæ reddatur in præmio. Fulgentius lib. 1. ad Monimum. Item: Vnus Deus eſt qui gratis & uocat prædeſtinstos, & iuſtifica uocatos, & glorificar iuſtificatos. Sicut autem non eſt aliud iuſtificare, niſi iuſtos facere: ſic non eſt aliud glorificare, niſi glorioſos facere. Proinde quia IESVS ſuos & iuſtificat & glorificat, ſicut gratiæ ipſius opus eſt cum facit iuſtos: ſic grariæ ipſius opus erit, cum faciet glorioſos. Quia ſicut nemo poteſt habere ueram iuſticiam, niſi fuerit iuſtificatus: ſic nemo poreſt habere ueram gloriam, niſi fuerit glorificarus. ibidem. Itē: Iuſtificatio & glorificatio quæ non eſt homini ex homine, ſed ex Deo pręd icta & promiſſa eſt. ibidem.

Fortunarus libro decimo, in expoſitione orationis Dominicæ inquit: Per gratiam unigenri nos effici meruimus adoptiui. Irem: Remiſsionem peccarorum nobis in boc ſermone ſola credulitas ſufficit: nec ratio requiritur, ubi principalis indulgentia comprobatur: ipſe rexterrenus à nullo dicitur, ſi quodcunque largitur. Nam ille qui potuit de luto hominem facere, idem potens eſt etiam lutulentum purgare, & ualer innocentiam perditam reſtituere, qui ſepultos & membra perdira reuocat ad ſalutem. Fortunatus libro undecimo, in expoſitione Symboli.

Iuſtus iuquit: Semper præ oculis babete ſanctæ animæ regem Salomonem, pacificum noſtrum, qui CHRISTVS eſt, quemadmodum paſsionem ſuſtinuit, ut genus humanum ab interitu liberaret. Iuſtus in Canticis.

Caſsiodorus ſcribit: Ipſe fideles redimit, qui ſuum filium pro humano genere inæſtimabile precium dedit. Nec ab alio poteſt ſalus uenire, niſi à ſaluris autore. Caſſiodorus in Pſalmum ſeptimum. Et Pſalmo quadrageſimquarto: Specioſus forma præ filijs bominum, &c. Hic, inquit Caſſiodorus, & quare ſpecioſum dixerir, probat, quia loquēre Chriſto per gratiam Deo reconciliatus eſt mundus. Quid ergo potuit in humano genere eſſe ſimile, quàm ipſum incarnatum conſpicere, per quē redemptionis donum totus orbis accepit?

Gregorius inquit: Gratia quippe redempti ſumus. illa namque ſola opera malè uiuendo dedimus, quibus ſi iuſta retriburio ſeruaretur, non CHRISVS, ſed ſupplicia redderentur. Sed aliud homo per iuſticiam meruit, aliud per gratiā accępit. Gregorius in uigeſimumoctauum caput Iob, libro decimoctauo, capite uigeſimo ſecūdo. Et: Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Gregorius in Pſalmoa pœnirērialea. Et: Dignum fuerat ut per eum fieret remiſſio, per quē facta fuerat creario: & ipſe eſſet largitor gratiæ, qui fuerat omnib. autor naturæ. ibidem. Et: Vt intima luce fruamus non eſt noſtri conanimis, ſed diuinę dignationis. Sæpe namq; diurno ſilentio inſtan-

tibus

tibus ſupplicationibus crebris gemitib illá nobis internæ lucis gloriam aperiri flagitamus,& in eius amœnitate recipi non meremur.Sæpe nil tale pro eius deſiderio agim⁹, ſed ſubitò nos diuina gratia præuenit, ab imo noſtræ infirmitatis erigit.in ſuperna rapit,inſperantibusq; nobis gloriam ſuæ lucis oſtendit.In contemplationem cœleſtium ſublimari nõ poſſumus noſtro conamine,ſed diuina diſpoſitione.Gregorius libro primo in primum caput primi Regum. Et: Ad paradiſi gaudia ſine redemptoris præſentia redire non poſſumus. ibidem. Item: Extra eum ſanctus aliquis eſſet,ſi abſq; dono unigeniti ſanctificationis ſpiritum habere potuiſſet. Sed quis hoc aſſerere audeat de hominibus, quod de angelis nequaquá conſtat?Extra eum, ſanctificationis gratiam inuenire non poſſumus. Gregorius libro 1. in caput ſecundum 1.Regum. Item:Nemo electorum niſi in ipſo Chriſto eſt.ibidem: Et: Sãctus Dominus & fortis aſſeritur,à quo ſanctificamur, ad requiem ducimur, & glorificamur.Sanctificationem à Domino accipimus in uirtute regenerarionis, quieté ab huius mutabilitate corruptionis in terminatiõe exilij,fortitudinem in triumpho reſurrectionis. Primum itaq; horum munerũ in iſta uita conſequimur,cum electi cuiuſq; anima in carne eſt,ſed utraq; adhuc in agone operis poſita.Sequens aũt,in ſola anima præter carnem,poſt carnis uitam,& iam de huius uitæ laboribus aſſumpta. Vltimum uerò in carne & anima,ſed utraque iam per gloriam æternitatis innouata.Gregorius libro ſecundo,in caput 2.primi Regum. Et: Ab iniquitatum noſtrarum ſordibus per Dauid filium ſaluatorem noſtrum aperta iam miſericordia lauamur.Gregorius lib.6.indictione 15,epiſtola 22.

¶ Materiam iuſtificationis eſſe mortem CHRISTI, docet Iuſtus in Canticis: Amica mea,ſcilicet Eccleſia, reconciliata mihi per mortem.

Caſsiodorus inquit:Saluum ſe Dauid petit fieri non ſecundum merita ſua, ſed propter diuinam miſericordiam, in qua dum fixa ſpes ponitur, uenia facilius impetratur. in Pſalmum ſextum. Item Pſalmo trigeſimotertio:Redimet Dominus animas ſeruorum ſuorum,&c.hoc dictum ſic interpretatur: Redimet Dominus, ſcilicet ſanguine precioſo: quoniam qui in ipſo rectè crediderit, à peccatorũ debita captiuitate redimetur. Item:Illi ad æternarum epularum diſcubitum,& ad ſupernæ quietis requiem ueniunt,qui in pręſenti paſsiõe redemptoris ſui dignè uenerari & imitari ſatagunt. Quia niſi quis actiones ac uitam Chriſti imitatus fuerit,ad æternam requiem peruenire non poterit. Caſsiodorus in caput tertiũ Canticorum. Item : Nullus enim iuſtorũ regnum cœlorũ intrare ualuit,niſi per Chriſtum:quia ipſe primus aſcendit,& ſequentibus ſuis membris cœlum aperuit. Caſsiodorus in caput 7.Canticorum.

Ennodius inquit: Sufficit ad reparationẽ æternitatis perditæ, quòd non à nobis, ſed pro nobis agnus occiſus eſt. Ennodius in benedictione cerei.

De medico,inquit Gregorius:Omnipotẽti medico nihil eſt inſanabile,qui ſicut medetur ſine precio,ita ſalutẽ reſtituit uerbo. in Pſalmos pœnitentiales.

De impulſiua inquit Gregorius: Miſericordia eſt,qua ſine ullis pręcedentibus meritis, pœnitentibus ueniam tribuit.in Pſalmos pœnitentiales.

¶ Gratis Deum iuſtificare, ſeu recipere in gratiam, ſic declarat Fulgentius: In ſanctis coronat Deus iuſticiam, quam eis gratis ipſe tribuit,gratis ſeruabit,gratisq; perfecit.Fulgentius lib.1.ad Monimum. Item: Deus gratuita miſeratione iuſtificat peccatores.Fulgentius ad Donatum.

Maxentius ait:Quapropter nullũ ab Adá hucuſq; per naturæ uigoré credimus eſſe ſaluatũ,niſi dono gratiæ S.ſancti in fide nominis IESV.Quia non eſt aliud nomen ſub cœlo,in quo,&c.Maxẽtius in ſua confeſsione. Item:Credentes etiam omnes ab Abel uſq; ad Chriſtũ, ſi qui ſaluati ſunt, ea gratia qua & nos,eſſe ſaluatos,ſecundum uocem B.Apoſtoli dicentis,&c.ibidem.

Symmachus ait:Chriſtus uos pio ſanguinis ſui precio cõparauit,gratiæ libertate cõceſſa,nihil interuenientibus humanis operibus,quod dignum pro tanta mercede tribueret.Symmachus in epiſtola.

Olympiodorus inquit: Sũma ſalutis noſtræ in miſericordijs Domini ac benignitate iudicis repoſita eſt.Olympiodorus in Eccleſiaſten,cap.12.

Andreas Hieroſolymitanus inquit: Chriſtus nouam redeundi in cœlum ſemitá terrigenis gratuitò donauit. Et:Redemptionẽ humani generis eſſe opus miſericordiæ patris,& obedientiæ filij.

Caſsiodorus Pſalmo 55. Pro nihilo ſaluos facies eos, &c. ait: Quia gratis omnia ſua pietate cõcedit,nec cuiuſquam meritũ exigit, ut poſsit proprio labore ſaluari. Quid enim meruit latro, ut ſic ueIociter paradiſum introiret?Quid publicanus, qui repentè de templo abſolutus exiuit? Ipſe dedit confeſsionis ſubitum uotum,qui donauit & præmium. Conſtat ergo pro nihilo peccatores ſaluos fieri, quando certum eſt conuerſionem gratuita largitate concedi. Item:Ipſa eſt gratia quæ gratis datur,quia

nos ipſius bona præueniunt, dum & ipſum quoq; bonum uelle conceditur. Caſsiodorus in Pſalmum ſexageſimumſeptimum. Et: Memores gratiæ tuæ & miſericordiæ; qua ſaluati ſumus. Vbera enim ſunt, ipſa gratia qua ſaluamur. Caſsiodorus in Cantica. Item: Nemo enim ſuis uirib. ſed gratia Dei ſaluari poteſt. Caſſiodorus in quartum caput Canticorum.

Gregorins inquit: Ipſa iuſticia noſtra ad examen diuinæ iuſticiæ deducta, iniuſticia eſt: & ſordet in diſtrictione iudicis, quod in æſtimatione fulget operantis. Vnde Paulus cum diceret, Nihil mihi conſcius ſum: protinus adiũxit, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui cauſam mox, cur nõ ſit iuſtificatus, inſinuans ait: Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Ac ſi dicat: Idcirco in eo quod nihil mihi cõſcius ſum, iuſtificatum me abnego, quia ab eo qui me iudicat, examinari me ſubtilius ſcio. Diſsimulanda ergo ſunt quæ exterius fauent, reprimenda quæ interius. perſtrepunt, declinanda quæ quaſi neceſſaria inuoluunt: & tamen in his omnibus adhuc diſtricti examinis flagella meruenda, quia & ipſa noſtra perfectio culpa non caret, niſi hanc ſeuerus iudex in ſubtili lance examinis miſericorditer penſet. Gregorius in tertium caput Iob, libro quinto, capite octauo. Et: Ad uitam non ex meritis, ſed ex uenia conualeſco. Gregorius in nonum caput Iob, libro nono, capite undecimo. Item: Sed ſunt nonnulli, qui ſaluos ſe ſuis uiribus exultant, ſuisq; præcedentib. meritis redemptos ſe eſſe gloriantur. Quorum profectò aſſertio inuenitur ſibimetipſi contraria: quia dum & innocentes ſe aſſerunt & redemptos, hoc ipſum in ſe redẽptionis nomen euacuant. Gregorius in uigeſimum octauum caput Iob, libro decimooctauo, capite uigeſimoſecundo. Et: Quos iuſtè lex damnat, ipſe miſericorditer liberat. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimatertia.

Omnes eodem modo iuſtificari, docet Caſsiodorus: Vna enim eademque cura eſt Deo de ſanctis, qui uel in circumciſionẽ, uel etiam tempore baptiſmatis coruſcante gratia Euangelij, illi placuerunt. Caſsiodorus in caput 3. Canticorum.

Quomodo retineatur iuſticia, monet Gregorius: Quamuis mox ut peccat, ſancta anima à iuſticia deuiet: tamen dum ſemper credit in eum qui iuſtificat impium, & aſsiduè ſub eius fide peccata ſua deflet, per aſsiduas ablutiones iuſticiam ſuam retinet. Gregori⁹ in Cantica canticorum.

¶ De effectibus iuſtificationis ſic ſcribit Iuſtus: Veniens ad fidem, ueterem hominem ſecundum priſtinam conuerſationem depoſui, & indui nouum qui ſecundũ Deum creatus eſt.

¶ Vnde ſit fides, docet Gregorius: In electorum corde prior bonorum ſequentium ſapientia naſcitur, atq; hæc per donum ſpiritus quaſi primogenita proles profertur. Quæ profectò ſapientia, noſtra fides eſt, propheta atteſtante, qui ait: Niſi credideritis, non intelligetis. Tunc enim uerè ad intelligendum ſapimus, cum cunctis quæ conditor dicit, credulitatis noſtræ fidem præbemus. Gregorius libro ſecundo in Iob, capite uigeſimo quinto. Et: Præbet apud Deum homini fiduciam Deus homo. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaquarta. Et: Quando Spiritus ſancti gratiam abundanter accepimus, Deo adhæremus. Gregor. lib. 4. in caput 10. primi Regum.

Fide applicari Chriſtum, & eius merita, Iuſtus docet: Chriſtus in ſe credentes inſtar niuis candidos facit. Item: Non his qui crucifixerunt, ſed his qui in crucifixum crediderunt, botri iſtius dulcedo conceſſa eſt. Tantum bonũ paſsionis Chriſti Phariſæis & Sadduceis quidem geſtum, nobis autem qui credidimus conſtat eſſe conceſſum. Item: Attrahitur ad Chriſtum, qui credit in Chriſtum. Iuſtus in Canticis.

Olympiodorus dicit: Populus in Dei cognitionem ex gentibus conuocatus, uerè ſapiens ac redemptus à diabolica ſeruitute, per fidem Chriſti conſecutus eſt regale ſacerdotium, ſpiritu quidem pauper, ſed Euãgelica beatitudine decoratus. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 4. Et: Dominus noſter IESVS Chriſtus, qui eſt ipſa ſapientia, et qui in ſe crediderit, iam per fidei lumẽ ſapiẽti effecto, auxiliatur multo ualidius, quàm decem præcepta legis. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 7.

Gregorius inquit: In Chriſti fide ſaluamur. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia nona. Et: Ante aduentum Chriſti, ſancti qui ipſum in carne uenturum expectabant, eumq; ſolum ſaluatorem ſuum eſſe ſciebant, per eius fidem ſaluati ſunt. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Sed quia doctoris fides ad ſalutem ſibi tantum, non etiam auditoribus proficit, mitti & adduci præcipitur, ut unuſquiſque fidem eius habeat, per quam ſaluari mereatur. Gregorius libro ſexto, in caput decimũ ſextum primi Regum.

¶ De fidei obiecto inquit Olympiodorus: Cuncta uerba Eccleſiaſtæ hortantur ad uerbum fidei, quæ eſt in CHRISTVM Deum noſtrum. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite 1. Item: Pugillus eſt indeficiens, fides quæ eſt in Dominum IESVM CHRISTVM. Item: Qui credũt in ſubſtantialẽ Trinitatẽ,

patrem,

patrem, filium, & ſpiritum ſanctum, à reſiſtẽtibus hæreticis & aduerſarijs expugnari nõ poſſunt. Olympiodotus in 4. capnr Eccleſ. Et: Omnes qui uerè uiuunt, ex fide ambulãt cum adoleſcente ſecũdo, qui proculdubio eſt Saluator noſter, homo de cœlo cœleſtis, qui nobis natus eſt, ac ſurrexit pro adoleſcẽte ptimo Adam. ibidem.

Gtegorius inquit: Non ergo in fletibus, non in actibus noſtris, ſed in aduocati noſtri allegatione confidamus. Gregorius lib. primo in Ezechielem, homilia 7. Et: In cognitione omnipotẽtis Dei ptimum oſtium noſtrum fides eſt. Gregorins in Ezechielem libro 2, homilia decimaoctaua. Item: Non de meis meritis confidens, ut me ſaluum facias ſupplico: ſed de ſola miſericordia tua præſumens impetrare, quod non de meis meritis ſpero. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

¶ De proprietatibus fidei, inquit Gregorius: Per fidem creditur, quod non uidetur. Item: Vnitas eſt fidei incorde omnium ſanctorũ. Gregorius libro ſecundo in Ezechielem, homilia uigeſimaprima. Et: Fides illarum rerum argumentum eſt, quæ apparẽre non poſſunt: quę etenim apparent, fidem non habent, ſed agnitionem. Gregorius in Euangelia homilia 26.

Quòd una fides ſit omnium, Gregorius teſtatur inquiens: Vna eſt omtium electorũ fides. Gregotius in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimanona. Et: Vna eſt netetum ac nouotum pattum fides. Gregorins in Ezechielẽ libro ſecundo, homilia decimaſexta.

De ordine clarè dicit Gtegotius: Fides charitatem, præcedit. ibidem. Et: Prædicator priuſquam bona opera inſinuet, prædicat fidem, per quam anima humiliter ueniens, ad bonorum actuum altitudinẽ ſubleuetur. Gregorius libro ſecundo in Ezechielem, homilia decimanona. Et: Prius ad fidem uenimus, ut poſtmodum per ſpiritualinm donorum gradus, cœleſtis uitæ aditum intremus. Non enim uirtutibus ne nitur ad fidem, ſed per fidem pertingitur ad uirtutes. ibidem. Et: Vera fides eſt, quæ iti-hoc quod uerbis dicit, motibus non contradicit. Gregotius iti Euangelia, homilia uigeſimanona. Item: Fidem quam percepiſti, etiam bonis actibus & uerbis exeqni debes. Gregorius libro tertio, indictione 12. epiſtola uigeſimaſcptima. Et: Patrum fidem ueterum tenemns, & eandem fidẽ per dilectionem in bono opere exercemus. Gregotius libro ptimo, in ptimum caput Reg. Item: Sed & in ſalute fidelium fides operib. prior eſt. Gregotius in Prologo, in inptimũ librum Regum.

¶ Effectus fidei ita prædicat Iuſtus Orgelitanus in Canticis: Exinde mũdiores effecti, quia Chriſtum in carne natum fide nõ dubia credunt, & ſacramento uiſibili ſe renatos, ablntos & nutriros agnoſcunt: reſident iuxta fluenta pleniſsima, id eſt inter Spiritus ſancti affluentiſsima dona.

Gregotius ait: Si fides nõ ptima in corde noſtro gignitur, reliqua quæq; bona eſſe non poſſunt, etiamſi bona nideantur. Virtutes noſtræ in habitaculo fidei, ſacri eloquij cibo ſatiantur. Scriptum quippe eſt: Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Tunc ergo uirtutes noſtræ ueras nitæ epulas ſumunt, cum nutriri fidei ſacramentis incipiunt. Gregotius libro ſecundo in Iob, capite uigeſimoquinto. Et: Per fidem corda noſtra mundantur. Gregorins in Cantica canticotum. Item: Per fidem, ab omnipotenti Deo cognoſcimur. Gregotius in Ezechielem libro primo, homilia tertia. Et: Rectã fidem recta ſubſequi debet operatio. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia nona. Item: Fides robuſta eſt, quæ ſe in dilectione Dei & proximi exercet. Gregorius libro ſecundo in Ezechielem, homilia decimaſexta. Et: Per fidem lux uera naſcitur in mente. Grcgorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia decimanona. Et: Quicunque ad fidei agonem uenimus, luctamẽ contra malignos ſpiritus ſumimus. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaſecunda. Item: Per fidem Deo fidelis quiſq; cõiungitur. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: In fide ſancta Eccleſia illuminatur. Item: Qui in fide redemptoris illuminatus non eſt, inſe dirigentem ſpiritum habere nõ poteſt. Gregorius libro ſexto in caput 16. primi Regum.

¶ Fidem malis opetibus excuti, docet Gregotius: Hi qui fidem ſine operibus retinent, cum pro eadem fide in extremo iudicio ſaluari ſe poſſe confidunt, ſpes eotum fruſtrabitur: quia hanc malè niuendo demoliti ſunt, quam confitendo tenuerunt. Gregotius libro quarto in Iob, cap. 14.

De differentia iuſtificationis & glorificationis, inquit Fulgentius: Iuſtificationis gratia in præſenti datur, glorificationis autem futura ſetuatur. Iſta eſt fidei, illa ſpei. Fulgentius lib. 1. ad Monimum:

## DE BONIS OPERIBVS.

QVòd bona opera ſint neceſſaria, docet Alcimus in libro De conſolatotia caſtitatis laude.

*Non uanum præ ſe tumefacta ſcitentia nomen*
*Noſtra ferat, ſed iuncta ſibi dilectio ſubſit.*
*Nam ſi Chriſticolas noſmet ſanctosq; putamus,*
*Aggrauat hoc etiam nomen, ni facta ſequantur.*

Gregorius inquit: Ille uerè credit, q exer

cet operando quod credit. Gregorius in Euangelia, homilia 26. Item: Proximus eſt amandus, ſi ad Deum uenire uolumus. Gregorius in Euangelia, homi. 30. Et: Tunc homo per uiam ueritatis incedit, cum & opera uirtutū exequitur, & tamen peccata ſua ſemper agnoſcit. Gregorius in Cātica cant. Itē: Quicūq; ſe fidē dicit habere, neceſſe eſt in bonis operib. exerceat, ut in operib. exteriorib. fides interior innoteſcat. Sed & opera neceſſe eſt ut uox prædicationis ſequatur. Quia quicunq; in ſanctis operibus perfectè ſe dilatat, conſequens eſt ut ad eadem facienda proximos quoſq; exhortetur. ibidem. Et: Qui erubeſcit bona facere, à ſtatu rectitudinis cadit, atq; ad damnationem tendit. Gregorius in Ezech. lib. 1. homilia 10. Item: Pulchritudo operum externorum ornat habitaculum Dei, quod adhuc latet intrinſecus. Gregorius lib. 2. in Ezechielē, homilia 17. Et: Sancti uiri bona inceſſanter faciunt. Gregorius libro tertio in caput ſextum primi Regum. Item: Nulli intra ſanctam Eccleſiam conſtituto liberum eſt peccare, nulli innoxium praua committere. ibidem. Et: Rectæ opera rectæ fidei iungenda ſunt. Gregorius in Euāgelia, homilia trigeſimanona. Item: Non ſufficit benè uelle, niſi ſequatur & facere. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

Rectè Iohannes Maxentius ait: Nullatenus illa bona opera ſunt iudicanda, quibus non eſt ueritas fundamentum. in epiſtola ad Hormiſdam.

Caſsiodorus ait: Cibus Domini bona opera noſtra ſunt. in caput quintum Canticorum.

¶ Opera ſic diſtribuit Gregorius: In his quatuor uirtutibus (nempe in prudentia, temperantia, fortitudine & iuſticia) tota boni operis ſtructura conſurgit. Vnde & quatuor paradiſi flumina terram irrigant: quia dum his quatuor uirtutibus cor infunditur, ab omni deſideriorum carnalium æſtu temperatur. Gregorius libro ſecundo in Iob. capite uigeſimoſeptimo. Et: Hoc ergo nos debemus exhibere proximis, quod indignis nobis à Creatore noſtro conſpicimus exhiberi. Gregorius in Ezechielem lib. primo, homilia ſexta

¶ A' Deo eſſe donum faciendi bona opera, docent. ut: Quicquid iuſti in bonis operibus fructificant, totum eſt referendum ad Chriſtum. Iuſtus in Canticis.

Olympiodorus ait: Cum uiuant in conſpectu Dei, caueantq; ſibi in omni ſua actione & cogitatione, tanquam Deo iudice cuncta cernente, omniū bonorū operum & conceptuum Deus illis cauſa exiſtit. in Eccleſiaſten, capite 8.

Gregorius inquit: Ille ueram Deo orationem exhibet, qui ſemetipſum, quis puluis ſit, humiliter uidet: qui nihil ſibi uirtutis tribuit: qui bona quæ agit, eſſe de miſericordia conditoris agnoſcit. lib. ſecundo in Iob, cap. uigeſimoſeptimo. Et: Omnipotēs Deus pro merito operis electis ſuis tribuit augmenta uirtutis. Gregorius libro quarto in caput nonum primi Regum. Et: Quia aliquid boni operari ſine diuino auxilio non ualemus, iunctis omnipotentem Deum precibus exoremus, ut in mādatorum ſuorum uiam, cum commiſſo grege, gratia ſua duce nos dirigat, atque ipſe nobis & intelligere & agere quæ ſibi placita ſunt concedat. Gregorius lib. 10. indictione quinta, epiſtola 1. Et: Boni aliquid operari ſine diuino auxilio non ualemus. ibidem. Et: Virtus bonæ intentionis eſt charitas Dei, quæ in electorum cordibus diffunditur per donum ſpiritus ſancti. Gregorius lib. 1. in. 1. caput 1. Regum. Et: Noſtra bona non à nobis ſunt, ſed ab eo hęc accepimus à quo factum eſt ut eſſemus: tanto ea nobis non debemus retinere priuata, quanto ea nobis conſpicimus ab autore noſtro ad communem utilitatem data. Gregorius in Ezechielem libro primo, homilia decimaquinta. Item: Deo namq; adhęremus, quando Spiritus ſancti gratiam abundāter accipimus: & unus ſpiritus cum eo efficimur, quando diuinæ uoluntati, mēte, ore & opere concordamus. Gregorius libro 4. in caput 10. primi Regum.

¶ De forma operum inquit Gregorius: Summa cura uigilandum eſt, ne uel bonis operibus ſeruiens mens, reproba intentione polluatur. Et nullum eſt bonum quod foris agitur, ſi non pro eo intus ante Dei oculos, innocentiæ uictima in ara cordis immolatur. Tota itaque uirtute perſpiciēdus eſt fluuius operis, ſi purus emanat ex fonte cogitationis. Omni cura ſeruandus eſt à maliciæ puluere oculus cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus oſtentat: apud ſemetipſum per uicium prauæ intentionis intorqueat. Curandum itaque eſt, ne bona noſtra pauca ſint: curandum ne indiſcuſſa, ne aut pauca agentes, inueniamur ſteriles: aut indiſcuſſa relinquētes, uecordes. Neque enim unaquæque uerè uirtus eſt, ſi iuxta alijs uirtutibus non eſt. Gregorius libro primo, in primum caput Iob, capite uigeſimo. Et: Intus ſunt ſeruanda quæ agimus, ſi ab interno arbitro uicem recipere noſtri operis expectamus. Hinc eſt enim quod per Euangelium ueritas dicit: Neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, ut ſit eleemoſyna tua in abſcondito: & pater tuus qui uidet in abſcondito, reddet tibi. Occultanda ergo ſunt quæ agimus, ne

hæc

hæc in huius uitę itinere incautè portátes, latrocinantium ſpiritum incurſione perdamus. Et tamen ueritas dicit: Videant opera ueſtra bona, & glorificent patrem ueſtrũ qui in cœlis eſt. Sed aliud eſt profectò, cum in oſtenſione operis gloria quæritur largitoris: aliud, cum laus priuata concupiſcitur de dono largientis. Gregorius in octauum caput Iob, libro octauo. capite trigeſimo. Et: Duo ſunt quæ in bonis operibus neceſſe eſt ut ſtudioſè formidentur, deſidis uidelicet, & fraus. Deſidia autem per torporem naſcitur, fraus per priuatam dilectionem. Gregorius in nonum caput Iob, libro nono capite decimoſeptimo. Et: Charitas bonorum operum radix. Gregorius libro ſexto, indictione decimaquinta, epiſtola uigeſimaoctaua. Et: Opera bona ſine humilitate nihil ſunt. Gregorius in Euangelia, homilia ſeptima.

¶ De fine, utilitate & præmijs bonorum operũ ita ſcribũt: Qui ꝓbi officioſiq; fuerint in hac uita, in ſuturo ſeculo coronantur, puniuntur autem ſceleſti. Quæ igitur in futura uita & ſeculo nobis aduenient, præmia illorũ erunt quæ in hac uita ſeculoque præceſſerint. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite primo. Et: Opera ſtulticiæ tranſeunt, perpetuam punitionem conciliantia ſuis cultoribus: opera uerò ſapientiæ in perpetuum durant, æternaq; cultores ſuos lętitia afficiunt. Olympiodorus in Eccleſiaſten capite ſecundo. Item: Melius eſt nos ipſos, dum ſumus in uita, diſpenſare diuitias noſtras in pauperum ac egenorũ neceſsitates, ut ita theſaurũ habeamus indeficientem in cœlis: quàm alios in hæreditatẽ tranſmittere, qualeſcunq; demum illos ſore contingat. ibidem. Et: Concordiam duorum in operibus bonis laudat· hæc năq; precium conſequitur apud Deum. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite quarto. Item: Cum lachrymis & miſericordi affectu facito eleemoſynã. huius enim fructus tecũ permanebit in ſeculum. Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 11.

Caſsiodorus inquit: Nõ propter mũdi gloriam & terrena cõmoda, ſed ut ſolis oculis Dei placeas, bona operaris. Caſsiodorus in primum caput Canticorum.

Gregorius ait: Si nos apud Deum opera noſtra quaſi ueſtimenta non tegerent, nequaquam uoce angelica diceretur: Beatus qui uigilat, & cuſtodit ueſtimenta ſua, ne nudus ambulet, ne uideant turpitudinem eius. Turpitudo enim noſtra tunc cernitur, cum uita reprehẽſibilis ante iuſtorũ oculos in iudicio, nequaquam ſubſequentis boni operis tegmine, uelatur. Gregorius libro ſecundo in Iob, capite uigeſimoſeptimo. Et: Bonum quippe opus cum in medio perfidorum lucet, lucerna ardet in nocte. Cum uerò in Eccleſia reſplendet, ſol fulget in die. Bonum opus ſi adhuc tale eſt, quod ſoli mali mirentur, lucerna uidelicet in nocte eſt: ſi autem proficit, ut mirari à bonis & perfectioribus poſsit, nimirum ſol eſt in die. Bonum opus cum per actiuam uitam in corporibus lucet, quaſi lucernæ more lumen ex teſta reſplendet: cum uerò per ſolam uirtutem mentis inueniens lux uidetur, &c. Gregorius in trigeſimumprimum caput Iob, libro uigeſimoſecundo, capite quarto. Et: Eos æterna ſublimitate remunerat, qui nunc intra ſanctam eccleſiam per exempla bonorum operum in electorum oculis coruſcant. Gregorius libro ſecundo, in caput tertium primi Regum. Et: Cum bona opera etiam per corpus agimus, de terræ pinguedine ditamur. Gregorius libro primo in Ezechielem, homilia ſexta. Et: In noſtro bono opere aliquando cauendum eſt ſcandalum proximi, aliquando uerò pro nihilo contemnendum. Gregorius libro primo in Ezechielem, homilia ſeptima. Et: Opera noſtra idcirco ſemen dicta ſunt, quia ſicut ex ſemine fructum colligimus, ſic ex operibus noſtris mercedem expectamus. Item: Qui enim in hac uita ſemen boni ſeminauerit operis, in futuro fructum æternæ conſequetur remunerationis. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Dum tempus habemus operemur bonum, ut cum ad indeficientem uitæ illius beatitudinẽ peruenerimus, perpetuos fructus in cœlo colligamus. ibidem.

Opera ſic celebrat Caſsiodorus: Omnia opera Eccleſiæ quaſi orationes ſunt. In cunctis enim quæ agit, ſemper Dominum deprecatur: & tali modo impletur illud, Oportet ſemper orare. Nec ſemper hoc ante Dominum aliter impleri poteſt, niſi tota noſtra uita & conuerſatio talis ſit, ut in conſpectu Dei oratio deputetur. Caſsiod. in Cantica.

Sẽper benè operandũ, docet Gregorius: Incaſsũ bonũ agitur, ſi ante terminũ uitę deſeratur: quia & fruſtra uelociter currit, qui prius quàm ad metas ueniat, deficit. Grego. lib. 1. in ſi. caput Iob, cap. 21. Item: Virtus boni operis perſeuerantia eſt. Item: Ille benè immolat, qui ſacrificium boni operis uſque ad finem debitæ perducit actionis. Gregorius in Euangelia, homilia 25.

¶ De hypocriſi inquit Gregorius: Hi qui pro humana laude in bona actione ſe exhibent, incaſſum à ueniente iudice retributionem bonorum operum ſperant: quia dum hæc in oſtentationem faciunt laudis, iam præmium ab humano ore receperunt. Gregorius libro quarto in Iob, capite quarto.

Et:Magna uecordia eſt, laborioſa agere, & auræ laudis inhiare:forti opere præceptis cœleſtibus inſeruire, ſed terrenæ retributionis præmium quærere. Vt enim ita dixerim, qui pro uirtute quam agit, humanos fauores deſiderat, rem magni meriti uili precio uenalem portat. Vnde cœli regnũ mereri potuit, inde nummũ tranſitorij ſermonis quærit. Vili ergo precio opus uendit, quia magna impendit, ſed minima recipit. Gregorius in octauum caput Iob, libro octauo, capite uigeſimoquinto.

Non gloriandum operibus, monet Gregorius: Nihil mihi cõſcius ſum, &c. inquit Paulus, ac ſi diceret: Recta egiſſe me recolo, attamen de meritis non præſumo: quia ad eius examẽ uita noſtra ducitur, ſub quo noſtræ fortitudinis & oſſa turbantur. Gregor. in 4. caput Iob, lib. 5. cap. 23. Et: Omnis humana iuſticia, ut ſæpe diximus, iniuſticia eſſe conuincitur, ſi diſtrictè iudicetur. Item: Si ad opus uirtutis excreuero, ad uitam nõ ex meritis, ſed ex uenia conualeſco. Preci itaq; innitendum eſt, cum recta agimus: ut omne quod iuſtè uiuimus ex humilitate cõdiamus. Gregorius in nonum caput Iob, libro nono, cap. 11.

## DE ORATIONE.

PHraſin, inuocare in nomine Domini Dei, ita explicat Fulgentius, quòd nihil aliud ſit quàm inuocare nomen Dei. lib. 2. ad Monimum.

Quòd ſit orandũ, docet Gregorius: Quãto grauiori tumultu cogitationum carnaliũ premimur, tanto orationi inſiſtere ardentius debemus. tomo 2. in Euangelia, homil. 2. Item: Cum orationi uehemẽter inſiſtimus, ſtat IESVS ut lucem reſtituat ibidem.

De ſpeciebus inquit Gregorius: Inter orationẽ aũt & obſecrationẽ hoc intereſt, quòd oratio pro perſeuerãtia uirtutũ, obſecratio uerò fit ꝑ indulgẽtia peccatorũ. Gregor. in 7. Pſalmos pœnitentiales. Et: Inter orationẽ & deprecationẽ hoc intereſt: quia oratio ꝑ uirtute perſeuerãtiæ, deprecatio uerò fit ꝑ peccatorũ impunitate. in Pſalmos pœnitẽtiales. Quis ſit inuocãdus, docet Boetius:

*O ſtelliferi conditor orbis,*
*Qui perpetuo nixus ſolio,*
*Rapido cœlũ turbine uerſas, &c.* Enumerat Dei prouidentiam in rerum creatione & cõſeruatione. poſtea ibidem addit:
*O iam miſeras reſpice terras,*
*Quiſquis rerum fœdera nectis:*
*Operis tanti pars non uilis*
*Homines, quatimur fortunæ ſalo.*
*Rapidos rector comprime fluctus,*
*Et quo cœlum regis immenſum*
*Firma ſtabiles fœdere terras.* Boetius de Cõſolatione philoſophiæ lib. 1. metri quinti.

Ennodius inquit: Chriſte rerũ arbiter, ꝓpriæ ſuccurre neceſsitati, ne humana fragilitas ad immẽſi faſcem doloris nõ ſufficiens, preſſa ſuccumbat. Ennodius Fauſto.

Gregorius ait: Sancta Trinitas orãtes pro nobis ſua nos protectiõe cuſtodiat, uobiſq; in amore ſuo dona adhuc multipliciora cõcedat. libro nono Epiſtolarum, indictione quarta, capite ſexageſimoprimo.

De reb. inquit Gregorius: Qui illud petit quod ad ueram ſalutem pertinet. Nam ſi id quod non expedit petitur, non in nomine IESV petitur pater. in Euãgelia, homilia 27. Et: Oratio in peccatũ eſt, illa petere quæ ꝓhibet ipſe qui petitur. ibidem. Et: Oret ut doceatur, poſtulet ut dirigatur, ſupplicet ut cõfirmetur: hoc quippe ſine auxilio diuinæ inſpirationis aſſequi nemo poteſt: ſed in omnib. diuina nobis eſt exoranda clemẽtia, ut infuſo cordib. noſtris ſpiritu, cuius unctio docet nos de omnib. in Pſalmos pœnitẽtiales. Et: Oramus aũt omnipotentẽ Dominũ, ut & hic uos ſua protectione cuſtodiat, & ad æternæ uitæ præmia perducat. lib. 4. Epiſtolarum, ex regiſtro, cap. 38. Item: Oramus omnipotentem Dominum, ut hęc in uobis quæ conceſsit dona multiplicet, & ſua uos cum omnibus ueſtris protectione cuſtodiat: & ita actionem gloriæ ueſtræ in hoc ſeculo diſponat, ut & hic uobis, & in futura gloria, uita proficiat. libro 5. Epiſt. capite 157.

Ex corde orandum, monet Iuſtus: Virgulta fumi ex aromatibus orationes dicit, quæ ex cordis compunctione ad Dominum aſcendunt à ſanctis.

¶ Preces accipi & exaudiri, idẽ docet Iuſtus: Orationes, inquit, ſanctorũ ſemp Domino acceptę, gratiaq; eius præſentes: quia de Chriſti lumine acceperunt, ut in decore iuſticiæ permanerent.

Caſsiodorus ait: Omnib. quidẽ ſe piè quęrentib. adeſt Dominus ſemper, ſe inuocantibus reſpondet, id eſt, ad ſalutem exaudit. in Cantica canticorum cap. 5.

Ennodius inquit: Dei clementiæ eſt, uota uincere ſupplicantũ, & fluctuantib. portum parare deſiderijs. epiſtola ad Fauſtum.

Gregorius ait: Hoc ex magna conditoris noſtri diſpenſatione agitur, ut per minima quæ percipim⁹, ſperare maiora debeamus. exauditus namq; eſt in reb. uilib. puer ſanctus & ſimplex, ut in paruis diſceret, quantum de Deo præſumere in magnis petitionibus deberet. lib. 1. Dialogi, cap. 9.

¶ Semper orãdũ & inſtandũ eſſe, ſcribit Olympiodorus: Oportet etiã ſæpe Deũ precari, ut quæ ipſi operamur, ſuæ ſint maieſtati placita, & bonitati. cap. 11. in Eccleſiaſten.

Gregorius ait: Omnis humana iuſticia, ut ſępè diximus, iniuſticia eſſe conuincitur, ſi

diſtrictè iudicetur. Prece ergo poſt iuſticiá indiget, ut quæ ſuccumbere diſcuſſa poterat, ex ſola iudicis pietate conualeſcat. Itẽ: Preci innitẽdũ eſt, cum recta agimus, ut omne quod iuſtè uiuimus, ex humilitate condiamus. Sed plerunq; ipſa noſtra deprecatio tam multis tentationib. quatitur, ut penè à conſpectu iudicis repulſa uideatur: & ſæpè hanc creator miſericors reſpicit, ſed quia illibatá ſe ut uult exerere nõ ualet, ſuper ſe iudiciũ reprobationis pauet. Gregor. in 9. caput Iob, lib. 9. cap. 11. Et: Orare ſine intermiſsione, eſt, per affectũ ſupplicatiõis conditori ſemper aſsiſtere. in 1. librum Reg. cap. 1. Et: Stultum eſt ab oratione deficere, ſi Deus differat cum rogatur exaudire. in Pſalmos pœnitentiales.

De mora ſcribit Caſsiodorus: Ad hoc enim plerunq; differt uota & orationes ſanctorum, ut ardentius eum deſiderare incipiant. Exaudit ergo Chriſt⁹ ſemper electos ſuos, ſed ſemper quaſi declinat, cum nõ ſtatim poſtulata concedit. in Cantica canticorum, cap. 5. Ennodius ait: Ne fides claudicet, ſupplicantis deſideria differuntur, quia deuenuſtat ſecuturæ hilaritatis genium uelox impetratio. Ennodius Agnello.

¶ Formulam recitat Gregorius: Deus qui nos paſtores in populo uocare noluiſti, pręſta quæſumus, ut hoc quod humano ore dicimur, in tuis oculis eſſe ualeamus, per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum. Gregorius in Euangelia, homilia decimaſeptima. Et: Ex omnibus medullis cordis dicamus ſinguli, dicamus omnes: Deus meus miſericordia mea, qui uiuis & regnas trinus in unitate, & unus in trinitate, per infinita ſecula ſeculorum, Amen. in Euangelia, homilia decimanona. Et: Bone IESV, uerbum patris, ſpendor paternæ gloriæ, in quem deſiderãt angeli proſpicere, doce me facere uoluntatem tuam: & à ſpiritu tuo bono deductus, ad beatam illam peruenià ciuitatem, ubi eſt dies æternus, & unus omnium ſpiritus: ubi eſt certa ſecuritas, & ſecura æternitas, & æterna tranquillitas, & tranquilla felicitas, & felix ſuauitas, & ſuauis iucunditas: ubi tu Deus cum patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas, per infinita ſeculorum ſecula, Amen. in Pſalmos pœnitentiales. Et: Non pro magno quis habeat, ſi fuerit exauditus, cum aliquid petat quod non impetrare plus proſit. Quòd ſi poſtulata non obtinet, non ſe ſubijciat, aut de diuina erga ſe miſeratione deſperet: cum fortè ea peteret, quibus acceptis uel affligatur atrocius, uel inutilius proſperetur. Gregori⁹ in Pſalmos pœnitentiales.

¶ De effectu precum inquit Boetius: Nec fruſtra ſunt in Deo poſitæ ſpes, precesq;. Cũ rectę ſint, inefficaces eſſe nõ poſſunt. In proſa 6. libro 5.

Ennodius ait: Quicquid medicina mortalium non ualet, fuſæ ad Deum noſtrũ preces impetrant. Ennodius Fauſto.

De efficaia Caſsiodorus, explicans dictum Pſalmi centeſimi decimioctaui, Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo, &c. ait: Per hanc præſentiam quanta ſit uirtus piæ orationis oſtenditur, quia nos per ipſam pręſentamur, quando illa cõſpectib. Domini offerri poſſe cognoſcitur. ſicut alio Pſal. dicitur: Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo.

Gregorius inquit: Deus uult placari precibus. in Euangelia, homilia 37.

¶ Quomodo ſe quis ad preces parare debeat, monet Gregorius, inquiẽs: Vt ergo ad precem facies ſine macula leuetur, ante orationis ſemper tempora debet ſollicitè cõſpici, quicquid poteſt in oratione reprobari: talemq; ſe mens cum ab oratione ceſſat, exhibere feſtinet, qualis apparẽre iudici in ipſo orationis tempore exoptat. Gregorius in 11. caput Iob. lib. 10. capite 11.

Formulam orationis pulchram habet Fulgentius, in qua etiam diſertè teſtatur, nullam eſſe operationem ueteris Adami in renatis, imo etiam in renatis ſemper oportere Deum regere hominem, ſic inquit: Quapropter hoc ab illo Domino uero ac Magiſtro noſtro poſtulare non deſino, ut ea me ſiue per eloquia ſcripturarum ſuarũ, ſeu per ſermocinationem fratrum condiſcipulorumq; meorum, ſeu etiam per inſpirationis ſuæ internã ſuauioremq; doctrinã (ubi ſine ſonis ſermonum, & ſine elementis literarũ, eo dulcius, quo ſecretius, ueritas loquitur) ea me docere dignetur, quæ ſic proponam, ſic aſſeram, ut in propoſitionibus atque aſſertionibus meis ueritati (quę nec fallit nec fallitur) ſemper inhæream, ſemper obediens cõſentiensq; reperiar. Quoniã ut ueritati obedire atq; cõſentire ualeã, ipſa ueritas illuminat, ipſa adiuuat, ipſa cõfirmat. Ab ipſa poſtulo doceri multo plura quæ neſcio, à qua accepi pauca quę ſcio. Ipſam rogo, ut preueniente ac ſubſequẽte miſericordia, quęcũq; ſalubriter ſciẽda neſcio, doceat me. In his quæ uera noui, cuſtodiat me. In quib. ut homo fallor, corrigat me. In quibus ueris titubo, confirmet me: & à falſis ac noxijs eripiat me, ut in cogitationibus ac ſermonib. meis, quod ſalubriter donat, inueniat & ea faciat de ore meo procedere, quæ ſint corã ipſo principaliter grata: & ſic fiant fidelibus cunctis accepta. Fulgent. lib. 1. ad Monimũ.

¶ Gratiarũ actionis exemplũ eſt in Ennodio: Verè gratias Trinitati quam ueneramur & colimus, Deo noſtro, quæ ſub perſonarũ

diſtinctione & æqualirate mirabili uná nos piè iuſsit ſentire & adorare ſubſtáriam, quę planctũ noſtrũ uertit in gaudiũ, quæ dolorũ comites lachymas ad obſequiũ læriciæ cõ mutauit, ut uerè cũ Propheta dicam: Quis dabit capiti meo aquá, & oculis meis fonté fletuũ, ut beneficiorũ cœleſtiũ magnitudini ſub hac deuotiõe reſpõdeá? Cui cõtigit antè accipere cœleſtia dona, quàm poſcere: & prius qd boni eueniſſer legere, quàm qd mali minarẽtur peccata ſentire? Tuũ eſt diſpẽſaror omnipotẽs, quod de ſerenia pignorib. & fururæ innocentiæ hęredirate, in illa quę præceſsit anxietate non timui, qui reductæ etiá ſtatũ ualetudinis quaſi ſtupefact⁹ accepi, & in cõfuſionis ſimilitudine collocatus, quę ſupra meritũ meũ collata ſunt, proſperè ueniſſe uix credidi. Verè ſupernæ remunerationis diuitias humana mẽs neſcit expendere. Sic animo fragiles remperátur, ut prius ſtationẽ uideant, quàm periculorũ incerta deprehendát. Deus bone, in quo abrupto pependimus? Vbi nam gentiũ fuimus, de qua nos ruina ad humaná conuerſarionẽ clementia ſuperna reſtituir? Referamus ergo ſtrictioribus uerbis, huic bono largitori pro lixis gemitibus quod debemus: inuitemus ad cuſtodiam munetum ſuorũ, quẽ in dubijs tuliſſe probamus opem. Rogemus eum qui ſcit nempe ſeruare quod præſtitit, & uirtutum ſuarum uiua teſtimonia in longum producere. Ennodius in epiſtola ad Fauſtum. Gregorius inquir: De largitate ſpiritualis muneris gratias referre debem⁹ ſummę Trinitati. in librũ 1. Regum, cap. 1.

¶ Quòd pro alijs ſit orandum, Gregorius monet: Doctores ſancti quoties pro aliorum peccatis exorant, ſua anre Dei oculos amplius detergunt: quia ea ipſa charitare ſe iuſtificant, qua mira pierate pro alienis iniquitatibus ſe in lamenris mactant. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia uigeſimaprima.

Etſi multa dicit de interceſsione ſanctorum Gregorius, tamen contra imaginum adorationem inquit: Omne manufactum adorare non licet. libro nono, indictione 4. epiſtola nona.

## DE POENITENTIA.

QVòd ſit agenda pœnitẽtia, Olympiodorus docet: Cũ effrenis lingua peccaueris, ad pœnitentiá redi, neq; conſuerá prærende excuſationem, quòd imprudens neſciusq; peccaueris. in 5. caput Eccleſ. Et: Curato ut ſalubri pœnitentia peccata tua deleantur. in Eccleſiaſten cap. 7.

Gildas inquit: Pœnitẽtię tabula poſt naufragia peccatorũ utendũ, ut auertatur furor Domini. in caſtigatiõe Eccleſiaſtici ordinis.

Gregorius inquit: Ipſe iudex uẽturus eſt, qui cũcta penetret, cũcta perſtringat Qui qa ubiq; eſt, loc⁹ quò fugiatur nõ eſt. Sed quia correctiõis noſtræ flerib. placatur, ſolus ab illo locũ fugę inuenir, qui poſt perpetraram culpá nunc ſe in pœnitẽtia abſcondit. lib. 4 Moraliũ ca. 16. Item: Vis aũt cõuerſionis eſt affectio charitatis cordi infuſæ uiſitatiõe S. ſancti. in cap. 3. primi Regum, lib. 2.

Deum nos ad pœnitenriam adducere, Fulgentius teſtatur: Benignitas ergo, inquir, Dei ad pœnitentiam nos adducit. ideo nos tribulatiõibus affligit, infirmitatibus corripit, anguſtijs erudit, ur qui in ſanitate corporis peccauimus, in infirmitate peccatis abſtinere diſcamus. Fulgentius epiſtola ſeptima.

Gregorius inquit: Diuina gratia nos præuenit, & internorũ dulcedinem nobis oſtẽdens, de exterioribus nos cõpungit: moxq; in illa tran ſiens animus, prę eorũ dilectione temporalia uilipendit. in Cantica canticorum. Et: Omnipotens Deus implet mentes ſanctorũ cœleſti deſiderio, & ipſe exaudit impletas: ipſe etenim creat in ſanctorũ cordibus amorem, & ipſe ex amantib. cordibus ſuſcipit precẽ. in Ezech. li. 1. ho. 8. Et: Cuſtodit Dominus uniuſcuiuſq; animę introitũ, quo intrat ad fidẽ: exitũ quoq;, quo exit ad ſpeciẽ, ut neq; intrans Eccleſiá erroribus ſupplantetur, neq; ab hac temporali ad æternam exiens ab antiquo hoſte rapiatur. in Ezechielem lib. 2. Item: Ecce peccarores uidet & ſuſtinet, reſiſtenres tolerat: & tamen quotidie per Euangeliũ clemẽter uocat: confeſsionem noſtram ex puro corde deſiderat, & cũcta quæ delinquimus relaxat. Gregorius in Euangelia, homilia 33. Et: Eſt pœnitẽtia unum de perfectis donis, deſcendentibus à patre luminum. in Pſalmos pœnitentiales.

¶ Quòd ſit in pœnitentia confugiendum, Gildas exponit: Reſpice quæſo, & ueni ad Chriſtũ: ſiquidem laboras, & immenſo pondere curuatis, & ipſe te, ut dixit, requieſcere faciet. Veni ad eum, qui non uult peccatoris mortem, ſed ut conuertatur & uiuat. de excidio Britanniæ.

Quomodo ſit agenda pœnitentia, monet Gregorius: Quia ſine peccato electi etiá uiri eſſe nõ poſsũt, quid reſtat, niſi ut à peccatis, quib. eos humana fragilitas maculare deſinit, euacuari quotidie conẽtur? Ná qui quotidie nõ exhaurit quod delinquit, etſi minima ſunt peccata quę cõgerit, paulatim anima repletur, atq; ei merito auferũt fructum internæ ſaturitatis. Quia ergo quotidie delinquimus, quotidie ad pœnitentię lamenta curramus: quia ipſa ſola uirtus eſt quæ euacuat, quod in uentre animæ culpa coadunat libro ſecundo Regum, capite ſecundo.

Quòd

Quòd labentibus fit locus pœnitentiæ, & ante baptiſmum, & poſt eum, Fulgentius teſtatur epiſtola ſeptima.

Iuſtus Orgelitanus in Canticis ait: Eccleſię idcirco tam crebrò Reuertere dicitur, ut etiamſi conuerſa deliquerit, deſperatiōe non decidat, ſed à peccandi conſuetudine ſpei indulgentia reſipiſcat. Quæ uox ad ſanctos utiq; comprobatur, qui conuerſæ pulchritudinem deſiderant intueri.

Olympiodorus ita ſcribit: Poſſunt tamen & cū ad ipſum iam uitium peruenerint reſipiſcere, ad pœnitentiā redeuntes: & per cōuerſionem reuerti iterum in uiam quæ perducit ad paradiſum, unde homo primus, eiectus eſt. Olympiodorus in Eccleſiaſtē, capite 1. Item: Occidendi quidem peccatū, ſanandi uerò animam cuiq; ſuam pœnitentię medicina tēpus eſt. Huiuſmodi uerò actio ſuo ſemper & opportuno fit tēpore, præſertim uerò nunc: cū ſumus in præſenti uita, & in teſtamento gratię. in caput 3. Eccleſiaſtæ. Item: Semper tempus eſt elōgari à uicio & peccato: agglutinari autem Deo, illiq; perpetuò adhærere. ibidem.

Ennodius inquit: Nunquam eſt ſera correctio. Scit diu expectare Eccleſia mater immodico labore quęſitos, neſcit pro uilibus deſpicere magno p̄cio cōparatos. Ennodius in lib. cōtra eos qui ſe ſynodo oppoſuerūt.

Gregorius dicit: Per ueram pœnitentiā, quamuis multa & grauiſsima ſint peccata, per miſericordiam Dei facilè relaxantur: & apud miſericordiam ſuam leue eſt peccatū, quod relaxatur. Gregorius in ſextum caput Iob, libro ſeptimo cap. 2. Et Deus noſter iuſtus & pius eſt, & ſicut perſeuerantib. in prauitate diſtrictus eſt, ita eſt conuerſus miſericors. Gregorius lib. 9. indictionis 4. epiſtola 45. Et: Pacatus eſt Deus iis qui in Deum peccauerant, non aliena prece, ſed ſua: ſed pacatus eſt Deus non omnibus, ſed quibuſdā. Per prophetā Dominus ait: Nolo mortē peccatoris, &c. Quomodo ergo ei competit uelle occidere peccatorē, & mortē peccatoris nolle? Qui enim peccatorē uult uiuere ut cōuertatur, ſi hūc inconuertibilem diuina præſentia noſcit, occidit. Volt ergo Dominus occidere, ſed eos quos prænoſcit conuerti nolle. Miſericors enim & iuſtus Dominus aſſeritur: per miſericordiam conuerſionem peccatorum expectat, per iuſticiā non conuerſos damnat. Per miſericordiā conuerti uult peccatorem, & uiuere: ſed per iuſticiā eos qui conuerti noluerūt, uult punire: miſericorditer non ſaluat niſi uolens, per iuſticiam nolens damnat. Gregorius in primum Regum, libro ſecundo, capite ſecundo. Et: Omnipotens Deus non adhuc ad pœnitentiam expectat, ad reuertendum ſuſtinet. in Ezechielem libro 1.

De fide in pœnitentia, ait Ennodius:

*Commoda de damnis mercaris gaudia planctu,*
*Si tibi de Chriſto eſt indubitata fides.*

Gregorius ſemel dicit: In aſsiduis enim fletibus, in quotidiana noſtra pœnitentia habemus ſacerdotem in cœlis, qui interpellat pro nobis. Gregorius ſuper Ezechielem libro primo, homilia 7.

¶ Non eſſe deſperandum, docet Fulgentius: Omnes igitur ad Deum conuerti quātò citius feſtinemus. Conuerſi autem de remiſsione peccatorum nullatenus deſperemus, timentes Domini fidele promiſſum: Cum conuerſus fueris, & ingemueris, ſaluus eris. epiſtola 7. Item: Quis non uidet quàm ſit impium, quamque ſacrilegum, ſi homini per pœnitentiam præteritorū malorū ad bona cōuerſo, credatur cuiuſquam peccati non dari poſſe remiſsio? ibidem.

Caſsiodorus ait: Multo maior eſt miſericordia Domini, quāuis peccata noſtra uideantur ingentia. in Pſalmum 50.

Ennodius inquit: Sola apud Deū deſperatio perdit errantem. Ennodius Haliconi.

¶ De effectibus pœnitentiæ, inquit Olympiodorus: Cādida quoq; dicitur habere ueſtimenta qui lauat per ſingulas noctes lectū ſuum, & lachrymis ſtratum ſuum rigat, ita ſordes peccatorum pœnitentiam tegens. in Eccleſiaſten cap. 1.

Gregorius ait: Qui culpas ſuas deteſtando loquitur, reſtat ut has in amaritudine animæ loquatur, ut hæc ipſa amaritudo puniat, quicquid lingua per mentis iudicium accuſat. Sciendum uerò eſt, qui ex pœna pœnitentiæ, quam ſibi irrogat, aliquatenus ſecuritatem percipit, atq; ad interrogationē ſuperni iudicis fidētior exurgit, ut ſeipſum ſubtilius inueniat, & erga ſe quæq; quomodo diſponantur agnoſcat. Amaritudo præſentis pœnitētiæ, extinguit ſupplicia ſequētis irę. Gregor. in 10. caput Iob, lib 9. cap. 24. Et: Deus aūt, quia mala hominū nec cogitata ignorat, nec perpetrata obliuiſcitur, niſi ab eius oculis pœnitendo deleantur. Gregorius in trigeſimum 4 caput Iob, lib. uigeſimoquinto, capite quarto. Et: Conuerſi ad Dominum peccatores, nequaquā pereunt. in 1. Regum, libro ſecūdo, cap. 3. Item: Omnipotens Deus conuerſorum gemitus clementer accipit. in 1. Regum, cap. 5. Et: Paradiſus quotidie pœnitentibus aperitur. Gregorius in Euangelia, homilia 12.

De ordine in conuerſione, inquit Gregorius: Cōpunctionis autem gratia menti nō infunditur, niſi prius ipſa ei peccati magnitudo monſtretur. in 1. Regum, cap. 11.

Poſt hanc uitam non eſſe locū pœnitentię, docet Olympiodorus: Eū qui officioſè

non uixerit ,non continget uita perfunctũ redire huc amplius,ut per pœnitentiā emendet quæ perperam geſsit.in. Eccleſiaſten capite tertio. Et: Quando in iudicio quis incœperit conſcientię ſcelerum ſuorum bella ſentire,nequaquam poterit huiuſmodi preces effundere:Mitte me Domine in uitam, ut pœnitentiam ſubeam peccatorum. Sed neque qui articulo mortis animam agit,poteſt precari:Da mihi quæſo Domine ut pœnitentiæ cauſa modicum quid adhuc uiuā. in Eccleſiaſten cap.8.

Gregorius inquit: Conuerti peccatores hic ſolum ſalubriter poſſunt, ubi magnitudo criminis purgari creditur per lamenta conuerſionis .Sed nonnulli in ſubita peccatorum conuerſione mirantur, quia eis propter uſum curæ exterioris quotidiana tot, quæ agit Deus,mira uiluerunt. Gregorius in primum Regum, capite decimoquarto. Et:Dum uiuimus,peccata delere pœnitendo poſſumus,poſt mortem fructuoſam agere pœnitentiam non ualemus.in 1. Regum capite decimo quarto.

¶ De contritione , inquit Gregorius: Ex omni parte quiſq; conſpiciat,ut uoluptatis ſuæ laſciuiam triſticiæ lamentis tergat.Tāto arctiori manu pœnitentiæ mens à pollutione tergenda eſt,quanto ſe per cōſenſum conſpicit ſordidius inquinatam.Cum uehemens pœnitentiæ ſpiritus mētem occupat, omnem in ea explorationem reprehenſibilis gaudij perturbat,ut nihil ei niſi flere libeat,nihil niſi quod ſe terrêre poſsit attēndat. Ponit namque ante oculos illinc diſtrictionem iuſticiæ,hinc meritum culpæ:conſpicit quo ſupplicio digna ſit, ſi parcentis pietas deſit,quæ per lamenta præſentia ab æterna eruere pœna conſueuit. Item:Quod flendo inſequimur,nequaquam nobis à uētnro iudice hoc obijci certè ſperamus. Ibi multa dicit de pœnitētia ,uel potius de ſola contritione,quòd peccata tegat: nunquam tamen mentionem fidei facit. Gregorius libro quarto Moralium,capite decimoſeptimo. Et:Cum ſpiritus uitæ ſe menti infundit , protinus eam ad mortis pauorem erigit,quia magiſterium eiuſdem ſpiritus eſt, ut timendo mens agat,ne quod timet inueniat. Gregorius in primum Regum, capite undecimo.

## DE BAPTISMO.

BAptiſmũ fuiſſe ſignificatum in paſsione Chriſti,Alcimus ſcribit de Origine mundi lib.1.

*In latus exenſi defixit miſsile lictor,*
*Protinus exiliens manauit uulnere lympha:*
*Qua uiuum populis iam tum ſpondente lauacrum*
*Fluxit,martyrium ſignans cum ſanguinis unda.*

Caſsiodorus uocat baptiſmum diuinum fontem, quo fideles in nouā creaturam regenerantur.in Cantica.cap.7.

Quòd poſt baptiſmum pij labantur,Gregorius monet: Nobis per fidem quidem omnia in baptiſmate peccata laxātur: ſed tamen dum adhuc hic uiuimus,etiam poſt fidem ſæpius ad peccata declinamus. Gregorius in Ezechielem libro ſecundo, homilia uigeſimaſecunda.

Vnde ſit baptiſmus,rectè docent.Gregorius inquit:Qui autem ſignantur appellatione Iordanis, niſi qui iam imbuti ſunt ſacramento baptiſmatis? Quia enim redemptor noſter in hoc flumine baptizari dignatus eſt,eius nomine debent omnes baptizati exprimi,in quo hoc ipſum contigit ſacramentum baptiſmatis inchoari . Gregorius in quadrageſimum caput Iob ,libro trigeſimotertio , capite ſexto. Et:Animæ ſanctę baptiſmatis aqua per Spiritum ſanctum regenerantur,& in nouam uitam per nouum Teſtamentum transformantur. in expoſitione in Cantica canticorũ. Et: Aquæ quibus diluitur iniquitas, dona ſunt S.ſancti in Pſalmos pœnitentiales.

De materia baptiſmi,pulchrè inquit Iuſtus in Canticis: Poteſt etiam intelligi quòd Chriſtus tunc per feneſtras proſpexit,quando in paſsione lancea perforato latere, ſanguine & aqua manante, redemptionis & lauacri fundamenta produxit.

De forma inquit Gregorius:In die baptiſmatis omnibus nos antiqui hoſtis operib. atque omnibus pōpis abrenunciare promiſimus. Gregorius in Euangelia,trigeſima nona homilia. Et: Quiſquis ad uetam fidem ingreditur, principia diabolicæ ſuaſionis repellere, atque uniuerſis eiuſdem ſathanæ operibus renunciare præcipitur.in 1. Regum cap.5.lib.3.

Quòd omnes debeant bapizari, Caſsiodorus ſcribit:Nullus enim ſine lauacro baptiſmi fidelis eſſe poteſt.in Cantica cāticorum capite quarto. Item:Nullus Eccleſiā ingredi ualet, niſi prius aqua baptiſmatis abluatur,& niſi fonte ſalutaris doctrinæ potetur. capite ſeptimo in Cantica canticorũ.

Quòd unus ſit baptiſmus, Gregorius docet:Peccata noſtra præterita in baptiſmatis perceptione laxata ſunt:& tamen poſt baptiſma multa commiſimus,ſed lauari iterũ baptiſmatis aqua nō poſſumus. Gregorius in Euangelia,homilia 10.

De effectu baptiſmi,ait Alcimus in libro De diluuio:

*Inſuper & terris ex hoc iam non erat ultra*
*Diluuium regnans,carnem quod conterat omnem:*
*Vnum quod fuerit ſigno monſtrabitur uno:*
*Nec ſimilem repetita necem peccata uidebunt.*
*Et ſi crimen erit,terror non deſoret alter.*

Sic

*Sic unam genitor lauans baptiſma ſacrabat,*
*Vt ſemel ablutum lymphis purgantibus orbem,*
*Sic ſperare reos lauacrum non poſſe ſecundum.*

Maxentius ſcribit: Propterea & recentes ab utero paruulos, non tantum ut adoptionem mereâtur filiorum, aut propter regnũ cælorũ (ſicut Pelagij & Cœleſtij ſiue Theodori Manſueſtini diſcipuli, &c (ſed & io remiſsiooem peccatorũ eos credimus baptiſari, ne pereant in æternum. Maxentius in ſuæ fidei confeſsione.

Fortunatua ait:

*Ardua ſacrati baptiſmatis aula coruſcat,*
*Quo delicta Adæ Chriſtus in amne lauit.*
*Hic paſtore Deo puris grex mergitur undis,*
*Hæc maculata diu uellera geſtat ouis.*
*Traxit origo necem de ſemine, ſed pater orbis*
*Purgauit medicis crimina mortis aquis.* Et:
*Rex ſacer ecce tui radiat pars magna triumphi,*
*Cum puras animas ſancta lauacra beant.*
*Candidus egreditur nitidis exercitus undis,*
*Atq; uetus uitium purgat in amne nouo.* Item:

Homo renaſcendo per baptiſmũ effectus eſt Dei filius, qui prçuaricatione factus fuerat ioimicus & perditus. Fortunatus li. decimo, in expoſitione orationis Dominicæ. Item: Homo ante baptiſmum carnalis eſſe deſcribitur, poſt baptiſmom ſpiritualis efficitur. Fortunatus libro decimo, de oratiõe Dominica.

In epiſtola Orientalium ad Symmachũ, ſcribitur: Cbriſtus ſaluator noſter in cruce chirographum noſtrũ diſrupit, ne ultrà poſt lauacrom regenerationis malorum noſtrorum ſubiaceamus delictis.

Iuſtus Origelitanus in Canticis inquit: In nomine Chriſti baptiſati ſancto Spiritu adimplentur. Item: Eccleſia formoſa Chriſti, munda facta per lauacrum. Et: Aſcenderũt de lauacro, cum accepta per baptiſma remiſsione peccatorũ profecerunt in Chriſto. Item: Niſi quis candorem in ſacro baptiſmate, quo peccatorum remiſsio datur, perceperit, ad Chriſtum uenire noo poteſt. Et: Eccleſia immaculata eſt baptiſmi ſacramento. Item: Cbriſtiani exinde mundiores effecti, quia ſacramento uiſibili ſe reoatos, ablutos & nutritos agnoſcũt, reſident iuxta floenta pleniſsima: id eſt, inter Spiritus ſancti affluentiſsima dona.

Olympiodoros inquit: Spiritualis natiuitas per lauacrum regenerationis unũ & idem tempus habet cum morte. Nã qui renaſcuntur in diuino lauacro, cõſepulti ſunt Chriſto in baptiſmate. in Eccleſiaſten cap. 3.

Caſsiodorus ait: Duo ſunt iſta ſacramenta liberationis noſtræ. Primum, quod nos per munus baptiſmatis ducit ad uitam. nõ enim illuc noſtris meritis peruenimus, ſed ipſiua beneficio miſerationis attrahimur. Deinde, ne nos exinde permittat expelli, qui grauibus uitijs probamur onerati. Ipſe enim nos ponit ad uitã, qui dixit: Ego ſum uia, ueritas, &c. Caſsiodorus in Pſalmum ſexageſimumquintum. Item Pſalmo 22. Super aquam refectioois educauit me. Hoc ita interpretatur Caſsiodorus: Aqua refectiõis eſt baptiſmi lauacrũ, quo ànima ſterilis ariditate peccati, ad bonos fructus inferendos diuinis muneribus irrigatur. Item: Animæ electorum in baptiſmo reliquerũt ſordes ueteris hominis, & renooatæ ſunt in Chriſto. Caſsiodorus in Canticis. Item: Sicut ille populos per mare rubrum ſaluatus eſt, Pharaone demerſo: ita Eccleſia gentium per baptiſmum de diaboli ſeruitio liberata, & ad ueram repromiſsionis terram & euágelicam libertaté introducta eſt: ſicq; quæ erat ancilla uitiorũ, facta eſt amica Chriſti, emundata & abluta per baptiſmum à ſordibus peccatorom. ibid. Et: Baptiſmus peccatores ſuſcipit, ſed immaculatos & mũdatos ab omuibus peccatis reddit. Item, uocat baptiſmom diuinum fontem, quo fideles in nouam creaturam regenerantur. Caſſiodorus in Canticis.

Gregorius inquit: Nunquid abortiui æterna requie perfruũtur? Quiſquis enim regenerationis onda non ſoluitur, reatus primi uinculis ligatus tenetur. Quod uerò apud nos ualet aqua baptiſmatis, hoc egit apud ueteres uel pro paruulis ſola fides, uel pro maioribus uirtus ſacrificij, uel ꝓ his qui ex Abrahæ ſtirpe prodierát myſterium circumciſionis. Nam quia unuſquiſq; cum primi parentis culpa concipitur, Propheta teſtatur dicens: Ecce in iniquitatibus cõceptus ſnm, &c. Et quia is quem ſalutis unda non diluit, originalis culpę ſupplicia oon amittit, apertè per ſemetipſam ueritas perhibet, dicens: Niſi quis renatus fuerit, &c. Iohannis 3. Gregorius lib. qoarto Moralium, capite tertio. Item: Conſtat quòd neqoaqoam eum requies uitę ſuſciperet, ſi à reatu illum originalis culpæ nequaquam diuinæ cognitioois ſacramenta liberaſſent. libro 4. Moralium, capite doodecimo. Et: Antiqui hoſtis uerſutia baptiſmi ſacramento ſuperatur. ibidem. Item: Nos ſalutis unda à culpa primi parentis abſoluimur: ſed tamé reatum eiuſdé culpę diluentes, abſoluti quoq; adhuc carnaliter obimus. in nonum caput Iob, libro nono Moralium, capite 17. Et: Hunc ſpiritom in baptiſmo unaquęq; fidelis anima recipit, ut per eum ſibi ex uirtutũ confectione unguẽta componat, & proximos exẽpli exhibitione quaſi unguẽti odore reficiat. in Cantica canticorum. Item: In baptiſmo Chriſti dum corpus mergitur, anima abluitur: & per illius fidem, qui pro

peccatorib' mortē pertulit, an ma humana à peccatis omnibus mundari ſe credit.ibid. Et:Singulæ Eccleſiæ animas infideles ad fidei nouitatem per baptiſmum educūt. ibidem. Et : A`peccatis omnibus in baptiſmo abluimur. ibidem. Item:In baptiſmate ſancta Eccleſia aqua abluitur,& à peccatorum nigredine per Spiritum ſanctum, quem recipit, & per Chriſti fidem dealbatur.ibidem. Item: In baptiſmo delbamur, dum amiſſa nigredine peccatorum ad mundiciem nouæ uitæ reformamur. Item: In baptiſmo electi quiq; donum Spiritus ſancti accipiunt, quo`illuminati Scripturæ ſacræ ſenſum intelligunt.ibidem. Et:Sacramento baptiſmatis firmantur ſententiæ loquutionis in ſacra Scriptura. Gregorius in Ezechielem,lib.primo,homilia ſexta. Et: Remiſsio peccatorum in ſolo nobis baptiſmo Chriſti tribuitur.in Eoangelia,homilia 20. Et:Illi ſolum ſunt beati,quorū remiſſæ ſunt iniqtates, originales per baptiſmū: & quorum tecta ſunt peccata, actualia poſt baptiſmum cōmiſſa. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item:Spirituali gratia per lauacrum baptiſmatis credentiū corda mūdantur.ibidem. Et: Illud incertum nō eſt, quia niſi ſacri baptiſmatis gratia fuerit rènatus homo, omnis anima originalis peccati uinculis eſt obſtricta. Gregorius libro ſeptimo,indictionis ſecundæ, epiſtola 53. Et: Multorum animæ per baptiſmatis gratiam liberantur.libro nono, indictionis quartæ, epiſtola decimaſeptima. Item:Si qui ſunt qui dicūt, peccata in baptiſmate ſuperficietenus dimitti,quid eſt hac prędicatione infidelius,in qua ipſum fidei ſacramentum feſtinant ſoluere, in quo principaliter ad cœleſtis mundiciæ myſterium anima ligatur, ut abſoluta radicitùs à peccatis omnib. ſoli inhæreat,&c. Certè enim maris rubri tranſitus figura ſancti baptiſmatis fuit, in quo hoſtes à tergo ſunt mortui,ſed alij cōtra faciem in eterno ſunt inuenti. Sic quippe omnes qui in ſancto baptiſmate tinguntur,eorum peccata præterita omnia laxātur: quia eis uelut Ægyptij hoſtes à tergo moriūtur. Vbi Gregorius manifeſtè approbat, omnia peccata in baptiſmo dimitti.lib.9. indict.4. epiſt.39. Et:Quiſquis redemptoris fidem ſuſcipit, per redemptoris noſtræ baptiſmū renaſcitur,& Spiritus ſancti gratia ab omni peccato redimitur. Gregorius in 1.librū Regum,libro 6. cap.3.

## DE CLAVIBVS.

DE duabus clauibus, epiſtola Orientalium ad Symmachum ait:Nō in ligādo tantum poteſtas eſt tibi data, ſed in ſoluendo quoq; diu uinctos : neq; in eradicando aut diruendo, ſed in plantando atq; ædificando:neq; in tradendo tantum ſatanę in interitum carnis,ſed & in charitate formādo lōga aduerſione deiectos, ne maiori triſticia abſorptis nobis à ſathana, uideamini pertuliſſe diſpendium.

Vnde ſint claues, docet Nicephorus Charthophylax:Ligādi ſoluēdiq; prouincia pōtificibus ipſis à clementiſsimo Deo noſtro demandata eſt:ſiquidē ad Petrum ait, Quęcunq; ligaueris, &c.

Quibus datæ ſint claues, explicet Gildas: Itemq; omni ſacerdoti ſancto promittitur:Et quęcunq; ſolueris ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlis:& quæcunq; ligaueris ſuper terram,erūt ligata & in cœlis. Gildas in Caſtigatione ordinis Eccleſiaſtici.

Iuſtus inquit:An non terribilis, quæ gētium ritus idolorumq; cultus ſuboertit,& ipſa in fide Chriſti perdurans à gētibus ſuperari nō potuit? Eſt & in eo terribilis multum, cō ei in Petro datur illa poteſtas, ubi dicitur, Quęcūq; ligaueris ſuper terrā,&c.

Qui ſint ligandi, Symmachus monet,inquiens:Ligate hæreticos,& illis cōſentientes, ſiue ſint Imperatores,ſiue nō. Symmachus in Apologetico.

Olympiodorus ait: Qui mortaliter peccauit, ſine propoſito emēdationis & pœnitētiæ,eijcitur è ſpirituali domo. Qui uerò ita peccat,ut curari uelit, colligitur per pœnitentiam in ædificationē Apoſtolorū & Prophetarum. Olympiod.in cap.3. Eccleſiaſt.

Gregorius ait:Cauſæ penſandæ ſunt, & tunc ligandi atq; ſoluendi poteſtas exercēda. Videndum eſt quę culpa, aut quę ſit pœnitentia ſecuta poſt lapſum, ut quos omnipotens Deus per compunctionis gratiā uiſitat, illos paſtoris ſētentia abſoluat. Tunc enim uera eſt abſolutio pręſidentis,cum ęterni arbitrium ſequitur iudicis. Item: Illos nos debemus per paſtoralem autoritatem ſoluere, quos autorem noſtrū cognoſcimus per ſuſcitantem gratiam uiuificare. Gregorius in Euangelia, homilia 26.

## DE CONFESSIONE.

COntra enumerationē ſcrupuloſam in confeſsione auriculari, hæc ſunt quæ Olympiodorus in 1.caput Eccleſiaſtæ ſcribēs inquit: Particularia ſingulorum hominum facta ſunt quodāmodo infinita, ut eorū meminiſſe nequaquam poſsimus:ſed neq; ſcimus ea quę poſteri ac uēturi faciēt.

De publica cōfeſsione ait Gregorius:Sicut in uulnere ab internis trahitur uirus, ita in cōfeſsione peccati dum in publicum ſecreta pandūtur, quaſi mali humores à uiſceribus intimis foras prorūpunt.in 34. caput Iob,lib.25. cap.12.

De confeſsione apud Deum ſcribit Gregorius: Apud aures Dei uox ualida deuota

confeſsio

confeſsio eſt. Quia ergo ſimulatores quoſq; etiã cum percuſsionis flagella corripiunt, ad confeſsionem ſimplicẽ non perducunt: cognnſci enim peccatores tefugiunt, quia ſanctι omnium opinione ferebantur, quamuis eos ad extremũ iam flagella feriant, quãuis duci ſe ad æterna ſupplicia nõ ignorent: tales tamẽ cupiũt apud humana iudicia remanere, quales ſe ſtuduerãt ſemp oſtẽdere. Deprehenſi ergo etiã flagello percuſsionis extremæ, quia confeſsionẽ purã uel afflicti exercere negligũt, quaſi uincti clamare cõtẽnunt. Gregorius in 36. cap. Iob, lib. 29. cap. 2.

## DE COENA DOMINI.

CAſsiodorus ſcribit Pſalmo 22. Paraſti in cõſpectu meo menſam, &c. Paraſti in coõſpectu: id eſt, prædeſtinaſti altare ſanctũ, quod cũcta uidet Eccleſia, quod circundat populus Chriſtianus. Mẽſa enim à mẽſe dicta eſt, quia eodẽ die cõuiuia ritu gẽtium exercebantut. Eccleſiæ uerò menſa eſt beata cõmunicatio, epulatio felix, ſatutiras fidei, eſca cœleſtis. Verùm iſtam mẽſam aduerſus eos paratã manifeſtũ eſt, qui in aliqua peruerſitate demerſi, Eccleſiã Dei ſuo grauiter errore contriſtarunt, de quibus Apoſtolus dicit: Qui manducat indignè, &c. nõ dijudicans corpus Domini, datũ ſcilicet ad remiſsionẽ peccatorũ, & uitã perpetuò poſsidendam. Gregorius inquit: Apparet q̃, cœnã Domini uiaticum nominarint. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 62.

De materia cœnæ Dominicæ ſic ait Fulgẽtius: Calix quem bibimus, cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt: & panis quem frangimus participatio corporis Domini eſt. Fulgentius libro ſecundo ad Monimum.

Alcimus lib. de tranſitu maris rubri inqt:

*Per quem ſublimis prædiceret antè figura,*
*Edendum ex utero purum ſine ſemine corpus,*
*Quo caperet poſtrenda ſalus, de ſede ſuperna*
*Illabente Deo ſacris altaribus eſcas:*
*Hoc ſigno ſummus percuſſa rupe ſacerdos*
*Protulit irriguos populis ſitientibus hauſtus.*
*Chriſtum namq; uides ſtabilem conſiſtere petram,*
*Percuſſit iaculo largas qui præbuit undas,*
*Porrexitq; ſuis ſacro de uulnere potum.*

Maxentius dialogo 2 ait: Sed & panis ille quẽ uniuerſa Eccleſia in memoriã Dominicæ paſsionis participat, corpus eius eſt.

Andreas Hieroſolymitanus ait: Chriſtus eſt fructus, ex quo uitalis ille panis, corpus inquã Dominicum producitur, & immortalitatis calix ſalutaris porio exhibetur.

Caſsiodorus in explicatione dicti, Flumẽ Dei repletũ eſt aquis, paraſti cibum illorũ, &c inquit: Sic totũ ad cõmunionem ſacram cõuenienter refertur, quãdo & eius ſanguinẽ bibimus, & de eius corpore ſaginamur, ſi per pſalmũ 64. Et dictũ pſalmi explicat, Eſcã dedit timentib. ſe, memor erit in ſeculũ teſtamenti ſui: & ait intelligendũ eſſe de aduẽtu Domini ſaluatoris. Nã (inquit) ſicut qui promiſſus eſt in ueteri Teſtamento, Dominus eſt ſaluator: ita in nouo aduenire dignatus eſt, in quo eſca data eſt timentib. eũ: id eſt, cõmunicatio corporis & ſanguinis ſacri, quæ eſt ſalutẽ gẽtiũ, & remiſsio peccatorũ.

Gregorius ait: Vnde factũ eſt, ut redẽptoris noſtri ſanguinem, quem perſecutores ſęuientes fuderant, poſtmodum credentes biberent, eumq; eſſe Dei filium prædicarent. Gregorius in 16. caput Iob, libro 13. capite 8. Et: Sanguinem namq; lambere, eſt paſsiõis Dominicæ infirma uenerari. in 39. cap. Iob, libro 31. cap. 21. Et: Bonus paſtor pro ouibus ſuis animam ſuam poſuit, ut in ſacramento noſtro corpus ſuum & ſanguinem uerteret, & oues quas redimeret carnis ſuę alimento ſatiaret. in Euangelia, homilia 14. Et: In ſacramento modò Dominicum corpus accipimus, quando adhuc ad inuicem noſtras cõſcientias non uidemus. in Euangelia, homilia 22. Item: Corpus & ſanguinem Chriſti ore percipere, & ei peruerſis moribus contraire, nihil prodeſt. ibidem. Item: Si in ſtabulum me ſanctæ Eccleſiæ duxeris, corporis & ſanguinis tui me refectione cibabis. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Deniq; corpore ſuo & ſanguine paſcimur & uiuificamur, alimur & ſaginamur. ibid.

De duabus partibus, quòd omnes fideles ijs debeant uti, inquit Gregorius: Precioſi ſanguinis effuſione genus humanum redemit, & ſacroſanctum uiuifici corporis & ſanguinis ſui myſterium membris ſuis tribuit, cuius perceptione corpus ſuum, quòd eſt Eccleſia, paſcitur & potatur, abluitur & ſanctificatur. Gregorius in Pſal. pœnitẽtiales.

De effectu inquit Gregorius: Sacrę cõmunionis myſteria ad abſolutionem nobis diuina pietate conceſſa ſunt. Gregorius libro quinto, indictionis 14. epiſtola 148.

## DE SACRIFICIO.

CAſsiodorus ait: Holocauſta dicta ſunt ſacrificia, quæ poſtquam fuiſſent immolata, ignis ueniens deſuper abſumebat, quæ latinè tota incenſa dicuntur. Hæc Chriſtus ueniens reſpuit, quia ipſe uera uictima fuit. Aliud eſt holocauſtũ, quod Dominus ante cõſpectum ſuum ſemper eſſe pronunciat: ſcilicet quando mens noſtra diuino amore ſuccenſa, peccata ſua tribulatione decoquit, & ad illius holocauſti ſimilitudinẽ omnia uitia ſua cruciatu corporeo exuſta cõſumit. Caſsiodorus ſuper Pſal. 49.

Gregorius ait: Holocauſtũ totum incenſum dicimus. Hoc autem inter holocauſtũ & ſacrificium diſtat: quia omne quidẽ holocauſtũ ſacrificiũ eſt, non omne ſacrificiũ ho-

locauſtum. Sunt enim mulra bona quæ aguntur ſactificia, ſed holocauſtũ non ſunt. Gregorius in Ezechielẽ libro 1. homilia 12. Er: Sciendum eſt, quia hoc inrer ſacrificium & holocauſtũ diſtat, quòd omne holocauſtum ſacrificium eſt, ſed non omne ſacrificium holocauſtum. In ſacrificio enim pars pecudis: in holocauſto uerò totũ pecus offerri conſueuerat. Vnde & holocauſtum larina lingua, totũ incenſum dicitur. Penſiremus ergo quid ſit holocauſtũ, quid ſir ſacrificiũ. Cum enim quis ſuum aliquid Deo uouet, & aliquid non uouet, ſacrificium eſt. Cum uerò omne quod habet, omne quod uiuit, omne quod ſapir, omnipotenti Deo uouerit, holocauſtum eſt. Maius tanto eſt holocauſtum ſacrificio. Gregorius in Ezechielẽ lib. 2. hom. 20. Et: Illud uerum & acceptabile eſt ſacrificium, quod aliquis puro corde laudat Deũ. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

## DE ECCLESIA.

COlumbam uocari Eccleſiam, Iuſtus exponir: Non ob aliud Eccleſia colũba uocatur, niſi quia eſt ſine dolo, & Spiritu ſancto repletur. habitar in foraminibus petræ, quia ſemper receptaculũ haber in his, ex quibus ſanara eſt uulneribus Chriſti. Recipitur etiam in cauernã maceriæ, cum ſancta ex Scripturarum conſolatione fouetur: uel cum præcedentiũ ſanctorũ meritis atq; orationib. ex toto ꝓtegitur. Iuſtus in Canticis. Itẽ: Columba, quia ſimplex eſt, & ſpiritualiter ſapit: perfecta, quia mundum relinqoẽs, me magis quàm remporalia aut ſe diligit, ſecũdum illud, Si uis perfectus eſſe. Itẽ: Lectulus Salomõis requies Chriſti eſt, quæ requies Eccleſia conuenienter accipitur. Itẽ: Soror Chriſti eſt Eccleſia, de ſanguine eius. Amica, quia per mortẽ eius reconciliata: columba, de Spiritu ſancto immaculata baptiſmi ſacramento. Itẽ: Benè autẽ Eccleſia appellatur uirgo pulcherrima mulierũ, quia de ea Paulus ſic loquitur fidelibus: Deſpondi uos uni uiro, uirginem caſtam exhibere Chriſto. Et: Sunamitis nomine Eccleſiã accipiendam quis dubitet?

Olympiodorus in cap. 9 Eccleſiaſtæ ait: Eccleſia eſt ſponſa Chriſti, in hac ſiquidem inuenitur uita æterna.

Gregorius ait: Eccleſia præſens uocatur regnũ Dei. Et: Regnum ergo cœlorum eſt Eccleſia iuſtorum. Itẽ: Templũ quoq;, & domus Dei eſt ipſa mens atq; conſcientia fideliũ. Greg. in Euãgelia, hom. 39. Et: Regnũ Chriſti ſancta Eccleſia deſignatur. Gregorius in librum 1. Regum, cap. 2.

Aliquam deſcriptionẽ Eccleſiæ Alcimus recitat: Eccleſia eſt nauis, quæ nos per uarios caſus uelut inter marinos gurgites ducit, dum res quidẽ noſtras obtrectationũ & blaſphemiarũ ſtridor quaſi laxata laterum compage reuerberat: ſed puppim ueritatis ſoliditate conſtructã penetrare non poteſt, quod fatigat. Alcimus in homilia de prima feſti Rogationum inſtitutione.

Maxentius inquit: Vera Dei eccleſia, cui non ſunt hæreticorũ ignotæ procellæ, non eſt illa quę Chriſtum gratia, nõ natura Deũ confitetur: ſed illa, quę Deũ uerũ, & ob hoc unũ ex trinitate prędicat Emanuelem. Maxentius in reſponſione ad epiſt. Hormiſdę.

Caſsiodorus ita definit Eccleſiã: Eccleſia eſt collectio fidelium ſanctorũ omniũ, anima & cor unum, ſpõſa Chriſti, Hieruſalem futuri ſeculi, de qua dicit in Cantico canticorum Ieſus: Oſculetur me oſculo oris ſui. Et alibi: Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit dealbata? Item: Vna eſt columba mea, una eſt ſponſa mea. Itẽ Pſalmo 34. Confitebor tibi in Eccleſia magna, &c. Magna, inquit Caſsiodorus, Eccleſia eſt populus Chriſtianus, rectæ fidei tenax, qui amplitudine ſui totius mũdi ſpacia comprehendit. Et: Sponſa Chriſti Eccleſia eſt, quæ ex ſingulis fideliũ animabus conſtat. Caſsiodorus in Canticis.

Gregori⁹ air: Aurora Eccleſia dicitur, quę à peccatorũ ſuorum tenebris ad lucẽ iuſtitiæ permutatur. Quaſi aurora electorũ ſurgit Eccleſia, quę priuatis priſtinę tenebras deſerit, & ſeſe in noui luminis fulgorẽ cõuertit. Tũc ſancta eccleſia plena aurora ſit, cum mortalitatis atq; ignorantiæ ſuę tenebras funditùs amittit. In iudicio ergo aurora eſt, ſed in regno dies: quia etſi iam cũ reſtauratione corporũ uidere lumẽ in iudicio inchoat, eius tamẽ uiſum plenius in regno conſumat. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 14. Et: Rectè autẽ Eccleſia leæna nuncupatur, quia malè uiuentes in uitijs ore ſanctę prędicationis interficit. Idem in 28 caput Iob, libro 18, capite 20.

Definitionem breuem Gregorius ponit, inquiens: Quid ſancta eccleſia, niſi ſuperni ſui capitis corpus eſt? in 38 caput Iob, li. 28, cap. 6. Et: Quid eſt templũ Domini, niſi ſpiritualis intelligẽtia ſacrarũ literarum? in caput 1. primi lib. Reg. Item: Templũ Dei eſt locus ubi habitat Deus. Templũ Dei itaq; uniuſcuiuſq; eſt anima electi. Templũ, ubi arca Dei recõditur, mẽs eſt in qua diuini eloquij ſacramẽta per intelligentiã reſeruãtur. Gregorius in primũ caput Regũ, li. 3. capite 1. Itẽ: Eccleſia eſt corpus Chriſti, quia inter tot aduerſa libera ſtat. Idẽ ſuper Ezechielem lib. 1, homilia 6.

De cauſa efficiente Eccleſię ſic ait Iuſtus: Introduxit Chriſtus Eccleſiam in ſua cellaria, cũ ei reuelat Scripturarũ oculta myſteria. Iuſtus in Canticis. Et: Tunc Chriſtus

uniuer-

uniuerſam ſibi Eccleſiam deſpondit, quando io patibulum aſcendit. Item: Nulla eſt tam euidens Chriſti ad Eccleſiam cõoetſio, niſi com uerbum caro factũ eſt, & habitauit in oobis. Iuſtus in Canticis.

Caſsiodorus inquit: Ipſe qui uerè eſt lilium, pet gratiã facit eccleſiam ſuã eſſe liliõ, candidstam uidelicet uirtutibus, uel ab omni uitiorum labe immunem. Caſsiodorus in Canticis.

Eſſe perpetuam Eccleſiam Dei, docet Ioſtus: Quanti tyranni & perſecutores unà cũ autore ſuo diabolo conati ſunt Eccleſiæ uirtutem dirumpete, & præualete nullo modo potuerunt? Habet enim ſancta Eccleſia caſtrorum aciem ordinatã, quando imminẽte Chriſto nec martytes perſecutio, nec uitgines carnalis delectatio, nec miſericotdes cupiditas, nec humiles temporalis gloriæ deuicit ambitio.

Gregorius ait: Sanctarum ſcripturarum myſteria uſq; in muodi finem cum Chriſti fidelibus perdurabunt. Gregorius in primũ Regum libro terrio, cap. 4. Et ſecundũ præſcientiæ ſuæ gratiam, Chriſtus ſanctam Eccleſiam de in ęternũ petmãſuris ſanctis conſtruxit. in Caotica canticorum. Item: Toto Eccleſiæ uitæ tempote debet fides Chriſtiana in mundo uigere. Gregorius in Pſalmos pœnitentisles. Et: Nam quòd in hac uita nullis aduerſitatib. frangenda ſit, nullis perſecutionibos ſuperanda, ipſe ſupet quẽ ędificata eſt, euidenter oſtendit, cum ait: Pottæ ioferi, &c. Ibidem.

Quòd ſit petpetua, Caſsiodotus expooit: Eccleſia ſancta redẽptotis Domini ſui adiutorio munita eſt, & præſidio angelicarũ uirtutum uallata, nullis malignorũ ſpirituum paret inſidijs. Item: Hæc ipſa Eccleſia eſt fons ſignatus. fons ideo, quia doctrinæ cœleſtis fluentis manat, quibus omnes in Chriſto ctedẽtes à peccatis lauat, & ueritatis ſcientia potat. Caſsiodorus in Cantic.

Quòd ſit cruci expoſita Eccleſis, docet Gregorius: Sancta eccleſia perſecutiões iniqoorum ſine ceſſstione tolerat, ſed tamen uſq; ad mundi tetminũ ſine defectu perdurat. Sæpe namq; eam reprobi, quia uſq; ad internecionem petſecuti ſunt, quaſi hãc ſe funditùs extinxiſſe crediderõt: ſed in eo multiplicius ad ſtatum ſui profectus redijt, quo inter manus perſequentiũ moriendo laborauit. Gregorius in nonum caput Iob, libro Moraliũ nono, cap. 6. Item: Tunc ſancta eccleſia ualentius in ueritate reficitur, cum ardentius pro ueritate ſatigatur. ibidem. Et: Sæpe ſancta Eccleſia multis in hac uita aduerſitatibus laborat, & reproborum uita tanto ſinẽ flagello dimittitur, quanto ad nolla præmia ſeruatur. Sed aſſlictiones ſanctæ eccleſiæ uidentes hęretici, eam deſpiciunt, & tot illam flagellis atteri ex prauæ profeſsionis merito ſuſpicantur. Gregorius in decimumquintũ caput Iob, libro duodecimo, capite decimoquinto. Et: Sæpe uetò contingit ut ſancta Eccleſia nõ ſolum infideles atq; extrà poſitos aduerſarios toletet, ſed eorum quoq; ioſidias atque aduerſitatem uix ſerat, quos intus hsbent. Gregorius in decimumſextũ caput Iob, capite decimoquinto. Et: Omnes qui ſanctam Eccleſiam perſequuntur, quid aliud quàm torcular calcant? quod diuina agi diſpoſitione permittitur, ut animatũ botri in ſpitituale uinũ defluãt: quę carne corruptibili exutæ, ad regns cœleſtia uelut in apothecã currãt. Gregorius in uigeſimumquartũ caput Iob, libro 16, capite 23. Item: Scit ſancta Eccleſia in paſsionibus cteſcete, atq; inter opprobria honorabilem uitam tenere: ſcit nec aduerſis deijci, nec de proſperis gloriari: oouit contra aduerſa animũ ad ſpẽ ſuperni culmiois exaltare, ſcit bona ſua miſericordiæ redemptoris, ſcit mala ſua iuſticiæ tribuere iudicis: quòd & bona illo largiente habeat, & mala illo permittẽte patiatur. Gtegorius in trigeſimum caput Iob, libro uigeſimo, capite decimoſeptimo. Et: Sancta eccleſia omni hoc tempore peregrinatioois ſuæ in aflictione conſtituta, dum uulneta ſuſtinet, dum mambroium ſuorũ lapſus dolet, inſuper alios ſub Chriſti nomine tolerat hoſtes Chriſti. Ad augmentum nsmq; doloris eius etiam hęretici in cõtentionem cõueniunt, eamq́; quaſi quibuſdam iaculis, irrationabilibus uerbis transfigunt. Gregorius lib. 3. Motalium in Iob, cap. 13.

Quòd ſit mixtus cœtus, Hormiſda docet: Adhuc in area ſumus, mixta ſunt frumenta cum paleis, gemunt boni conſortia malorũ: ſed ſupereſt flamma nõ oeceſſarijs, & parata ſunt hortea iam probatis. Sed ubi terrarum nõ iſta permixtio? Hormiſda in epiſtola ad Poſſeſſorem.

Caſsiodorus in expoſitione dicti, Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo, in cõſilio iuſtorum & cõgregatione, ſic ait: Si conſilium iuſtorum & congregationẽ hic uelis exquirere, omnino uidetur eſſe difficile, ut in hoc ſeculo electos omnes inuenias, ubi Eccleſia permixtione booorũ malorumque completa eſt.

Malos bonis admixtos eſſe in Eccleſia, ex his Gregorij uerbis appatet, ubi ſic inquit: Quid iſta de iofidelibus dicimus, cum in ipſa quoq; Eccleſia multos catnalium prauis moribus, contra redemptoris uitã pugnate uideamus? Sunt namq; nõnulli, qui hunc, qoia gladijs nõ poſſuot, peruerſis artib. inſequuntur. Item: Quidã catnales in Eccleſiæ ſitu poſiti, qui quo uerbis profeſſæ fidei

intus ſunt, eo bonoe incorrectis ſuis morib. peius premunt. Nam minus fortaſſe nocuiſſent, ſi nō eos ſancta eccleſia introſus admittens, uſq; ad fidei cubile reciperet: quos dū per profeſſam fide recipit, ſibi procul dubio ineuitabiles facit. Item: Sciendum eſt, quia carnales in Eccleſia aliquādo metu, aliquādo uerò audacia ſuadere peruerſa cōtendūt: cumq; ipſi uel puſillanimitate uel elatione deficiunt, hæc iuſtorum cordibus infundere quaſi ex dilectione moliuntur. Gregorius libro 3. Moral. cap. 11. Et: Sancta eccleſia dicit, Sunt pleriq; qui mihi per fidē membra ſunt, ſed tamen ſana uel munda per actionem nō ſunt: qa aut uicti deſiderijs turpibus, ad corruptiōis putredinem defluunt: aut terrenis actibus dediti, puluere terrenæ cupiditatis conſperguntur. Idem lib. 8. Moral. capite 6. Item: Sicut enim inboneſta membra in corpore, ita quidam ſunt intra ſanctā eccleſiam potentes & proterui. Idem in 16 caput Iob, lib. 13, cap. 3. Et: Scriptura teſte cognoſcimus, in hac uita bonos ſine malis eſſe nō poſſe. Idem lib. 9. indictionis quartæ, epiſt. 39. Et: Eccleſia per ſanctos ſuos prædicat, omnes quidem audiunt: ſed nō omnes quanta ſit uirtus ſententiarū quæ dicuntur, diſcernunt. Idem in Cantica canticorum. Et: Eccleſia in multis ſuis carnalibus lata eſt, in ſpiritualibus paucis anguſta. Videmus etenim multos intra eiuſdem ſanctæ eccleſię ſinum in ſuperbia erigi, in carnis uoluptate diſſolui, acquirendis terrenis rebus inhiare, inſeruire iracundię. Videmus alios iam aliena nō quærere, illatas iniurias ęquanimiter portare, rebus proprijs eſſe contentos, humiliter uiuere. Idem in Ezech. lib. 2, homil. 16. Et: Sūt nōnulli qui Chriſtianitatis nomine cenſentur, ſed Chriſtianitatis nō habent fidem. Gregorius in Euang. hom. 32. Et: Præſens eccleſia bonos ſimul & malos colligit, nec eligit quos trahat, quia quos eligere poſsit ignorat. Item: Nunc ad confeſsionem fidei etiam cum electis reprobi tanti intrant, qui ipſam quoq; eccleſiam hæreſibus ſcindant. ibidem, homil. 24. Et: In præſenti eccleſia cum bonis & mali conueniunt. Et paulo pòſt: In hac ergo eccleſia nec mali ſine bonis, nec boni ſine malis eſſe poſſunt. ibid homilia 38. Item: In eccleſia boni pauci ſunt, & multi mali. Eccleſia in carnalib. ampla eſt. in ſpiritualibus anguſta. ibidē. Item: Sic ſic nimirum eſt in cōuerſatione fideliū, quia in electa plebe boni prædicatoris, dum plures mali admixti ſunt, uelut inter bonas arbores ſpinæ oriuntur. Cōuerſatio igitur electi prædicatoris nō eſt exploranda in omnibus ſubditis, ſed in ſolis electis. Gregorius in caput nonum primi libri Regum.

Quòd ſit ubiq; diſperſa eccleſia, docet Caſſiodorus: Domus eccleſiæ ſunt cōuenticula fideliū, per totum orbem diſperſa. Item: Ex perſonis fidelium eccleſia conſtat. Caſsiodorus in Canticis.

Gregorius inquit: Redemptor noſter per totum mundum fundauit eccleſiam. Lib. 7. indictionis primæ, epiſt. 25.

¶ Quòd duas uitas habeat eccleſia, docet Gregorius: Sancta eccleſia duas uitas habet, unam quam temporaliter ducit, aliā quam in ęternū recipit: unam qua laborat in terra, aliam qua remuneratur in cœlo: unam qua mercedes colligit, aliam uerò in qua iam de receptis mercedibus gaudet. atq; in utraq; uita offert ſacrificiū: hic ſacrificium compunctionis, & illic ſacrificium laudis. Gregorius in Ezech. libro 2, homilia 21.

Vnam eſſe eccleſiā, Fortunatus docet: Remiſsionem peccatorū credit ſancta eccleſia. Sancta, quia una eſt eccleſia ſine ruga, ſicut una fides, unū baptiſma, in qua unus Deus, unus Dominus, unus Spiritus ſanctus creditur, de qua in Canticis legitur: Vna eſt columba mea. Fortunatus libro 11, in expoſitione ſymboli.

Caſsiodorus ait: Vna eſt catholica per uniuerſum mundum diffuſa eccleſia. Vna eſt ergo eccleſia, quia ſciſſuram & ſchiſmata nō recipit. Sed ſicut unus eſt Deus, una fides, unum baptiſma: ita una eſt generalis eccleſia, quę rectè & columba uocatur, quia Spiritus ſancti dote Chriſto ſponſata & ſanctificata eſt. Item: Ipſa eſt enim eccleſia, quæ ex multis fidelium conſtat perſonis, & catholicam ac uniuerſalem eccleſiā conficit. Item nō in uno loco cōtenta, ſed totū mundum cœleſti prædicatiōe occupauit. Caſsiodorus in Canticis. Item: De duobus populis, Iudaico uidelicet & gentili, fideles congregantur, & lacte ſpiritualis doctrinæ aluntur. ibidē. Et: Vna eſt enim eccleſia in pręcedentibus & in ſequentibus patribus. in caput 8 Canticorū. Itē: Eccleſia habet populos, quia omnes gentes intra capaciſsimū gremium ſuū capit & recipit. ibid. Et: Vnitas eccleſiæ in Chriſto unum eſt. ibidem.

Gregorius ait: Quaſi diſtinctæ in mundo regiones ſunt eccleſiæ gentium, quæ in una fide poſitę morum linguarumq; diuerſitate diſtinguūtur. Gregorius in 5 cap. Iob, lib. 6, cap. 16. Et: Vna eſt eccleſia, in qua qui conſiſtere uoluerit, ab omni etiā poterit peccatorum ſorde purgari. Idē in 28 cap. Iob, lib. 18, capite 14. Et: Sancta quippe eccleſia ſic conſiſtit in unitate fideliū, ſicut corpus noſtrum unitū eſt cōpage membrorū. Idem in 29 cap. Iob, libro 19, cap. 14. Et: Eccleſia multos populos in unitate fidei nutrit. Idem in Canticis. Itē: Mater noſtra eſt regeneratrix gratia, apud quam una columba eligitur, quia

illos

illos ſolos colligit, qui in ſimplicitate permanent, & ab unitate non ſcinduntur. Multi quippe fideles dum in idipſum intendũt, dum uno deſiderio Chriſti ſe inuicẽ nutriunt, dum habentes cor unũ & animã unam, in charitate ſe uniũt, ex multis membris unum corpus efficiunt: omnesq; in unitatis ſimplicitate & unitate uiuẽtes, una columba exiſtunt, quæ ſola perfecta & electa genitrici ſuæ dicitur: quia extra hanc quam dicimus eccleſiam nemo ad perfectionẽ, nemo ad uitam niſi per hanc ſolam gratia fouente nutritur. Gregorius in Canticis. Et: Vna eccleſia eſt electorum, præcedentium atque ſequẽtium. Idem in Ezech. libro 2, hom. 15. Et: Vna eſt eccleſia in prædicatoribus Teſtamenti ueteris ac noui. ibid. homilia 20. Et: Vniuerſalis eccleſia ab Abel iuſto incepit. Idem in Euãgelia, homilia 19. Et: Vnũ quippe corpus eſt tota ſancta uniuerſalis eccleſia, ſub Chriſto Ieſu, ſuo uidelicet capite, conſtituta. Et paulò poſt: Chriſtus cũ tota ſua eccleſia, ſiue quæ adhuc uerſatur in terris, ſiue quę cũ eo iã regnat in cœlis, una perſona eſt. Et ſicut eſt una anima, quæ diuerſa corporis membra uiuificat: ita totam ſimul eccleſiam unus Spiritus ſanctus uegetat & illuſtrat. Sicut nãq; Chriſtus, qui eſt caput eccleſiæ, de Spiritu ſancto conceptus eſt: ſic ſancta eccleſia, quę corpus eius eſt, eodẽ Spiritu ſancto repletur ut uiuat, eius uirtute firmatur ut in unius fidei & charitatis cõpage ſubſiſtat. Quæ eſt illa quæ habet populos, niſi ſancta eccleſia per totũ orbem diffuſa? Illa nãq; habet populos, quia ex omni parte terrarũ rectè credentes continet. Gregor. in Pſalmos pœnitentiales. Et: Ex utroque enim populo ædificata eſt Sion ſpiritualis. ibid. Item: In unũ conuenerunt populi in eccleſia per totum orbem diffuſa, quę Chriſtum credit eſſe filiũ Dei. ibid. Item: Nemo eſt q uerè poſſit ſalutis inuenire remediũ, niſi ad unitatẽ fidei ueniat, & per ſanctificationem uitę Chriſtum induens, unum cum eo fiat. ibidem.

Dotes eccleſię, in genere ait Iuſtus: Incorruptio & fortitudo uirtutis martyrũ, doctrina, bona fama, repetiuntur in uniuerſis populis, baptiſmate in Chriſto renatis. Iuſtus in Canticis.

Caſsiodorus ait: Sancta eccleſia uel anima Deũ amans, gracilis eſt & delicata, diſciplinis Spiritus ſancti attenuata, nõ habẽs groſsitudinem carnalium deſideriorũ. Caſsiodorus in 3 cap. Canticorũ. Item: Sanctã eccleſiam ſibi Chriſtus incarnatus deſpondit, eamq; emundatam ſordibus peccatorũ, dote Spiritus ſancti ſibi coniunxit. in cap. quartum Canticorum.

Gregorius ait: Propoſitũ ſanctæ eccleſiæ non ex humano præſumitur iudicio, ſed ex diuino. Nã quicquid ſancta eccleſia in ſubiectis ſibi nationibus diſponere uoluit, tũc demũ id ratum habuit, cum ex internę ueritatis iudicio quid diſponendum eſſet agnouit. Gregorius in cap. 1. primi libri Reg. Et: In ſancta eccleſia ueræ religionis fragrantia redolet, quę in fide redemptoris poſita, pro æterni ſplendoris certitudine, quẽ expectat, donum ſancti Spiritus pignus tenet. Idẽ libro 3, in cap. 4. primi Reg. Et: Sãcta eccleſia in filijs ſuis fide Chriſto ita coniungitur, ſpe ſuſpenditur, charitate conglutinatur, ut nihil extra Chriſtum diligat, & eũ ſibi familiariter fide & amore inſeparabilem teneat. Idem in Canticis. Et: Sancta eccleſia gratia genitrice nutritur, dum fide eruditur: carne ſui ſpõſi paſcitur, ſanguine lauatur, Scriptura diuina ſaginatur. ibid. Et: Huiuſmodi robuſta nutrimẽtis dæmones expugnat, uitia ſuffocat, carnẽ domat, ſpiritũ roborat, uitã expectat. Sic etenim in ſancta eccleſia agitur, ut per bonos mali cõuertãtur, per perfectos imperfecti nutriãtur, donec & ipſi ad perfectionẽ ueniãt, & infirmos quoſq; ſicut ipſi perducti ſunt, ad meliora perducãt. Hoc Chriſtus eccleſiæ ſponſus uiſitãdo perficit. ibid. Et: In eccleſia uoces ſancti Euangelij atq; Apoſtolorũ ſonãt. Idem in Ezech. li. 2. homilia 22. Item: Filius Dei, quam de diabolica poteſtate eripit, ſanctã ſibi eccleſiam in unitate Spiritus cõfœderauit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales.

In eccleſia tantum homines ſaluari, Gregorius docet: Sancta eũt uniuerſalis eccleſia prædicat, ſaluari ueraciter niſi intra ſe non poſſe, aſſerẽs q, omnes qui extra ipſam ſunt, minimè ſaluabuntur. Gregorius in 17 caput Iob, libro 14, capite 2. Et: Quia extra hanc quam dicimus eccleſiã, nemo ad perfectionem, nemo ad uitam niſi per hanc ſolã gratia fouente nutritur. Idem in Canticis.

Chriſtum eſſe caput eccleſię, docet Iuſtus Orgelitanus. Legimus (inquit) in Euangelio: Si dixerint, Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, nolite exire. Hic enim atque illic partes eſſe noſcũtur. Chriſtus eũt in eccleſia catholica, tanquã in meridie cubans, mundũ uniuerſum ſuo fulgore perfudit, & in ſpiritu feruẽtibus requieſcit. Atq; ex ea charitate qua orbẽ uniuerſum irradiat, credẽtes in ſe populos quotidie paſcit. Iuſtus in Cantic. Et: Habet Chriſtus eccleſiã in ſuo corpore, & eccleſia Chriſtũ in capite: quę cõnexio quia diſſociari non poteſt, meritò dixit, Dilectus meus mihi paſcitur inter lilia Chriſtus, quãdo corpus eius (qd' eſt eccleſia) ſanctorũ & uirginum cœtibus decoratur. ibidem.

Olympiodorus ait: Caput eccleſiæ Chriſtus eſt, in ſecundum caput Eccleſiaſtæ.

Caſsiodorus ait: Qui ſine Eccleſia Chriſtum quærit, errare & fatigari poteſt, proficere non poteſt. Caſsiodorus in Canricis. Et: Vnus paſtor eſt Chriſtus, qui unū habet gregem, id eſt unitatem catholicæ Eccleſiæ. ibidem. Et: Chriſtus caput eſt, & Eccleſia corpus eius. ibidem.

Gregorius inquit: Sicut redemptor noſter una perſona eſt, cum congregatione honorum (ipſe namq; caput eſt corporis, & nos huius capitis corpus) ita antiquus hoſtis una perſona eſt, cum cūcta collectione reproborū, quia ipſe eis ad iniquitatē quaſi caput præeminet: illi autē dum ad perſuaſa deſeruiunt, uelut ſubiectū capiti corpus inhærēt. Gregorius lib. 4. Moraliū, cap. 14. Item: Caput noſtrū quod Chriſt⁹ eſt, ad hoc nos ſua membra eſſe uoluit, ut per cōpagem charitatis & fidei unū nos in ſe corp' efficeret. Cui ita corde adhærere nos cōuenit, ut quia ſine ipſo nihil eſſe poſſumus, p ipſum poſsimus eſſe quod dicimur. Gregorius libro 7. indictionis ſecundæ, epiſtola 110. Et: Sub uno capite omnes membra ſunt Eccleſiæ. Sancti ante legē, ſub lege, ſancti ſub gratia omnes, omnes hi perficientes corpus Domini, in membris ſunt Eccleſiæ conſtituti, & nemo ſe unquam uniuerſalem uocare uoluit. Gregorius lib. 4. indictionis decimætertiæ, epiſtola 82. Et: Electi omnes mēbra ſunt redemptoris noſtri, ipſe autem redemptor noſter caput eſt omnium electorū, per hoc qđ membra eius figurata ſunt. Gregorius ſuper Ezechielem libro 1, homilia 4. Et: Quis caput noſtrum eſt, niſi redemptor generis humani? in Ezechielem libro 1, homilia 7. Itē: Ipſe eſt ſummus pontifex noſter, qui in ara crucis pro totius mūdi ſanitate ſui corporis hoſtiam obtulit. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Multi ſunt paſtores ſanctæ Eccleſiæ, & paſtorē unum habent Dominū Ieſum Chriſtum. Idem in caput decimū primi Regum, libro quarto.

Deum habitare in Eccleſia, Iuſtus ſcribit: Domus iſtæ in quibus Chriſtus habitat, ſancti ſunt, ſicut Propheta dicit: Quoniam habitabo in eis. Et: Commoremur in uillis, in populis credentibus circumquaq; diffuſis, in quibus Chriſtus per fidē habitat, non ſine Eccleſia, cū eoſdem ipſos in ſuis membris reputans ſuam efficit Eccleſiam. Iuſtus in Canticis.

Deum conſeruare Eccleſiam, Gregorius docet: Redemptor noſter Dei hominumq; mediator conditionis humanę non immemor, ſic imis ſumma coniungit, ut ipſe in unitate permanēs, ita temporalia occulto inſtinctu pia cōſulens moderatione diſponat, quatenus de eius manu antiquus hoſtis nullatenus rapiat, quos ante ſecula intra ſinum matris Eccleſię coadunandos eſſe pręſciuit. Gregori⁹ libro ſeptimo, indictionis ſecundæ, epiſtola nonageſimanona.

Encomia Eccleſiæ aliquot recitat Iuſtus: Pulchra per iuſticiam, ſuauis & amica, quia ſemper pacifica, decora ſicut Hieruſalē, &c. Meritò aūt Eccleſia, ſicut Hieruſalē, decora deſcribitur, cum æternum ſimilitudo angelorum condonatur.

Quòd ſit exigua, Olympiodorus admonet: Parua ciuitas eſt militans Deo in terra Eccleſia. Parua inquam, comparatione eius quæ eſt in cœlis. Pauci in hac ciuitate ſunt, uiri ſancti ſcilicet, & electi Dei. Hoſtis diabolus aſsiduè hanc circuit ciuitatē, ut illius ciues redigat in ſeruitutem. Pauper autē ſapiens in hac ciuitate, cuius conſilio ipſa ſeruatur, ipſe eſt Chriſtus Dominus Deus noſter. Olympiodorus in nonū cap. Eccleſiaſt.

De effectu Eccleſiæ inqr Gregorius: Sancta Eccleſia ad æternā uitam electos loquendo parturit. Gregorius lib. 1. in primū caput primi Reg. Item: Sancta Eccleſia uerbum fidei gentibus prædicauit. ibid.

## DE ANTICHRISTO.

De nomine Antichriſti, & qui ſint futuri, Olympiodorus quædam dicit: Adoleſcentē ſecundum alij filium perditionis Antichriſtum intelligūt. Vidi ipſos peccatores cum adoleſcēto ſecundo, hoc eſt Antichriſto, qui exurget pro ipſo Domino noſtro Ieſu Chriſto. Poſtremi, qui temporibus Antichriſti in eum credent, nō lætabuntur in eo. neq; enim ſeruare poteſt impietas ſibi adhærētes. Qui in fine ſeculi credent in Antichriſtum, facti ſunt nouiſsimi. Vocatur & Antichriſtus adoleſcens ſecundus, qui iuuenili temeritate feruidus eſt in malo, robuſtusq; nequitiæ innouator. Olympiodorus in quartum caput Eccleſiaſtæ.

Quis ſit, Gregorius monet: Quiſquis ſe uniuerſalem ſacerdotē uocat, uel uocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit, quia ſuperbiēdo ſe cæteris pręponit. Gregorius libro 7, indictionis decimæquintæ, epiſtola 30.

Vnde ſit, Gregorius monet: Caput inimicorum diabolus eſt. Ipſo quippe in ultimis temporibus illud uas perditionis ingreſſus, quod Antichriſtus uocabitur, qui nomen ſuum longè lateq; diffundere conatur. Gregorius in decimumoctauū caput Iob, libro decimoquarto, cap. undecimo. Item: Nonnulli de tribu Dan uenire Antichriſtum ferunt, pro eo qđ hoc loco Dan & coluber aſſeritur, & mordens. Idem in 19 caput Iob, libro 31, capite 10.

Vbi ſit futurus, Gregorius docet: Memoriam ſuam in terra ſtatuere Antichriſtus conatur, cum in terrena gloria appetit, ſi eſſet poſſi-

poſsibile in perpetuum permanere. in 18 capur Iob, libro 14, capite 11.

Quando', Gregorius monet: In hominem Iudæi confidunt, qui credere in redemprorẽ refugiunt, dum Antichriſtum in fine mũdi præſtolãrut. Gregorius in ſecundum caput primi Regum.

Qualia ſit futuius, Gregorius monet: Qđ tunc Antichriſtus ſuper impios regnar, non eſt ex inioſticia iudicantis, ſed ex culpa patienris, quamuis pleriq; & principatũ illius non uiderunr, & tamẽ eius principatui peccarorum ſuorũ condirione deſeruiunr: quia & quem dominanrem ſibi minimè conſpiciunr, eum proculdubio peruerſè uiuẽdo uenerantur. Gregorius in 34 caput Iob, lib. uigeſimoquinro, capire 14. Et: In manu Antichriſti dolus dirigirur, quia hoc quod cõtra bonos propoſuerit, implere rẽporaliter nulla adoerſirate præpeditur. in rrigeſimũquintum caput Iob, libro uigeſimoſexro, capire decimoquarto. Irem: Extrema teiræ Dominus tener, & concurir: quia Eccleſiæ ſuæ ultima per aduentum Anrichriſti perſecutione immaniſsima rorbari permitrit, nec tamen permitrẽdo deſerit. Gregorius in trigeſimumoctauum caput Iob, libro 29, capite tertio. Irem: Quartum feliciter & non bene incedit, quia in fallacia ſua Antichriſtꝰ greditur: ſed iuxra breue rempus uitæ præſentis ipſa illi fallacis proſperatur, ſicut de eo ſub Antiochi ſpecie per Danielem dictũ eſt: Robur darum eſt ei cõrra iuge ſacrificiũ, propter peccata: & proſternerur ueritas in terra, & facier & proſperabitur. Gregorius in trigeſimomoctauum capor Iob, libro trigeſimo, capire rerrio. Er: Antichriſtus ueniens, ipſas eriã ſummas huius ſeculi poreſtates obtinebit, qui duplici errore ſæuiens, conatur ad ſe corda hominum, & miſsis prædicaronibus & commotis poreſtaribus inclinare. Gregorius in quadrageſimumprimũ capotIob, libro 33, capire 22. Er: In exrrema iudicij cõmotione Antichriſtus in ſignis & miraculis rãrus erir, ut à mulris Chriſtus æſtimetur. Ibidem, libro 33, capite 25. Item: Neq; haſta neque rhorax ſubſiſtere poterit, quia in Anrichriſtum ueniens, tantæ uirtotis apparebit, ut ſi ſupernũ adiutorium deſit, & prædicantiũ acumen obrundar, & longanimitatem parientiũ deſtruat. Gregorius in quadrageſimumprimum capur Iob, libro trigeſimoquarro, capire octauo. Irem: Tabernaculum Antichriſti eſt amor perfidiæ, quo fidei cõtradicit redemptoris. Gregorius in ſecundum capur primi Regum.

Qoòd ſir propinquus, moner Gregorius: Sed in hac eius ſuperbia, quid aliud niſi propinqua iam Anrichriſti eſſe rẽpora deſignatur? Gregorius libro quarto, indictionis decimæ tertiæ, epiſtola trigeſimaquarta. Irem: Er quia hoſtis omniporenris Dei Antichriſtus iuxrà eſt, ſtudioſè cupio, ne proprium quid inueniat, non ſolum in moribus, ſed etiam nec in uocabulo ſacerdotum. Gregorius libro ſexro indictionis decimæquinræ, epiſtola 27.

De prædicatoribus Antichriſti, ait Gregorius: Quidam peruerſi homines ſpirirus praua aduerſa ſeminarunr, ita ut die ſabbati aliqoid operati prohiberent. Quos quid aliud niſi Anrichriſti prædicatores dixerim? Qui ueniens diem ſabbarum arque Dominicum ab omni faciet opere cuſtodiri. Quia enim mori ſe & reſurgere ſimolar, haberi in ueneratione uult Dominicum diem. Er quia iudaizare populum compellit, ut exreriorem ritum legis reuocet, & ſibi Iudæorum perfidiam ſubdar, coli uult ſabbatum. Gregorius libro 11 indictionis ſexræ, epiſt. 3.

## DE MINISTERIO *uerbi.*

DE appellationibus miniſtrorum uerbi inqt Gregorius: Prædicatores ſancti aliquãdo canes per ſimilirudinem dicuntur, quia prædicarionibus aſsiduis, quaſi larratibus importunis aduerſarios quoſque à grege ouium arcere niruntur. Gregorius in Canrica canticorũ. Er: Cœli doctores Eccleſiæ dicti ſunr, quia Dominus in eis præſidet, dũ per eos ſua iudicia exercet. Quibus namq; regni cœlorum claues rribuit, eis ligandi ac ſoluendi poreſtatem dedir. per eos ergo iudicat: quia quodcunque ab eis ligatum fuerir, ligar. Gregorius in Pſalmos pœnirentiales.

De miniſtris inquit Caſsiodorus: Doctorum doctrina fulcitur & ſuſtẽratur Eccleſia. Item, uita fidelium in Eccleſia è doctoribus pendet, quia illorum doctrina inſtruitur & roboratur. Caſsiodorus in Canricis.

Gregorius inquit: Deus, qui per ſemetipſum non localiter ubique eſt, per prædicarores ſuos in mundi partes localirer ambulat. Gregorius in trigeſimumſexrum caput Iob, libro uigeſimoſeprimo, capire ſexro. Et: Sicur in uno corpore mulra membra habemus, omnia aurem membra non eundem actum habenr: ita in Eccleſię corpore, ſecundum ueridicam Pauli ſentẽriam, in uno eodemq; ſpiritu, alij conferendum eſt hoc officium, alij cõmittendum eſt illud: neque uni quanrumliber exercirarę perſonæ, uno tempore duarũ rerum officia cõmirtenda. Quia ſi rotum corpus oculus, ubi auditus? in uita Gregorij libro ſecundo, capite 54. Er: Chriſtus per Apoſtolos uniuerſum mundũ circuiuir, & fidem eis prædicanribus, populis audientibus ſparſit. Gregorius in Canrica canticorum.

Spiritum ſanctum eſſe adiutoré miniſtrorum, indicat Gregoriue. Sæpe qui diuina loqui appetunt, ab eodem diuino ſpiritu ſubitò docentur, & loqui optimè ea etiam poſſunt quę premeditatione nulla didicere Gregorius in 10 caput primi Regom.

Veritatem conſtanter dicendam eſſe, dicit Symmachus. Si mihi apud exteros reges, eosq́; totius diuinitatis ignaros, pro fide catholica dicendum foret, quicquid eius ueritati rationiq́; congruerit, etiã præſẽta morte petorarẽ. Vę mihi erit, ſi non euãgelizauero: meliusq́; eſt iacturam uitæ pręſentis incidere quàm ſempiterna dãnatione puniri. Symmachus in Apologetico. Itẽ: Ego quidẽ ſtudeo benedictionẽ tuis Imperator referre maledictis, cõtumelijs honorificentiã reddere, & odijs reddere charitatem. ibid. Et: Nos aũt humani generis conſcientiã conteſtati, qua poſſumus uoce nullatenus ceſſamus omnipotentẽ Deũ ſuis cauſis minimè defuturũ, et quantacunq; ſit humana pręſumptio, quantacunq; potẽtia ſob diuino nutu huius atrocitatis ceoſurã ſine dubio uindicandã. Hæc nos nequaquam tacuiſſe ſufficiat, ut cum ſuperna fuerit ultio ſubſecuta, & uera nos protuliſſe humana cõſideratio cognoſcat, & pœnam nõ inaniter ꝓnunciaſſe uenturã: & propoſuiſſe præmonitiõis formã, qua huiuſmodi præcipitijs decætero temperetur. ibid.

Gildas ait: Nam & nunc certũ eſt aliquos eſſe doctores cõtrario ſpiritu repletos, & magis prauã uoluptatẽ quàm ueritatẽ aſſerentes: quorũ uerba ſuper oleum moliuntur, & ipſa ſunt iacula: qui dicunt, pax pax, & non erit in peccatis permanentibus pax. Gildas de excidio Britanniæ.

Ad functionẽ miniſtrorũ uerbi Dei pertinere, ut doceant, Caſsiodorus monet: Alio enim tempore debẽt ſancti prædicatores diuinæ contẽplationi inſiſtere, & mentẽ ſuaui cœleſti quiete oblectare. Alio uerò tempore per charitatẽ debent curam proximorũ agere, & eis bonorũ operum exempla præbere, ac diuinæ contemplationis doctrinã impendere. Caſsiodorus in Canticis. Et: Fortiſſimi uerò Iſrael ſunt, qui Eccleſiã tueri prædicãdo, & ab incurſibus dæmonũ uel impugnations hæreticorũ defendere nouerunt. Item, illis cõmiſſa eſt Eccleſia, & ab illis uigilanti cura eſt cuſtodienda. ibid. Et: Doctores & uerba uitæ populis annunciant, & alimento doctrinæ cœleſtis eos nutriunt. Itẽ: Sancti doctores eidem Eccleſię & pulchritudinem & robur præſtant. Item: Sancti doctores populos in Chriſtũ credẽtes, uitali lauacro abluunt, & ſalutaris doctrinę potu reficiunt. Caſsiodorus in 7 cap. Canticorum. Et: Sancti doctores aſsiduè tam ueteris Teſtamenti quàm noui myſteria perſcrutantur. Caſsiodorus in quintum cap. Cantic.

Ennodiue ſcribit: Nemo quod auribus lenocinatur, credat eximiũ: ſermo noſter niſi animæ medetur, abiectus eſt. Illũ præferte, qui ſpirituali falce ſentibus purgat interna. Tunc precioſum paſtoris diadema eſt, quãdo ſuaſioni eius grex eccleſiaſticus, dũ ad probitatem graditur, non repugnat. Et paulo pòſt: Neceſſe eſt, ut etiam extremę conditionis perſonis obtemperet, cui imminet ſic iubere. Ait enim doctor Gentiũ: Omnibus omnis factus ſum, ut omnes acquirerẽ. modò diuinitatis operatio adſit muneri ſuo, & quem dignũ apice tanto nõ inuenit, efficiat. Ennodius, in dictione Incipientis epiſcopi.

Gregorius ait: Sacri tractator eloquij morem fluminis debes imitari. Fluuius quippe dum per alueũ currit, ſi ualles cõcauas ex latere contingit, in eas protinus ſui impetus curſum diuertit: cumq́; illas ſufficienter impleuerit, repentè ſe in alueũ refundit. Sic nimirum, ſic diuini uerbi eſſe tractator debet, ut cum de qualibet re diſſerit, ſi fortaſſe iuxta poſitam occaſionem congruę ædificationis inuenerit, quaſi ad uicinã uallem linguę undas intorqueat: & cũ ſubiectæ inſtructionis campum ſufficiẽter infuderit, ad ſermonis propoſiti alueum recurrat. Gregoriue in epiſtola in libros Moraliũ Iob, cap. 2.

¶ De officio & pondere & perſona paſtoris, hæc quatuor partibus tractat Gregorius in libro de paſtorali cura. In prima parte, capite primo tractat, ne imperiti ad magiſteriũ uenire audeant. In ſecũdo capite, ne locũ regiminis ſubeant, qui uiuendo non perficiunt, quæ meditando didicerunt. In tertio agit de pondere regiminis, eo quòd aduerſa quæq; deſpicienda ſunt, & proſpera formidanda. In quarto, quòd plerunq; occupatio regiminis ſoliditatem diſsipat mentis. In quinto, de his qui in regiminis culmine prodeſſe exemplo uirtutũ poſſunt, ſed quietem propriam ſectando refugiunt. In ſexto, ꝙ hi qui pondus regiminis per humilitatẽ refugiunt, tunc uerè humiles ſunt, cum diuinis iudicijs non reſiſtunt. In ſeptimo tractat, ꝙ nõnunquam prædicationis officium nonnulli laudabiliter appetunt, & ad hoc nonnulli coacti pertrahuntur. In octauo, de his qui præeſſe concupiſcunt, & ad uſum ſuæ libidinis inſtrumentũ Apoſtolici ſermonis arripiunt. In nono capite, ꝙ mens præeſſe uolentium, plerunq; ſibi ficta bonorũ operum promiſsione blanditur. In decimo, qualis quiſq; ad regimen debet uenire. In 11, qualis quiſq́; ad regimen uenire non debeat.

In ſecunda parte, capite primo, tractat de uita paſtoris: qualem ſe, qui ad regimen ordinatè peruenit, in ipſo regimine exhibere debeat. In ſecundo capite tractat,

ut rector cogitatione ſit mundus. In tertio capite, ut rector ſit ſemper operatione præcipu⁹. In quarto tractat, ut ſit rector diſcretus in ſilentio, utilis in uerbo. In quinto, ut rector ſit ſingulis compaſsione proximus, præ cunctis contemplatione ſuſpenſus. In ſexto, ut ſit rector bene agétibus per humilitatem ſocius, cõtra delinquentium uitia per zelum iuſtitiæ erectus. In ſeptimo tractat, ut rector ſit internorũ curá & exteriorũ occupationé nó minuens, prouidentiá in internorũ ſolicitudine non relinquens. In octauo cap. tractat, ne placere rector ſuo ſtudio hominib. appetat, ſed tamé ad quid placere debeat intendat. In nono capite, quòd ſcite ſolicitè rector debeat, quòd plerunque uitia uirtutes ſe eſſe mentiuntur. In decimo capite tractat, quòd eſſe debet et rectori diſcretio correctionis & diſsimulationis, feruoris & mãſuetudinis. In undecimo capite tractat, quátum rector ſacræ legis meditationibus eſſe debeat intentus.

In tertia parte docet, qualia rector beneuiuens debeat docere, & admonere ſubditos: & quo pacto paſtor, auditorũ ratione habita, ſingulos ad ædificationem hortari poſsit.

In quarta parte tractat, qualiter prędicator omnibus ritè peractis, ad ſemetipſum redeat.

In decimumſextũ caput Iob, capite ſexto Gregorius ait: Per prædicatores quippe ſancta Ecclesia iniquos à uitijs conterit, & quaſi glutiens in ſua membra cõuertit. Vnde ipſi quoq; primo prędicatori, uelut maxillæ Eccleſiæ dicitur. Item: Prędicatores ſancti quando ad correptionem peccatorũ loquuntur, delectationes carnis, cõcupiſcétias mentis, ſimulationes bonorum operũ reprehendunt. Gregorius in nonum caput primi Regum, libro quarto. Et: Fortitudo boni operis in prędicatore debet eſſe ſingularis. ibidem. Item: Spirituali gratia mens eſt replenda doctoris. Habeat in unctione ſua oleum, miſericordiam abundátem, quæ ſibi uirtutib. alijs præferatur. Habeat oleum, ut dum ardoré ſancti Spiritus in ſe nutrit, lucere uehementer alijs poſsit per uerbũ. Habeat nihilominus oleum medicinæ, ut ſapienter diſponat, qualiter peccatorum fœtores tergat, & ęgras mentes ſaluti reſtituat. Gregorius in decimũ caput primi Regum. Item: Dum ad peccatorum correptioné rector ponitur, illud de medio tollit, quod Dei nos inimicos fecit. ibidé. Et: Hęc miniſterij paſtoralis ſunt, ut doctrina ueritatis inſtituat, bonis moribus exornet, pia ſemper eos cuſtodia uigilet, à malo declinare faciat. Sed electus prædicator ea ſuis uirib. implere poſſe diffidit. Quia ergo nec ſua uirtute aliquos per Euágelium poteſt gignere, nec quos generat cuſtodire. Gregorius in primũ caput primi Regũ. Et: Prædicatores ad hoc ſanctæ Eccleſię prępo nuntur, ut eorum infirmitatem releuét, & debiles quoq; ad cœleſtem patriá, uelut ſuperi impoſitum onus portent. Nõ igitur ſe ſemper pręlatos debent aſpicere, ſed quandoq; ſubiectos, ut diſciplina cohibédis uitijs præſint, ſed æſtimatione & obedientia miniſterij ſæpe ſubſint eis, quibus pręeminent cura prælationis. Et quia magna ſunt onera quę prędicatores ſuſtinent, à Domino ſeruantur, ut onus tantum ferant. Malè náq; in ſe omnipotétis Dei munera cuſtodit, qui nitoré paſtoralis culminis, per maculas polluit prauæ actionis. Gregorius in ſecundum caput primi Regum. Item: Hominibus placet doctor, cũ ſe ſubditis uenerabilem, & bonis moribus ornatũ præbet. Deo autem placet, quum de bona cõuerſatione, inaniter gloriari refugit, & ſoli⁹ Dei laudem promereri concupiſcit. Ibidem. Item: Quilibet rectus prædicator Eccleſię, & ſapientia interius ſe induit, & opera exterius exercet, quę in ſapiẽtia uidet. Gregorius in Cantica canticorum. Et: In ſancta Eccleſia prædicatores boni Scripturá diuinam in corde & ore portant, quá fidelibus quaſi tectũ expandétes prædicant, ut dum Eccleſia prædicatione cœleſti inſtruitur, munimé accipiat, quo ab imbribus tẽtationum protegatur. Gregorius in Cantica cáticorum. Item: Peccatoribus ſemper ſanctus quilibet prædicator cõtradicit. ibidé. Ité: Scriptura ſacra per legem ad corda hominum uadit, ſignádo myſterium: per prophetas uadit paulo apertius, prophetando Dominum. per Euágelium uadit, exhibẽdo quẽ prophetauit. per Apoſtolos uadit, prædicãdo eum quem pater in noſtra redéptione exhibuit. Gregorius libro primo ſuper Ezechielé, homilia ſexta. Item: Fides & operatio debent à ſpeculatore prędicari. Ibid. homilia 11. Et: Penſare doctor debet, quid loquatur, cui loquatur, quádo loquatur, & qualiter loquatur, & quantũ loquatur. Si enim unũ horũ defuerit, locutio apta non erit. ibidem homilia 11, libro 1. Et: Doctores boni in ſanctę eruditionis uerbis modò fomentis dulcedinis, modò aſperitate increpatiõis inuigilant, ut auditorũ ſuorum uitá à uitijs defendant. Gregorius lib. ſecundo ſuper Ezechielem, homilia decimaoctaua. Item: Qui ſacerdotes ſunt, qui templum Dei cuſtodiũt, niſi hi qui orádo, prædicando, ſpiritualibus actibus uigilando, ſanctam Eccleſiam à malignorũ ſpirituum immiſsionibus, à prauorũ ſuaſionibus, ab hęreticorum erroribus defendunt?

Quis hoc dignè æſtimet? quis dignè pẽſet? Laborat, luget, eſurit, ſitit, alget, ieiunat, uigilat, & tamen uigilando de Eccleſiarũ omnium ſolicitudine cogitat. Gregorius libro ſecundo ſuper Ezechielem, homilia uigeſimaſecũda. Et: Neceſſe eſt ut doctores ſancti pro peccatis aliorum ſolicitè exorẽt: quoties agũt, & in hoc pro alienis peccatis interueniunt, ſua ante Dei oculos amplius detergunt. Item: Nec laborioſum debet eſſe doctori, pro conſuetis peccatoribus lachrymas fundere. Gregorius libro ſecundo ſuper Ezechielem, homilia uigeſimaprima. Item: Curam commiſsi gregis cuſtodia ſtudioſius impendamus, & ſuadendo, hortando, terrẽdo, prædicando, in quantum ſuperna gratia uires dat. Gregorius libro decimo, indictionis quintæ, epiſtola prima. Et: Ordo prædicatorũ in omni quod ſpirituali reuelatione didicit, patrũ ueterum dicta conſuluit, ut tunc demum à Domino ſibi fuiſſe reuelatum crederet, quum ab eo quod in ſacra Scriptura legebat, nequaquã differre cognouiſſet. Quia ſancti prædicatores ne falſę lucis imagine in intima contemplatione fallantur, modũ occultæ reuelationis in aperta Scripturæ ſanctę ueritate diſcutiunt. Gregorius libro tertio, in caput primum primi Regum. Et: Summo ſtudio inuigilare optimus doctor debet, ut peccantem terreat, & territũ ad ueniæ ſpem reducat, quatenus per metum peccare deſinat, & per ſpem impetrandæ indulgentię diuinæ miſericordię portum quęrat. Gregorius in undecimũ caput primi Regum. Et: Prædicator acutus ad arguẽdum eſſe debet, mollis ad miſerendum. Gregorius in decimumſextum caput primi Regum.

De utilitate & effectu, inquit Caſsiodorus: Sancti doctores quaſi mediatores ſunt inter Chriſtum & reliquos quos inſtruunt fideles: & quaſi Chriſtum corpori ſuo, id eſt Eccleſiæ coniungunt. Sancti doctores prędicatione ſua Eccleſiã muniunt. Caſsiodorus in Cantica. Item. Portæ Eccleſiæ ſunt Apoſtoli, & eorum ſucceſſores: quia nemo ciuitatem Dei (id eſt Eccleſiã) intrat, niſi per ſanctos doctores aquã baptiſmatis regeneratus, & uitali doctrina inſtructus fuerit. Caſsiodorus in ſeptimum caput Canticorum.

Gregorius inquit: Sauctorum prædicatione tales etiam conuertuntur, qui magna poſtmodum omnipotenti Deo ſeruitia impendunt. Item: Prædicatorum miniſterio hi etiam ad Dominum redeunt, de quorum ſalute humana cogitatio deſperare poterat. Gregorius in nouum caput primi Regum. Et: Per epiſcopos & doctores ſanctæ Eccleſiæ uerbum fidei uſque ad mundi finem electis fidelibus exhibetur. ibidem. Et: Prædicatores ſancti aliquãdo canes per ſimilitudinem dicũtur, quia prędicationibus aſsiduis, quaſi latratibus importunis, aduerſarios quoſq; à grege ouium arcere nituntur. Gregorius in Cantica. Item: Foris homines loquũtur, intus uerò in hominib. Deus loquitur. In prædicatoribus ergo contẽnenda nõ eſt foris utilitas carnis, quorum mentes tam dignanter incolit ſublimitas deitatis. Gregorius in decimumquintum caput primi Regum.

De uita miniſtrorũ ait Caſsiodorus: Qui prędicando aliorum corda Chriſto uult aperire, prius debet ſurgere, hoc eſt, ad ſtudium bonorũ operũ erigi, & opere implere quod prædicat: ne fortè alijs prędicans, ipſe reprobus efficiatur. Caſsiodorus in quintum caput Canticorum.

Gregorius ait: Quicunq; alijs prædicant, neceſſe eſt, ſi multis ꝓficere uelint, ut in omni opere ſuo carnalem uitã mortificare contendant. Gregorius in Cantica canticorum. Et: Sicut turris in monte idcirco ponitur ad ſpeculandum, ut hoſtes qui ueniunt, lõgius uideantur: ſic prędicatoris uita ſemper in alto debet fixa permanere, ut more narium diſcernat fœtores uitiorũ, odoresq; uirtutũ, incurſus malignorum ſpirituum longè proſpiciat, & cõmiſſas ſibi animas per ſuã prouidẽtiam cautas reddat. Gregorius lib. primo ſuper Ezechielem, homilia undecima. Et: Qui locum prædicationis ſuſcipit, mala inferre nõ debet, ſed tolerare, ut ex ipſa manſuetudine iram ſæuientium mitiget, & peccatorum uulnera in alijs ipſe afflictionibus uulneratus ſanet. Gregorius in Euangelia, homilia decimaſeptima. Item: Qui charitatem erga proximum non habet, prædicationis officium ſuſcipere nullatenus debet. ibidem. Et: Quiſquis dignitate ſacerdotali ornatus eſt, cunctis ſe imitandum debet oſtendere, ut exemplo ſui nulli nocere, ſed uitam potius ualeat cõponere ſubiectorũ. Nam ſi actus diſſentiat à nomine, quanto ipſe pontificatus plus erigit, tãto magis addicit. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima decimaſeptima. Et: Duo iſta in paſtoris perſona cõueniunt, ſi ei adſit & ſanctitas uitę, & eruditio ſapientiæ: quia ad purganda peccata ſubditorum conſtitutus eſt, & ad errorum caliginẽ prædicationis luce depellendã. Paſtor ergo ſanctæ eccleſiæ, qui uitæ ſanctitatem habet, & diuinæ prædicationis uirtutem non habet, ſacerdos quidem, & non diuinus eſt. Item ſi uetbi facundiã retinet, ſine uitæ ſanctitate: etſi diuinus eſſe cernitur, ſacerdotij honore nequaquam decoratur: quia quod ſublimiter prædicat, terrena actione conculcat. Sacerdotes itaq; & diuinos uocãt, quia eis ſe commit-

committunt, qui & ſuperni rectitudiné itineris demouſtrant ſublimitate ſcientiæ: & pro ſubditis omnipotēti Deo idonei interceſſores ſunt, per puritatem uitæ. Greg. in 5.cap.1.Regum. Et: Prædicatotes electis fidelibus prouidendi ſunt, qui per nulla criminia onera ſubiecti ſunt imperio diabolicæ poteſtatis. Gregorius in 6. cap.1. Regū. Item: Qui ad prædicandum mittitur, talis eſſe debet, ut onus miniſterij ei ſecurè imponatur: ut mens mittentis nulla dubitatione fluctuet, quòd rectè doceat, & doctrinæ uerba operibus oſtendat. Gregorius in decimū-quartum caput primi regum.

¶ De differenria inter poteſtatem eccleſiaſticam & politicam, inquit Symmachus in Apologia: Tu Imperator à ponrifice baptiſmum accipis, ſacramenta ſumis, orationem poſcis, benedictionem ſperas: pœnitētiam rogas: poſtremò tu humana miniſtras, ille tibi diuina diſpenſat.

De differentia inter prophetas & doctores, ſcribit Gregorius: Prophetę miniſteriū eſt, occulta reuelare, & futura prædicere. Doctores autem ſanctæ Eccleſiæ, dum occultos Scripturarum ſenſus ad communem ſcientiam trahunt, ſecreta quæ neſciuntur aperiunt: & dum æterna gaudia prædicant, futura reuelant. Gregorius in decimum caput primi regum.

DE LIBERTATE CHRI-*ſtiana.*

PAnca de hoc articulo patres huius ſeculi literis prodidêre: idq; eo accidit, quia locum de iuſtificarione & pœnitentia nō ſatis rectè explicuerunt. De liberatione à lege inquit Gregorius: Sancti per gratiam Dei liberati à lege peccati & mortis, quòd nulli iugo legis poſtmodum erunt ſubditi, totum attribuunt gratiæ filij Dei. Gregorius in Pſalmos pœnitenriales.

DE CRVCE.

QVòd Eccleſia Dei ſit cruci ſubiecta, Hormiſda docet: Sed non eſt ignota Eccleſijs Dei, de huiuſmodi procellis, aut inſueta tempeſtas: quamuis rectoris ſui gubernaculo inconcuſſa perſiſtat, uarijs tamen inſurgentium fluctuum laborat uexata turbinibus. Hormiſda papa in epiſtola ad Poſſeſſorem. Iuſtus Origelitanus inquit: Poteſt nigra uocari, ſcilicet Eccleſia, cū paſſionibus opprobijs, contumelijs & deſpectui traditur.

Caſsiodorus ait: Nam quaſi in bello eſt Eccleſia, dū pro Chriſto diuerſa tolerat certamina. Caſsiodorus in Canricis.

Gregorius inquit: In deſerto, utiq; in hoc mundo Eccleſia, ſiue ſancta quæque anima uiuit, dum à regno exul inter beſtias, dęmones uidelicet, degit. Hic enim etſi non omnino à ſponſo deſeritur, tamdum in carne eſt, nondum ad certā eius uiſionem admittitur, dum ab eo per exilia & tētationes peregrinatur: quia dum adhuc cum eo non regnat, deſeri ab eo ſibi uidetur. Gregorius in Cantica canricorum. Et: Equidem ab Abel ſanguine, paſsio iam cœpit Eccleſię. Gregorius libro ſecundo ſuper Ezechielem, homilia decimaquinta. Item: Ipſe qui nos creauit, aliquando filios pane nutrit, aliquando flagello corrigit: quia per dolores & munera ad hæreditatem perpetuam erudit. Gregorius ſuper Ezechielem homilia uigeſima ſecunda. Et: Laborioſa eſt uita temporalis, leuior fabulis, uelocior curſore, inſtabilitate fluitans, imbecillitate nutās, cuius habitatio in luteis domibus, imò ipſa in luto ſubſiſtens, cui nulla eſt fortitudo, &c. Quis deniq; eſt quem non excrucier dolor, ſollicitudo nō urgeat? Gregori' in Pſalmos pœnitentiales.

De ſpeciebus inquit Gregorius: Duo ſunt martyrij genera: unū in mente, aliud in mēte ſimul & actione. Item: Vnum in occulto opere, aliud in publico. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaquinta.

Vnde ſit, Gregorius monet: Antiquus hoſtis humanum genus duobus modis tentare conſueuit, ut uidelicet corda ſtantiū aut tribulationibus frangat, aut perſuaſionibus molliat. Gregorius libro tertio Moralium, capite 6. Et: Hoc ipſum in hac uita, corruptioni nos eſſe ſubiectos, iam de flagello diſciplinæ eſt. Aeſtu enim & frigore, fame ſitique turbari, morbis affici, quādoq; eriā extingui, quid ſunt hæc aliud quàm flagella peccati? Gregorius in 17. caput Iob, lib.13. capite 11. Et: Quia contra perfectiores Chriſti milites, non quorumlibet malotum ſpirituum, ſed fortiorum dæmonum prælia excitantur. Item ad probandam electorum patientiam, nec unus ſpiritus malus electorū ſingulis, ſed innumeri deputantur, ut de cōſecuta eorum uictoria tāto ſit copioſior gloria, quanto eis irrogata fuerint prælia grauiora. Gregorius in 7. caput .1 Regū. Et: Omne quod in hac mortali carne patimur, ex infirmitate naturę eſt, digno Dei iudicio pōſt culpā ordinatū. Gregorius libro duodecimo indictione ſeptima cap. 10.

Quibus modis Deus utatur, Gregorius exponit: Duobus modis omnipotēs Deus uulnerat, quos reducere ad ſalutem curat. Aliquando enim carnem percutit, & mētis duritiam ſuo pauore tabefacit. Vulnerando ergo ad ſalutem reuocat, cum electos ſuos affligit exterius, ut interius uiuant. Aliquādo autem etiamſi flagella exterius ceſſare uideantur, intus uulnera infligit, quia mentis noſtræ duritiam ſuo deſiderio percutit,

curit. Sed percutiendo ſanat, quia terroris ſui iaculo transfixos, ad ſenſus nos rectitudinis reuocat. corda enim noſtra mala ſunt cum nullo Dei amore ſauciantur, cum peregrinationis ſuæ ærumnam non ſentiunt, cum erga infirmitatem proximi nec quamlibet minimo affecto langueſcunt. Gregorius in quintum caput Iob, libro ſexto Moralium, capite decimoquarto. Idem, de diaboli inſultibus: Antiquus aduerſarius, ut à recta intẽtione nos retrahat, multiformiter impugnat, & tentationem noſtram modò uerbi fame, modò carnis certamine modò flagello ſermonis, modò calamitate, perſecutiõis aggreditur. Sed ſancti uiri quia contra multiformẽ aduerſariũ ſe pugnare conſiderant, ſemetipſos in certamine multipliciter parant. Habent enim cõtra famem, diuini uerbi pabulũ: contra belli gladiũ continentiæ ſcutũ: contra flagellũ linguæ, protectionẽ patientiæ: contra exterioris calamitatis damnũ, interni amoris adiutorium. Gregorius in 5. cap. Iob, libro ſexto, cap. 15.

Bonos magis quã pios affligi, ſcribit Boetius: Vltima eſt aduerſæ fortunę ſarcina, qđ dum miſeris aliquod crimen affigitur, quæ perferunt, meruiſſe creduntur. uidere autẽ uideor nefarias ſceleratorũ officinas gaudio lætitiaq; fluitantes, perditiſsimũ quẽq; nouis delationũ fraudibus imminentem: iacere bonos, noſtri diſcriminis terrore proſtratos: flagitioſum quẽq; ad audiẽdũ quidem facinus impunitate, ad efficiendũ uerò præmijs incitari: inſontes autẽ nõ modo ſecuritate, uerũetiam ipſa defenſione priuatos. Boetius lib. primo de Cõſolatione philoſophica, proſa quarta. Ibidẽ metro quinto, libro primo:

*Premit inſontes*
*Debita ſceleri noxia pœna.*
*At peruerſi reſident celſo*
*Mores ſolio, ſanctaq; calcant*
*Iniuſta uice colla nocentes.*
*Latet obſcuris condita uirtus*
*Clara tenebris, iuſtusq; tulit*
*Crimen iniqui.*
*Nil periuria, nil nocet ipſis*
*Fraus, mendaci compta colore.*

Quali fundamẽto ſit innitendũ, Ennodius ſcribit, inquiens: Quibus pro lorica Chriſtus eſt, uim nõ metuunt, & inimicos longa expectatione proſternũt. Ennodius in præfatione in libellum, Aduerſus eos qui cõtra Synodum ſcribere uoluerunt.

Quòd in cruce Deus conſeruet, Alcimus exponit in libro de diluuio:

*Hæc inter miſeri feruentia funera mundi*
*Prægnans inſanis pulſatur motibus arca,*
*Compageſq; tremunt, ſtridens iunctura laborat:*
*Non tamen obſtructã penetrat uis improba, quanquã*
*Verberet & ſolidam fluctu feriente fatiget.*
*Non aliter crebras Eccleſia uera procellas*
*Suſtinet, & ſæuis ſic nunc uexatur ab undis:*
*Hinc gentilis agit tumidos ſine fine furores,*
*Hinc Iudæa fremit, rabidoq; illiditur ore.*
*Prouocat inde furens hæreſin ueſana Charybdis,*
*Turgida Graiorum ſapientia philoſophorum*
*Inter ſe tumidos gaudet committere fluctus,*
*Obloquijs uanos ſufflant mendacia uentos,*
*Sed clauſam uacuo pulſant impunè latratu.*

Caſsiodorus ait: Ne enim ſancti ęſtu tentationis areſcant, ipſe in eorũ cordib. cubat & requeſcit, atq; ab omni feruore tentationũ & perſecutionũ protegit. Caſsiodor⁹ in Cãticis. Et: Eccleſia ſemper diabolo & membris illius adiutorio Chriſti munita eſt. Caſſiodorus in 7. caput Canticorum.

Ennodius ait: Deo gratias, qui ea quę dura æſtimantur, clemẽtia bene uertit: & quæ ex merito noſtro uẽtura collegimus, ex ſua facit miſeratione transferri. Ennodius in epiſtola ad Fauſtum.

Gregori⁹ inquit: Si bona ſuſcepimus, &c. Iob 2. Magna quippe cõſolatio tribulatiõis eſt, ſi cum aduerſa patimur, autoris noſtri ad memoriã dona reuocemus. Nec frangit, qđ ex dolore obuiat, ſi mẽti citius hoc quod ex munere ſubleuat, occurrat. Hinc nãq; ſcriptũ eſt Eccleſiaſt. 11: In die bonorũ ne immemor ſis malorũ, &c. Greg. li. 3. Moralium, cap. 7. in 1. caput Iob. Et: In ſumma tribulatione poſitis ſola cõſolatio, miſericordia creatoris. Qui & iuſtè quẽ uult permittit affligi, & confidentem in ſe miſericorditer liberabit. Item: Rectæ mentis eſt, Deũ non ſolùm in proſperis benedicere, ſed etiam in aduerſitatib. collaudare. In his igitur quæ patimur, nullũ contra Deum murmur cordi noſtro ſurrepat: quia ad quid hoc creator noſter operetur, ignotum eſt. Gregorius libro 8. indictionis 3. epiſtola 31.

Iræ Dei quando reſiſti queat, Gregorius docet: Verùm cognoſcimus, quia diuinæ iræ non reſiſtitur: & uerum, quia multi ſæpe reſtiterunt. Omnes enim ſancti, qui iræ Dei obuiant, ab ipſo accipiunt, ut contra impetum percuſsionis eius opponantur: atque, ut ita dixerim, cum ipſo ſe erigunt contra ipſum, eoſque diuina uis ſibi opponit ſecum: quia in eo quod aduerſum ſæuientis iram foris obtinent, intus eos gratia iraſcentis fouet: & famulantes interius leuat, quos quaſi aduerſantes exterius tolerat. Portat ergo contradictionem deprecantiũ, quã aſpirat, & uelut nolẽti opponitur, quod ab ipſo ut fiat impatur. Cũ uerò ſuperna indignatio ſeſe, ut ita dixerim, medullitùs mouet, hãc oppoſitio humana nõ retinet: nec ſe utiliter cuiuslibet deprecatio obijcit, cũ ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcendo diſponit.

ſponit. Hoc probat Gregorius exemplis & dictis ſacræ Scripturę, ut Moſis, Dauidis, &c. Gregorius in nonum capur Iob, lib. Moralium nono, capite nono. Item: Iræ Dei igitur & reſiſti ualet, quando ipſe qui iraſcitur, opitulatur: & reſiſti omnino non ualer, quando ſe ad ulciſcendum excitar, & ipſe precem quæ ei fundirur non aſpirat. ibidē.

De utilitate crucis, inquir Iuſtus Origelitanus: Illi Deum rectè diligere approbantur, qui non ſolum in beneficijs, ſed in flagellis ipſius cōſtituti ſimiliter gratias agūt. Iuſtus in Canticis. Er Olympiodorus: Ingruente martyrio tempus eſt perdendi animam, ut ipſam inueniamus. Olympiodorus in capur 3. Eccleſiaſtæ.

Symmachus air: Nulla maiora documēta ſunt fidei, quàm ubi tēporis ratio ſuadet, uitam ſubdere paſsioni. Er ideo, qui pro ea periculum perſecurionis obire meruerit, dignum ſe cœlo oſtendit eſſe militem.

Caſsiodorus inquit: Crux eſt humiliū inuicta tuitio, ſuperborum deiectio, uictoria Chriſti, perditio diaboli, infernorū deſtructio, cœleſtium confirmatio, mors infidelium, uira iuſtorum. De quo loco Iohannes Conſtantinopolitanę ciuitaris antiſtes multas definitiones, in crucis declamationem lāpauit, dicens: Crux eſt Chriſtianorū ſpes, crux Rom. uictoria, &c. Caſsiodorus in 4. Pſalmum. Et: Duobus modis probatur Eccleſia: terroribus uidelicet, & blandimētis. Quòd aurem dicit Surge aquilo, & ueni auſter, nō imperat malis nec cogit eos ad malafacienda: ſed permittit, & facultatem illis dat ut poſsint ſæuire contra Eccleſiam, quatenus per illorū maliciā Eccleſia probetur, & illi grauius puniantur. nouit enim Dominus malis hominum bona quædā facere: ſed ipſam perſecutionem in poteſtate ſua habet, ut non tantum ſæuiant quantum uolunt. Quo enim acerbius Eccleſia concutitur, eo maiorem uirturum odorem ex ſe emittit. Caſsiod. in 4. capur Canticorum.

Gregorius air: Tentari nos Deus ab antiquo hoſte non niſi benignè permittit, ut dū mens tentatione pulſata, in bonis de quibus gaudebat concutitur, imbecillitatis ſuę debilitate cognita, in ſpe diuini adiutorij robuſtus ſolidetur. Fitq; mira diſpenſatione pietatis, ut inde malignus hoſtis cor tētat, ut interimat: inde miſericors conditor hoc erudiat, ut uiuat. In tantum contra fidelium corda ſeuire permittitur ſatā, in quantū neceſſe eſt ut tentationib. erudita ſolidētur: ne ea quæ agunt bona, ſuis uirib. tribuāt, ne in ſecuritatis torpore ſe deſerāt: & à formidinis accinctiōe diſſoluāt: ſed ad profectus ſui cuſtodiā tanto ſolertius inuigilēt, quāto ſe contra aduerſariū ſtare ſemper in acie tentationum uident. Gregorius lib. 2. Moralium. in 1. capur Iob, capire 25. Item: Eſſe ſe magnarum uirium homo crederet, ſi nūllū unquam earundē uirium pefectum intra mētis arcana ſentiret. Sed dum tentatione irruente quatitur, et quaſi ultra quàm ſufficit fatigatur, ei cōtra hoſtis ſui inſidias munimē humilitatis oſtenditur: & unde pertimeſcit ſe eneruirer cadere, inde accipit fortiter ſtare. Gregorius libro ſecundo Moralium Iob, capire decimoquarto. Item: Mox ut tentatio mentem pulſauerit, omnis cogitationū noſtrarū pręſumptio tumultusq; conqeſcit. lib. 2. Moralium Iob, cap. 27. Et: Quid eſt q, omnipotens ſic uehementer in hoc ſeculo deſpicit, quos ſic ſublimiter ante ſecula elegit (ut Iohannem bapriſtam, & ſanctum uirum Iob) niſi hoc quod pietati fidelium pater? Quoniam idcirco ſic eos premit in infimis, qa uidet quomodo remuneret in ſummis: & foras uſq; ad deſpecta deijcit, quia intus uſq; ad in comprehenſibilia perducit. Hincergo unuſquiſq; colligat, quid illinc ſint paſſuri quos reprobat, ſi hic ſic cruciat quos amat. Aut quomodo ferientur, qui in iudicio arguendi ſunt, ſi ſic eorum uita premitur, qui ipſo iudice reſte laudantur? Gregorius libro tertio Mortalium, in ſecūdum capur Iob, capite quinto. &: Sancti proſpera ipſa pertimeſcunt, tentari appetunt, flagellariq; concupiſcunt, ne in hac peregrinationis uia, hoſte ex inſidijs erumpente, ſua eum deterius ſecuritas ſternat. Item: Electi quiq; cum perpetraſſe ſe illicita nouerunt, ſe perſcrutantes inueniunt, quia nulla ꝑ illis aduerſa perpeſsi ſunt, in immēſæ formidinis terrore tabeſcunt, pauore æſtuant, ſiniſtris agitati ſuſpicionibus laborant, ne in æternum ſe gratia deſerat, quos in præſenti uita mali ſui retributio nulla caſtigat, timēt: ne ultio quæ ſuſpenditur, grauior in fine ſeruetur, feriri paterna correptione deſiderāt, & dolorē uulneris medicamina ſalutis putant. Hic ſentire uidetur Gregor. ſanctorū calamitates aliquomodo meritū eſſe ſalutis, & pro peccatis quibuſdam ſatisfacere. Gregor. in 6. capur Iob, li. 7. cap. 7. Item: Ab electis ſuis iniquitatū maculas ſtudet tēporali afflictione tergere Deus, quas in eis in perpetuum non uult uindicare. Gregorius in 9. capur Iob, lib 9. cap. 17. Item: Duobus modis in hac uita hominem iudicat Deus, quia aut per mala præſentia irrogare iā tormenta ſequentia incipit, aut tormēta ſequētia flagellis præſentib. extinguit. Solos pœnas à ſupplicio liberat, quos immutat. Nam quos pręſentia mala non corrigūt, ad ſequētia perducunt. Si aūt nequaquā quoſdā pœna præſens à ſupplicio æterno defenderet, Paulus minimè dixiſſet, Cū iudicamur, à Do

mino corripimur, &c. Gregorius in 10. cap. Iob, lib. 9. cap. 24. Et: Omnipotens Deus etiam tunc magnæ miſericordiæ dona tribuit, cum uindictá irrogat. Quis dum reprobos punit, ſanctos erudit: ut unde illi deficiunt, iſti in ſuis profectibus adiuuentur. Diſtricto ſiquidem iudicio permittit mala fieri: ſed miſericorditer prouidet de his malis, quę per iudiciũ irrogat, quę bona facere diſponat. Gregorius in 7. caput 1. Reg. Et: Mala quæ pro peccatis noſtris ſæpe patimur, quia per diuinam iuſticiá nobis irrogantur, bona ſunt. Gregorius in 8. caput 1. Regum. Et: Omnipotens Deus quia electos ſuos copioſius remunerat, eos ſemper uult in pugna conſiſtere, ut ipſi ſemper poſſint ſibi æterni muneris bona præparare. Gregorius in 13. caput 1. Regum. Et: Permittit Deus quidem electos ſuos magnis tentationibus impeti, ut magnificétiſsime in cœleſti regno debeant coronari. Sed magna prælia permittit quæ uincant, leuia excitat in quibus cadant, ut uictoria fortium magna ſit, caſus innoxius, ut cadentes ſe facilè erigát: & eos fortia, in quibus uictorea ſteterant, non extollant. ibidem. Item: Tribulatio noſtra ſuperni gaudij introitus eſt. Meritò ergò quoties electa mens in afflictionis ſuæ lamento compungitur ſe tribulando, hoc obtinet, ut intret in contemplationem illius ſuperni regni, in quo ineffabiliter gratuletur. ibidem. Et: Pro labore patientiæ bona ſperanda ſunt ſequentis uitæ, ut tunc præmiũ noſtri laboris incipiat, quá do omnis iam labor funditùs ceſſat. Gregorius in Euangelia, homilia 35. Et: Quiſquis in hac uita flagellis atteritur, in manſuetudine corripitur, quia correptionibus emendatur. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Nos quanto grauiora in hoc mundo tentamenta perferimus, tanto ſpei noſtræ anchoram in Deo immobilius figimus. ibidem: Item: Sancti uiri in hac uita flagellari deſiderant, ut flagellis correcti, & imminentes culpas uideant, & commiſſas ante oculos ponant. Sæpe enim delinquentes oculos flagella aperiunt, quos inter uitia inſolentiæ & ſecuritatis tenebræ cócludent. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Qui mundi miſerias pro Deo pati minimè refugiunt, beatitudinis æternæ retributionem acquirunt. ibidem. Item: In ſacris ędificijs permáſuri, adhuc foris per flagella tundimur, ut in templo Domini poſtmodũ ſine aliqua perſecutione diſciplinę diſponamur, ibidem. Et: Eccleſia ſancta ſubtilius in ſua ſemper eruditione inſtruitur, dũ hæreticorum quæſtionibus impugnatur. Gregorius lib. 7. indict. 1. epiſtola 3. Item: Facilis erit cóſolatio, ſi inter flagella quę patimur, quæcũq; fecimus ad memoriá delicta reuocemus: atq; hæc nõ iá flagella, ſed dona eſſe cóſpicimus: ſi, quia carnis delectatione peccauimus, carnis dolore purgamur. Greg. lib. 7. indict. 2. epiſt. 125. Et: Aduerſitas quæ bonis ſuotis obijcitur, probatio uirtutis eſt, nõ iudiciú reprobationis. Grego. lib. 7. indictione ſecunda epiſt. 126.

Neminem eſſe innocentem, Gregorius tradit: Stultè contra Deũ loquitur, qui inter diuinę animaduerſionis flagella poſitus, iuſtificare ſemetipſum conatur. Si enim innocenté ſe aſſerere ſuperbo audeat, quid aliud quàm iuſticiam accuſat? Gregorius libro 2. in 1. caput Iob, cap. 14.

Differre crucem piorũ & Chriſti, Gregorius annotat. Ipſa redemptoris noſtri paſsio longè à noſtra paſsione diſiũcta eſt: quoniá ipſe ſine culpa pertulit, quod nos cũ culpa toleramus. Ipſe ſponte morti ſuccumbere uoluit, ad quá nos uenimus inuiti. Gregorius in euangelia, homilia 22.

### DE MIRACVLIS.

De efficiente cauſa miraculorũ, inquit Gregorius: Miraculũ à Deo eſt, quod ſine homine facit Deus. Gregorius libro 5. in 14. caput 1. Regum.

De fine miraculorum inquit Gregorius: Idcirco fiunt exteriora miracula, ut mentes hominum ad interiora perducantur, quatenus per hoc quod mirũ uiſibiliter oſtenditur, ea quæ admirabiliora ſunt inuiſibilia credantur. Gregorius in 37. caput Iob, libro uigeſimoſeptimo, capite 11. Et: Miracula Domini & ſaluatoris noſtri ſic accipienda ſunt, ut in ueritate credantur facta, & tamé per ſignificationem nobis aliquid innuant. Gregorius in Euangelia, homilia ſecunda. Et: Adhoc quippe uiſibilia miracula coruſcant, ut corda uiuentium ad fidem inuiſibilium pertrahant, ut per hoc quod mirum foris agitur, hoc quod intus eſt longè mirabilius eſſe ſentiatur. Gregorius in Euangelia homilia quarta. Item: Miracula fuerunt in exordio Eccleſię neceſſaria, ut ad fidem creſceret multitudo credẽtium. Nam corporalia illa miracula oſtendunt aliquando ſanctitatem, non auté faciunt. Hæc uerò ſpiritualia quæ aguntur in mente, uirtuté uitæ non oſtendunt, ſed faciũt. Illa habere & mali poſſunt, iſtis aũt perfrui niſi boni nõ poſſunt. Gregorius in Euágelia, homilia 29. Item: Per ſigna animarum lucra quærenda ſunt, & illius gloria cuius uirtute illa eadé ſigna geruntur. Gregorius libro 9. indict. 4. epiſtola quadrageſimaoctaua.

### DE TRADITIONIBVS HVmanis.

De Adiaphoris ita ſcribit Iuſt: Paulus apoſtolus uirginibus de conſeruáda

ſanctimonia non præceptum, ſed conſilium dedit. Et in Euangelio diuiti dicitur: Si uis perfectus eſſe, &c. Et alio loco, ubi ſpadones laudantur, &c. Et ſtatim adijcitur: Qui poteſt capere, capiat. Iuſtus in Canticis.

Olympiodorus air: Omnia media & indifferentia bona ſunt, modò ſuo tempore exerceantur, ad neceſſarios uſus: ſicut eſt, agrum colere, opibus comparandis ſtudere, bibere & comedere: atq; ut ſemel dicatur, operandi bonum tempus eſt ſemper: ſicut contrà, ſemper rempus à flagitijs abſtinendi. Olympiodorus in 3. caput Eccleſiaſt.

## DE CONIVGIO.

Qvòd côiugium ſit licitum, docet Olympiodorus, inquiens: Opportune quis tempore ſuæ commiſcetur uxori, cum appetit filios procreare: præter têpus uerò, uoluptatis & concupiſcentiæ cauſa hoc facit. Olympiodorus in 3. caput Eccleſiaſtæ.

Vnde fit, Gregorius monet: Non ideo homines in peccatis concipiuntur, quia peccatum ſit coniugib. cômiſceri. hoc enim opus caſtum, non habet culpam in coniuge, quia fœdus nuptiale non exorbitarà fide. Deus enim copulam maritalê inſtituit, quando maſculum & fœminâ in principio creauit. Gregorius in Pſalmos pœnirenriales.

De forma coniugali, ita Alcimus in lib. 1. de Origine mundi ſcribit:

*Fœmina perſiſtat de ſemine ſumpta uirili,*
*Coniugij ſeruare fidem: nec ſeparet alter,*
*Quod iungit ſociatq; Deus: patremq; relinquat,*
*Et matrem, iuſto conſtrictus amore maritus.*
*Iſta parentales non rumpant uincula curæ:*
*Vita ſed amborum carnem teneatur ad unam.]*
*Taliter æterno coniungens fœdere uota,*
*Feſtiuum dicebat hymen, caſtoq; pudori*
*Concinit angelico iuncto modulamine carmen.*
*Pro thalamo paradiſus erat, mundusq; dabatur*
*In dotem, & lætis gaudebant ſidera flammis.*

Quomodo habendum ſit coniugium, docet Gregorius: Cum coniugarum uidemus, admonendus eſt, ut ſic exerceat curam ſeculi, ne poſtponat amorem Dei: ſic placeat uolunrati coniugis, ut nô diſplicear côditori. Gregorius in Euangelia, homilia 16.

De fine, inquit Gregorius: Et cû ſanctum ſit coniugium creandorum cauſa liberorû, aliquid etiam eis & de uoluptate largitur. Gregorius libro primo, indictione nona, epiſtola uigeſimaquarta.

De ſacerdotû coniugio, ait Olympiodorus in tertium caput Eccleſiaſtæ: Tempus amplexandi propriam uxorem, quando têpus orationis non impediat, aliaue honeſta neceſsitas. Tempus eſt inquam, licetque id nobis facere, ne uidelicet libidine ſucceſos, callidus hoſtis ad adulteriû nos prouocet. Tempus uerò abſiſtêdi à complexibus, uel propter orationes Deo fundendas, uel ut grauidæ uxori parcamus.

De repudio inquit Gregorius: Excepta fornicationis cauſa, uir dimittere uxorem nulla ratione conceditur. Gregorius lib. 9. indictione 4. epiſtola 44.

## DE MAGISTRATV.

Ivdicia eſſe iuſta, teſtatur Boetius: Multo infeliciores improbi ſunt iniuſta impunitare donari, quàm iuſta ultione puniri. Sed puniri improbos iuſtum, impunitos uerò elabi iniquum eſſe, manifeſtum eſt. Boetius proſa quarta libro quarto.

In rebus impijs non morigerandum magiſtratui, Symmachus docet: Nos quidê poteſtates humanas ſuo loco ſuſcipimus, donec contra Deum ſuas erigunt uoluntates. Cæterùm ſi omnis poteſtas à Deo eſt, magis ergo quæ rebus eſt præſtitura diuinis. Defer Deo in nobis, & nos deferemus Deo in te. Cæterùm ſi tu Deo non deferas, nô potes eius uti priuilegio, cuius iura contênis. Symmachus in Apologetico. Item: An quia imperator es, nullum putas eſſe Dei iudicium? Taceo, quòd Imperatorem accuſatorem eſſe non conueniat: nam accuſator & iudex nemo ſimul eſſe poteſt. ibidem.

De officio Magiſtratus, inquit Symmachus: Verùm tu ſi Romanus Imperator es, etiam gentium barbararum legationes debes clementer admittere. Si Chriſtianus princeps es, qualiſcunq; præſulis Apoſtolici debes uocem patienter audire. Symmachus in Apologetico.

Gregorius inquit: Dominorû eſt ſeruos alere, non negligere: delinquentes corrigere, non necare: fugientes requirere, non abdicare. Gregor. in Pſalmos pœnitentiales. Item: Ad hoc poteſtas ſuper omnes homines dominorum meorû pietati cœlitùs data eſt, ut qui bona appetunt, adiuuentur. Gregorius lib. 2. indictionis 11. epiſtola 61. Item: Maiorum imperia perfecta humilitate obſeruanda ſunt. Gregorius in 10. caput 1. Regum. Et: A'regibus quidem defendendi ſunt ſubditi, non bonis proprijs ſpoliandi. Auxilium præſtare ſubiectis debent: agros, uineas & oliuera auferre nô debent. ibidem. Item: Ad hoc locorum gradus rationis ordo diſtinxit, & iudicia eſſe conſtituit, ut nec præpoſiti in opprimendo ſe fruſtra ualeant occupare ſubiectos, nę ſubiectis iterum côtra ſuos prępoſitos effrenata ſit reſultandi licentia. Gregorius lib. 7. indictione prima, capite octauo.

Qualis debeat eſſe bonus princeps, Olympiodorus in cap. 10. Eccleſiaſtæ docet: Miſeram, inquit, cenſet ciuitatem, cuius rex inſtabiles habet mores iuuenû ritu, & cuius principes dimiſsis publicis negocijs curis-

que ciuilibus prima irrumpente aurora poculis commeſſationibusq; indulgent. Nam qui mero & crapula ſeſe infarciũt, quiq; leues ſunt, & parum ſibi conſtantes, neque regno neque principatibus alijs gerendis ſunt apti. Beatã uerò iudicat regionẽ, cuius rex ſit filius liberorũ patrũ: hoc eſt, qui ſit officioſè ac liberaliter educatus, quiq; probæ edocationis mores cõſeruet: ut nihil penitus uelit, qđ ſeruile ſit, quod illiberale, qđ turpe, & cuius principes regiõis omnia ſtudio curant quæ ad cõmoda ſubditorũ pertineant: modeſtè præterea, ſuoq; tempore ueſcuntur, nõ ijs quæ ad uentris & gulę gratiã comparentur, ſed quæ uirile robur bonãq; ualetudinem pariant ac tueantur: hoc eſt, quę neceſſaria ſint. Tales enim principes inſitã pectoribus gerentes iuſticiam, iuſtũque iudicium iudicantes, nulla unquam ignominia confundentur.

DE MORTE.

FVlgentius facit duplicẽ mortẽ: uidelicet mortẽ animæ, quando anima à corpore ſeparatur: & ſtagnũ ignis & ſulphuris. Ad primã mortẽ, ait malos nõ eſſe prædeſtinatos, ſed ad ſtagnum ignis. Item: Prima igitur mors animę, quam ſibi homo intulit, ſecundę mortis eſt cauſa. Et ſecunda mors, quã Deus homini reddidit, primę mortis eſt pœna. Fulgentius lib. 1 ad Monimũ. Itẽ: Huic uni morti quam peccator ſibi per contemptũ diuinæ iuſsionis iniuſtè cõcupiſcẽdo arceſsiuit, duplã De⁹ mortẽ iuſtè iudicãdo retribuit: hoc eſt, primã in ſeparatione animæ & corporis, ſecundã in æterna cruciatione corporis & animæ. Ac per hoc primã, qua, diſcedẽte anima, caro ſola moritur. Secundã uerò, quãdo rediens in carnẽ anima, in eadem cum eadẽ in qua peccauit, carne torquetur. Vt cum qua cõmunicauit mortẽ peccati, quod Dei bonitas interdixit homini, cũ ipſa cõmunicet mortẽ ſupplicij quod parauit diuina iuſticia peccatori. ibidem.

Fulgentius facit duas cauſas mortis, uidelicet uolũtatẽ hominis, & diabolũ, cum ait: Mortem quam ſibi peccatores & manib. & uerbis accerſierunt, & poſtea ſubiungit dictum: Inuidia diaboli introiuit mors in orbem, &c. libro primo ad Monimum.

Mortem omnes rapere, Boetius exponit metro 7. libro ſecundo.

*Mors ſpernit altam gloriam,*
*Inuoluit humile pariter & celſum caput:*
*Aequatq; ſummis infima.*

Oportere nos mori priuſquã reſurgamus, docet Gregorius: Spõraneo uicio tenebrata noſtra infirmitas, niſi prius per mortẽ pœnę ſuæ debitum ſoluat, claritatẽ lucis internæ non penetrat. Greg li. 4. in 3. caput Iob, ca. 23. Nos quouſq; carnis corruptiõe premimur, nullo modo claritatem diuinæ potentiæ ſicut in ſe incommutabilis manet, uidemus: quia acies infirmitatis noſtræ non ſuſtinet hoc quod de eius æternitatis radio ſuper nos intollerabiliter fulget. Gregorius in 4. caput Iob, libro quinto, capite uigeſimo.

DE LOCO ANIMARVM.

OLympiodorus ſcribit: Cũ in terrã corpus reſoluitur, anima reuertitur ad Deũ, reddiura rationem rerũ quas geſsit in uita creatori ſuo. Neq; enim de terra plaſmata eſt anima noſtra rationalis: ſed talis exiſtit, qualẽ ille ſolus nouit, qui eam creauit. Olympiodorus in 12 caput Eccleſiaſtæ. Item: Nulli dubiũ, quin in paradiſo & in cœlis futuri ſint iuſti. Digna ſanè inquiſitu res eſt, ubi'nam ſub ſole iuſti uita functi collocentur. Conſtat aũt quòd in paradiſo, &c. Olympiodorus in 3. cap. Eccleſiaſtæ.

Gregorius inquit: Prædicatores Eccleſię poſtquam de coporibus tranſeunt, nequaquã per morarũ ſpacia, ſicut antiqui patres à cœleſtis patriæ perceptione differuntur. Mox quippe ut à carnis colligatione exeũt, in cœleſti ſede quieſcunt, Paulo atteſtante, qui ait: Scimus quoniam ſi terreſtris, &c, 2. Cor. 5. Prius aũt quàm redẽptor noſter morte ſua humani generis pœnã ſolueret, eos etiã qui cœleſtis patriæ uias ſectati ſunt, poſt egreſsũ carnis, inferni clauſtra tenuerũt: nõ ut pœna quaſi peccatores plecteret, ſed ut eos in locis remotiorib. quieſcẽtes, q̃a necdũ interceſsio mediatoris aduenerat, ab ingreſſu regni, reatus primæ culpæ ꝓhiberet. Vnde iuxta eiuſdẽ redemptoris noſtri teſtimoniũ, diues q̃ apud inferos torquetur, in ſinu Abrahæ requieſcere Lazarũ contẽplatur. Qui profectò ſi adhuc in imis nõ eſſent, hos ille in tormentis poſitos non uideret. Vnde & idem redemptor noſter pro noſtrę culpę debito occõbens, inferna penetrat, ut ſuos qui ei inhæſerant, ad cœleſtia reducat. Sed qui nũc homo redẽptus aſcẽdit, illuc ꝓfectò ſi peccare noluiſſet, etiã ſine redẽptione pertingeret. Gregorius in 3. caput Iob, libro 4. cap. 27. Et: Interiora Auſtri ſunt illi angelorũ ordines, & ſecretiſsimi cœleſtis patriæ ſinus, quos implet calor S. ſancti. Illuc quippe ſanctorũ animæ, & nunc corporib. exutæ, & poſtea corporib. reſtitutæ perueniunt, & quaſi in Auſtri abditis occultãtur. Ibi per diem quaſi in meridiano tẽpore ardentius ſolis ignis accenditur, quia cõditoris claritas mortalitatis noſtrę iam preſſa caligine, manifeſtius uidetur, & uelut ſphærę radius ad ſpacia altiora ſe eleuat, quia de ſe, metipſa nos ueritas ſubtilius illuſtrat. Ibi lumen internæ contẽplationis, ſine interueniente cernitur umbra mutabilitatis: ibi calor ſummi luminis, ſine ulla obſcuritate corpo-

tis

ris. ibi inuiſibiles angelorum chori, quaſi aſtra in abditis emicant, quæ eo nunc ab hominibus uideri nequeunt, quo flamma ueri luminis altius perfunduntur. Item: Valde admirabile eſt, quod Deus ſinum nobis cœleſtis patriæ quaſi interiora Auſtri præparauit. Gregorius in 9. caput Iob, lib. 9. capite 6. Item: Anima omnis uiuentis & ſpiritus uniuerſæ carnis hominis, in eius poteſtate eſt, à quo eſt, ut ipſe prouideat qualiter ſit, qui præſtitit eſſe quod non fuit. Poteſt uerò per animam omnis uiuentis, iumentorum uita ſignari. Omnipotens autem Deus iumētorum animam uſq; ad corporeos ſenſus uiuificat, hominum uerò ſpiritum uſq; ad ſpiritalem intellectum tendit. In eius ergo manu eſt anima omnis uiuentis, & ſpiritus uniuerſæ carnis hominis, dum & in illo hoc præſtat animę, ut uiuificet carnem: & in iſto ad hoc uiuificat animam, ut ad intelligendā perueniat æternitatem. Gregorius in 12. caput Iob, lib. 11. cap. 3. Item: Eſſe quidem ſine delectatione anima nunquā poteſt. nam aut infimis delectatur, aut ſummis: & quanto altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto maiori faſtidio torpeſcit ad infima, quanto que acriore cura in ardeſcit ad infima, tanto tempore damnabili frigeſcit à ſummis. Gregorius in uigeſimumſeptimum caput Iob, lib. 18. cap. 8. Item: Si eſſe ſanctorū animas in cœlo ſacri eloquii ſatisfactione credidiſti, oportet ut per omnia eſſe credas & iniquorum animas in inferno: quia ex retributione æternæ iuſticiæ, ex qua iuſti iā glorificantur neceſſe eſt per omnia, ut & iniuſti crucientur. Nam ſicut electos beatitudo lætificat, ita credi neceſſe eſt q, à die exitus ſui ignis reprobos exurat. Gregorius libro quarto Dialogorum, capite 28. Item: Sanctę animæ cum à corporibus recedunt, in cœlo recipiuntur. Et quia in hac uita quāuis hyems fuerit à bono opere non torpuerūt, mox ut receſſerunt, in terra uiuentium glorioſè floruerunt. Item: Quo amplior electorum numerus in cœlo cōgregatur, eo celerius reprobi ab Eccleſia tanquam ſarmēta inutilia amputantur, ut mūdus citius finiatur. Gregor. in Cantica cant. Item: Quid Abrahæ ſinus, niſi ſecretam requiem ſignificat patrū? Gregorius in Euangelia, homilia 40.

## DE RESVRRECTIONE mortuorum.

QVòd ſit poſsibilis reſurrectio mortuorum, docet Fortunatus: Ergo nec hoc credentib. impoſsibile iudicetur, quia qui potuit hominem de terra componere, poterit hunc ex homine in angelū transformare. Fortunatus libro undecimo, in expoſitione Symboli.

Gregorius aſſerit, reſurrectionē corporū per rationē cōprehendi nō poſſe: ſed tamen credi per exemplū facilimè poſſe, ut ſemen in terram proiectum moritur, deinde reuiuiſcit, uireſcit & germinat, &c. Gregorius in 5. caput Iob. li. 6. ca. 8. Et: Oſtēdit reſurrectionē, ut nos reſurgere poſſe crederemus. Gregorius in Ezech. lib. 2. homilia 14. Et: Triſte nimis & ualde lugubre eſt, quòd quoſdam in Eccleſia ſtare, & de carnis reſurrectione dubitare cognoſcimus. Hanc autem antiqui patres uenturam eſſe certiſsimè crediderunt, etiam cum nullum adhuc eiuſdē reſurrectionis exemplum tenuerunt. Qua igitur damnatione digni ſunt, qui & exemplū iam Dominicę reſurrectionis acceperunt, & tamen adhuc de ſua reſurrectione diffidunt: pignus tenent, & fidem nō habent: eccleſias replent, ſed quia de reſurrectione ſua dubitant mente uacua ſtant. Gregorius in Ezech. lib. 2. homilia 20. Item: Reſurgendo ad iudiciū ueniūt, qui nunc in puluere putreſcūt. Et: Reſurrectionem negare nō ſolùm ſcelus eſt, ſed etiam de ea dubitare ſummū nefas eſt. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Chriſti reſurrectio ſpei noſtræ fundamētū eſt, quia in illa uita reſurrecturos nos credimus, in qua nos cum eo uicturos ſine fine ſperamus. Nec debet iā homo de reſurrectione ambigere, cum ſciat uerum hominē Chriſtū ex mortuis reſurrexiſſe. Ad hoc enim mortuus eſt, ut uiueremus: accepit à nobis, ut offerret pro nobis. ibidem. Itē: Per ſecundū hominē, & modo à morte animæ, & poſtmodum ab omni corruptione carnis in æterna reſurrectione liberari nos poſſe cōfidimus. Gregorius lib. 7. indictione 15. epiſtola trigeſimaprima.

Qui ſint reſurrecturi, docet Gregorius: Electi & reprobi à ſomno ſuę mortis excitātur. Gregorius in Euangelia, homilia 12.

Quando ſit reſurrectio futura, Gregorius docet: Ecce nos per mortē carnis uſq; ad finē mūdi remanemus in puluere: ille aūt die tertia ab ariditate mortis uiruit, ut diuinitatis ſuæ nobis potētiā ipſa innouatione ſuæ carnis oſtenderet. Gregor. in 19. caput Iob, lib. 14. cap. 28. Item: Liquet quia non reſurget, ſcilicet donec atteratur cœlum: quia niſi mundi huius finis aduenerit, humanū genus à ſomno mortis ad uitam non euigilābit. Non ergo quia omnino non reſurgat, ſed quia ante contritionem cœli humanum genus minimè reſurgat, inſinuat. Gregorius in 14. caput Iob, lib. 12. cap. 5.

Corpus reſurrecturum, Gregorius docet: Impiorum erectio tunc ſucciditur, cum uel à præſenti uita ad interitum, uel à conſpectu æterni iudicis ad æternum gehennæ incendium pertrahuntur. Qui etſi hic mortuam ſuam carnem relinquunt,

ipſam quoque in reſurrectione recipiunt, ut cum carne ardeant, in qua peccauerunt. Gregorius in uigeſimumſecundum caput Iob, libro 16. capite ſeptimo. Item: In illa reſurrectionis gloria erit corpus noſtrũ ſubtile quidem per effectum ſpiritualis potentiæ, ſed palpabile per ueritatem naturæ. Gregorius in decimumnonum caput Iob, libro decimoquarto, capite uigeſimonono. Item: In reſurrectione immortalia & incorruptibilia corporum ſuorum ueſtimenta reſument. Quia ergo ſancti uiri ad æternæ felicitatis præmia non ſolũ anima, ſed etiã corpore poſt iudiciũ tranſeunt. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: Caro in puluerẽ redigitur, ut poſtmodũ poſt reſurrectionem in melius reformetur. ibidem.

Vnde ſit reſurrectio, Gregorius monet: In eo eius reſurrectio diſtat à noſtra, quòd non per noſmetipſos reſurgimus, ſicut ipſe. pro eo enim quòd ſimpliciter homines ſumus, ſuperiori adiutorio ut reſurgere ualeamus indigemus. Ille autẽ eiuſmodi reſurrectionis uim cum Patre & Spiritu ſancto Deus exhibuit, quam tamen ſolus in humanitate percepit. Gregorius in trigeſimumtertium caput Iob, libro 24. cap. 2.

De ijs quæ ſecutura ſint, ſcribit Gregorius: In reſurrectione, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, nec ullus ſanctorum peccare poſtmodum poterit, nec quiſquam pro peccato ad Deum orabit. In tantum namq; peccatum delebitur, ut etiam pœna peccati omnino deſtruatur. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Et: In gaudio futuræ reſurrectionis infirma noſtra roborantur, cum caro ſurgit de puluere. Sed idem carnis noſtrę pulnis translatus in perpetuæ incorruptionis gloriam, ad fragilitatis ſuæ miſeriam ultrà non redit. Gregorius lib. 2. in ſecundum caput primi Regum.

## DE EXTREMO IVDICIO.

GRegorius inquit: Dies iudicij porta regni dicitur, quia per eum ab electis omnibus ad cœleſtis patriæ gloriã intratur. Dei filius iudicij ſententiã cum ſanctis eiuſdẽ Eccleſiæ prædicatoribus decernet. Gregorius in quintum caput Iob, libro ſexto, capite quinto. Et: Iudicare Dei, damnare eſt: in æternũ aũt iudicatur, qui pœna eterna decernitur. Greg. in 3. caput 1. Regum lib. 3.

Quòd futurum ſit extremum iudicium, ſcribit Olympiodorus: Sapiens omnia ſuo tempore diſcretè facit, in iudicioq; diſponit: nouit affuturum uniuerſalis iudicij tempus, in quo Deus iudex iuſtas iuſticias iudicabit unicuique pro dignitate. Olympiodorus in octauum caput Eccleſiaſtæ.

Gregorius inquit: Statutum contemptæ lampadis tempus, eſt extremi iudicij prædeſtinatus dies, quo iuſtus quiſq; qui nunc deſpicitur, quanta poteſtate fulgeat, demõſtratur. Tunc enim cũ Deo iudices ueniont, qui nunc pro Deo iniuſtè iudicantur. Gregorius libro decimo, in duodecimũ caput Iob, capite decimoſeptimo. Et: Veniet, ueniet profectò ille dies, nec longè eſt, in quo paſtorum paſtor appareat, & unuſquiſque facta in publicũ deducat. Et qui modò ſubditorũ culpas per præpoſitos ulciſcitur, tunc præpoſitorum mala per ſemetipſum ſæuiens damnat. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimaprima. Et paulo pòſt: Ille certè iudex uenturus eſt, cui tacendo quiſque ſe non poteſt cælare, quem negando non poteſt fallere.

Quis ſit iudex futurus, exponit Olympiodorus: Omnes prædictæ peccatorum animæ, ſed fortaſſe & iuſtorum animæ admirabuntur & obſtupeſcent, quando adducentur in uiam iudicij, & uidebunt ex alto uenientem in nubibus filium hominis in gloria patris ſui, quando mortui reſurgent in iuſſu & uoce tubæ archangeli. Olympiodorus in caput duodecimum Eccleſiaſtæ.

Gregorius inquit: Vnigenitus Dei filius iudex eſt generis humani. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſima. Et: Tunc autem reuertetur quando in fine mundi reſuſcitatis corporibus hominum, omnibus in iudicio manifeſtabitur. Gregorius in Cantica canticorum. Item: Cum unus mediator Dei & hominum Chriſtus IESVS in maieſtate ſua apparuerit, omnia utriuſq; teſtamenti quæ prædicta & promiſſa ſunt complebit. Gregorius libro ſecundo in Ezechielem, homilia decimaſexta. Item: Venit ille qui aduentu ſuo elementa concutit, in cuius conſpectu cœlum & terra contremiſcit: ad cuius examen omne humanum genus deducitur. Cui ad uindictam malorum, remunerationemq́; bonorũ archangeli, throni, principatus & dominatiões obſequuntur. Gregorius in Euangelia, homilia duodecima. Et: Redemptor noſter aſſumptus in cœlum, & nunc omnia iudicat, & ad extremum iudex omnium ueniet. Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimanona. Item: Redemptor noſter tunc tanto in iudiciõ diſtrictior ueniet, quanto nobis ante iudiciũ magnam patientiam prærogauit. Gregorius in Euangelia, homilia 29.

Quòd etiam Deus ſit iudicaturus, docet. Vt: Nos intelligamus uiuos & mortuos, animas & corpora pariter iudicandas. Nam de aduentu Domini & Malachias ait: Ecce uenit Dominus, &c. Fortunatus lib. 11. in expoſitione Symboli.

Qui ſint iudicandi, Gregorius dicit: Super

per Indæos igitur impios tunc in cœlis tonabit, quia à ſanctis Apoſtolis tunc terribilia iudicia ſuæ dãnationis audient, ut eorũ examine ſententiã æternæ mortis accipiát, quos pdicãtes humiliter uitæ æternæ bona pſecutionib. affligebát. Gre.li.1.in 2. ca.1.Re.

Quale ſit iudiciũ hec poſtremũ futurũ, Alcimus exprimit in libro De ſententia Dei.

——Exordia finem
*Signant, & ſimiles prædicunt adfore luctus,*
*Vltima cum mundi ſenium conſumpſerit ætas:*
*Cumq; repentinus percuſſerit omnia fulgor,*
*Cœlorum clangente tuba, cum nuncius ante*
*Iudicis aduentum concuſſum terreat orbem:*
*Tunc cum ſinceros paſtor diſcreuerit agnos,*
*Hœdis diſparibus diuerſa in parte locatis, &c.*

Et pauſo pòſt:

*At quos terribili iudex decreuerit hora*
*Viuere poſt mortem, pœnaq; ardere perenni;*
*Subtrahet optato grauior ſententia leto.*
*Cumq; foret melius diſperſis corpora membris*
*Carpere perpetuum dura ſub morte ſoporem,*
*Inuitos tamen urna mouet, quis ſola uoluntas*
*Rurſus poſſe mori, ſenſuq; carere dolendi:*
*Sed ſic ſuſcipiet feruentis flamma camini,*
*Ambuſtura ſuas ut nunquam finiat eſcas.*

Symmachus in Apologetico ait: Nã talõ auſum neq; hic confidimus euaſurũ, & in illo magno iudicio Dei recepturũ, quod ijs temeritatibus diuina retributione debetur.

Olympiodorus inquit: Deus adducet omne opus humanũ in iudiciũ, rationẽ à nobis exigẽs eorũ quæ geſſerimus in uita, quę que etiã facere omiſerimus, ſiue illa bona ſunt, ſiue etiã mala. Olympiod. in 12. caput Eccleſ. Item: Per fidem ſcimus quæ ſunt futura, ut de iuſtis puta atq; iniuſtis, quod reſurgẽt hi quidẽ in uitã, hi uerò in mortẽ pœnamq; ęternã. Olympiod. in cap.10. Eccleſ.

Gregorius ait: Duobus modis in cõſpectu Domini uenimus. Vno quidẽ, quo hic peccata noſtra ſubtiliter perpẽdẽtes, in eius nos cõſpectu punimus, & flendo dijudicamus. Alio quoq; modo in cõſpectu Domini uenimus, cũ in extremo iudicio ante tribunal eius aſsiſtimus. Gregor. in 13. caput Iob, lib. 11. cap.17. Et: Iuſtorũ mens ſemper ſolicita futuro examini intẽdit. Omne enim quod agũt, metuũt, dũ cautè cõſiderãt ante quantum iudicẽ ſtabũt. Intuẽtur potentiã illius magnitudinis, & pẽſant quãto reatu cõſtricti ſint proprię infirmitatis. Enumerant mala proprij operis, & cõtra hæc exaggerant bona gratiæ Cõditoris. Conſiderant praua quàm diſtrictè iudicet, bona opera q̃ ſubtiliter penſet: & perituros ſe abſq; ambiguitate præſciunt, ſi remota pietate iudicẽtur. Quia hoc ipſum quoq; quod iuſtè uidemur uiuere, culpa eſt, ſi uitam noſtrã cũ iudicat, hanc apud ſe diuina miſericordia nõ excuſat. Gregorius in 7. caput Iob, libro 8. cap.9. Et: Cunctis uidẽtibus præcipitabitur; quia æterno tunc iudice terribiliter apparente, aſtantibus legionibus angelorum, aſsiſtente cuncto miniſterio cœleſtiũ poteſtatũ, atq; electis omnib. ad hoc ſpectaculũ deductis, iſta belua crudelis & fortis in mediũ captiua deducitur, & cũ ſuo corpore, id eſt cũ reprobis omnib. æternis gehẽnæ incẽdijs mancipatur, cum dicetur: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius. Gregor. in 40. cap. Iob, lib. 33. cap. 19. Item: Poſt trituram uitæ præſentis, in qua nunc triticum ſub paleis gemit, ita illo extremi iudicij uẽtilabro inter triticũ paleasq; diſcernitur, ut nec in tritici horreũ paleæ tranſeãt, nec in palearũ ignẽ horrei grana delabãtur. Greg. in 41. ca. Iob, li.34.ca.5. Et: Illo die cũctorũ q tũc inuẽti fuerint in carne mortali, in pauore nimio corda cõmouẽtur. Et paulo pòſt: Ibi.n tunc cũcta ſimul peccata ante oculos redeunt, ibi omnia quæ cum delectatione acta ſunt ad memoriam cũ pauore reuocãtur, ibi caligo cogitationis miſeræ ex pœna proximæ damnationis. Item: Nullus tunc à iudicio in ſua mente latẽre permittitur, quia ipſo iudicis fulgore penetratur. Gregorius lib. 1. ſuper Ezech. hom. 2. Item: Angeli & archangeli in aduentu diſtricti iudicis, noſtris oculis uiſibiliter apparebunt. Gregor. in Euang. ho. 2. Item: Electi quiq; in tabernacula æterna recipiuntur, & interni regni luce perdita, ad exteriores tenebras reprobi pertrahuntur. Gregorius in Euang. ho.11. Et: Ponamus ante oculos noſtros illũ tantæ diſtrictionis diem, quo iudex ueniet, & rationem cum ſeruis ſuis quibus talenta credidit, ponet. Ecce in maieſtate terribili inter angelorum & archangelorum choros uidebitur. In illo tanto examine electorum omnium & reproborum multitudo deducetur, & unuſquiſq; quid ſit operatus oſtendetur. Ibi Petrus cum Iudęa conuerſa, quã poſt ſe traxit, apparebit. Ibi Paulus conuerſum mundũ ducẽs. Ibi Andreas poſt ſe Achaiam, ibi Iohannes Aſiũ, Thomas Indiã in conſpectum ſui iudicis cõuerſam ducet. Ibi omnes Dominici gregis arietes, cum animarum lucris apparebunt, qui ſancti ſuis prædicationib. Deo poſt ſe ſubditũ gregem trahunt. Gregorius in Euangelia, hom. 17. Et: In extremo die cum apertis cœlis, miniſtantibus angelis, cõſedentibus Apoſtolis, in ſede maieſtatis ſuæ Chriſtus apparuerit, omnes hunc & electi & reprobi pariter uidebunt: ut & iuſti de munere retributionis ſine fine gaudeant, & iniuſti in ultione ſupplicij in perpetuum gemant. Nam quia ad hoc iſta ſententia tendit,

quod in extremo examine ab omni carne uidebitur. Greg. in Euang. hom. 20. Et: Is q mitis ſorrexit ex morte, q̄ diſtrictus in iudicio ueniat, præuidete. Certè in die tremẽdi examinis ſui, cũ angelis, cũ archangelis, cũ thronis, cũ dominationib. cum principatib. & poteſtatib. apparebit, cœlis ac terris ardẽtib. cũctis uidelicet elemẽtis in ſui obſequij terrore cõmotis. Greg. in Euãg. ho. 26. Et: Ille aũt qui iudicatutus uenit, exteriora ſimul & interiora iudicat, facta pariter & cogitationes penſat. Greg. in Euang. hom. 37.

Diem hunc nõ ſciri, ſcribit Caſsiodorus: Cũ dicat ipſe Dominus in Euangelio, hunc diem nec filium noſſe, minus importunum eſt illud ſtudioſe quærere, quod nobis utiliter diuina prouidentia noluit reuelare. Caſſiodorus in Pſalmum ſextum.

Tẽpus nõ ſciri, Gregorius monet: Semp extremũ diẽ debemus metoere, quẽ nunquã poſſumus pręuidere. Gregor. in Euãg. hom. 12. Item: Horam uerò ultimã Dominus noſter idcirco nobis uoluit eſſe incognitã, ut ſemper poſsit eſſe ſuſpecta: ut dum illam præuidere non poſſumus, ad illam ſine intermiſsione præparemur. Gregotius in Euangelia, homilia 13.

Conſolationẽ proponit Gregotius: Pius cõditor noſter cum ad iudicium uenerit, tãto nos maiore gratia conſolabitur, qnanto nunc conſpicit, qnòd à nobis noſtra delicta puniuntur. Gregorius libro 2. indictione decima, epiſtola 29.

Cogitandum de extremo iudicio Gregorius monet: Vẽturi iudicis examẽ tremẽdũ cum metu & lachrymis quotidie ſine ceſſatione conſideret, illumq; diẽ in quo perturbãda ſunt omnia, cũ timore ad animũ reducat, ut irã iudicis in ipſo iam die nõ timeat. Gregorius lib. 11. indict. 6. epiſtola 37.

De uſu inquit Gregorius: Hinc ocioſa loquẽtes cogitent, quã metuere culpã locutionis debeãt, ſi is cui loquẽdo delinqtur, etiã cogitationũ exceſſus ad iudicij ſui examen ſeruat. Gregor. lib. 2 in 2. caput 1. Regum.

## DE INFERNO.

DE inferno ſcribit Olympiodorus: Ab his ſenſibilib. ad ſpiritualia nos artollẽs ait, ſe contẽplatũ eſſe locũ iudicij, q repoſitus eſt impijs ſub ſole, quaſi dicat, infernũ. Nonnulli uerò dixerũt, quòd paradiſus etiam eſt in inferno, id eſt ſubterraneo loco. ad quam ſuam opinionem illud accõmodant Euangelium: Diues Lazarũ uidit, &c. Olympiodorus in 3. caput Eccleſiaſtæ. Item: Quanquã paccator in præſenti uita per patientiam Dei protegi quodammodo, defendiq; uideatur potius quã puniri, paulo tamen pòſt æternis ſupplicijs trãſmittetur. Olympiodorus in octauum caput Eccleſiaſtę.

Gregorius ait: Dãnati hominis domus infernus eſt. In inferno nulla inueniri potea runt conſilia ſalutis. Gregorius lib. 2. in ſecundum caput primi Regum.

Quis in inferno futurus ſit, docet Alcimus in libro de peccato otiginis:

*Quiq; creaturæ præfuſit in ordine primus,*
*Primas uenturo pendet ſub iudice pœnas.*

Greg. ait: Vltrix gehẽna eos puniendos in perpetuum recipit, qui per culpam perfidię à ueneratione ſe diuidunt redemptoris. Gregorius lib. 1. in 2. caput 1. Regum.

Qualis pœna in inferno ſit futura, indicat Fortunatus libro quarto:

*Cogentur minimi quadrantem ſoluere nummi,*
*Nemo pedem remouet quò ſua culpa trahit.*
*Spe uacui paleæ ſimiles mittentur in ignes,*
*Paſcentis flammis ſit caro noſtra cibus.*
*Viuunt ad pœnas æterno ardente camino,*
*Vt cruciet grauius mors mala non moritur.*
*Ne feßis recreent animas longo igne crematas,*
*Corrigit heu nullas flammiger amnis aquas.*

Olympiodorus ait: Poſt hanc uitam tibi accidet non ſicuti uis, ſed torqueberis ſicuti non uis. Olympiodorus in duodecimum caput Eccleſiaſtæ.

Caſsiodorus ait: Iſte ignis ſic abſumit, ut ſeruet: ſic ſeruat, ut cruciet: dabiturq; miſeris uita mortalis, & pœna ſeruatrix. Caſsiodorus in Pſalmum 20.

Gregorius inquit: Vmbra mortis eſt obſcuritas diuiſionis, quia damnatus quiſque cũ æterno igne ſuccẽditur, ab interno lumine tenebratur. Natura uerò ignis eſt, ut ex ſeipſo & lucẽ exhibeat, & cõcremationem. Sed tranſactorũ ultrix illa flamma uitiorũ concremationem habet, & lumẽ nõ habet. Greg. in 10. caput Iob, lib. 9. cap. 38. Et: Sicut in domo patris manſiones multę ſunt p diuerſitate uirtutis, ſic dãnatos diuerſo ſupplicio gehẽnnæ ignibus ſubijcit diſparilitas criminis. Quę uidelicet gehenna quãuis cũcta una ſit, nõ tamen cunctos una eademq; qualitate ſuccẽdit. Gregor. in 10. caput Iob, lib 9. cap. 39. Item: Miro ualde modo paucis uerbis expreſſus eſt ignis gehẽnæ. Ignis nãq; corporeus, ut eſſe ignis ualeat, corporeis indiget fomẽtis. Qui cũ neceſſe eſt ut ſeruetur, p cõgeſta ligna pculdubio nutritur, nec ualet niſi ſuccẽſus eſſe, & niſi refot⁹ ſubſiſtere. At cõtra gehennæ ignis cũ ſit incorporeus, & in ſe miſſos reprobos corporaliter exurat, nec ſtudio humano ſuccenditur, nec lignis nutritur, ſed creatus ſemel durat inextinguibilis, & ſuccenſione non indiget, & ardore non caret. Gregorius in 20. caput Iob, lib. 15. cap. decimoſeptimo. Et: Infernus uerò rectè fundum nõ habere creditur: quia quiſquis ab illo rapitur, in immenſo profundo deuoratur. Gtegorius libro 26. in trige-

in trigeſimum ſextum caput Iob, capite uigeſimoquarto. Et: Infernus ſine miſericordia quos tenet cruciat. Gregorius in Cãtica canticorum. Item Horribilis aſpectus eſt terror gehennæ, quæ ſine fine reprobos cruciat, & ſemper in cruciatu conſeruat. Gregorius in Ezech. lib. 1. homilia 6. Item: Inæſtimabilis damnatio ſuppliciorum, quæ eos quos ſuſceperit, in imis demergit. Gregorius in Ezech. lib. 1. homilia 6. Item: Tunc reprobi in exteriores tenebras cadunt, quia nũc in interiorib. ſua ſe ſponte deiecerũt, ut ueritatis lumẽ nec credẽdo, nec bene operãdo ſequerẽtur. Greg. in Ezech. lib. 1. ho. 9.

Vbi infernus credẽdus ſit, Gregorius ſcribit Dialogorũ lib. 4. cap. 42: Hac de re temerè diffinire non audeo. Nonnulli namq; in quadam terrarũ parte infernũ eſſe putauerunt. alij uerò hunc ſub terra eſſe æſtimant. Sed tamen hoc animum pulſat: quia ſi idcircò infernum dicimus, quia inferius iacet, quod terra à cœlo eſt, hoc eſſe debet infernus à terra. Vnde & fortaſſe per Pſalmiſtam dicitur: Liberaſti animam meam ex inferno inferiori. Vt infernus ſuperior in terra, infernus uerò inferior ſub terra eſſe uideatur.

De igne, capite ſequenti ſcribit: Vnus quidem eſt gehennæ ignis, ſed non uno modo omnes cruciat peccatores. Vniuſcuiuſq; etenim quantum exigit culpa, tanta illic ſentitur pœna. Nã ſicut in hoc mundo ſub uno ſole multi conſiſtunt, nec tamen eiuſdẽ ſolis ardorem æqualiter ſentiunt: quia alius plus æſtuat, atq; alius minus: ita illic in uno igne non unus eſt modus incendij, quia quod hic diuerſitas corporum, hoc illic agit diuerſitas peccatorum, ut & ignem non diſsimilem habeant, & tamen eoſdẽ ſingulos diſsimiliter exurat. Item capite quadrageſimo quarto: Conſtat nimirum, & incunctanter uerum eſt, quia ſicut finis non eſt gaudio bonorum, ita finis non erit tormento malorũ. Nam cum ueritas dicat, Ibunt impij in ſupplicium ęternum, iuſti autem in uitam æternam: quia uerum eſt quod promiſit, falſum proculdubio nõ erit quod minatꝰ eſt Deus.

CONTRA PVRGATORIVM.

OLympiodorus ait: In inferno aũt quũ practicæ operatiões eſſe nõ poſsint, qui ibi propter patrata flagitia ſunt ſepulti, ad id tantũmodo delati ſunt in infernũ, ut æternis torqueãtur ſupplicijs. Olympiodorus in 9. caput Eccleſ. Itẽ: In quocũq; igitur loco ſeu illuſtri ſeu tenebroſo, hoc eſt, ſiue in turpi ſcelerũ ſtatione, ſiue in honeſta uirtutũ deprehẽdatur homo cũ moritur, in eo gradu atq; ordine permanet in æternũ. Nã uel requeſcit in lumine felicitatis æternę cũ iuſtis & Chriſto Domino, uel in tenebris cruciatur cum iniquis & principe huius diabolo. Olympiodor. in 11. cap. Eccleſiaſtæ.

Caſsiodorus ſcribit: Infernus eos quos ſemel recipit, nunquã reſtituit, ſed ſemper retinet. Caſsiodor. in caput 8. Canticorum.

Gregorius inquit: Exutã carne animã nequaquã iam uiſus hominis (id eſt, miſericordia redẽptoris) aſpicit: quia poſt mortẽ non liberat, quã ante mortẽ gratia ad ueniã non reformat. Item: Cũ humani caſus tẽpore, ſiue ſanctus ſiue malignus ſpiritus egrediẽtem animã clauſtra carnis acceperit, in æternum ſecũ ſine ulla permutatiõe retinebit, ut nec exaltata ad ſuppliciũ ꝓruat, nec merſa æternis ſupplicijs ultà ad remediũ ereptionis aſcendat. Greg. in 7. caput Iob, li. 8. ca. 8. Et: Quẽ ſemel culpa ad pœnã pertrahit, lociſq; pœnalib. tradidit, miſericordia ulterius ad ueniã nõ reducit. Greg. in 7. caput Iob, lib. 8. cap. 10. Itẽ: Quid terrę tenebroſæ nomine, niſi terra tartari clauſtra ſignãtur? Quę æternę mortis caligo operit, quia dãnatos quoſq; in perpetuũ à uitæ luce diſiũgit. Nec immeritò infernus terra dicitur: quia quicũque ab eo capti fuerint, ſtabiliter tenentur. Scriptũ eſt quippe: Generatio præterijt, & generatio aduenit, terra uerò in æternũ ſtat. Rectè igitur inferni clauſtra tenebroſa, terra nominãtur: quia quos puniẽdos accipiunt, nequaq̃ pœna trãſitoria uel fantaſtica imaginatiõe cruciãt, ſed ultiõe ſolida perpetuę dãnationi ſeruant. Infernus ergo & terra nominatur, qa ſuſceptos ſtabiliter tenet: & lacus dicitur, qa hos quos ſemel cæperit, ſemper fluctuãtes & trepidos tormẽtis circũfluentib. abſorbet. Gregor. in 10 caput Iob. lib. 9. cap. 38. Et: Peccata niſi hic puniantur, in alio ſeculo ſeuerißimã ſentient peccatores ultionẽ Greg. in Pſalmos pœnitentiales.

DE VITA AETERNA.

GRegorius inquit: Duæ uitæ ſunt hominis in corpore cõſiſtentis, una ante mortẽ, alia poſt reſurrectionẽ: quarũ unam omnes agendo nouerant, alterã neſciebãt, & humanũ genus ſoli huic quam nouerat intendebat. Gregorius in trigeſimumnonũ caput Iob, libro trigeſimo, caplte 15.

Qui ſint in æterna uita futuri. Olympiodorus indicat: Qui probi officioſiq; fuerint in hac uita, in futuro ſeculo coronãtur, puniuntur autem ſceleſti. Quæ igitur in futura uita & ſeculo nobis aduenient, præmia illorũ erunt quæ in hac uita ſeculoq; pręceſſerint. Olympiodorus in 1. caput Eccleſiaſtæ.

Qnalis ſit æterna uita futura, indicat Alcimus libro ſecundo, de Peccato originali:

*Angelica qualis narratur gloriæ uitæ*
*Sidereas habitare domos, qualemq; redemptis*
*Spondet reddendam mortis poſt tempore Chriſtus,*
*Quis neq; coniugium curæ, nec fœdere turpi*
*Miſcebit calidos carnalis copula ſexus:*

*Ceſſabit*

ibi ſolénitas certa,ibi requies ſecura,ibi pax uera,&c.Gregoriꝰ in Euang.homil.30. Itē: Sanctorū regnum uenturū eſt,qđ nullo unquam poterit fine terminari. Idem lib.9.indictione 4,epiſt.60. Et: Quæ aūt lingua dicere,uel quis intellectus capere ſufficit, illa ſupernæ ciuitatis quanta ſint gaudia?angelorū choris intereſſe,cū beatiſsimis ſpiritib. gloriæ cōditoris aſsiſtere,præſentē Dei uultum cernere , incircumſcriptū lumē uidere, nullo mortis metu affici,incorruptiōis perpetuę munere lętari?Idē in Euāg.homil.37. Et:In æterna aūt uita non ſolū inuictæ poteſtatis accipient fortitudinē,ſed etiā nullā uitiorum aduerſantiū ſentiēt impugnationē. Idem in Pſal.pœnitentiales. Item: Nō oportet ibi offerri ꝓ peccato ſacrificiū,ubi nec in cogitatiōe admittitur delictū.Sacrificiū itaquē Iuſticiæ ſancti in æterna uita Deo offerent,quia in ſolo cōditoris amore intēti,indefeſſas remuneratori ſuo in lęticia cordis laudes dicēt.ibid. Et : Sanctorū requies nullo clauditur termino.ibid. Itē: In futura uita non ſolū corpora ſanctorū corruptioni in hoc ſeculo &morti obnoxia perpetuā percipient incorruptionē, ſed etiā anima eorū & corda in ęternā tranſibūt ſtabilitatē:& ſicut mori nō poterūt,ita & peccare quidē nō poſſunt , ut appareat eis multiplicis bonitatis Dei beneficiū,cū &mortale induerit immortalitatē,& affectꝰ nō ſentiet tētationē.ibid. Itē: In illa beatę uitę felicitate nullū habebimus aduerſariū, nullū metuemus inimicū. Itē:Inæſtimabilis eſt cœleſtis patriæ dulcedo.ibid:Itē: Omnipotētis Dei ęterna uiſio, & altitudo illa ciuiū beatorū nō in terra habetur,ſed in cœlo.Gregorius lib.1.in 1.caput primi Reg. Itē : Cum abſorpta iam morte, in ęterna uita reuelata facie clarius redēptorem cernemus,ad eius cognitionē thecis ſimilitudinū non egemus. Itē : Sed qđ nunc mētis puritate aſpiciunt,tunc per præſentē lætitiā ęternæ retributionis ueritatē apprehendūt.Ibi enim & herbarū uirores, & odores aromatū,et florū diuerſa pulchritudo cernitur,quia nimirū quo ſuperna illa ſocietas clarius aſpicitur,quod incorruptibile floret angelis,quod immarceſsibile uiret ſanctis, qđ inuiolabile in uirginib.redolet, cōtemplantiū oculis gratius exhibetur.Idē lib. 3, in 6 caput primi Reg.Item:Per indeſinentē conatū certaminis,contendere debemus ad arcē perfectionis:ubi iam tanto ſimus hoſtibus noſtris terribiliores,quāto redemptori noſtro uiciniores. Ibi enim iam quędā ſecuritas eſt,quę perturbari hoſtiū pauore nō poteſt.Ibid.in cap.7.primi Reg. Itē : In hac uita bona opera ſeminā da ſunt:in illa uerò nō ſeminā da opera,ſed operū retributio metēda. Idem lib.5,in 14 caput primi Regum.

## DE PHILOSOPHIA.

IVſtus ait: Diabolus falſis philoſophijs, tāquam elatis curribus ad perniciē uſus eſt.Iuſtus Origelitanus in Canticis.

## OS ASTROLOOIA.

Alcimus lib. 2 hiſce uerbis impugnat eiuſmodi curioſas artes :

*Namq; hinc poſteritas uiciato germine duxit,*
*Artibus illicitis cognoſcere uelle futura,*
*Arcaniſq; ſacris tardos immittere ſenſus,*
*Edita uel cœlo, uel tetro merſa profundo*
*Rimari,& cautas naturæ irrumpere leges.*
*Quærere nunc aſtris quo quiſquam ſidere natus,*
*Proſpera quàm ducat reſtantis tempora uitæ :*
*Diſsimilem paribus prouentum diſcere ſignis.*
*Nec non & geminos uno ſub tempore natos,*
*Quos indiſcretus luci ſubduxerit ortus,*
*Motibus aduerſis uaria ſub ſorte notare.*
*Indigetes quoſdam diuos adſcribere ſtellis,*
*Iunior antiquis ætas quos prætulit aſtris,*
*Atq; infernali iandudum nocte ſepultis*
*Vana per immenſum diſponere nomina cœlum.*
*Iam magicam dignè ualeat quis dicere fraudem,*
*Occultas tacitè tentantem pectore uires,*
*Diuinis iungi uirtutibus & cupientem :*
*Legifer ut quondam uates ſub rege ſuperbo,*
*Dum noua monſtraret iuſsi miracula ſigni,*
*Commouit liuore magos , ut talia tentent,*
*Accumulentq; ſuas cœlo feruente ruinas.*
*Illis ſuppeteret recta ſi fortè poteſtas,*
*Demere non etiam feſtinent addere monſtra,*
*Aemula ſed ſignis tantū,non uiribus æqua :*
*Quod remouere nequit,duplicata ſuſtinet ira.*

Olympiodorus ait: Ne temere de diuinis miniſterijs uerba profūde,neq; utcūq; omnia quę in buccā ueniūt.Mortalis enim homo cum ſis,ac graui corpore circūſeptus, & orbis infimus habitator,nequaquā potes inuiſibilis Dei ſubſtantiā ſupercœleſtis cōprehēdere.Olympiodorus in 5.ca. Eccleſiaſtæ. Et: Pręſens hęc autoritas noſtri Eccleſiaſtæ omnē funditùs euertit diuinādi ſuperſtitionē , uanasq; aſtrologorū nugas de hominū genituris.Nullus enim mortaliū certā futurorū ſcientiā conſequi poteſt. ibid. in 7cap. Item:Idcirco qui ſoliti ſunt futura pręſcire, uel ꝑ auguria, uel per natalis obſeruationē diei,uel per mēdaces alias huiuſmodi diuinationes,& qui cętera demū ſcire affectant, quorū habere certam cognitionē nō poſſumus,in uanum laborant,inutilemq; ſibi deſumūt operā. Ibidem in Eccleſiaſtæ cap.10

Caſsiodorus ait:Aſtrologiā ſacrilegā ſumma intētione fugiamus, quā etiam nobiliū philoſophorū iudicia damnauerunt.Caſsiodorus in Pſal.70. Itē : Eſt & intellectus huius ſeculi, ut quorundā labor infructuoſus, inaniſq; diſputatio . Scrutātur enim curſus aſtrorū, uitas hominum in poteſtate ſiderū collocantes.Idem in Pſalm.118. Itē : In ipſis

quippe primordijs opinabilē illā aſtronomiæ poſuit diſciplinā, quā ſeculi doctores minutiſsimè perquirētes, ita definiēdā eſſe putauerūt: Aſtronomia eſt diſciplina, quæ curſus cœleſtiū ſiderū & figuras cōtēplatur omnes, & habitudines ſtellarū circa ſe & circa terrā indagabili ratione percurrit. Cuius operatiōe ſolenni, annū dicunt quadrifaria temporū diuiſione cōpleri. Hinc imbres fieri, hinc perhibēt terrena procreari, hinc frigora uenire, hinc aeris aiūt eſſe tēperiem, & quicquid terris neceſſariū ꝓbatur, iuſsione Domini earū miniſterio poſſe ſuppleri. Quā ſcientiā ueteres noſtri nō adeò refugiēdam eſſe dixerūt: quādiu tamen eſſe cognoſcitur diſciplina, & motus aſtrorū naturali ſolēnitate ꝑquirit. At ubi ſe in aſtrologię partē labilis error infuderit, & uitas mortaliū de curſu ſtellarū putauerit colligēdas, tunc abominandi, tunc potius cęci ſunt, cū ſe æſtimant prędidere, quę Creator nobis utiliter decreuit abſcōdere. Planetas etiā dicūt contra polum currere per certiſsimos meatus: fabricā quoq; cœli quæ ſemper rotabili mobilitate ſe ſuſtinet, habere quādā harmonię delectationē, quę ſuauis & iugis eſt. Sed nos obſequia naturalium rerū ad autoris referamus imperium, qui creaturas ſuas ipſa potentia ſibi parēre iubet, quia fecit exiſtere.

INCLINATIO DOCTRINAE, COMplectens peculiares & incōmodas opiniones, ſtipulas & errores doctorum.

IN quibus capitib. doctrinæ facta ſit inclinatio, paucis aſsignabimus. Pręcipua uerò ſunt, de Iuſtificatione & bonis operibus, quorū ruina etiam alia ſecū traxit. Nam & libero arbitrio plus iuſto tributū eſt, & inuocatio defunctorum cōfirmata eſt. Sed in ſingulis articulis quędā ob oculos ponem⁹.

DE ANGELIS.

ANgelos preces Deo offerre, ſcribit Caſsiodorus Pſal. 21. Annūciabitur Domino generatio uentura, hoc dictū exponēs ait: Annūciabitur Domino, dicit, ab angelis, ut quidā uolūt, qui preces humanas ad Dominū referre memorātur. Scriptū eſt enim in lib. Tobię: Ego obtuli memoriā oratiōis ueſtrę ante Dn̄m. Sed figuraliter dicitur, Annūciabitur Dn̄o: ſciēti quippe, & omnia prędidēti. Scriptū eſt enim: Scit enim pater ueſter, ait Dn̄s, quid uobis neceſſariū ſit. Annūciēt ergo angeli ꝓ miniſterio, nō ꝓ inſtructiōe.

Opinio & hęc eſt, q. Gregorius inqr: Angeli ſanctificati creduntur in filio. in librū primum Regum, capite ſecundo.

DE LIBERO ARBITRIO.

Olympiodorus nimiū uirib humanis tribuit. inqt enim: Spiritualis natiuitas & interitus pēdet à nobis. opus enim eſt cū diuina operatiōe & gratia, noſtra quoq; electiōe, ut moriamur quidē peccato, naſcamur autē iuſticię. Olympiod. in 3. cap. Eccleſiaſt. Itē: Rationē habeto tuę ſalutis, eamq; curato diligēter, donec uti potes libero uolūtatis arbitrio, integrūq; tibi eſt ad uirtutē accedere. Idem in 12 caput Eccleſiaſtæ.

Ennodius ait: Debemus gratiæ, q. uocamur. Noſtrę tamē electionis eſt, q. beneficia demōſtrata ſectamur. Via enim ſcelerū non imperatrix noſtra legitur eſſe ſed famula, cū de peccatis dicitur: Sub te erit appetitus eorum. Quid ſibi etiā uult, Noli ęmulari inter malignātes? Nolite fieri ſicut equus aut mulus? Toties Noli in ſuperna admonitione, quò reſpicit, ſi aliud Velle nō licuit? Ennodius in epiſtola ad Conſtantinum.

Gregorius ſcribit: Idcirco nequaquā cœleſtis patrię præmia æterna percipiūt, quia ea nūc dum promereri poterāt, ex libero arbitrio contēpſerunt. Qd̾ uidelicet liberū arbitriū in bono formatur electis, cū eorū mens à terrenis deſiderijs gratia aſpirāte ſuſpenditur. Bonū quippe quod agimus, & Dei eſt & noſtrū. Dei, per præuenientē gratiā: noſtrū per obſequentē liberā uoluntatē. in 41. cap. Iob, lib. 35. cap. 21. Itē: Si bona noſtra ſic omnipotētis Dei dona ſunt, ut in eis aliqd noſtrū nō ſit, cur nos quaſi ꝓ meritis ęternā retributionē quęrimus? Si aūt ita noſtra ſunt, ut dona Dei omnipotētis nō ſint, cur ex eis omnipotēti Dei gratias agimus? Sed ſciendum eſt, quia mala noſtra ſolūmodo noſtra ſunt, bona aūt noſtra & omnipotentis Dei ſunt & noſtra: quia ipſe aſpirādo nos ꝑuenit ut uelimus, qui adiuuādo ſubſequitur ne inaniter uelimus, ſed poſsimus implere quę uolumus. in Ezechielem lib. 1, homilia 9.

DE LEGE.

Opinio eſt Gregorij, q. inquit: Ante mediatoris aduētū nequaq̃ ſpiritualiter, ſed carnaliter lex tenebatur. in 6 cap. Iob, lib. 7. ca. 4.

DE IVSTIFICATIONE.

In hac doctrina, opera putant noſtrā corā Deo eſſe iuſticiā. Boeti⁹ ait: Aduerſamini igitur uitia, colite uirtutes, ad rectas ſpes animū ſubleuate, humiles ꝑces in excelſa porrigite: magna uobis eſt, ſi diſsimulare non uultis, neceſsitas indita probitatis, cū ante oculos agitis iudicis cuncta cernentis. Boetius in fine proſæ ſextæ, libro 5.

Olympiodorus ait: Qui duce uirtute ſuā moderatur uitā, de uita in uitā trāſit, ac de fide in fidē ꝓficit operib. bonis. in 7 cap. Eccl.

De ſeptē Pſalmis pœnitentialibus loquēs Caſsiodor⁹, ſic ait: Hos nō credas in caſsū ad ſeptenariū numerū fuiſſe perductos, quādo & maiores noſtri ſeptem modis peccata nobis dimitti poſſe dixerūt. 1, per baptiſmum: 2, per paſsionem martyrij: 3, per eleemoſynam: 4, per hoc qd̾ remittimus peccata fratribus noſtris: 5, cū conuerterit quis peccatorē ab errore uiæ ſuæ: 6, per abundantiam

charitatis:ſeptimò, per pœnitentiã. Addẽda quoq; eſt cõmunicatio corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV Chriſti, cum tamẽ dignè ſuſcipitur. Caſsiodorus in Pſal.6.

Andreas Hieroſolymitanus in ſermone de Aue Maria, opera quæ ſoli Chriſto conueniunt, Mariæ tribuit, contra uerbũ Dei.

Dubitationem uidetur cõfirmare Greg. inqoiens: Electi de occulta ſuper ſe ſentẽtia trepidãt, & ſe ad Deũ peruenire poſſe confidunt: ſed tñ ne non perueniant meruunt. Greg. in 3.cap.Iob, lib.5 cap.7. Itẽ: Vita æterna ex piæ uitæ actionibus præparatur, Gregorius in 1.cap. 1 Reg.lib.1. Itẽ: Soli ergo Domino ſeruire præcipimur ut qui iã aſpirante Deo pro obtinenda peccatorũ noſtrorũ remiſsione agere bona cœpimus, eiſdem bonis praua nulla miſceamus. A' peccatorũ namq; noſtrorũ obligatione tũc ſoluimur, cũ bona quę pro eorũ impendimus abſolutione, malis admiſta non ſunt. Greg. lib.3. in 7. cap.1.Reg. Itẽ: Tunc à peccatis ſolui poteritis, cum cordis & operis bona quæ pro ueſtra abſolutione impẽditis Deo ſuperuenientib. criminib. alijs nõ fœdatis. ibidẽ. Et: Qui prudenter intelligit quid agat, & fortiter agit qđ intellexerit, iam proculdubio iuſtus eſt. Itẽ: Sed eius iuſticiam temperantia ſequi debet. quia plerunq; iuſticia, ſi modũ non habet, in crudelitatẽ cadit. Ipſa ergo iuſticia uerè iuſticia eſt, quæ ſe temperantiæ freno moderatur. Greg in Ezech lib.1.ho.3. Itẽ: Sine cõtẽplatiua uita intrare poſsũt ad cœleſtẽ patriã, q bona quę poſſunt operari non negligunt. Sine actiua aũt intrare nõ poſsũt, ſi negligũt bona operari quæ poſſunt. ibidẽ. Et: Iuſtificationes præcepta Domini dicuntur, in quibus nos corrigendo iuſtificat. Greg. in Ezechielem lib.1. hom.7. Et: Tres ſunt uirtutes, ſine quibus is qui aliquid operari iam poteſt ſaluari non poteſt: uidelicet fides, ſpes & charitas. Greg. in Ezech. lib.2 hom.16. Itẽ: Per fidẽ ſpem & charitatẽ ad gaudia ſecreta peruenitur. Greg. in Ezech. lib.2. hom.19. Et: Iuſtificationes Dei dicimus pręcepta diuina, quæ nos iuſtos faciunt, ſi impleantur. Quæ tunc nobis in loco incolat⁹ noſtri cantabiles fiunt, quando in hac peregrinatione uitę pręſentis, ipſa eadẽ mãdata diligimus, & ex deſiderio implemus. Greg. in Ezech. lib.2.hom.22. Itẽ: Sola redemptoris noſtri precepta ſacramenta ad uerã ſolennitatem mentis nõ ſufficiunt, niſi eis quoq; & bona opera iungãtur Greg. in Euãgelia, hom.22. Et: Fortaſſe unoſquiq; apud ſemetipſum dicat, Ego iam credidi, ſaluos ero. uerũ dicit, ſi fidẽ operibus teoet. Greg. in Euangelia, hom.29. Itẽ: Ad regnũ æternæ beatitudinis peruenire nõ ualet, qui non uult opere implere quod docet. Greg. io Euangelia, homilia 12. Item: Quia ergo nulli de ſe certum eſt, electũ ſe eſſe: reſtat ut omnes trepident, omnes de ſua actione formident, omnes in ſola diuina miſericordia gaudeant, nullus de ſuis uiribus præſumat. Gregor. in Euangelia, homilia 38.

## DE BONIS OPERIBVS

Bonis operibus o[illegible] huius ſeculi ſcriptores nimi[illegible]ouerunt. Sic Iuſtus ſcribit: Non qui uicio quodã, uel ſopore inertiæ reſoluuntur, ad illius panis qui de cœlo deſcendit eſum, citò perueniunt: ſed qui ſanctis laboribus inuigilarint, ipſi Chriſtum reperiont. Iuſtus in Canticis. Itẽ: Compenſat Chriſtus regnum cœlorum pro ſanctis laboribus, uel eleemoſynis. ibidem.

Olympiodorus ait: Cura adoleſcens, ut pijs operibus, tuaq; probitate, ſeuerum uẽturum iudicem tibi placabilẽ reddas, atque demulceas, antequam per ſupremam iudicij flammã deleantur huius mundi diuitiæ. Olympiodorus in 12. caput Eccleſiaſtæ.

Caſsiodorus inquit, Eleemoſyna propriè fieri purgationẽ peccatorũ: Pſalmo 40.

Ennodius inquit: Coufido deſuper à benignitate etiã me ad optatæ gratiæ copiam peruenturũ, ſi Abrahę meritis Loth ſanctorũ turbis adſciſcitur: ſic qui caruère ꝓprijs, propinquorũ ad celſa perduci meruere uirtutibus. Ennodius in epiſtola ad Fauſtum.

Greg. inquit: De iuſtis per Pſalmiſtã dicitur, Veniẽtes autẽ uenient in exultatiõe, portantes manipolos ſuos. Ad examẽ qppe iudicij portantes manipulos ſuos ueniunt, qui in ſemetipſis recta opera, quib. uitã tereantur, oſtendunt. Greg. in 6.cap.Iob, lib.7, cap.13. Et: Quoties poſt culpã eleemoſynas facimus, quaſi pro prauis actibus precium damus. Greg. in 15. caput Iob, lib.12. cap 23. Et: Qui poſt terrenam poteſtatẽ regni cœleſtis gloriã cupit acquirere, ad faciẽdum lucrũ creatori ſuo debet enixius laborare, ut ad ea quę deſiderat, operationis ſuæ gradibus poſsit aſcendere. Greg. lib. 9. indictione 4. epiſt. 59. Et: Quicunq; ſe fidem dicit habere, neceſſe eſt ut in bonis operib. exerceat, ut in operibus exterioribus fides interior innoteſcat. Sed & opera oeceſſe eſt ut uox prædicarionis ſequatur: quia quicunq; in ſanctis operibus perfectè ſe dilatat, conſequens eſt ut ad eadẽ facienda proximos quoſq; exhortetur. Greg in Cantica canticorum. Item: Sicut duobus modis à Deo receditur, ita duob. modis à Deo apoſtatæ homines fiunt. Nam unuſquiq; à conditore ſuo aut fide recedit, aut opere. Sicut ergo qui à fide recedit, apoſtata eſt: ita qui ad peruerſum opus quod deſerit redit, ab omnipotente Deo apoſtata abſque ulla

dubietate deputabitur, etiamſi fidē tenere uideatur. Vnū enim ſine altero nil prodeſſe ualet: quia nec fides ſine operibus, nec opera adiuuāt ſine fide, niſi fortaſſe pro fide percipienda fiant. Greg. in Ezechielē lib. 1. homilia 9. Item: A' peccatorū namq; noſtrorum obligatione tunc ſoluimur, cum bona quæ pro eorum impendimus abſolutione, malis admiſta non ſunt. Greg. lib. 3. in cap. 7. 1. Reg. Item: Iuſti quidem in ſuperiori uel prima ſunt parte. Aut fortaſſe primum locū uirginitas tenet, ſecundum continentia, tertium coniugalis uita, ultimū conuerſio peccatorum. Greg. lib. 4. in 9. cap. 1. Regum. Item: Eleemoſynæ tergunt maculas peccatorum. Greg. in Euangelia, homilia 37. Et: Non ſufficit conuerſio peccatori, ut peccata non agat: ſed tunc namq; promereri ueniam poſſumus, ſi peccare deſinimus, & bonis operibus inhæremus. Gregorius libro quinto, in 11. caput 1. Regum.

## DE ORATIONE.

Sanctis nimium tribuunt aliqui huius ætatis ſcriptores. Forunatus eos inuocat:

*Cum te Vitalem uoluit uocitare uetuſtas,*
*Nouerat æternum te meruiſſe diem.* Item:
*Condidit ergo aruis delubra Leontius alma,*
*Talibus officijs intret ut ipſe polos.* Item:
*Sic Martine tuus honor amplus ubiq; meretur,*
*Vt loca nulla negent, quot tibi feſta ſonant.*
*Talibus officijs pacatus opime ſacerdos,*
*Quorum uota uides, redde benigne uicem.* Itē:
*Condidit antiſtes Sydonius iſta decenter,*
*Proficiant animæ quæ noua templa ſue.* Fortunatus de baſilica Georgij. Item:
*Iuſtorū meritis ſub pede uicta iaces.* lib. 4. Itē:
*Tu quoq; qui cœlis habitas Martine precator,*
*Pro Fortunato fer pia uerba Deo.*

Idem de peregrinationibus ad ſanctos inquit, de baſilica ſancti Martini:

*Altius educto ſub ſe tenet omnia dorſo,*
*Et quæcunq; petit delicioſa uidet.*
*A' longè adueniens oculo uicinus habetur,*
*Iungitur aſpectu diſſociante loco.*
*Quo feſſus rapitur uiſu inuitante uiator,*
*Si pede defecerit, lumine tractus adit.* (ctos: ut,
Eſt autē frequens Fortunato, inuocare ſan-
*Qui uirtute potens orientis in axe ſepultus,*
*Ecce ſub occiduo cardine præbes opem.*
*Ergo memento preces & reddere uota uiator:*
*Obtinet hic meritis quod petit alma fides.* Item:
*Culmina cuſtodi, qui templum in culmine duxit,*
*Protege pro meritis qui tibi templa dedit,*
*Hic pie pauca ferens ego Fortunatus amore,*
*Auxilium poſco da mihi uota precor.* Item:
*Sed rogo per regem Paradiſi gaudia dantem,*
*Pro Fortunato ſupplice funde precem.*
*Obtineas uotis, hæc qui tibi carmina miſi,*
*Vt merear claudi quandoq; claue Petri.*

Fortunatus lib. 4. in epithaphio Euphraſię.

Sic Iuſtus ſcribit: Recipitur etiam in cauernam maceriæ, cum ſancta ex conſolatione Scripturarum fouetur, uel cum præcedentium ſanctorum meritis atque orationibus ex toto protegitur.

Gregorius ait: Clauē à ſacratiſsimo beati Petri corpore, in qua de catenis eius benedictio continetur, tranſmiſimus: quę collo ueſtro ſuſpenſa, contra omnia aduerſa uos muniat. Greg. lib. 12. indict. 7. epiſt. 17. Et: Omnipotens Deus excellentiā ueſtram in ſuo ſemper timore cuſtodiat, atq; ita ueſtra uota in filiorum excellentiſsimorū regum nepotum ueſtrorū, intercedente beato Petro apoſtolorū principe, cui eos cōmendatis, ſoſpite adimpleat, ut ſtabile uobis gaudium de eorum ſemper incolumitate ſicut cupitis concedat. Gregorius libro 11. indictione 6. epiſtola 8. Item: Vnde nobis dubium nō eſt, quàm forti amore ad eum uos ſtringitis, per quem ſolui ab omnibus peccatorum nexibus deſideratis. Ipſe ergo ſit ueſtri cuſtos imperij, ſit uobis protector in terra, ſit pro uobis interceſſor in cœlo, ut per hoc quod reuelatis duris ponderibus in ueſtro imperio ſubiectos gaudere facitis, poſt multa annorum tempora in cœleſti regno gaudeatis. Gregorius libro 11. indictione 6. epiſtola 44. Et: Speramus in omnipotentis Dei uirtute, & in ipſius beati Petri apoſtolorum principis. Gregorius libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola uigeſimaſecunda. Et: Ecce iam ſacerdotum ueſtigijs gentilitas uniuerſa ſubſternitur, & eos quibus ſe gaudet obediendo ſubijcere, patronos gloriantur in cœleſtib. poſſidere. Greg. lib. 2. in 2. cap. 1. Regum.

## DE SANCTIS.

Sanctis nimiū adſcripſerūt pleriq; huius ætatis ſcriptores, honorē ſoli Deo competentem eis attribuentes.

Ennodius inquit: Spero in trinitate Deo noſtro, per ſuffragia ueneranda ſanctorum, quòd ſeruos in quocunq; loco poſitos, quēadmodum munitur oculi pupilla, cuſtodiat. Ennodius ad Fauſtum.

Greg. inquit: Cuius corpus uos cooperuiſtis in terra, eius uos interceſsio ab omnibus peccatis proteget in cœlo. Greg. lib. 9. indict. 4. epiſt. 38. Et: Aſſunt defenſores noſtri ſancti martyres, rogari uolunt, atque quęrunt ut quærātur. Hos ergo adiutores ueſtris orationib. quærite, hos protectores ueſtri reatus inuenite. Greg. in Euangelia, hom. 32. Et: Qui ſanctus Petrus modò uobis adiutor eſſe in omnibus, & poſtmodū ueſtra ualeat peccata dimittere. Greg. lib. quarto, indictione 13. epiſtola 34. Item: In omnipotētis Dei gratia, atq; beati Petri apoſtoli adiutorio cōfidat. epiſt. trigeſimanona.

nona, libro quarto. Item: Et me pro nobis apud ſacratiſsimum beati Petri apoſtolorũ principia corpus, & uos pro me apud ſanctum Cyprianũ martyrem orationibus decet incumbere. Gregorius libro 5. indictione 14. epiſtola 19. Et: Beatus Petrus apoſtolꝰ ſua uobis hic & in futura uita interceſſione reſpondebit. lib. eodẽ, epiſt. 55. Et: Rogo omnipotentem Deum, ut ſua te gratia protegat, & beati Petri apoſtolorũ principia interceſsione à malis omnib. illæſum ſeruẽt, quatenus feruor cœleſtis deſiderij in tua mente quotidie ardentius excreſcat, ut ſemper nouus & ſemp ſeipſo robuſtior ad cœleſtia præmia multiplicius percipienda pertingas. Greg. lib. 7. indictione 2. epiſt. quinquageſima tertia. Et: Cui omnipotenté Deum interceſsione beati Petri apoſtolorum principis retributorem citius eſſe confidimus. Gregorius libro 7. indictione 2. epiſtola 94. Item: Ex cruce in qua lignũ Dominicæ crucis ineſt, & capilli beati Ioannis baptiſtæ, ſemper ſolatium noſtri Saluatoris per interceſsionem præcurſoris eius habemus. Greg. lib. 7. indict. 2. epiſt. 126.

## DE POENITENTIA.

Imperfectè pœnitentiam definit Caſsiodorus: Compungimini, id eſt agite pœnitẽtiam. Nam compunctione quadã animarũ fit optata cõuerſio. Caſsiodorus in Pſalmũ 4. Item: Perfecta pœnitentia eſt, futura cauere peccata, & lugere præterita. Caſsiodorus in Pſalmum 50. Item inquit: Duobus modis perfectæ pœnitentiæ uirtus oſtenditur. primũ eſt, ut peccatores nos Domino pronunciemus. uerùm ne crederes in confeſsionibus hanc ſolã pronunciationẽ ſufficere potuiſſe, addidit: Et cogitabo pro peccato meo, id eſt, talia te donante faciã, quæ meũ poſsint abolere peccatũ: ſcilicet fletus adhibebo, eleemoſynas faciã, & ab hoc qđ deliqui, mandatorũ tuorũ me obſeruatione purgabis. Caſsiodorus in Pſalmum 37.

Greg. inquit: Non ſolũ confitenda ſunt peccata, ſed etiã pœnitentiæ auſteritate delenda. Greg. lib. 6. in 15. cap. 1. Reg. Item: Confeſsionẽ quidẽ peccati non honor aut gloria, ſed utilitas & contemptus ſequi debet. Quid enim prodeſt confiteri flagitia, ſi confeſsionis uocem non ſequitur afflictio pœnitentiæ? Tria quippe in unoquoq; ueraciter pœnitente conſideranda ſunt: uidelicet conuerſio mentis, cõfeſsio oris, & uindicta peccati. Nã qui corde non cõuertitur, quid ꝓdeſt ei ſi peccata cõfiteatur? peccatũ quod diligitur, cõfitendo minimè deletur. Nonnulli quidẽ ſunt qui peccata cõfitẽdo aperiũt, ſed non cõuertendo nequaquã deteſtantur. Hi ꝓfectò confitendo nihil agũt quia qđ loquẽdo eijciunt, amãdo introducunt. Greg. lib. 6. in 15. cap. 1 Reg. Item: Tertia ergo ſpecies, id eſt uindicta, quaſi medicina neceſſaria eſt: ut apoſtema reatus, q, cõuerſione cõpungitur, confitendo purgetur, afflictionisq; medicina ſanetur. Tunc namq; bene conuerſum peccatorem cernimus, dũ digna afflictionis auſteritate delere nititur, quod loquẽdo confitetur. ibidẽ.

Falſam definitionẽ recitat hanc: Pœnitẽtiã quippe agere, eſt & perpetrata mala plãgere, & plangenda non perpetrare. Nã qui ſic alia deplorat, ut tamen alia cõmittat, adhuc pœnitentiam agere aut diſsimulat, aut ignorat. Greg. in Euangelia, hom, 34. Itẽ: Cum peccata noſtra per lachrimas confitemur, anguſtæ uitę portã ingredimur. Greg. in Ezech. lib. 2 hom. 16. Et: Perfectè enim cõuertitur, qui cum ſemel qđ prauè egerat plangit, quod rurſum plãgat, ultra non reperit. Greg. lib. 3. in 6. cap. 1. Reg. Item: Qui ſic cõmiſſa luget præterita, ut perfectè caueat futura. Iſta forma conuerſionis tam ſapientib. quàm indoctis, tam fortib. quàm debilibus, in ſancta Eccleſia obſeruanda eſt. ibidẽ. Itẽ: Conuerſus peccator non ſolùm ſperare à Domino ueniã, ſed quòd uiriliter certando pertingere ualeat ad coronã. Gregorius libro 4. in 10. cap. 1. Regum.

Caſsiodorus, in doctrina de pœnitentia non meminit fidei.

¶ Quàm parũ de pœnitentia, ſeu uera ad Deũ cõuerſione intellexerint partes huius ſeculi, uel ex hoc Gregorij dicto intelligi poteſt, q, inquit: In uitæ ergo exitu ij ſolummodo ſalubriter reſipiſcunt, qui et per internam uiſitationem perfectè bona diligũt, & mala oderunt, quæ amauerant. Qui tamen, ſi ſufficiẽter pro admiſsis iniquitatibus dolere nõ poſſunt, nihilominus & iſti in hora qua conuertuntur uiuunt. Greg. lib. 2. in 2. cap. 1. Reg. Itẽ: Sancta mens cum præteritæ uitæ turpitudines cõſpicit, cum peccata ſua enumerat quæ fecit, mox ſecum in conſcientia erubeſcit: & quæcunq; in mũdo dilexerat, ad odiũ ſibi transferens, fletibus ſe punit: & ipſa pœnitentia facta robuſtior, ab omni inquinatiõe etiã cogitationis exilit, & ab omni torpore negligentiæ ſe excutit: ut iam in infimis cogitationib. non iaceat, ſed ad appetenda inuiſibilia per ſancta deſideria ſe extendat. Greg. in Cantica cantic.

## DE CONFESSIONE.

Gregorius inquit: Si quis peccata ſua tecta eſſe deſiderat Deo, ea per uocẽ cõfeſsionis oſtendat. Greg. in Pſal. pœnitentiales. Et: Attende qualiter peccati confeſsio peccata obliteret, quæ iuſtificat iniquũ, tollit à Deo memoriã peccatorũ. Confiteamur, ut deleantur noſtra peccata, nec poſt cõfeſsionem ad ea reuertamur, ibidẽ. Itẽ: Quia per

ſacra eloquia peccatori præcipitor, Dic tu prior iniquitates tuas ut ioſtificeris, dũ ille qui peccauit confitendo iuſtificari incipit. Gregorius lib.4.in 9.caput 1.Regum.

DE SATISFACTIONE.

Satisſactionib. quoq; plus iuſto eſt attributum. Greg.inquit: Si peccata ſatisſaciẽdo puniremus, nullũ qui nos in futuro puniat inueniremus. Gre.io Pſal. pœnitẽtiales. Et: Si qui cuiuſdã ſacinoroſi criminis fuerit te⁹, tuoc ex noſtra autoritate nõ ſolũ Dominici corporis & ſanguinis cõmunione priuatus ſit, oerũ etiã in monaſteriũ, ubi pœnitentiã agat, tetrudatur, ut criminis ſui maculas cõ uenienti oalear apud æternũ iudicem lamẽ tatione purgare. Greg.lib.2. indictione 11. epiſt.27. Et: Quæ tamen afflictio pœnitẽntiæ ad delẽda peccata tum demum idonea eſt, cum ſacerdoris fuerir iudicio imperata cum ab eo confitentiũ actibus diſcuſsis, ꝑ modo criminis onus eis decernitur afflictionis. Greg.lib.3.in 7.cap.1.Regum. Item: Peccaror cum per diuinã gratiam reſipiſcit, ſatisfacere pro uniuerſis malis non deſinit. Greg.lib.4.in 10.cap.1.Reg. Item: Corrigibilia equidẽ peccata portantur, quia poſtquam à delinquentis uolunrate diſcedunt, purgari ſatisſactione ſalubriter poſſunt. Greg lib.6.in 15 caput 1.Regum.

DE ECCLESIA.

Gregorius inquit: Quis neſciat ſanctam Eccleſiã in Apoſtolorũ principis ſoliditate firmatã? quia firmitatẽ mentis traxit in nomine, &c. Greg.lib.3.indict.15. epiſtola 37. Iſta etiamſi intricatè dicuntur, ramen uidetur Romanam uoluiſſe ſupra alias eccleſias extollere.

DE CRVCE.

Caſsiodorus ait: Quapropter in aſflictionibus aſperis gaudeamus, quoniã hoc nos ab æterna pœna liberat, qđ hic propter Dominum momentanea celeritare diſcruciat. Caſsiodorus in Pſalmum 37.

Gregoriua ait: Non omnia noſtra Chriſtus expleuit. Per crucem quidẽ ſuam omnes redemit: ſed remanſit, ut qoi redimi & regnare cum eo oititur, crucifigatur. Greg. libro 4.in 9 caput 1.Regum.

DE CONIVGIO.

Gregorius præcipit, ne paſtores in Corſica commorantes cum molieribus conuerſeotur, excepta matte, ſorore uel uxore: libro 1.indict.9.epiſto.50 Itẽ: Appatet quòd non licitũ fuerit paſtoribus habere uxores, quia Andreas epiſcopos Tarentinus ꝓpter concubinã per duos menſes à miſſarũ ſolẽnitate coactus eſt abſtinere. Gregorius lib. 2.indictione 11.epiſt.44. Item, apud Cathanenſes conſuetudo fuir, ut ſubdiaconi ſuis licitè miſcerentur coniugibus: quod tamẽ Greg.improbat lib.3.indict.12. epiſtola 34. Item: Appatet quòd epiſcopis noo licitum fuerit cum mulierib. habitare, exceptis ijs quas ſacrorũ Canonũ cẽſura ꝑmittit: id eſt, matre, amita, germana, & aliis huiuſmodi, de quib. praua nõ poſſet eſſe ſuſpicio. Grrg. lib.7.indict.2.epiſt.39. Item: Si quidã dicũt religionis cauſa cõiugia debere diſſolui ſciendũ eſt, quia etſi hoc lex humana cõceſsit, lex dioina tñ prohibuit. Si ergo uir & uxor una caro ſunt, & religionis cauſa oit uxorẽ dimittit, uel mulier uirũ in hoc muodo remanentẽ, uel eriam ſortaſſe ad illicita uota migrantẽ, quę eſt iſta migratio uel cõuerſio, in qua ona eadẽq; caro, & ex parte trãſit ad continentiã, & ex patte remanet in pollutiooe? Si uerò utriſq; conueoit continentem uitã ducere, hoc quis audeat accuſare? Doobus enim modis ſancti uiri etiã à licitis ſolẽt abſtinere: aliquãdo ut merita ſibi apod omnipotentẽ Deũ augeant, aliqnando uerò ut anteactæ uitæ culpas detergãt. Proinde cũ boni cõiuges aut meritũ augere deſiderãt, aut anteactę uitæ culpas delere, ut ſe ad cõtinenriã adſtringant, & meliorẽ uitã appetanr, licet. Si uerò continentiã quam uir appetir, uxor non ſequitur: aut quã uxor appetit, uir nõ ſequitur: diuidi coniugũ non licet. Greg.lib.9 indict.4.epiſtola 39.

DE VIRGINITATE.

Nimiũ uirginirati adſcribit Forton.lib.8.

*Inclyta uirginitas, cœlos quæ dote mereris,*
*Cum thalamis Chriſti conſocianda places.*
*Funera nulla gemis, &c.*——

Olympiodorus ait: Cœlibatus melior eſt pugillis duobus, hoc eſt dualitate & copula coniugali. Quamuis enim coniugiũ damnandũ non ſir, cœlibatus certè laudibilis, & moleſtia carẽs. Olympiodor⁹ ca.4.in Eccleſ

DE INFERNO.

Gregorius putar, ante Chriſti aduentom omnes in ioſernũ deſcendiſſe. Sic enim ait: Ante aduentũ mediatoris Dei & hominis, omnis homo, qnamuis mundæ porbatæq; uitę fuerir, ad inſerna clauſtra deſcẽdit: dubiũ nõ eſt. Greg.io 14.cap, Iob, lib.12 cap.6.

DE PVRGATORIO.

Boetius lib.4. proſa 4. porgarorió his oerbia docer: Nulla' ne animarũ ſupplicia poſt deſunctũ morte corp⁹ relinquis? PHIL. Et magna quidẽ, inquit: quorũ alia pœnali acerbirare, alia uerò purgatoria clemeotia exerceri puto.

Gregorius ait: Sed tamen de quibuſdam leuibus culpis eſſe ante iudiciũ purgatori⁹ ignis credẽdus eſt. Gregorius lib.4. Dialogorum, capite, 39. Item: Qui perſectionem bonæ uoluntstis habuerunr in confeſſione peccari, poſt mortẽ purgatoria pœna peccari ad uitam tranſeunt, ſi ad delenda peccata ſufficieotẽ uim amoris nequaquã habue-

habuerunt. Gregorius libro ſecundo, in caput ſecũdum primi Regum. Et: Poſt mortem carnis, alij æternis deputantur ſupplicijs, alij ad uitam per ignem tranſeunt purgationis. Gregorius in Pſalmos pœnitentiales. Item: Scio futurum eſſe, ut poſt huius uitæ exitum alij flammis expientur purgatorijs, alij ſententiá æternæ ſubeant damnationis. Sed quia illum tranſitoriũ ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intolerabiliorem. Ibidem.

### DE LIBRIS.

Huius etiam ætatis ſcriptores uolumina ſacra magni fecerunt, ſicut in ipſorum monumẽtis uidere eſt: & in loco de uerbo Dei quædam teſtimonia annotata ſunt. Vnum tamen hic locum ex Olympiodoro adſcribemus, qui in duodecimũ caput Eccleſiaſtę inquit: Talia etiam ſunt ſanctæ Scripturæ uolumina, quæ multis conſcripta uerbis, multa tamen nequaquã dicuntur: ſed lex Domini nũcupatur, quandoquidẽ unus in utroq; Teſtamento legis eſt lator, librią; omnes ſanctæ Scripturæ in eundẽ finẽ ſcopumą; feruntur, ſicut & nos Dominus docuit, qui uerè magnus eſt Eccleſiaſtes, patrisą; ſapientia, his maximè uerbis: Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum. in his enim duobus mãdatis, tota lex & prophetæ pendent. Vides ne igitur, ut in ſermone uno & uerbo abbreuiato, multiloqui libri & argumentoſi comprehendantur, neq; ideo multi ſint? Quæ ſunt itaq; uolumina, quæ nos dehortatur componere Eccleſiaſtes? nempe gentiliũ uolumina & monumenta, qui ſcilicet alter alterius euertunt & impugnant ſententias, ſemperą; inter ſeſe grauiſsimum bellũ gerunt. Nec non abſterret nos ab hęreticorũ libris inuicẽ diſsidentiũ: recentibusą; Iudæorũ uoluminibus ac ſecundarijs, quę infinita propè ſunt, fabulisą; conferta. Dum enim Scripturas nouis quibuſdam figuris interpretari ſtudent, in ridiculas fabellas & genealogias conuerſi ſunt, traditionesą; ediderunt à ſententia ſcriptoris longiſsimè aberrantes. Multa itaque meditatio, quæ in huiuſmodi cõficiendis libris adhibetur, ſolum affert laborem carnis, & affligit corpus ſine ulla utilitate ac fructu. Meditatio uerò quã intendimus circa diuinos libros, in qua nos uerſari die noctuą; ſanctus Dauid hortatur, cum dicit, Et in lege eius meditabitur die ac nocte: nõ labor eſt carnis, ſed exultatio ſpiritus. Quáuis enim in ſudore et lachrimis ſeminemus, laborantes circa honeſtum: in exultatione tamẽ metemus inclytum uirtutis fructum. Bonorum ſiquidem laborum glorioſus eſt fructus.

### DE EVANGELISTIS.

Caſsiodorus inquit: Euangelij prædicatio quatuor Euangeliſtarũ autoritate conſiſtit, & quatuor Euãgelia quaſi quatuor quadrigę ſunt noui Teſtamẽti cui pręſidet auriga ipſe Chriſtus, tẽperans & diſponẽs ipſe currum Euangeliorũ. Caſsiodorus in cap. 6. Canticorũ. Itẽ: Euangelica prædicatio tradita à Deo doctoribus tractãda & exponẽda eſt. Caſsiodorus in Cantica, capite 7.

### DE TRANSLATIONIBVS.

Meminit Gregorius cuiuſdã trãslationis Iob, quę (ut ipſe ait) ad nos ex Hebræo Arabicoą; ſermone deriuata eſt. Gregor. lib. 4. in tertium caput Iob, libro duodecimo. Item: Per prophetam apud uetuſtam tranſlationem dicitur: Maledictus omnis qui facit opus Dei fraudulenter & deſidioſè. Gregorius in nonum capus Iob, lib. 9. cap. 17.

## CAPVT V.

### DE HAERESIBVS.

QVi ſint hæretici, Gregorius exponit inquiens: Non abſurdè impij uocantur hæretici, qui per errorem praui dogmatis à cognitione ſunt ueritatis alieni. quos ſequenti uerbo etiã uiolentos appellat: quippe qui Scripturę ſacrę ſentẽtias recta dogmata cõtinentes, ad intellectũ prauum uiolẽter conãtur inflectere. in 27. cap Iob, libro 18 capite 10.

De fonte hæreſium Gregorius ait: Hęreticorũ locus ſuperbia eſt, quia niſi prius in corde intumeſcerent, ad prauæ aſſertionis certamina nõ conuenirent. Niſi Deũ contẽnerent, nequaquã de eo peruerſa ſentirẽt. Hi quę in ſancta eccleſia ſita ſunt redẽptoris ſui myſteria, fide uera humiliter contẽplantur. Sed dũ hæretici cũ falſis allegationib. ueniunt, ſpeculũ diſsipant: quia eorũ mẽtes, quos ad ſe trahunt, ab intentione rectæ contẽplationis inclinant. lib. 3. Moraliũ in Iob. cap 13. Item aſſerit Gregorius, quòd hæretici & hypocritę noua & inaudita promittant, ut in admirationẽ ſui ſimplices cõuertant: neq; quòd ea quę loquũtur ad ędificationẽ, ſed ad oſtentationẽ ſcientiæ ſuæ proferant. in 4. cap. Iob, lib. 5. Moraliũ, ca. 18.

De natura & ingenio hæreticorũ inquit Gregorius: Nimirũ falſi prædicatores mel in lingua portant, quod ſub lingua non habent: quia cœleſtia gaudia aliquando prædicant tãquam ueri ſint, cum ipſi terreſtria bona totis deſiderijs appetant. in Cantica canticorũ. Et: Habent hoc hęretici propriũ, ut malis bona permiſceant, quatenus faci è ſenſui audientis illudant. Si enim ſemper

praua dicerẽt, citiua in ſua prauitate cogniti qđ uellent, minimè perſuaderent. Rurſum: Si ſemper recta ſentirent, profectò hæretici non fuiſſent. Sed dum fallendi arte ad utraque deſeruiunt, & ex malis bona inficiunt, & ex bonia mala ut recipiantur abſcondunt. Gregorius in tertium caput Iob, libro quinto, capite decimo. Et: Hypocritæ plerumque ſacræ legis eruditione fulciuntur, doctrioæ uerba proferunt, omne quod ſentiunt teſtimonijs accingunt: nec tamen per hæc uitam audientinm, ſed proprios fauores quærunt. Gregorius in octauum caput Iob, libro octauo, capite uigeſimoſexto. Et: Cum proſperitatẽ uitæ præſentis bæretici non babent, infirmis mentibus uerbis blandioribus peruerſa perſuadent. Gregorius in uigeſimumquartum caput Iob, lib. 16. cap. 23. Et: Hæretici dum ſanctam Eccleſiam temporali corripi animaduerſione conſpiciunt, audacius in iactantiam peruerſæ prædicationis iotumeſcunt: & ſuperni examinis rectitudinẽ prætẽdentes, proſperari ſe ex meritis adſerunt: illam uerò affligi dignis rettibutionibus atteſtanrur, & uerbis blandientibus ſurreptionis aditum protious inter dolores quærunt: atq; aliorũ uitam exprobrantes, aliorum mortibus ſetiunt: ac ſi illi iam iuſtè defuncti ſint, qui de Deo credere digna noluerunt. Gregorius in octanum caput Iob, lib. 8. cap. 22. Irem: Habent bæretici hoc proprium, quòd in eo gradu, in quo de Eccleſia exeunt, diu ſtare non poſſunt, ſed ad deteriora quotidie ruunt: & ſentiendo peiora, in multis ſe partibua ſcindunt, atq; à ſemetipſis plerumq; longius confuſionis ſuæ altercatione diffunduntur. Gregorius lib. 3. Moraliũ, cap. 14. Et: Condicunt ſibi hæretici, quando praua quædã contra Eccleſiam concorditer ſentiunt: & in quibua à ueritate diſcrepant, ſibi in falſitate concordant. lib. 3 Moralium in Iob, cap. 13.

Iuſtus Origelitanus inquit: Proficiente Eccleſia numeroſæ etiam hæreſes ſurrexerunt: uel in illa fide permanente, quam prauè ſentirent, inueſtigatæ ſunt. ſemper hæretici in primordijs uelut ficta religione conſpicui, in extremis ſuis ignem trahunt, gebennæ incẽdio deputati. Et: Animas intellige falſa docentiũ magiſtrorum, ac mendacium prophetarum, quæ ſonora uolubilitate uerborum, quaſi dulci quodam cantico, pernicioſa uoluptate occuparunt aures & animum auditorum. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite duodecimo.

Gregorius inquit: Aliqusndo hæretici cootra nos etiã ſupplicijs ſæuiunr, aliquando nos ſolis uerbis inſequũtur, aliquando quietos laceſſunt: aliquando ſi nos tacẽtes uideant, quieſcnnt, & mntis amici ſunt, loquentibus aduerſantur. Gregorius libro tertio Moralium in Iob, capite decimoquarto. Et: Hæretici cum per ſe poteſtatẽ perſecutionis non habent, huius ſeculi potentes commouent, eorumq; mentes ad perſequendum trahunt, & quibus ualent perſuaſionibus accendunt. Gregorius in cap. 24. Iob, lib. 16. capite 23.

Hæreticos eſſe refutandos, Caſsiodorus docet. Pſalmi uigeſimiprimi dictum, Quoniam Domini eſt regnum, exponens dicit: Non ſunt gentiũ regna, ſed Domini, qui poteſtate lua & mutat reges & continet. Et neceſſe eſt ipſum debere ubiq; coli, quem rerum Dominum conſtat intelligi. De quo loco pater Auguſtin⁹ in libro ad Honoratũ presbyterum dixit: Ille irriſus, ille crucifixus, ille derelictus, hoc regnum acquirit, & tradit in fine Deo & patri, non utique ut ipſe amittat, ſed ut quod in fide ſeminauit, cum uenit mĩoor patre, hoc perducat in ſpeciem, in qua æqualis non receſsit à patre. Probata eſt his dictis uniuerſalis eccleſia. Deſinant bomines Donatiſtarum uanitate confundi. Non poteſt præualere plus fraus diabolica, quàm religio Chriſtiana. Neceſſarium eſt enim inuento loco, hęretitorum confutare nequitiaa: quoniam dum illos Domino præſtante deſtruimua, catholicæ fidei ſenſum firmanus. Et in prologo de laude Eccleſiæ ita ait: Nam cum Sabellius deteſtabilia erret in patre, demens Arius delinquat in filio, Maoes ſacrilegus neget Spiritum ſanctum, alij ſcelera ti Teteri ueſtamento derogent, nonnulli Noui gratiam non ſequantur: tu tamen deuotione fideli, præſtante Domino inoffenſè cuncta complecteris. Patrem quippe docens ingenitũ, filium genitum, ſpiritum ſanctum de patre & filio procedentem, unum Deum, ſanctã prædicans Trinitatem, coæternam, ſibi, & æqualiter ſibi omnipotentem, dominumq; Chriſtũ manentẽ in diuinitate ſua, & carne humanitatis aſſumptæ, ſalua uniuſcuiuſq; proprietate naturæ unã confiteris eſſe perſonã: ueteri Teſtamẽto de nouo fidẽ faciẽs nouum à ueteti exortum eſſe cognoſcens.

Gregorius inquit: Per bæreticos Eccleſię à rectæ fidei uiriditate exiccantur. Quæ benè paruulę dicuntur, quia quam uis contra ueritatem intus ſuperbiant, exterius tamen in uerbis humilitatẽ per ſimulationẽ ſectantur: quæ tunc à ſanctis prædicatoribus capiuntur, qnando inſtante altercatione ſententijs ueritatis conuincuntur. Gregorius in Cantica canticorum.

Ennodius ait: Pingues hoſtias litat diabolo, qui cõtriſtat eccleſiã. Simplicẽ habet defenſionẽ pacis affectus. Sufficit cõtra omnia iacu-

nia iacula iurgiorum, fidei nuda oppoſitio. Ennodius in libro contra eos qui ſe ſcriptis ſynodo oppoſuerunt. Itē: Qui in putribus membris non utitur ferri medicina, ſerpentibus morbis præſtat obſequia. nam niſi ſecentur tabefacta, contaminant pacifica. Ennodius in quadā oratiōe, ſine inſcriptione.

DE ARIANA HAERESIS.

VAlde latè hac adhuc ætate peſtilens Arianorū hæreſis graſſata eſt. Præſertim uerò Oſtgotthi iſta peſte uehementer infecti fuēre. Anaſtaſius quoq; ipſe multis uiſus eſt iſtam hæreſin fouere: mater certè eius, & auunculus Clearchus, magno eam ardore proſecuti ſunt: ut ſcribit Nicephor⁹ libro decimoſexto, capite uigeſimoſexto: & Theodorus Lector libro ſecundo Collectaneorum. Iuſtinus quidē ad reges Francorum ſcribit: Graue fuit hactenus Oſtgotthos reges, qui Theodorico indigni ſucceſſerunt, tolerare, cùm propter illatas nobis ſingulos per dies iniurias, tū maximè propter Arianæ hæreſis labem, qua urbem Romam & Italiam inficere non deſinunt. Addit, ſe ijs indixiſſe bellum. Nauclerus ſecūdo uolumine, Generatione decimaoctaua.

In Engoliſma & Burdegala ciuitatibus, maximè Arianorū dogma uiguit, quia Veſtgotthi in ijs habitarunt: qua de cauſa Clodoueus bellum eis intulit, ac ſubſtitutis rectè ſentientibus doctoribus, erroribus eos renunciare coegit: ut Blondus ſcribit libro tertio, decade prima. Narrat Iuo in Chronico, Gotthis Arianis Aquitania pulſis, Francos Catholicos ſucceſsiſſe.

Romæ Ariano Theodorico regnum gubernante, plures Arianam hæreſin ſectati ſunt, ut ſcribit Theodorus Collectaneorū libro ſecundo. Vxorem Theoderici, & filiam, alioſque Arianicę factionis fuiſſe, Gregorius teſtatur libro tertio Hiſtoriarum, capite uigeſimonono. Memorabile & hoc eſt, quòd Theodericus ad Iuſtinum Imperatorem legatos miſit, inter quos fuit Iohannes papa, nimirum Theodorico aſſentiens: & Theodorus Hyperius, & Agapitus, conſulares uiri, & Agapitus patricius, ut impetrarent, ne in Arianos qui Conſtantinopoli erant, aliquid ſtatueret grauius: alioqui ſeſe uiciſsim in eos qui Nicenæ ſynodo adſtipularentur in ſuo regno, eandem uiolentiam uſurpaturum eſſe. Sed Imperator denegauit hæreticorum reſtitutionem. Alij uerò narrant eum conſenſiſſe, ut Italiæ perituræ conſuleret. Nicephorus libro decimo ſeptimo, capite nono: Platina de Vitis pontificum, ſub Ioanne primo: Paulus Diaconus lib. decimoquinto rerū Romanarum. idq; factū eſt circa quingētefimū uigeſimūſextum annū Domini. Recenſet Sabellicus quoq; Iuſtinum, omnes antiſtites Arianæ ſectæ toto Oriente expuliſſe, indignè ſupra modū hoc ferente Theodericho: Enneade octaua, libro ſecundo.

Cōſtātinopoli uerò Deuterius Arianorū fuit epiſcopus. Theodorus lector libro ſecundo. Et Anthemium in eodem loco Arianæ impietatis antiſtitē, Iohannes ſecundus pontifex Romanus damnauit. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo: Platina de Vitis pontificū, ſub Iohanne ſecūdo.

Carthagini in Africa fuit Ariana hæreſis. nam Procopius inquit, ex templo Cypriani eos à Chriſtianis ſacerdotib. pulſos eſſe. de bello Vandalico libro tertio. Magnam tamē paſsim in Africa Ariani crudelitatē etiā exercuerunt, ut idē lib. 4. teſtis eſt.

Thraſimundus quoq; Vandalorum rex, Arianæ perfidiæ addictus fuit. Paulus Diaconus lib. decimoquinto rerū Romanarū.

Gregorius uniuerſis epiſcopis Italię ſcribit, ut filios Longobardorum in hæreſi Ariana baptiſatos, ad fidem catholicam concilient: libro primo, indictione nona, epiſtola ſeptima. Item: In hac quæ nuper expleta eſt, Paſchali ſolennitate Longobardorū filios in fide catholica Antharith baptiſari prohibuit: pro qua culpa, diuina maieſtas eum extinxit, ut ſolennitatem Paſcalem ulterius non uideret. ibidem.

Clodoueum, ait Gregorius Turonenſis, propterea Pictauis bellum intuliſſe, quia ibi Ariana hæreſis uigebat: eaque occaſione ſuum regnum dilatauit. libro ſecundo Hiſtoriarum, capite trigeſimoſeptimo.

Procopius ſcribit: Longobardos ad Iuſtinianum dixiſſe, ſe cum Romana eccleſia ſenſiſſe. Verùm Gepides Arianæ doctrinæ adhæſiſſe, cum quibus ſibi nulla intercedat coniunctio. libro tertio de bello Gothico. Fuerunt tamen interdū horum quoque reges Arianiſmo corrupti.

Nauclerus ſcribit, Gotthos Arianam doctrinam uſque ad Leandri epiſcopi Hiſpalenſis tempora ſecutos eſſe, qui eos primū ad orthodoxam fidem reduxerit. ſecundo uolumine, Generatione decimanona.

In Hiſpaniam Vandalos à Beliſario pulſos, Arianam peſtem attuliſſe, licet eius ſemina ante quoque ibi eſſent teſtis: eſt Sabellicus Enneade octaua, libro quinto.

Refert Gregorius Turonenſis lib. ſexto, capite decimooctauo, regem Hiſpaniæ in eo fuiſſe errore, ſicuti & cæteri Ariani, quòd Spiritus ſanctus non ſit Deus: eo quòd in ſacris literis non uocaretur Deus. uerùm Gregori⁹ oppoſuit illa dicta: Deus ſpiritus eſt, Iohannis quarto. &: Non es mentitus hominibus, ſed Deo: Actorum quinto. Item 1. Corinth. 12. Recenſet & Blondus

Leoni-

Leonigildum,ſeu (ut alij appellant) Leuuigildum, hæteſin Arij in Hiſpanias reuocaſſe,ac pertinacitet defendiſſe: lib. octauo.

Leuuieldus,ſeu Leuuigildus quidē (ut Sigebertus habet) tex Veſtgotthorū, adeò flagrauit zelo Arianæ doctinæ, ur propriū filium detrectantē Arianæ cōmunioni participate, ipſa Paſchatis nocte in carcere ſecuri petcuſſetit, circa quingenteſimū octuagesimumnonum Domini annum, ut Sigebettus annotat. Pœnitentiam autē eum egiſſe, Gregorius Turonenſis ſcribit libro octauo Hiſtoriarum,capite 46.

In Libya etiā fuetunt Atiani,poſtea uerò liberati.Ptocopius:Euagrius libro quatto, capite 16. Nam Honorichus, Gizerichi ſucceſſot, rectè ſentientes ignibus & alijs tormentis peremit.

HYPOTHESES.

Fulgentius aliquot Arianorū bypotheſes tecitat: ut,Filium Dei non eſſe unius cum patre ſubſtantiæ. libto tertio ád Monimú. Animam humanā non eſſe in Chriſto, Spiritum ſanctum non eſſe Deum: ad Donatú. Sactificium ſoli patti conuenire, non filio. Setmone de Epiphania.

Recenſet diſputationē quandā ſuā Gregorius Turonenſis,cum Atiano: quæ cum refutationē utilem cōtineat, adſcribemus. Sic igitur libro quinto Hiſtotiarum, capite quadtageſimotertio inquit: Leuuieldus uerò rex Agilanem legatum ad Chilpericum mitiit,uirum nullius ingenij aut diſpoſitionis tatione peritum, ſed tantum uoluntate in Catholica lege peruerſum. quem cum uia Tutonos detuliſſet, laceſſete nos de fide & impugnare Eccleſiaſtica dogmata cœpit. iniqua enim,inquit, fuit antiquorum epiſcopotum lata ſententia, quæ æqualem aſſetuit filium patri:nam qualiter (inquit) poterit patri eſſe æqualis in poteſtate, qui ait,Pater maiot me eſt? Non eſt ergo æquū, ut ei ſimilis æſtimetur,quo ſe minotē dicit, cui triſticiam mortis ingemit,cui poſttemò moriens ſpiritū quaſi nulla præditus poteſtate cōmendat? Vnde patet, eum & ætate & poteſtate patetna minorē. Adhæc ego intertogn: Si crederet IESVM Chriſtum filium Dei eſſe, ſi eundemq; eſſe Dei ſapientiam,ſi lumen,ſi ueritatem,ſi uitam,ſi iuſticiam fateretut? Qui ait: Credo hæc omnia eſſe filium Dei.Et ego: Dic etgo mihi, quádo ergo pater ſine ſapientia, quando ſine lumine,quando ſine uita, quando ſine ueritate,quando ſine iuſticia fuerit? Sicut enim patet ſine iſtis eſſe non potuit, ita & ſinē filio eſſe non potuit, quæ maximè ad Dominici nominis myſterium captantut. Sed nec pater eſſet utique, ſi filium non haberet. Quod autem eum dixiſſe ais, Pater maiot me eſt: ſcias, hoc eum ex aſſumptæ carnis humilitate dixiſſe: ut cognoſcas, nō poteſtate, ſed humilitate te fuiſſe redēptū. Nam tu qui dicis, Pater maiot me eſt,opottet te meminiſſe quòd alibi ait, Ego & pater unum ſumus. Nam & mortis timor, & commendatio ſpiritus, ad infirmitatē corporis eſt referenda: ut ſicut uerus Deus, ita & uerus homo credatur. Et ille: Cuius quis implet uoluntatem, eo & minot eſt. Sempet filius minot eſt patre,quia ille facit uoluntatem patris, nec pater eius uoluntatem facete comptobatur. Ad hæc ego: Intellige,quia pater in filio, & filius in patre, in una ſemper deitate ſubſiſtit. Nam ut cognoſcas patrem filij facere uolūtatē, ſi in te fides Euágelica manet, audi qd ipſe IESVS Deus noſter, cum ad reſuſcitandum uenit Lazatum,ait:Patet, gratias ago tibi, quoniā audiſti me, & ego ſciebam quia ſemper me audis: ſed proptet tutbam quæ citcumſtat, dixi,ut credant quia tu me miſiſti. Sed & cum ad paſsionem uenit, ait: Pater clarifica me claritate quá habui apud temetipſum, priuſquá mundus fieret. Cui pater de cœlo reſpondit: Et clarificaui, & iterum clarificabo. Aequalis eſt ergo filius in Deitate, non minor: ſed nec aliquid minus habens. Nam ſi Deum confiteris, nec eſſe eſt integrū fatearis, & nihil egentem: ſi uerò integrum negas, Deum eſſe non credis. Et ille: Ex aſſumpto homine cœpit filius Dei uocitari. nam etat, quando non erat. Et ego: Audi Dauid dicentē ex perſona patris: Ex utero ante luciferum genui te. Et Iohannes Euágeliſta inquit: In ptincipio erat uetbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus etat uerbum: boc ergo uetbum cato factum eſt, & habitauit in nobis, per quem facta ſunt omnis. Nam uos cæcati ueneno perſuaſionis, nihil dignum de Deo ſentitis. Et ille: Núquid & Spiritum ſanctū Deum dicitis, aut æqualem patri filioq; decetniris? Cui ego: Vna in tribus eſt uoluntas, poteſtas, operatio: unus Deus in trinitate, & trinus in unitate. Tres perſonæ, ſed unú regnum, una maieſtas, una potētia, omnipotentiaque. Et ille: Spiritus ſanctus, inquit, quē æqualem patri profettis, ac filio, utriſq; minor accipitur: quia & à filio promiſſus: & à patre legitut miſſus. Nemo enim ptomittit, niſi quod ſuæ dominationi ſubſiſtit: & nemo mittit, niſi inferiotem ſe. ſicut ipſe ait in Euangelio: Niſi ego abieto, Paracletus ille non ueniet: ſi autē abiero, mittam illú ad uos. Ad hæc ego teſpondi: Bene filius ante paſsionem ait, quia niſi ille ad patrem uictor remeauetit, ac ptoprio ſanguine redempto mundo dignum Deo ex homine ptæparet habitaculum, non poteſt ſpiritus ſanctus,

ſanctus, idem Deus in corpore fanatico, & originalis criminis labe infecto, deſcendere. Spiritus enim ſanctus (ait Salomon) fugiet fictum. Tu autem, ſi ſpem aliquam reſurrectionis habes, noli loqui aduerſus Spiritum ſanctũ: quia iuxta ſententiã Domini, in Spiritum ſanctũ blaſphemanti non remittetur neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Et ille: Deus eſt qui mittit, nõ eſt Deus qui mittitur. Adhæc ergo interrogo: Si crederet doctinam Petri & Pauli apoſtolorum. Reſpondente autem eo, Credo: adieci: Cum argueret Petrus apoſtolus Ananiam fraudis furtiuæ, uide quid dicat: Quid tibi uiſum eſt, mẽtiri Spiritui ſancto? nõ es enim mentitus hominibus, ſed Deo. Et Paulus, cum gratiarum ſpiritualium diſtingueret gradus, hæc omnia (inquit) operatur unus atq; idem Spiritus, diuidens unicuique prout uult. Qui enim quod uoluit facit, in nullius redigitur poteſtatem. Nam nos, ſicut ſuperius dixi, nihil de trinitate ſancta rectè ſentitis: & quàm iniquæ ſit huius ſectæ peruerſitas, ipſius autoris ueſtri, ſcilicet Arij, expreſsit interitus. Ad hęc ille reſpondit: Legem quã non colis, blaſphemare noli. Nos uerò, quæ creditis, etſi non credimus, non tamen blaſphemamus: quia non deputatur crimini, ſi & illa & illa colantur. Sic enim uulgato ſermone dicimus: non eſſe noxium, ſi inter gentiliũ aras & Dei eccleſiam quis tranſiens, utraq; ueneretur. Cuius ego ſtulticiam cernens, aio: Vt uideo, & gentiliũ defenſorem, & hæreticorum aſſertorem te eſſe manifeſtas, cum & eccleſiaſtica dogmata maculas, & Paganorum ſpurcitiã prædicas adorari. Satius, inquio, faceres, ſi ea te armaret fides, quam Abraham ad ilicem, Iſaac in ariete, Iacob in lapide, Moſes uidit in ſente: quam Aaron portauit in logio, Dauid exaltauit in tympano, Salomon prædicauit in intellectu: quam omnes patriarchæ, Prophetæ, ſiue lex ipſa uel oraculis cecinit, uel ſacrificijs figurauit: quam & nunc præſens Martinus noſter ſuffragator uel poſſedit in pectore, uel oſtendit in opere: ut & tu cõuerſus crederes inſeparabilem trinitatẽ, & accepta à nobis benedictione, purgatoq; à malæ crudelitatis ueneno pectore, delerẽtur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, & neſcio quid quaſi inſanus frẽdens, ait: Ante anima ab huius corporis uinculis emigret, quàm ab ullo religionis ueſtræ ſacerdote benedictionem accipiam. Et ego: Nec noſtram Dominus religionẽ ſiue fidem ita tepeſcere faciat, ut diſtribuamus ſanctũ eius canibus, ac precioſa margaritarũ ſacra porcis ſqualentibus exponamus. Ad hæc ille relicta altercatione, ſurrexit, & abijt. Sed poſt hęc, cum in Hiſpanias reuerſus fuiſſet, infirmitate debilitatus, ad noſtrã religionẽ neceſsitate conuerſus eſt.

¶ Addemus & alteram eiuſdem autoris collationẽ, cum Oppila Hiſpanorũ legato. Sic inquit libro ſexto Hiſtoriarũ, capite 40. Cumq; ego ſollicitus requirerem, quid crederet? reſpondit: Credo patrem & filium, & S. ſanctũ unius eſſe uirtutis. Cui ego reſpondi: Si hæc, ut aſſeris, credis, quæ obſtiterit cauſa ut de ſacrificijs quæ Deo offerim⁹, cõmunicare differres? Et ille: Quia, inquit, gloriam non rectè reſponderis. Nam iuxta Paulum apoſtolũ nos dicimus: Gloria Deo patri per filium. Vos autem dicitis: Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto. Cum Doctores Eccleſiarum doceant, patrem per filium nunciatum fuiſſe in mundo, ſicut ipſe Paulus ait: Regi ſeculorũ immortali, inuiſibili ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorũ, per IESVM Chriſtum Dominum noſtrum. Et ego reſpondi: Patrem per filium annunciatum, nulli catholico eſſe incognitũ reor. Sed ſic prædicauit patrem in ſeculo, ut & ſe uirtutibus oſtenderet Deum: ut quia mundus patriarchis & prophetis, atq; ipſi latori legis non crediderat, ſaltem uel filio crederet. Ideoq; neceſſe eſt ut ſub ſignificatione perſonarũ gloria detur Deo. Dicimus ergo: Gloria Deo patri, qui miſit filiũ: gloria Deo filio, qui ſanguine ſuo redemit mundũ: gloria Deo ſpiritui ſancto, qui ſanctificat hominẽ iam redẽptũ. Nã tu qui dicis, Gloria patri per filiũ, adimis gloriã filio, quaſi ipſe nõ ſit glorioſus cũ patre, propterea quòd eum annũciauit in mũdo. nunciauit, ut dixim⁹, filius patrem in mundo, ſed multi non crediderunt, dicente Iohanne Euangeliſta: In propria uenit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autẽ receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nã tu qui Paulo apoſtolo derogas, & ſenſum eius non intelligis, percipe quàm cautè loquitur: & iuxta, ut recipere quis poteſt, aduerte qualiter prædicat inter gẽtes incredulas, ut nulli onus graue uideatur imponere, ſicut quibuſdã dicit: Lac uobis potum dedi, non eſcam. nondũ enim poteratis, ſed nec adhuc quidẽ poteſtis. Perfectorum enim eſt ſolidus cibus. Sed & alijs dicit: Nihil uobis prędicauit niſi Chriſtum, & hunc crucifixum. Nunc autẽ quid uis tu ô hæretice, quia Paulus Chriſtũ tantum crucifixum prædicauit reſurexiſſe, tu dubitas? aduerte potius cautelam eius, & uide aſtutiam. quid alijs dicit, quos robuſtiores uidebat in fide? Etſi, inquit, nouimus IESVM Chriſtum crucifixum, nunc autem iam non nouimus. Nega ergo tu accuſator Pauli, ſi tanta mentem dementia cœpit, quia nec crucifixus eſt. Sed quæſo relinque iſta, & audi conſilium melius, ad-

bibe

hibe collyria oculis lippis, & lucem prædicationis Apoſtolicæ percipe. Secundum enim homines loquebatur Paulus humiliarat, ut eos ad celſioris fidei faſtigia ſubleuaret, ſicut alibi inquit: Omnib. omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem. Nunquid homo mortalis non eſt daturus gloriam filio, quem ipſe pater non ſemel, ſed bis & tettiò glorificauit de cœlo? Auſculta quid de cœlis loquitur, cum idem filius deſcendente Spiritu ſancto ſub Ioannis manu baptiſaretur: Hic eſt, inquit, filius meus dilectus, in quo bene cõplacuit. Certè ſi oppilatas habes autes, ut iſta nou audias, crede Apoſtolis quid iu monte audierint, cum transfiguratus IESVS iu glotia loqueretur cum Moſe & Helia. Nempe de nube ſplendida pater ait: Hic eſt filius meus chariſsimus, ipſum audite. Adhęc hæretericus reſpõdit: Nihil in his teſtimonijs pater de gloria loquitur filij, niſi tantũ ipſum filiũ monſtrat. Et ego: Si enim iſta ſic recipis, proferã tibi aliud teſtimoniũ, in quo pater reddidit filium glorioſum. Veniente aũt Domiuo ad paſsionem, cum ille diceret, Pater glorifica filiũ tuum, ut filius tuus glorificet te: quid ei reſpondit de cœlo? Nonne ait: Et glorificaui, & iterum glorificabo? Ecce enim patet glorificat eum propria uoce, & tu ei gloriã conaris adimere? Voluntatẽ quidẽ oſtendis, ſed poteſtas nulla ſuppetit. Nam qui Pauli apoſtoli accuſator exiſtis, audi ipſum, imò Chriſtũ in ipſo loquentẽ: Omnis lingua cõfiteatur, quia Dominus IESVS Chriſtus iu gloria eſt Dei patris. Quod ſi nunc communis eſt cum patre gloria, & in ipſa qua nũc patet eſt glotia cõmoratur, qualiter eum tu quaſi ingloriũ exhonoras? aut cur non erit ei reddenda gloria inter homines, qui pari gloria cum patre regnat in cœlis? Confitemur ergo Chriſtũ filium Dei, Deum uerũ: ideoq́;, quia deitas una, & una erit gloria. Pòſt dato ſilẽtio, ab altercatione caſſatũ eſt.

¶ Refutat quoq; Fulgentius eos, qui dixerunt filiũ non eſſe uaturalẽ patris ex generatione filiũ, ſed nũcupatione duntaxat. Itẽ alterã falſam, nempe diuinã in Chriſto eſſe naturã: lib. 1. ad Thraſimundum. Peculiari etiam libello ad decem Arianorũ obiectiones reſpondet. Summa hæc eſt:

Prima obiectio Arianorũ: Si ex Deo natus eſt, eſt de intra Deus: Sed ſi non eſt de intra, nec ex ipſo eſt, ſi modò uocabula diuerſa apponuntur. Quid prodeſt, ſi ipſa ueritas non profiteatur? Reſponſio Fulgentij: Equidẽ dum nominantur pater & filius, in his duobus uominibus uocabulorum diuerſitas agnoſcitur. Quin potius per hæc duo diuerſa uocabula ſignificatur utriuſq; natura, quoniã iſtorũ nominũ diuerſitas nõ natutas diuidit, ſed ueritatem generationis oſtẽdit, ut ex uno uero patre unũ uerũ agnoſcamus filiũ extitiſſe. Ac ſic dum uera patris generatio & uera filij natiuitas prædicatur, in uno genitore & uno genito non ſolùm unitas ſubſtantiæ, uerùm etiam in unoquoque proprietas poſsit agnoſci perſonæ, ne aut ipſe putetur natus eſſe qui genuit, aut alius putetur eſſe qui natus eſt, quàm eſt ille qui genuit. Non enim ipſe eſt pater qui filius, quoniam in utroque perſonarũ proprietas reſeruatur, &c.

Secunda obiectio: Generationem eius quis enarrabit? Ergo nõ poſſunt noſſe. Reſponſio: Generatio quidẽ eius eſt inenarrabilis, ſed nõ ignorabilis. Neq; enim conſequens eſt, ut quod non poteſt enarrari, non poſsit ſciri, cũ ipſum Deũ nullus ualeat enarrare, nec impunè tamẽ alicui liceat ignorare. In tantũ uerò cognoſcibilis Deus eſt, cũ ſit inenarrabilis, ut quoſdã ob hoc inexcuſabiles pronunciet beatus Apoſtolus: Quia cũ coguouiſſent Deum, nõ ſicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt. Nã ſi à nobis Dominus nollet agnoſci, nõ dixiſſet: Si cognouiſſetis me, & patrẽ meũ utiq; cognouiſſetis, nec Philippũ dicentẽ: (Domine oſtende nobis patrẽ, & ſufficit nobis) hac increpatione corriperet dicens: Tanto tempore uobiſcũ ſum, & non cognouiſtis me? Philippe, qui uidet me, uidet & patrẽ. Hoc enim uerbo uoluit Dominus demonſtrare, totum in ſe inueniri quod quærebatur.

Terria obiectio. Generationẽ eius ita eſt rectè ꝓfiteri, ut dicit ipſe Dominus per Scripturas: Dominus creauit me initiũ uiarum ſuarũ, ante ſecula fundauit me. Et ſequitur: Et ante omnes colles genuit me. Et iterum Ego à patre prodij, & ueni in hunc mũdũ. Et iterũ: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Et poſtquã cognitus eſt in carne, profitetur de eo Euãgeliſta dicens: Et uidimus gloriã eius, gloriã tanquã unigeniti à patre, plenũ gratia & ueritate. Et Apoſtolus ait: Qui eſt primogenitus totius creaturæ. Ecce creatum, fuudatũ, & genitũ profitemur, ſine aliqua ambiguitate irrationabili. Reſponſio: In utraq; Chriſti natiuitate nõ fallitur, qui in Chriſto, Dei & hominis filio, & plenã ex patre diuinitatẽ, & plenũ ex matre hominẽ profitetur. Atq; ita in illo utrãq; ſubſtantiã uerã eſſe cognoſcit, dum quid æternitati, uel quid temporalitati congruat, fideli pietate diſtinxerit. Neq; enim ignorare debemus, ipſum in ſeculo, ſecundũ carnem, creatũ ex homine: qui ſine initio ſecundũ diuinitatẽ creatus eſt, generatus ex patre. In illa namq; natiuitate quæ initium non habet, ſempiternæ diuinitatis maieſtas agnoſcitur, in hac uerò ſempi-

ſempiternæ diuinitatis pietas inuenitur. Poſtea explicaţ dicta allegata.

Quarta obiectio. Inenarrabilis eſt generatio filij: Ergo nemo poteſt aſſerere, quòd ex patris ſubſtantia ſit natus. Reſponſio: Nos idcirco filium Dei de patris ſubſtantia natum, hoc eſt, de eo quod pater eſt, credimus & fatemur, quoniá quicquid ſubſtantia Dei non eſt, non poſſumus ut Deum uel adorare uel colere, (præceptum legis ſollicitius obſeruantes, quo dicitur: Audi Iſrael, Dominus Deus tuus, Dominus unus eſt: &, Dominũ Deum tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies) quẽ Deum, non patrẽ ſolũ credimus, ſed patrẽ & filium & ſpiritũ ſanctum. fides enim noſtra, qua unũ Deum colimus & timemus, nec unione perſonali contrahitur, nec ſubſtátiali diuerſitate deſiungitur: ne aut Deos gentiliter colamus, diuerſas colendo ſubſtantias: aut filium & ſpiritũ cũ Sabellio denegemus, non ſeruátes in Trinitate perſonas. Poſtea uerò Fulgen. adſtruit ſuá ſentẽtiá ex Eſaię 6. Numerorũ 6. Pſal. 66. 1. Corinth. 8. Rom. 2. Heb. 1. Splendor glorię & figura ſubſtátię eius. Sapien. 16. 1. Iob. 5. Qui diligit genitorẽ, diligit eum qui natus eſt ex eo. Poſtea idẽ rationibus quibuſdam euincit, quę in ipſo autore leguntur rectius.

Quinta. Abſurdũ eſt dicere uel credere, patrẽ & filium ingenitos eſſe. Reſponſio: Aequales quidem ſunt, non tamen ambo ingeniti, nec ambo geniti.

Sexta. Aliud eſt pater luminis, aliud uerò lumen. Reponſio: Subſtantialiter unum lumen ſunt pater & filius

Septima. Alius eſt pater, alius filius, alius ſpiritusſanctus: Ergo non eſt una natura in tribus Reſponſio: Eſt alius pater, alius filius, alius ſpiritus ſanctus: ſolum perſonali, non ſubſtantiali differentia.

Octaua. Fieret Deo iniuria, ſi per filium coleretur. Reſponſio: Sic eſt Dei uoluntas reuelata, & fili' eſt Deo ęqualis: ideo iniuria erga Deũ eſt, ſi fili' patre minor exiſtimatur.

Nona. Scriptũ eſt: Ex utero ante luciferum genui te. hoc eſt de carnali natiuitate dictũ. Reſponſio: Non de carnali, uerùm diuina Chriſti natiuitate hoc dictũ intelligi debet. ná præcedit: Tecum principiũ, &c. Et nomen uteri hic ꝓ diuina natura intelligitur.

Decima. Abſurdum eſt aſſerere, duos uel tres eſſe unum. Reſponſio: Nullis fraudibus aut proprijs aut alienis decipitur, qui Deum unũ ſic colit, ut in Trinitate nouerit nec perſonas confundere, nec ſubſtantiam ſeparare: & illam unam naturam unum Deum intelligit, in qua æternitatem ueræ diuinitatis agnoſcit.

Caſsiodorus pluribus in locis Arianos refutat. In explicatione dicti Pſalmi ſecundi, Hodie genui te, ſic ait: Dicendo Hodie, coæternitatem ſuæ maieſtatis oſtendit. Hodie enim apud Deum nullo initio incipit, nullo fine concluditur. Non enim ibi fuit, neq; erit, ſed ſemper manet, & ſemper eſt. Deinde ſubiungit: Quapropter ceſſent uaniloquæ diſputationes, & Ariani dogmatis perfidia conquieſcat. Hoc fides catholica, hoc ſanitas mentis intelligit, ut unigenitus filius à patre nec natura, nec tẽpore debeat, nec poteſtate ſeparari. Et dictum Pſal. 80. Non erit in te Deus recens, contra Arianos torquet: quia hoc dictũ oſtendere ait, uerbũ patris non eſſe ſub tempore, ſed eſſe ante omne principiũ, genitum de patris ſubſtátia ęquali, regnans per infinita ſecula ſeculorũ.

Inſignis pœna Olympij cuiuſdam, penè ab omnibus hiſtoricis memoriæ traditur. Fuit is temporibus Anaſtaſij præfectus Carthagini in Africa, acer Arianorum delitiorũ propuguator. is in publico, uel (ut alij referunt) in balneis Trinitatem deteſtans, mox tribus ictus fulminibus interijt. Sabellicus Enneade octaua, libro 2. Paulus Diaconus libro 15. Sed Henricus Erphordienſis ex Sigeberto, & Iſidorus, ſcribunt, ignea quædá iacula cœlitùs in ipſum eſſe demiſſa, & ſic combuſtum.

## DE EVTYCHETIS *hæreſi.*

DE ortu iſtius hæreſis ſuperiori Centuria diximus: uerùm in hac etiá durauit, natiođq; cothurnos induit.

De hac hæreſi, inquit Symmachus: Eutychianus furor Manichæorum ſuffragatur errori. in Apologetico.

Eutychetis hæreſis recitatur etiam lege ſeptima ſecundum Iuſtinianũ A. Cod. de ſumma Trinitate: Amens ille Eutyches uanas quaſdá opiniones inducit, & negat ex ſancta ſemper uirgine & Deipara Maria ueram incarnationem hoc eſt ſalutem noſtrá: neq; omnino confitetur conſubſtantialem patri ſecundum diuinitatem, eundemq́ue conſubſtantialẽ nobis ſecundũ humanitatẽ.

Boetius ita de ea ſcribit. Eutyches aſſeruit, tantũ abeſſe ut in Chriſto gemina perſona credatur, ut ne naturam quidem in eo duplicem oporteat confiteri. Ita quippe eſſe aſſumptum hominem, ut ſit ea adunatio facta cum Deo, ut natura humana non manſerit. Huius error ex eodẽ quo Neſtorij fonte prolabitur. Nam ſicut Neſtorius arbitratus eſt, nõ poſſe eſſe naturam duplicẽ quin perſona fieret duplex: atque ideo cum in Chriſto naturam duplicem cõfiteretur, duplicem credidit eſſe perſonam: ita quoque Eutyches non putauit naturam duplicem eſſe ſine duplicatione perſonæ. Et cum non confiteretur duplicem eſſe perſoná, arbitra

tus eſt conſeqnens, ut una uideretur eſſe natura. Itaq; Neſtorius rectè tenens duplicem in Chriſto eſſe naturam, ſacrilegè confitetur duas eſſe perſonas. Eutyches uerò rectè tenens unam eſſe perſonam, impiè credit, unã quoq; eſſe naturam. Qui conuictus euidentia rerum, qnandoquidem manifeſtum eſt aliam naturam eſſe hominis, aliam Dei: ait duas ſe cõfiteri in Chriſto naturas ante adunationem, unam uerò pòſt adunationẽ. Boetius de duabus naturis, & una perſona Chriſti. Item: At ita aiunt Eutychiani, ex duabus quidem oaturis Chtiſtum conſiſtere, in duabus uerò minimè. hoc ſcilicet intendentes, quoniam quod ex dnabus conſiſtit, ita unũ fieri poteſt, ut illa ex quibus dicitur conſtare, nõ maneant. ueluti cum mel aquę confunditur, neutrum maner, ſed alternm alterius copulatione corruptum, quiddam tertium fecit: ita illud quidem quod ex melle atq; aqua tertium fit, conſtare ex utriſq; dicitur, in utriſq; uerò negatur. Non enim poterit in utriſq; conſtare, quando otrorumq; natura non permanet. Catholici uerò utrũq; rationabiliter confitentur: nam & ex utriſque coofiſtere, &c.

Athanaſium imperatorem fuiſſe deditum Eutychianæ ſententiæ, narrat Symmachus in Apologetico: Zonaras tomo 3. pag. 45. Et Sigebertus inquit, eo nomine Vitalianũ populi inſtinctu contra eum inſorrexiſſe.

Fuit etiam iſta hęreſi corropta Theodota, uxor Iuſtiniani: ut refert Nauclerus uolumine ſecundo, generarione declma octaua. Imò & ipſum Imperatorem Eutychetis dogma ſecurum, & ab Agapito Romano antiſtite conuerſum eſſe, in Pauli Diaconi libro 16 exponitur. Neque uerò mirũ id fuit. nam Antbimus epiſcopus Cõſtantinopolitanus tantopore iſti dogmati erat addictus, ut ab Agapito inde abſtrahi minimè poſſet: ac tandem ſola eius eiectione potauit turbatæ Eccleſiæ conſulendum eſſe, ut refert Panlus loco prædicto: Platina in uita Agapeti primi. Sigebertus ea in annum Domini 533 refert. In epiſtola eccleſiæ Orientalis ad Symmachnm apparet, quàm borribiliter ibi iſta hæreſis ſęuierit. Nam inquinnt: Feſtina, & non retardare ad Orientis auxilium, magis autẽ ad maiores partes habitalis mondi: quia nõ tantum pro 120000 illis in magna quãdoq; cõſtitutis ciuitate Niniue, ſed à multo pluri mis ſpera expectari tuã poſt Deũ medicinã.

Nicepborus ait: In ſynodo Sidonenſi Orientales Palæſtinosq; epiſcopos (quib. pręfuete Soterichus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopns, & Xenaias Hierapolis (uebementer in ſynodum Chalcedonenſem inuectos eſſe: ac ſi qni alij, ipſos quoque omni opera in id incuboiſſe, ut Eutychetis & Dioſcori res in Oriente obtinerent. libro 16, capite 32.

In Francia quoq; aſſeclæ iſtius ſectæ fuerunt. Nam Sigebertos ſcribit, Alamindarũ Francorum regem, ut ipſe qnidem eum oocat, ab orthodoxis baptiſatum, mox tentatũ eſſe ab Eutychianis. uerùm iſta fabuloſa narratione eos retudiſſe, ad hunc modum. Literas ſe accepiſſe dixit, Michaelem arcbangelũ eſſe mortuũ. Eutychiani impoſsibile id eſſe contendebant, eo qnòd aogelorum naturæ non eſſent morti obnoxię, ut hominũ. Quo modo igitur, inquit, ſecundnm uos nudus crucifixus eſt Chriſtus, niſi duarum naturarum eſſet, quandoquidem nec angelus mori poteſt? idem Nicephorus libro 16, capite 35: & Zonaras tomo 3, ſub Anaſtaſio Dicoro.

In Scythis monacbi iſto errore faſcinati ſunt per Dioſcorum, Romaoi pontificis legatum: qua de canſa Romã profecti, ab Hormiſda iudicium de ea doctrina poſtulant. At Pontifex intellecta ipſorum in perſiſtendo pertinacia, ne alloquio qnidẽ eos dignatus eſt. Romæ tamẽ circiter quatuordecim menſes ſubſiſtunt: ac non modò publicè queruntur ſeſe non audiri, uerumetiam alijs ſuã ſententiam inſtillare conãtnr. Ea occaſione tandem urbe pelluntur. Hæc patent ex epiſtola Hormiſdæ ad Poſſeſſorem epiſcopũ: & Maxẽrij epiſtola, qna Scythicos monachos purgare ſtudet.

Petrum Alexandrinum Eutychianum ait Symmachus fuiſſe.

Contra Eutychianos uerò ita ſcribit Caſſiodorus: Hanc tamen regulam noueris in omnibus cuſtoditã, ut in eis Pſalmis & duæ naturæ, & una perſona eſſę declaretur, qoatenns ſalutari breniſsimoq; compendio & illi deſtruantor, qui duos filios eſſe mẽtinntur, & illi qni nnam natoram io Cbriſto Domino callida peruerſitate cõfingunt. Dicite qui uos potatis ſapiẽtiſsimos uiros, quid eſt illud quod ad Corinchios ſcribẽs aic Apoſtolus: Tnnc & ipſe filios ſnbiectus erit ei, qui ſibi ſubiecit omnia, ut ſit Deus omnia io omnibus? Nam ſi ex deitate & humanitate una natura facta eſſet, ut creditis, qoalis rogo ſubſtanria in ęternum patri poteſt eſſe ſubiecta? Reſtat ut nos Arianus error abſorbeat. Neceſſe eſt enim confiteri oos, quia uerbum patri poteſt eſſe ſubiectum. Quamuis aliqui patres, Chriſti membris hoc aptandũ eſſe putauerint. Quocirca parum tibi fortaſſe uiſum eſt, q; Eutychis etrore tenebaris obnoxius, oiſi te & Ariana calamitas iuncto faſce deprimeret? Autores, ſuos errores ſinguli damnaueruot: de te aotem qoid faciaot, quem duplex culpa ceodemnat? Mox uc ad conflictum ueneris, ſtatim Neſtorianum uocas orthodoxum. Habemus cootra te indicia tua. hoc alijs pro crimine dicis, quod tu tibi

perſua

perſuaſiſſe cognoſceris. in Pſalmum 20. Et in concluſione Pſalmi 71 inquit: Perpendamus auditores eximij, cõtra Eutychis & Neſtorij bella nefaria, olim nobis arma rectæ fidei fuiſſe prouiſa, ut in duabus naturis ueriſsimis atq; perfectis in una perſona exiſtere & permanere credatur Dei filius Domin⁹ Ieſus Chriſtus. Nam cum utramq; naturam in hoc Pſalmo reperiamus expreſſam, Eutychis prauũ dogma unam naturam defendẽtis expellitur. Cũ uerò una perſona Chriſti Dñi prędicatur, Neſtorij uenena dãnantur.

Hormiſdas Theoderico rege hortante ſynodũ prouincialẽ coegit, in qua damnationem Eutychianæ hæreſis renouauit. Miſit quoq; oratores, ex quibus duo fuerunt epiſcopi, nempe Ennodius Ticinenſis epiſcop⁹, Fortunatus Catinẽſis, & Venãtius urbis Romæ presbyrer, & Vitalis diaconus (ut Nauclerus Generatione 18. uolumine 2. eos nominat) ad Græcos, pręſertim uerò ad Ioannem Conſtantinopolitanũ, qui Eutychiana hæreſi infectus, legatos Romani pontificis contumelia affecit: ac donata ruinoſa naui iuſsit in Italiã reuerti. Anaſtaſius autẽ Hormiſdę decretis ſubſcribere noluit. Blondus decade prima lib. 3 Platina de uitis Pontificum, ſub Hormiſda primo.

Laborauit & Iuſtinus Imperator in extirpandis hæreſibus, paſsim in Oriẽte flagrantibus: ut Blondus ibidem teſtatur.

Iuſtinianus Eutychetis, Neſtorij & Apollinarij errores damnat lege ſeptima, ſecũdũ Imp. Iuſtinian. A. Cod. de ſumma Trin.

Symmachus quoq; ſtrenuè iſtã peſtẽ oppugnauit, ut in Apologetico ipſius uidere eſt. ac de Eutychianorũ natura inquit: Non mirũ, ſi catholicos perſequũtur Manichæorum patroni, cũ falſitas non poſsit non perſequi ueritatẽ. Non mirũ ſi in orthodoxos ſæuiãt, quib. poteſt cum cunctis hæreſibus conuenire: & uniuerſis erroribus amici, nõ poſsint niſi ſolis eſſe non errãtibus inimici. Sed prauitatis complex, nõ poteſt niſi eum perſequi, qui eſt prauitatis.

DE QVATERNITATE
*adoranda.*

ANaſtaſi⁹ ſine dubio à peſsimis Eccleſię doctorib. inſtigatus & faſcinatus, edixit, non Trinitatẽ deinceps, ſed Quaternitatem adorandã eſſe. ob quod facinus & & fulmine percuſſus, animam efflauit. Pomponius Lætus, de hoc Imperatore: Paulus Diaconus: Blondus lib. 3. decade prima.

ACEPHALORVM HAERESIS.

ACephalorũ hæreſis circa annũ Domini 526. ut Sigebertus annotat, extitit: 9. anno Iuſtini ſenioris Imperatoris. Inde dicti Acephali, hoc eſt abſq; capite, quòd autor eius ſententię certus ignoraretur. Impugnarunt autẽ ſententiam Chalcedonenſis ſynodi, ac fuerunt rami Eutychianorũ.

DOGMATA EORVM.
*De Chriſto.*

Negabat duarum naturarum proprietatem in Chriſto, unam tantum in una perſona eius affirmantes. Hartmannus Schedel.

*De miniſterio.*

Dicũt Paolũ in Epiſtolis præcepiſſe, etiã fœminas debere fieri diaconas: qa eas poſt diaconos commemorat. Sigebertus.

Iſidorus in Chronico ait, quòd Iuſtinus ſenior Acephalorum hæreſin ſynodo Chalcedonenſi damnaram, & ipſe exploſerit.

Ruſticus uerò diaconus peculiari & erudito ſcripto, qđ adhuc hodie extat, grauiter Acephalorum inſanias refutauit: Cyrilli, Athanaſij, & aliorum teſtimonia opponens.

DE SEVERITIS ET
*Aphthardocitis.*

PRopago Eutychianorũ & Seueritæ fuerunt, à Seuero (cuius etiam in Quinta Centuria obiter facta eſt mentio præcipuo eius factiõis duce, ſic appellati: qui fuit Antiochiæ epiſcopus. Fuit & hęc ſecta Acephalorũ dicta, quia in ſententijs affines fuerũt: itẽ Aphthardocitæ, propter doctrinã quam aſſeuerarunt. Gregorius appellat eos Monophyſitas, lib. 10. indict. 5. epiſtola 55.

HYPOTHESES SEV DOGMATA.
*De Chriſto.*

Diuinitatem & humanitatẽ unius Chriſti eſſe unam naturam. Nicephorus lib. 16. cap. 33. Euagrius lib. 3. capite 33.

Naturam humanã in Chriſto ante paſsionem non fuiſſe obnoxiam affectionibus, ut aliorũ hominũ copora, ſponte tamen ſe ſubieciſſe. Nicephorus lib. 17. cap. 29.

Diſputauit de corruptibili & incorruptibili. Zonaras tomo 3. ſub Iuſtino Thrace.

Synodum Chalcedonenſem audacter & acriter damnauit.

Miſit autẽ Seuerus literas ad diuerſas Eccleſias, quibus plurimas contentiones & diſſenſiones, tum inter doctores Eccleſiæ, tum etiam inter populum excitauit: ut teſtis eſt Euagrius lib. 4 cap. 4. ac multos quidem ibi ſeduxit. Adſtipulatores enim habuit Seuerus Marinum Berytanum epiſcopũ, atq; alios non paucos. Euagrius lib. 3. cap. 33.

Antiochiæ Paulus Seueri ſucceſſor, eius quoq; partes in doctrina ſecutus eſt. Euagrius lib. quarto capite quarto.

In ſolitudinibus quoque, quas Limetas uocant, potiſsimùm Seueri dogmata regnabant, ubi & Gregorius Antiochenus epiſcopus iuſſu Imperatoris plurimos ad Catholicam fidẽ reducere eſt conatus. Euagrius libro ſexto capite uigeſimotertio.

Apparet & Petrum Apameæ Syriæ epi-

ſcopum, & Zoaram monachum, Seuero conſenſiſſe. unà enim cum ipſo in ſynodo Conſtantinopolitana damnantur. Accuſati etiam ſunt anabaptiſmi, & aliorũ facinorũ. Nicephorus lib. 17 cap. 9. Et Iohannẽ epiſcopum Hieroſolymorũ eiuſdem fuiſſe ſententiæ, Idem ſcribit libro 16. capite 34. qui tamen conuerſus eſt.

Adhæſerũt Seuero & Dioſcorus & Petrus Mongus, Eutychis ſectatores. Euagrius lib. tertio, cap. 31. & libro quarto, cap. 4.

Conſtantinopoli, & Alexandriæ quoq; iſte error hæſit. nã Baſilides Conſtantinopolitanus, & Anthimus, & Theodoſius Alexandrinus Seueri, ſeu potius Eutychis dogmati adſtipulati ſunt. Euagrius lib. 4. cap. 9. & 10. & Nicephor' lib. 17. cap. 7. & 8. Scribit Euagrius, Iohannẽ Alexandrinum quoq; ſucceſſorẽ prioris Iohãnis, accepiſſe literas enthroniſticas à Seuero ſicuti & Dioſcorũ ac Timotheũ, ex quib' plurimę ſint in Eccleſia exortę contẽtiones, lib. 4. ca. 4.

In altera autem ſynndo Conſtãſtinopolitana lex contra Seueri ſcripta eſt lata. Celebrauit & Hormiſdas contra eius libros Synodũ: ut Nicephorus lib. 17. cap. 9. refert.

Iuſtinus ſecundus Antiochena ſede expelli Seuerum iuſsit. Fuga itaque elapſus Aegyptũ quoq; ſuis ſpinoſis diſputationib. perturbauit. Zonaras tomo tertio, ſub Iuſtino Thrace: Euagrius lib 4. cap. 4. ubi & de pœna, qua debi i ſet affici, quędam narrãtur, infrà in uitã Seueri à nobis reiecta.

Vxor Iuſtiniani Imperatoris Theodora illis aſſentiens, qui unam in Chriſto duntaxat eſſe naturã contendebant, perſuaſit Iuſtiniano, ut Seuerum reuocari curaret: ut ſcribit Euagrius lib. 4. cap. 10. Sed mox undecimo capite narrat, quomodo Iuſtinianus legem publicè per Eccleſias promulgarit, qua Seuerũ cũ ſuis aſſeclis ſeueriſsimè damnauit & anathematizauit: pœnis quoq; erga illos propoſitis, qui eorũ dogmata ſecuturi eſſent. Rurſum ait idem autor libro 4. cap. 39 ſcribit, Iuſtinianũ edictum conſcripſiſſe, in quo corpus Domini incorruptibile uncauit, naturaliumq; & inculpatarũ paſsionum haudquaquã capax fuiſſe dixit: Sic Dominum ante paſsionẽ comediſſe, quẽadmodum poſt reſurrectionẽ manducauit: nec ſacroſanctum illius corpus aliquã mutationem aut alterationem inde ab eo quo in utero formatum eſt, neq; in uoluntarijs neq; in naturalibus paſsionibus, ne poſt reſurrectionẽ qdẽ accepiſſe aſſerẽs. cui opinioni ſacerdotes paſsim conſentire coegit.

¶ Poſtremò reſutarionẽ quandã ex Nicephori lib. 17. cap. 29. adſcribemus, qui ſic inqt: Seueri doctrina ex Eccleſia eiecta, itẽ Origenis, Didymi & Euagrij, aliorũq; : nec non ante hos Anthimi, Petri & Zoaræ impiorũ hominũ. Seueritæ, quos diximus à Iuliano Halicarnaſſeo & Gaino progreſsi ſub pietatis prætextu cũ quibuſdã fortiter congreſsi, eis perſuaſere, quòd ea quam ex uirgine ſaluator Chriſtus aſſumpſit caro, ante paſsionẽ incorruptibilis fuerit. Quorũ iſta fuerunt uerba: Nos quidẽ per neceſsitatem naturę affectiones eius, famem ſcilicet & ſitim, & reliquas circũferimus. Chriſtus uerò, utpote qui ſponte ſua paſſus ſit, non itidẽ atq; nos, naturę legibus ſubſeruijt. Aduerſus, quæ homines pij retulerunt: Quamuis ſpontanea Chriſti paſsio fuerit, æqualem tñ noſtræ fuiſſe. Quomodo uerò poſſet, qđ qualicũq; tandẽ modo pateretur, id incorruptibile ꝓpriè, & nõ corruptibile, perinde atq; de nobis ipſis loquimur, dici?

Ad quod illi rurſum: Quo modo uos corp' Chriſti incorruptibile poſt reſurrectionem, & nobis ὁμοούσιον, hoc eſt conſubſtantiale dicitis: eodem modo & nos incorruptibile id ante reſurrectionẽ dicentes, ὁμοούσιον conſubſtantiale id nobis eſſe confitemur. Contra hæc noſtri rurſus intulerunt: Tametſi corpus Dominicum incorruptibile poſt uiuificam reſurrectionẽ confiteamur, non natura tamen id incorruptibile eſſe dicimus, ſed gratia.

Illi contrà: Quod etiam ante reſurrectionem per diuinam gratiam incorruptibile fuerit. Noſtri rurſum: Eã quę de Chriſto dicuntur, hoc minimè admittere, reſponderunt. Ante reſurrectionem namque & eſuriiſſe, & ſitiiſſe, atque alia paſſum eſſe dicitur. Quomodo autem id quod talibus perpeſsionibus ſubditum eſſet, incorruptibile eſſet? Poſt reſurrectionem ſanè nihil quicquam talium perpeſſum eſſe legitur. Quapropter ſatis inde manifeſtum eſſet, ante reſurrectionem corruptibile fuiſſe Domini corpus, poſt reſurrectionem uerò extitiſſe incorruptibile. Quod namque cibum poſt reſurrectionẽ cepeiit, non id famis gratia, ſed per œconomiã ſeu per diſpenſationem manifeſtæ ex mortuis reſurrectionis ab eo eſt factum, ut exhiberet ſe, etiã fixuras oſtẽdit, ut reuera ſe ſurrexiſſe, neq; ſpectrũ eſſe ꝓbaret. Proinde ſcripturã nõ dicere, quòd poſt reſurrectionẽ ex mortuis uel eſuriens manducauerit, uel ſitiens biberit: ſed quòd ſimiliter tantũ ederit & biberit, ꝓpterea qđ incorruptibilis poſt reſurrectionem fuerit. Quòd ſi fortè ſanctorũ etiã quorundã oracula illi adduxere, in corpus Domini corruptionẽ non cadere: de alia corruptione, quàm quæ nunc ꝓpoſita eſſet, illos uerba facere, noſtri dixẽre. Corruptionis enim uocabulũ duo ſignificat. Eius enim nomine naturales iſtę & irreprehenſibiles carnis affectiones

ſectiones ſiue perpeſsiones ueniunt, ſitis ſcilicet, fames, fatigatio, & angor, & aliæ. Ad quē modū corruptibile Domini corp⁹ utpote ὁμοούσιον conſubſtantiale nobis dicimus. Eas quippe perpeſsiones omnes uoluntate ſua Deus uerbum, propterea quòd homo ꝓpriè & uerè factus ſit, ſuſcepit. Atq; hoc ipſo modo Domini corpus incorruptibile dicere de Iuliani Halicarnaſſei & Gaini ſententia, ſummæ impietatis eſt. Et corruptio quidē una hæc eſt. Eſt autem & alia, corporis ſcilicet in ea elementa ex quibus cōpoſitum eſt ſolutio, & carnis ipſius inquinatio: iuxta quā ſignificationē & nos corpus Domini incorruptibile ꝑdicamus, quod inquinamentū nullū inuadere & pertingere potuerit. Poſt diuinā quidē reſurrectionem, etiā ſecundū priorem uerbi corruptionis ſignificationē, incorruptibilem carnis Domini aſſumptionē eſſe ſentimus: ſicuti & corpora noſtra poſt reſurrectionē Deo dante erunt, ante reſurrectionem uerò ſecus. Atq; hæc ipſa eſt Aphthartodocitarū hæreſis, qua multi mortales ſunt correpti, non ſolū ex eis qui honores & magiſtratus geſſerūt, ſed etiā Hierarchię primarij, & monachi uita illuſtres, & ex ſacerdotali ordine alij: atq; adeò ipſe etiā Imperator Iuſtinianus. Et is plurimū ei opinioni inhæſit, nō altius tale dogma inueſtigans: uerùm uerbi ipſius ſignificationi acrius inſiſtens, uidelicet q haudquaquā tale quiddā de Chriſto ꝓpter ſummum ipſius erga illum amorē & deſiderum, audire conſtituerit.

Lex quoq; lata eſt, Seueri ſcripta conſeruari nō debere: atq; ſicubi reperirētur, igni mox tradenda: ſin minus, capitis ſupplicio in eū animaduertēdū, qui eiuſmodi ſcripta aſſeruāda ſtatueret. Idē Hormiſdas Romæ in ſynodo decreuit. Nicephorus li. 17. cap. 9

Quidā aūt intellecta fraude & pręſtigijs, reuerſi ſunt ad uiam ueritatis: ut epiſcopi ſub Apamia, Iſauri. Euagrius lib. 3. cap. 33.

Oppoſuerunt ſeſe iſti impoſtori & tyranno Seuero, Iulianus Boſtrēſis, Epiphanius Tyri, Petrus Damaſcenus, Mamas, monaſteria in Palęſtina, et alij nōnulli: inter quos & quidā locis ſuis ob crudelitatē Seueri diſceſſerunt. Euagrius lib. 3. cap. 33. Et Coſmas Epiphaniæ epiſcopus, Orous, & Seuerianus Arethuſæ. idē cap. trigeſimoquarto.

## DE MANICHAEIS.

Zizania quoq; Manichęorū, quibuſdā in locis hoc tempore fuerūt reliqua. Nicephorus enim & Theodorus Lector ſecundo libro, memoriæ tradiderunt, purpuram Anaſtaſij læticiam quandam Manichæis attuliſſe: atque in ſpem ueniſſe eos, mutationem nunc aliquam rerum ſibi opportunam futuram eſſe. imò addit, Anaſtaſium leges libertatis hæreticis dediſſe. Facit & Theodorus cuiuſdam archidiaconi Ioānis mentionē, q Manichęi dogmata ſecutus ſit

Olympiodorus ita dogma quoddam eorum recitat: Manichæi animas huc & illuc transferri aſſerunt. Immortales quidem illas eſſe aiunt, ſed omnia ſubire corpora, tam hominum quàm brutorū, reptilium quoq; ac plantarum. in Eccleſiaſten capite tertio.

Romæ quoq; ſubinde iſta lues Manichęorum pullulauit, adeò ut Symmachus neceſſe habuerit eos urbe pellere, eorūque libros in ueſtibulo Conſtantinianę baſilicæ publicè igni tradere, ut eo exemplo plures abſterrerentur: ut annotat Sabellicus Enneade octaua, libro ſecūdo: & Platina de Vitis pontificum, ſub Symmacho primo.

De Manichęis in Sicilia reprimēdis, ſcribit Greg. lib. 4. indictione 13. epiſtola 6.

In Perſia iſta lues quoq; ſæuijt. Theodorus quidē ſcribit, Manichæos primarias in Perſia ſedes habuiſſe uſq; ad illud tempus quo per Coaden Perſarum regē Chriſtianiſmus ſit propagatus.

Memorabilis etiā à Paulo Diacono hiſtoria refertur libro 15. quomodo epiſcopus Manichęorū Indagarus, unà cum omnibus ſectatoribus iſtius hæreſeos, una die ſint deleti. Nam Manichæi filio Cabadæ regis Perſici, cui Phatuarſan (uel, ut alij nominant, Pharſuaſan) erat nomen, perſuaſerant, ſeſe ei precationibus impetraturum regnum, & curaturum ut parens ſponte ſeſe regno abdicans, maieſtatē eius in ipſum repudiatis alijs filijs transferat, modò ad Manichęorū dogma accipiendum & propagandum ſeſe obſtrinxerit. Filius regnandi cupidus, largiter promittit ſe facturum omnia. Re autē ad parentem relata, iubet omnes Manichęorum ſententiā probantes, Magos quoq; & Chriſtianos omnes conuenire, ſimulans ſeſe regnū iſti filio traditurum. Adſunt Manichæi omnes magna alacritate, ſperantes iam ſe uoti compotes eſſe futuros. Iubet igitur omnes ſectatores eius doctrinæ à reliquo cœtu ſegregari, ut quibus filium Phatuarſanem uiuus adhuc daturus eſſet regē. quo facto, exercitum in eos immittit, unoque impetu omnes delet, ſicut etiam alibi narratur. Sigebertus annum Domini 526 annotat.

## DE NESTORIANIS.

Duraſſe hoc adhuc tempore Neſtorianorū etiā contagium, Maxentius teſtatur. Nam Poſſeſſorem, ad quem Hormiſdas papa ſcribit, ait fuiſſe Neſtorianum.

Maxentius in reſponſione ad Hormiſdā inquit: Neſtorianos dicere Chriſtum unū in Trinitate, non ex Trinitate. Item: Trinitatem habitare in Chriſto.

Item, Chriſtum quidem eſſe Deum & hominem: uerum eſſe Deum non naturâ, ſed uocatione duntaxat, ſicut Moſes. Argumenta autem ſumunt tantum ex dictis quæ de humanitate Chriſti loquuntur, quæ Maxentius prolixè perſequitur.

Item, credunt duos filios.

Item ait, Neſtorianos facere quaternitatem, non trinitatem,

¶ Refutat autem Maxentius ſic: Si Deus uerbum eſt Chriſtus, Chriſtus Deus uerbum, ſicut Catholica credit ſanitas: quomodo non eſt Chriſtus unus ex Trinitate, ſi una perſona eſt Deus uerbum ex Trinitate? Niſi fortè Deum uerbum ſiue Chriſtum aliquid aliud præter naturalis perſonæ aſſerunt eſſe uocabulum, quod credo nullus unquam auſus fuit hæreticorum dicere. Si autem Deum uerbum ſiue Chriſtum non aliud aliquid, ſed naturalis perſonæ uocabulum eſſe intelligunt: quomodo non eſt Chriſtus unus ex Trinitate, ſi una naturalis perſona eſt idem Chriſtus ex Trinitate? Sed in his tenebris ideo deuoluuntur, quia non iuxta compoſitioné Deum uerbũ, & ab eo ſuſceptam naturam humanam, unum intelligunt Chriſtum: ſed iuxta alterius in altero habitationem, ſicut ſuperius docuimus, ſiue ſecundum gratiam duarum perſonarum ſocialem unitionem unam perſonam Chriſtum intelligunt.

Contra Neſtorianos quoque hac ætate doctores præclarè ſcripſerunt. Gregorius ait: Quidam hæreſiarches dixit, Non inuideo Chriſto Deo facto: quoniam ſi uolo, & ipſe poſſum fieri. Qui IESVM Chriſtum Dominũ noſtrum non per myſterium conceptionis, ſed per profectum gratiæ Deum putauit, peruerſa allegatione aſtruens, eum purum hominem natum: ſed ut Deus eſſet, per meritum profeciſſe, atque ob hoc æſtimans & ſe & quoslibet alios poſſe ei coæquari, qui filij Dei per gratiam fiunt: non intelligens, non attendens, quia non adæquabitur ei topazium de Aethiopia. Aliud eſt enim, natos homines gratiam adoptionis accipere: aliud, unum ſingulariter per diuinitatis potentiam Deum ex ipſo conceptu prodijſſe. Nec æquari poteſt gloria unigeniti habita per naturam, alijs accepta per gratiam. Mediator quippe Dei atque hominum homo Chriſtus IESVS, non (ſicut iſte hæreticus deſipit) alter in humanitate, alter in deitate eſt. Non purus homo conceptus atque editus, pòſt per meritum ut Deus eſſet accepit, ſed nunciante Angelo & adueniente ſpiritu, mox uerbum in utero, mox intra uterum uerbum caro: & manente incommutabili eſſentia, quæ ei eſt cum patre & cum ſancto ſpiritu coæterna, aſſumpſit intra uirginea uiſcera: unde & impaſsibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante ſecula, temporalis poſſet eſſe in fine ſeculorum, ut per ineffabile ſacramentum conceptu ſancto, & partu inuiolabili, ſecundum ueritatem utriuſque naturæ, eadem uirgo & ancilla Domini eſſet, & mater. Sic quippe ei ab Elizabeth dicitur: Vnde hoc mihi, ut ueniat mater Domini mei ad me? Et ipſa uirgo concipiens dixit: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum uerbum tuum. Et quamuis ipſe aliud ex patre, aliud ex uirgine, non tamé alius ex patre, alius ex uirgine: ſed ipſe eſt æternus ex patre ipſe temporalis ex matre: ipſe qui fecit, ipſe qui factus eſt. ipſe ſpecioſus forma præ filijs hominum per diuinitatem · & ipſe de quo dictum eſt: Vidimus eum, & non erat aſpectus, & non eſt ſpecies ei, neque decor, per humanitatem. Ipſe ante ſecula de patre, ſine matre: ipſe in fine ſeculorum de matre, ſine patre. Ipſe conditoris templum, ipſe conditor templi: ipſe autor operis, ipſe opus autoris, manens unus ex utraque, & in utraque natura, nec naturarum copulatione confuſus, nec naturarum diſtinctione geminatus. Gregorius in uigeſimumoctauum caput Iob, libro decimooctauo, capite uigeſimoſeptimo.

## SVB IVSTINIS.

### DE ORIGENISTIS.

GRegorius ita ſcribit: Sunt nunc etiam qui idcirco peccatis ſuis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura ſuper ſe iudicia ſuſpicantur. in quadrageſimumprimum caput Iob, libro trigeſimoquarto, capite decimoſexto.

Euagrius commemorat, Monachos in noua Laura amplexos eſſe Origenica dogmata, & Euſtochium Hieroſolymitanum eos expuliſſe: ſed Theodorum cognomento Aſcidam, Cæſareæ Cappadocum epiſcopum Iuſtiniano familiarem, Monachorum partea tutatum eſſe. quæ res occaſionem quintæ Synodo præbuit. ac diſertè dicitur, Origenem Ethnicorum atque Manichæorum zizania ſimplicitati Apoſtolicorum ſcriptorum immiſcuiſſe. libro quarto, capite trigeſimooctauo.

### PELAGIANISMVS.

IN Anglia reliquiæ Pelagianiſmi durarunt. itaque rurſum ea hæreſis ibi à doctoribus uentilata eſt, circa annum Domini quingenteſimum quinquageſimum. Et Dabricius Gainius, in primis Pelagianorum dogmata inſectatus eſt: ut ſcribit Balæus.

Iuſtinum quoque ſecundum huic errori adſtipulatum, eamque ob cauſam phreneſi diuinitùs punitũ eſſe, tradunt hiſtoriæ: ut etiam Hedio annotat.

Refutat

R:futat Pelagianos Caſsiodorus diligenter, explicans dictum Pſalmi octuageſimioctaui, Quis eſt homo qui uiuit, &c. ait: Vnde qui originale peccatum mala præſumptione credere nolunt, quanto ſe liberos ab hac conditione dicunt, tanto amplius miſerabiliſ ſorte conſtringuntur. Et dictum Pſalmi decimiquinti, Quoniam bonorum meorum non eges, cootra Pelagiaoos citat: Audiant, inquit, hoc Pelagiaoi, qui aliqua bona putant ſuis uiribus applicanda. Clamitat humanitas uerbi, boois ſuis Deum peoitùs non egere, ad ipſum referens omnia quæ donauit, non ad ſe qui collata ſuſcepit. Item dictum Pſalmi tertij, Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, &c. dicit pertinere ad Pelagianos deſtruendos, qui putant hominem per ſe efficere quod bonum eſt. Et Pſalmo uigeſimoquarto, Reminiſcere Domine miſerationum tuarum, &c. hoc dicto ait refutari Pelagiom: Omnes, inquit, quidem hæreſes deteſtabili cogitatione repertæ ſunt: Pelagianum uerò malum quàm ſit perniciosum, hinc datur intelligi, quòd tanta cognoſcitur aſsiduitate redargui. Et: Deſinat ergo Pelagiana hæreſis rediuiuas ſuſcitare calumnias. Nihil boni ex nobiſmetipſis habere poſſumus, niſi hoc à Domino ſumpſerimus. in Pſalmum quinquageſimūoctauum. Item Pſalmo 105. Peccauimus com patribus noſtris, &c. Hoc hęreſis Pelagiaoa oon accipit, dum putat originale peccatum ad prolem Adæ nullatenus peruenire potuiſſe.

Facit & Gregorius eius hæreſeos mentionem lib. 5. epiſt. 14. & lib. 7. epiſtola 47.

## DE MONOTHELITIS.

Anno Domioi 565, Monothelitæ emerguot.

HYPOTHESES
*De Chriſto.*

Negarunt doas eſſe in Chriſto uoluntates, diuinam & homanam: quia contrariæ uiderentur. Volaterranus libro decimoſeptimo, in Anthropologia.

Denique quanta fuerit ſeueritas Imperatorum contra hæreticos., uel hinc ſatis patet, quòd lege undecima ſecundum Imperatorem Iuſtinianum A. Codice, de Epiſcopali audienti, ſdicitur: Ad teſtimonium iudiciale contra Chriſtianos non admittitur hæreticus, ſed io cootractibus uel ultimis uoluntatibus ſic. Ioter ſe uerò poſſunt eſſe teſtes, exceptis ijs quos uel Manichaicus furor, cuius parte & Borboritas eſſe manifeſtum eſt, uel Pagana ſuperſtitio detinet. Samaritis nihilo minus, & qui illis non abſimiles ſunt, id eſt Montaniſtis & Aſcodrogis & Ophitis, quibus pro reatus ſimilitudine omnis legitimus actus interdictus eſt Sed ijſdem quoq; omne teſtimonium, ſicut & alias legitimas conuerſationes, ſancimus eſſe interdictum.

## SVB TYBERIO.

## DE DONATISTIS.

Sæpe Donatiſtarum facit mentionem Gregorius Magnus, quòd ſuo tempore etiam dilatentur: atque ait eos, quoſdam qui antea catholicè baptiſati ſunt, rebaptiſare denuò. libro ſecundo, indictione decima, epiſtola trigeſimatertia: & libro tertio, indictione duodecima, epiſtola trigeſimaſecunda. Item, quòd ſacerdotes Caoonicos prauiſsima de ſuis Eccleſijs temeritate repellant. libro eodem, epiſtola 35: & libro quinto, indictione 14. epiſtola trigeſimaſexta, atque in alijs locis. Queritur autem, nimia indulgentia eam hæreſin ita graſſari, ac gregem Domini turbare: libro ſecundo, indictione decima, epiſtola trigeſimatertia.

## ALIA HAERESIS.

CHilpericus rex Francotum hæreſin reſuſcitare conatus eſt, ſine dubio ex Arianorum furoribos occaſionem ſumens. Nam edictum compoſuit, quod publicè erat propoſiturus: ac mandaturus, ut ſancta Trinitas non in perſooarum diſtinctione, ſed taotum Deus nominaretur: adferens, iodignum eſſe ut Deus perſona, ſicut homo carneus, nominaretur. Affirmans etiam ipſum eſſe patrem qui eſt filius, itemque ipſom eſſe ſpiritum ſanctum qui pater & filius. Sic (inquit) prophetis & patriarchis apparuit, ſic eum ipſa lex nunciauit. Hæc uoluit Gregorium Turonenſem approbare, ſed is acriter reſtitit, hiſce uerbis: Hac credulitate, ioquit, relicta, pie Rex, hoc te oportet ſequi, quod nobis poſt Apoſtolos alij doctores Eccleſiæ reliquerunt, quod Hilarius Euſebius que docuerunt, quod & in baptiſmo es confeſſus. Tunc Iratus rex ait: Manifeſtum eſt, mihi in hac cauſa Hilariom Euſebiumque ualidos inimicos haberi. Cui ego reſpondi: Obſeruare te eonuenit, neque Deum neque ſanctos eius habere offenſos. Nam ſcias, quia in perſona alter filius, alter ſpiritus ſanctus. Non pater aſſumpſit carnem, neque ſpiritus ſanctus, ſed filius: ot qui erat Dei filius, ipſe ad redemptionem hominis filius haberetur, & uirginis. Non pater paſſus, neqne ſpiritos ſanctus, ſed filios: ut qui carnem aſſumpſerat in mundo, ipſe offerretur pro mundo. De perſonis uerò quod ais, non corporaliter, ſed ſpiritualiter eſt ſentiendum. In his ergo tribus perſonis una gloria, una æternitas, una poteſtas. At ille commotus ait: Sapientioribus te hæc pandam, qui mihi conſentient. Et ego: Nunquam erit ſapiens, ſed ſtultus, qui hæc quæ proponis, ſequi uoluerit. Ad hęc ille frendēs, ſiluit.

Non poſt multos uerò dies adueniente Saluio Albigenſi epiſcopo, hæc ei præcepit recenſeri, deprecās ut ſibi cōſentaneus fieret. Quod ille audiēs, ita reſpuit, ut ſi chartā in qua hæc ſcripta tenebantur, potuiſſet attingere, in fruſta diſcerperet. & ſic Rex ab hac intentione quieuit. Greg. lib. 5. Hiſtoriarum, capite 44. Idem recitat Robertus Gaguinus libro 2.

### DE QVALITATE CORPORVM *reſuſcitatorum.*

De corporum qualitate in reſurrectione, Eutbicius Conſtantinopolitanus epiſcopus quædam paulo altius & ſubtilius tractare cœpit. Aſſeruit enim, corpora hominū in reſurrectione impalpabilia, uentiſq; & aere ſubtiliora: hoc eſt, ſpirituale quiddā futurū eſſe, dempta iſta mole terrena ac graui: idque ratione glorificationis, quā ibi cōſequetur. & ſine dubio hæſit in uerbis Pauli prima Corinth. 15. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale. Greg. in 19. cap. Iob, li. 14. capite 29.

Miſit uerò Pelagius Romanus antiſtes Conſtantinopolim Gregorium, poſtea Magnum appellatum, qui in præſentia Imperatoris Tyberij Euthicium confutauit. Ceſſauit autem iſta hæreſis, Euthicio extincto non diu poſt hanc actionē, ut Sigebertus annotauit: anno Domini 581. Idem Beda & Regino referunt.

## SVB MAVRICIO.

### SADDVCAEORVM HAERESIS *de Reſurrectione mortuorum.*

GRegorius Turonenſis memoriæ prodidit, quendam ex presbyteris ſuis errorem Sadducæorū renouaſſe, aſſeuerantem, quòd penitùs nulla corporum eſſet reſurrectio. Fortè aūt inde occaſionem nactus erat presbyter, quòd Euthicius Conſtantinopolitanus quędā cœpiſſet de reſurrectione corporū mouere. Solet aūt ita fieri, ut mota una cōtentione de dogmatibus, multi anſam plura non neceſſaria mouendi, & turbandi Eccleſiā arripiant. Sed cum ipſam diſceptationem & connerſionē Gregorius Turonēſis accuratè recitet, utile erit lectori, integrū ex eo colloquiū adſcribere. Sic inquit libro 10 Hiſtoriarū, cap. 13. His dieb. extitit quidam de presbyteris noſtris, Sadducææ malignitatis infectus ueneno, dicens non eſſe reſurrectionē futurā. Cumq; nos eam ſacris literis præditā & Apoſtolicæ traditionis autoritate monſtratam affirmaremus, reſpōdit: Manifeſtū eſt hoc celebre ferri, ſed certi non ſumus utrū ſit an non: præſertim cum Dominus iratus primo homini, quem manu ſacra plaſmauerat, dixerit: In ſudore uultus tui ueſcêris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: qa puluis es, & in puluerē reuertēris. Quid ad hęc reſpōdebitis, qui reſurrectionē futurā prædicaris? cum in puluerē redactū hominē reſurgere ulterius diminuitas non permittat. Cui ego: Quid de hac cauſa uel ipſi' Domini & redemptoris noſtri, uel patrū prædeceſſorū uerba loquantur, nullū catholicorum neſcire reor. Nam in Geneſi, cū patres obirent, aiebat Dominus: Tu aūt congregaberis ad populum tuum, ſepultus in ſenectute bona. Et ad Cain dicitur: Quia uox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vnde liquidò apparet, uiuere animas poſt egreſſum corporis, atque reſurrectionē futurā intentis nultibus præſtolari. Sed & de Iob ſcriptum eſt, quia reſurrecturus eſt in reſurrectione mortuorum. Et propheta Dauid, licet ex perſona Domini, tamen reſurrectionē præuidens ait: Nunqd qui dormit, nō adijciet ut reſurgat? hoc eſt, qui mortis ſomno opprimitur, nō eſt uēturus ad reſurrectionē? Et Eſaias, quod de ſepulchris reſurrecturi ſint mortui, docet. Sed & Ezechiel propheta, cum oſſa arida obtecta cute, neruis ſolidata, uenis inſecta, flante ſpiritu animata reformatū hominem enarraret, manifeſtiſsimè reſurrectionē futuram edocuit. Sed illud manifeſtum fuit reſurrectionis indiciū, quòd Heliſei oſſa tangēs extinctum cadauer, uirtutis effectu reuixerat. Quod ipſius Domini, qui eſt primogenitus mortuorū, reſurrectio manifeſtauit, q morti mortē intulit, & de ſepulchro uitam mortuis reſtaurauit. Ad hæc presbyter: Quòd Dominus in aſſumpto homine mortuus fuerit ac reſurrexerit, non ambigo: illud tamen, qđ reliqui ſurgant mortui, nō admitto. Et ego: Et quæ fuit neceſsitas filio Dei de cœlo deſcendere, carnē aſſumere, mortē ſubire, inferna penetrare, niſi ut hominē, quem plaſmauerat, non permitteret in morte perpetua derelinqui? Sed iuſtorū animæ, quæ uſque ad paſsionem eius infernali ergaſtulo tenebantur incluſæ, eo ueniente laxatæ ſunt. Nā deſcendens ad inferos, dum tenebras noua luce perfudit, animas eorū ſecum, ne hoc exitu amplius cruciarentur, eduxit: iuxta illud, Et in ſepulchro eius reſurgent mortui. Et presbyter ait: Nunquid poſſunt oſſa in fauillam redacta, iterum animari, & hominē uiuentē proferre? Et ego: Nos credimus, quia quantumlibet in puluerē redigatur homo, & aquia uel terra uenti uiolentis impetu diſpergatur, non ſit difficile Deo hæc ad uitā reſuſcitare. Presbyter reſpondit: Hic maximè nos errare puto, ut aſſerere uerbis leuibus tentetis acerrimā ſeductionē, ut dicaris à beſtijs raptū, aqs immerſum, piſcium faucibus deuoratū, in ſtercus redactū, & per

ſecretum

ſecretū digeſtionis eiectū, aut aquis labentibus deiectū, aut terra compotreſcéte abolitum, ad reſurrectioné uenturum. Et ego: Obliuioni apud te traditum eſt, ut opinor quid Ioannes Euangeliſta ſuper pectus Domini recumbens, ac diuini myſterij arcana rimans, in Apocalypſi dicat: Tunc, ioquit, reddidit mare mortuos ſuos. uode manifeſtum eſt, quia quicquid humani corporis piſcis abſorbuit, ales rapuit, beſtia deglutiuit, à Domino coniunctum in reſurrectione reparandum erit: quia non erit difficile ei, perdita reparare, qui ex nihilo non nata creauit: ſed ita hæc in integritate ſolida ſicut prius fuerant reparabit, ut corpus qood fuit in mundo, aut pœnam ioxta meritum ferat, aut gloriam. Sic enim Dominus in Euangelio ait: Quia filius hominis ueniet in gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet unicuiq; ſecundum opera ſua. Sed & Martha, cum de reſurrectione inſtanti ſratris Lazari dubitaret, ait: Scio qoia reſurget in reſurrectione, in nouiſsimo die. Cui Domin⁹ ait: Ego ſum reſurrectio & uita. Ad hæc presbyter: Quomodo (ait) in Pſalmo dicitur, Quia non reſurgunt impij in iudicio? Et ego reſpondi: Non reſurgunt ut iudicent, ſed reſorgunt ut iudicentur. Nec enim ſedere iudex cum ipſis poteſt, cauſas ſuorum redditurus actuum. Et ille: Dominus (inquit) in Euangelio dixit, Qui non crediderit, iam iudicatus eſt, utique quia peribit reſurrectioni. Et ego reſpondi: Iudicatus eſt quidem uc ad ſupplicium æternum perueniat, quia non credidit in unigenitū filium Dei: tamen reſurrecturus in corpore, ut ipſum ſupplicium in quo peccauit corpore patiatur. Nec enim poteſt iudicium fieri, niſi prius reſurgant mortui: quia ſicut illos qui defuncti ſunt ſancti cœlū, ut credimus, retinent, de quorum ſepulchris ſæpios uirtus illa procedir, ut de his cæci illuminentur, claudi greſſum recipiant, leproſi mundentur, & alia ſanitatum beneficia infirmis petentibus tribuantur: ita credimus, & peccatores in illo inſernali carcere uſque ad iudicium retineri. Et presbyter ait: In Pſalmo legimus, ſpiritus pertranſijt ab homine, & non erit, & non cognoſcet amplius locum ſuum. Ego dixi: Hoc eſt quod ipſe Dominus per parabolam ad diuitem, qui flammis eartareis cruciabatur, dicebat: Recepiſti cu bona in uita toa, ſimiliter & Lazarus mala. Non autem cognouit diues ille purpuras ſuas & byſſum, nec delicias conuiuij, quas ei uel aer uel terra oel mare protulerat: ſicut nec Lazarus uuloera putredinis, quæ iacés ante ianuam ſemper ferebat, uel cum hic in ſino Abrahæ requieſceret, ille autem cruciaretur in flammis. Presbyter dixit: In alio Pſalmo legimus: Quia exijt ſpiritus eorum, & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitatiooes eorum. Ad hæc ego: Bene ais. Quia cum egreſſus fuerit ab homine ſpiritus, & iacuerit corpos mortuum, non cogitat de his quę io mondo reliquit, ac ſi uerbi cauſa dicas: Noo cogitat ædificare, plantare, agrum excolere: non cogirat congregare aurum, argentū, uel reliquas diuitias mūdi. perijt enim hæc cogitatio à corpore mortuo, quia non eſt ſpiritus in eo. Sed quid tu de reſurrectione dubitas, quam Paulus apoſtolus, in quo (ut ait) Chriſtus loquebatur, euidétet exprimit dicens: Conſepulti enim ſumus Chriſto per baptiſmum in mortem, ut ſicut ille mortous eſt & reſurrexit, ita et nos in nouitate uitę ambulem⁹. Et iterum: Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimut. Et iterum: Stella aūt differt à ſtella in claritate, ſic & reſurrectio mortuorū. Ité: Illic ſeminatur in corroptione, ſurgit in incorruptione, &c. Ité illic: Omnes nos repreſentari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat unnſquiſq; ꝓpria corporis ſui, ꝓut geſsit ſiue booom ſiue malum. Ad Theſſalonicenſes autem euidentiſsimè reſurrectioné deſignat dicés: Nolo uos ignorare de dormientibus, ut non cótriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quòd IESVS mortuus eſt & reſurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt, per IESVM adducet cum eo. Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini, quia nos qui uiuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu Domini oō præueniemus eos qui dormierūt. Quoniam ipſe Dominos in iuſſu & in uoce archangeli, & in tuba Dei deſcendet: & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi. Deiode oos qui oiuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Chriſto io aera, & ſic cum Domino erimus. Itaque conſolamini inuicem in uerbis iſtis. Plorima eoim ſunt de his teſtimonia, quæ hác cauſam affirmant. Sed tu ignoro quid ambigas de reſurrectione, quam ſancti expectant pro merito, quam peccatores metuunt pro reatu. Hanc enim reſurrectionem & illa quæ cernimus elementa demooſtrant: id eſt, dū arbores in æſtate ſolijs tectæ, hyeme ueniente nodantur, ſuccedente uerò ueroo tépore quaſi reſurgentes, in illod quod prius fuerant ſoliorū tegmine oeſtiuntur. Hæc oſtendunt & illa quæ iaciontur ſemina terris, quæ commendata ſulcis, ſi ſuerint mortua, cum multiplici fructu reſurgent. Sicut ait Paulus apoſtolus: Stulte, tu quod ſeminas, non uiuificatur,

niſi prius moriatur. Quæ omnia ad fidem reſurrectionis mundo manifeſtata ſunt. Si enim reſurrectio futura non eſt, quid proderit iuſtis benè sgere? quid nocebit peccatoribus, malè? Decidant ergo cuncti in uoluptaribus ſuis, & ſaciat unuſquiſq; quę plscuerit, ſi iudicium futurum non erit. Vel illud improbe non formidas, quod ipſe Dominus beatis Apoſtolis ait: Cum uenerit, inquit, filius hominis in ſede maieſtatis ſuę, congregabuntur snte eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicur paſtor ſegregat agnos ab hœdis: & ſtatuet oues quidem ad dexteram, hædos autem ad ſiniſtrá. Et his dicet: Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Illis autem: Diſcedite à me operarij iniquitatis. Atque ut ipſa Scriptura docet: Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in uitam æternam. Puras'ne erit reſurrectio mortuorum, aut iudicium operum, quam oſtendit Dominus? Reſpondeat ergo nobis Paulus apoſtolus, ſicut & alijs incredulis, dicens: Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides noſtra. Ad hæc contriſtatus presbyter, à conſpectu noſtro diſcedens, pollicitus eſt credere in reſurrectionem, iuxta ſeriem Scripturarum ſanctarum, quas ſuprà memorauimus.

DE PRISCILLIANISTIS.

DE Priſcillianiſtis inquit Gregorius: Priſcillianiſtæ hæretici, naſci unumquemque hominem ſub conſtitutionibus ſtellarum putant. & hoc in adiutorium ſui erroris aſſumút, quòd noua ſtella exijt, cum Dominus iu carne apparuit. Cuius fuiſſe farum, eandem quæ apparuit ſtellam putát. Sed ſi Euágelij uerba penſamus, quibus de eadem ſtella dicitur: uſq; dum ueniens ſtarat ſuprà, ubi erat puer, &c. dum non puer ad ſtellam, ſed ſtella ad puerum cucurrit, ſi dici liceat, non ſtella ſatum pueri, ſed ſatum ſtellæ is qui apparuit puer fuit. Gregorius in Euangelia, homilia decima.

DE SIMONIACIS
*uel pſeudochriſto.*

IN Gallijs quidam Simonis illius præſtigiatoris hæreſin exuſcitarunt, ac turbas maximas dederunt. Vt autem diaboli molitiones magis in conſpectu uerſentur, integram huc narrationem ex Gregorio Turonenſi ſcribemus, qui ſic ait lib. 10. Hiſtoriarum, capite 24. Quidam enim ex Biturico, ut ipſe poſtmodû eſt profeſſus, dum ſaltus ſyluarum ingreſſus ligna cæderet ad explēdam operis cuiuſdam neceſſitatem, muſcarum eum circumdedit examen, qua de cauſa per bienniû amens eſt habitus. Vnde intelligi datur, diabolicæ immiſſionis fuiſſe nequitiam. Poſt hęc tranſactis urbibus p̄pinquis, Arelatenſem prouintiá adijt: ibiq; indutus pellib⁹, quaſi religioſus orabat. ad quem illudendû pars aduerſa diuinandi ei tribuit facultaté. Ex hoc, ut in maiori profi ceret ſcelere, cómotus à loco, prouinciá memoratá deſerens, Gabalitanæ regionis terminû eſt ingreſſus, proferens ſe magnum, ac profiteri ſe non metuens Chriſtû: aſſumpta ſecum muliere quadá pro ſorore, quá Mariá uocitari fecit. Confluebat ad eû multitudo populi, exhibens infirmos: quos côtingés ſanitati reddebat. Conferebant autê ei aurû argentûq;, ac ueſtimenta, ij qui ad eum conueniebant. Quod ille, quo facilius ſeduceret, pauperib⁹ erogabat, proſternés ſe ſolo, effundés oratione cum muliere memorata: & ſurgens, ſe iterû à circumſtátibus adorari iubebat. Prædicebat enim ſutura, & quibuſdam morbos, quibuſdá damna prouenire pronunciabat, paucis ſaluté ſuturá. Sed hęc omnia diabolicis artib. & præſtigijs neſcio quibus agebat. Seducta eſt aût per eum multitudo immenſa populi, & non ſolùm ruſticiores, uerùm etiá ſacerdotes Eccleſiaſtici. Sequebantur auté eum amplius quàm tria millia populi. Interea cœpit quoſdá ſpoliare, ac predari quos in itinere reperiſſet, ſpolia tamen non habentibus largiebatur. Epiſcopis ac ciuibus minas mortis intentabat, eo quòd ab ijs adorari deſpiceretur. Ingreſſus aût Auellanę urbis terminû, ad locû qué Aniciû uocitant accedit: & ad baſilicas propinquas cum omni exercitu reſtitit, inſtruens aciem qualiter Aurelio ibidé tunc conſiſtenti epiſcopo bellû inferret: mittens etiá ante ſe nuncios, homines nudo corpore, ſaltantes atq; ludentes, qui aduentû eius nunciarent. Quod ſtupens epiſcopus, direxit ad eum uiros ſtrenuos, inquirentes quid ſibi uelint iſta quę gerantur? Vnus aût ex ijs qui erat ſenior, cum ſe inclinaſſet quaſi oſculaturus genua eius, ac diſcuſſurus uiam illius, iuſſit eû apprehenſum ſpoliari. nec mora, ille euaginato gladio in fruſta concidit: cecidítq; Chriſtus ille, qui magis Antichriſtus nominari debet, & mortuus eſt, diſperſique ſunt omnes qui cum eo erant. Maria autem illa ſupplicijs dedita, omnia phantaſmata eius ac præſtigias publicauit. Nam homines illi quos ad ſe credendû diabolica circû uentione turbauerat, nunquá ad ſenſum integrum ſunt regreſſi: ſed hunc ſemper quaſi Chriſtû, Mariam auté illam partem deitaris habere profitebantur. Sed & per totas Gallias emerſerunt pleriq;, qui per has præſtigias adiungentes ſibi mulierculas quaſdá, quę debacchátes ſanctos eos profiterentur, magnos ſe in populis præferebant: ex quibus nos pleroſq; uidimus, quos iurgantes reuocare ab errore niſi ſumus.

## DE ANABAPTISTIS.

ANabaptiſmum defendiſſe Petrum Apameæ Syriæ epiſcopum, & Zooran monacbum Syrum, ſcribit Nicephorus lib. decimoſeptimo, capite nono. Fuerunt autē de ſecta Eutychianorum, ſeu Seueritarum. Nam unicam tantum naturam in Chriſto aſſeuerarunt, ac deprehēſi ſunt in alijs quoque nefandis obſcœnitatibus. Cōtra hoſce etiam, quemadmodum contra Seuerum, ſimul Palæſtinæ urbis Conſtantinopolitanæ & Syriꝫ monaſteria libellos obtulerunt. Itaque in altera Conſtantinopolitana ſynodo exploſi atque damnati ſunr,

## THEODORI HAERESIS.

PEculiaris erroris autor extitit Theodorus Meſethenus.

### HYPOTHESES.

*De Chriſto.*

Aliud eſſe Verbum, aliud eſſe Chriſtum.

2.

Matiam non eſſe Dei genitricem. Nauclerus ſecūdo uolumine, generatione decimanona. Lex 16. diſt. c. primo. § quinto, ſub Iuſtiano impetatore.

Cōtra hoſce errores quinta ſynodus Conſtantinopolitana eſt congregata ſub Vigilio pontifice Romano.

## DE AGNOITIS.

MEminit Gregorius Agnoitarum, ab opinione ita dictorum, ideo ꝗ Chriſtum quædam ignoraſſe dixerūt, etiam iuxta diuinam ſapientiam. Fuerunt autem prope Alexandriam.

### HYPOTHESES.

Diuinam ſapientiam in Chriſto quædam ignoraſſe: quia de Lazaro quærit, ubi ſit depoſitus? & de extremo iudicio dicat, Ne filium quidem ſcire. Gregorius epiſtola quadrageſimaſecunda, libro 8.

Refutarunt autem Agnoitas Alexandrini miniſtri, & Gregorius, qui ſic inquit: Rea ualde manifeſta eſt, quia quilquis Neſtorianus non eſt, Agnoita eſſe nullatenus poteſt. Nam qui ipſam Dei ſapientiam fatetur incarnatam, qua mente ualet dicere, eſſe aliquid quod Dei ſapientia ignoret? Scriptum eſt: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. omnia per ipſum facta ſunt. Si omnia, proculdubio etiam dies iudicij, & hora. Quis ergo deſipiat, ut dicere præſumat, quia uerbum patris fecit quod ignorat? Scriptum quippe eſt: Sciens Ieſus quia omnia dedit ei pacer in manus. Si omnia, profectò diem iudicij, & boram. Quis ergo ita ſtultus, ut dicat, quia accepit filius in manibus quod neſcit? Gregorius libro octauo, indictione tertia, epiſtola quadrageſimaſecunda. Item: Diem hunc non ex natura humanitatis nouit. Gregorius ibidem.

Meminit Gregorius & Frontinl aniſtarum, lib. octauo, epiſtola trigeſimaſexta: uerùm non explicat, & iubet eos reuocari in uiam.

## DE HAERESI INcerti autoris.

FVulgentius ait: Chriſtum quidam cum audiunt deſcendiſſe, deſcenſionem eius affirmare nituntur localem: quia neſciunt Dei, ſicut oportet, cōſiderare uirtutem: nec ualenc agnoſcere, ſic pro bomine Deum hominem factum, ut accepta hominis forma, maneret immutabilis diuina ſubſtantia. nec ſic intelligunt temporaliter natum, ut ſemper fuiſſe teneant ſempiternum. libro ſecundo ad Thraſimundum. Item: Multum uerò miramur iſtos, qui in contumelism filij conſpirant, ęſtimantes eum ſecundum Deitatis ſubſtantiam aut ad locum de loco motu locali tranſire, aut non poſſe ſimul omnia deitatis ſuæ immenſitate complere, in tantum, ut quum eum audiunt ad terram deſcendere, credant eum in cœlo uel apud inferos nō fuiſſe: & ad infernum ſecundum deitatis ſubſtantiam ita deſcendiſſe confirment, ut eum cœlo defuiſſe tūc & terris exiſtiment. Fulgentius libro ſecundo ad Thraſimundum. Item: Hęretici ideo Spiritum ſanctum minorem dicunt credendum patre & filio, quia & à patre & filio ſit miſſus. Ec ipſi conuincuntur: Quia ſicut à patre & filio miſſus legitur ſpiritus ſanctos, ſic à patre & ſpiritu miſſus inuenitur & filius. ibidem. Item: Hæc dom quidam minus attendunt, diuinitatem Cbriſti non dubitant ſubijcere paſsioni: & audientes Chriſtum in carne paſſum, putant Deum carni fuiſſe compaſſum: minus attendentes diuinam illam atque immutabilē filij Dei ſubſtantiā, & in carne paſsibili paſsionem ſuſcepiſſe, & cum carne paſsionem ſentire non potuiſſe. Sed buic opponitur dictum Petri: Chriſto igitur in carne paſſo, &c. Fulgentius libro tertio ad Thraſimundum.

## DE ALIIS QVIBVSDAM *opinionibus malis*

EXplicans Caſsiodorus dictum Pſalmi noni, Increpaſti gētes, & perijt, &c. contra hæreticos inquit: Quapropter deſinanc hærerici dicere aliquādo, diabolum cum ſequacibus ſuis ad grariā poſſe reuocari: quando ſic euidenter audiunt, eos in æternum & in ſeculū ſeculi eſſe damnandos, ut nec nominia eorum poſsit remanere ueſtigium.

Gregorius libro nono, indictione quarta, epiſtola trigeſimanona, quoſdam fuiſſe indicat, qui dixerint, religionis gratia coniugia diſſolui. Item: in baptiſmo om-

nia

pudens, alia cruce parata, pergit dementare populum. Verùm aliquando uino ebrius templũ ingreditur, ſoporeq́; correptus, totã in eo noctem dormit, ac uomitu retroque fœtore totum locum inficit. Hoc pacto deprehẽſus, ſiſtitur miniſtris uerbi: ubi profugus ſeruus reperitur eſſe Amelij, Beorerinæ urbis epiſcopi: qui caſtigatum ad ſe recipit. Gregorius Turonenſis lib. 9. Hiſtoriarũ. capite ſexto.

### DE ENTHVSIASTICIS QVIbuſdam *præconibus extremi diei.*

CIrcuierunt Byzantij his temporibus quidam fanatici, mirabiles quaſdam uiſiones iactitantes, futura præſagientes, ac mundum breui collapſurum uaticinantes. In eam cohortem ſe quoq; nonnulli Mathematici ſeu Aſtrologi miſcuerunt, ex aſtris affirmantes omnium rerum fore euerſionẽ: quæ res aliquos permouit, ut pœnitentiam ſimularint. Verùm animaduertentes, plerique uanitatem iſtorum uatum, ad ingenia priſtina redierunt. Agathius lib. 5.

## CAPVT VI.

### DE CEREMONIIS ET *ritibus Eccleſiarum.*

IN Quinta Centuria expoſuimus, quomodo paulatim ceremoniæ in Eccleſia creuerint. Sequitur igitur hac in Cẽturia nunc maior adauctio rituum. nam Monaſtici ritus, cultus ſanctorũ defunctorum, & eius res externæ in immenſum cumulatæ ſunt, adeò ut ueræ doctrinæ lux horribiliter obfuſcata ſit. Nam rebus illis externis homines obruti & faſcinati, cultus diuinos & merita uitæ æternæ putant eſſe illa qualiacunque exercitia. Sed de ſingulis, quorum huius ætatis ſcriptores faciunt mentionem, quædam annotabimus.

### DE CONGRESSIBVS *publicis.*

SAcros diurnos atq; nocturnos cõgreſſus in uſu hoc etiam ſeculo fuiſſe, ex hiſtoria quæ ſequetur manifeſtum erit. Congregationes autem factæ ſunt in templis, quæ paſſim toto orbe innumerabilia extruxerunt, ſicuti etiam priori ſeculo fieri cœperat. Origo & fons eius rei fuit, quòd neglecta doctrina de iuſtificatione per ſolam Chriſti obedientiam, deq; inuocatione uera in nomine IESV Chriſti, cultibus & uenerationibus nimium tribuerent, & ſalutem per merita quædam humana quærerent. Imò id quoq; cum ſummo Eccleſiarum & Scholarum detrimento. Scribit enim Zonaras tomo tertio, Iuſtinianum Imperatorem adeò præpoſtero ſtruendi templa ſtudio flagraſſe, ut & ſtipendia liberalium artium Magiſtris iam olim conſtituta, in omnibus urbib. ſuſtulerit, quo haberet quos pro libidine ſua in non neceſſarias fanorum ædificationes ſumptus & pecunias profunderet. Hoc autem ſua illa immodica & peruerſa religione & liberalitate effeciſſe dicitur, ut literarum ſcholis uacantibus, barbariæ ſimul & ruſticitati occaſionem plurimis in locis dederit. Inde Fortunatus lib. 4 ſcribit:

*Tempore quiſq; ſui fundans pia templa patroni,*
*Iſte Auguſtini condidit, ille Petri.*

### DE TEMPLIS.

SEd ut notum fiat, quomodo templis paſſim etiam non neceſſarijs homines ſtuduerint, ex autoribus huius ætatis quædam recenſebimus. Nam non ſunt omnia templa literis conſignata.

Conſtantinopoli in ſuburbio fuit templum Iohannis baptiſtæ. Nicephorus libro decimo octauo, capite quadrageſimo.

In ſinu Nicomediæ fuit templum Autonomi martyris. Nicephorus ibidem.

In Tarſo Cilicum, Mauricius ædem Pauli apoſtoli extruxit. Nicephorus libro decimooctauo, capite quadrageſimoſecundo.

Adhuc templum Cypriani ante urbẽ Carthaginem hoc tempore fuit, in quo feſtum quotannis celebrarunt. Procopius libro tertio, De bello Vandalico.

In Corſica, in loco Nigeuno templũ cum baptiſterio, Petro & Laurentio dicatum fuit. Gregorius libro quinto, indictione decimaquarta, epiſtola 22.

Iuſtinianus Imperator Conſtantinopoli nobiliſsimum & incomparabile Sophiæ tẽplũ extruxit, & precioſiſsimis lapillis, ſpecioſiſsimis columnis, alijsq; donarijs ita auxit & ampliauit, ut primas ferè in toto Chriſtiano orbe tenere putetur. eius prolixã deſcriptionem habes apud Euagrium, libro quarto, capite trigeſimo primo. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimo, ex Procopio. Reſtaurauit idem etiam S. Apoſtolorũ templum ibidem. Item, in Pega Dei genitrici templum poſuit. Zonaras tomo tertio. Struxit & plurima alia delubra in uſum uirorum, fœminarum, puerorum, ſenum, & eorum qui uel corporis uel animi ægritudine laborarent: & opulentos addidit reditus, unde quæ ad cultus diuinos pertinẽt, parari & inſtrui poſſent. Euagrius libro quarto, capite trigeſimo, & trigeſimoprimo. Cyriacus epiſcopus Conſtantinopolitanus ibidem Mariæ uirgini ſacellum poſuit. Zonaras libro tertio.

Pariſijs rex Clodoueus (& Clotildis, ut Sigebertus ſcribit) baſilicam ſancti Petri apoſtoli extruit: ubi & ſepelitur, anno quingenteſi-

gentesimo decimoquarto. Francorum reges Clotharius & Childebertus, defuncta matre Crotochilde, Vincentio ædem magnifico apparatu, in monumentum Gothicę uictoriæ poſuerunt, circiter annum Domini quingenteſimum quadrageſimum ſecundum. Sabellicus Enneade 8. lib. 3, Sigebertum fratrem dictorum regum extra mœnia ſacellum illud extruxiſſe, & ampliſsimis reditibus donaſſe, ſcribit. Et addit: Regem illum ſtolam iſtius martyris cũ precioſis alijs & cõpluribus κειμηλίοις, quæ ex Hiſpania attulerat, ſacello illi dedicaſſe.

Auiti Viennenſis iuſſu rex Burgundiæ Sigiſmundus templum Mauricio extruxit, ad Rhodanum fluuium. Ado in ætate 6: Iuo de Anaſtaſio.

In tumulum Auiti Aureliæ templum extructum eſt. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum, capite 99.

Fit mentio & templi Criſpini ac Criſpiniani, item Medardi, apud Gregorium Turonenſem libro nono Hiſtoriarum, capite nono. Item templi Martini, in pago Vabrenſi, in cacumine montis: ibidem capite duodecimo.

Intra terminum Turonicum collis fuit, ubi noctu igniculi ſunt uiſi, & ſpectra puellas ſe eſſe profitentia, ibiq; ſepultas iacere. hæc impoſtura meruit, ut ibi templum conderetur. Gregorius Turonenſis in uitas Patrum, capite decimooctauo.

Fortunatus pluriũ templorũ ſanctis dedicatorum facit mentioné: ut Stephani, cuius ædificationem tribuit Palladio: Martini, *Extulit hanc* (inquit) *Fauſtus deuoto corde ſacerdos.* Item Leontium ait Nazario, Eutropio, Vincentio & Dionyſio baſilicas ſtruxiſſe: Euſebium atq; Emeritum, Bibiano. Meminit & templi Georgij, Medardi, Felicis, Laurentij Gabrielis.

Toloſæ, Mariæ fanũ erat. Gregorius Turonenſis libro ſeptimo Hiſtoriarum, capite decimo.

In templo Marcellini in Ebredunenſi urbe, ſcribit Gregorius Turonenſis, lychnum ſemper ardentem fuiſſe, & ex eo ab ægrotis remedia petita, ne quid ſuperſtitioni deeſſet. de gloria Confeſſorum, capite ſexageſimonono.

In Modoecia, Thodelinda regina templũ Iohannis baptiſtæ, pro ſe & omnibus Longobardis conſtruxit, ut pro ſe apud Chriſtũ intercederent. exinde Longobardi cœperũt Iohannem inuocare: ut uideas ſtolidá mulierem, ſuperſtitioſam Baptiſtæ culturá excogitaſſe. Paulus Diaconus libro quarto, capite 7. de geſtis Longobardorum.

In Ticinẽſi ciuitate Guntbirg filia Egilolphi Longobardi, Iohanni baptiſtæ templum condidit: ubi & ſepulta eſt. Vrſpergenſis.

Aripertus quoque Saluatori templum erexit, ut idem ſcribit.

Rauennæ templum Vitalis Eccleſius & Iulianus Argentarius ſtruxerunt. Blõdus libro tertio Decade prima.

Prope Spoletum fuit templũ Sabini martyris. Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Longobardorum, cap. 5. Bonfinius rerum Vngaricarum Decad. 1. lib. 8.

Sub Mauricio Imperatore uenit quidam presbyter Goar nomine, ex Aquitania: & in territorio Treuerenſi, in pago Trigorio, ſuper ripam Rheni fluuij, & riuulum qui Vuochara dicitur, fanum ſeu προσευκτήριον, quod Latini Græcorum imitatione oratorium uocarunt, extruens, ibi orationibus, eleemoſynis & concionibus operam dedit. Regino libro primo.

Venetijs Narſes patricius, Iuſtiniani cubicularius, Theodori fanum, poſtea templo Marci comprehenſum ædificauit, & Mẽnæ, & Geminiani. Blondus Decade prima, libro ſeptimo.

Coloniæ erat templum Ceciliæ, ut liber de Tungrenſibus epiſcopis teſtatur. In honorem Seruatij Tungrenſis epiſcopi, Menulphus epiſcopus templum cõdit. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum, capite ſeptuageſimoſecundo.

Boij à Ruperto conuerſi, paſsim templa conſtruunt: nempe Reginoburgi atq; Vlmi, & reliqui paſsim per omnes regiones. Auentinus in Annalibus libro tertio.

Narrat idem autor, anno Domini quingenteſimo ſeptuageſimoquinto, Theſſolonum in ripa Danubij (ubi olim Artobriga Romanorum colonia fuerat) contubernium monachorum condidiſſe, Vualtpurgũque apepllaſſe.

¶ Sunt aũt ſanctorũ templa maximis donarijs ornata: quia (ut dictum eſt) homines falſò erant perſuaſi, tali ratione cultum Deo præſtari.

Choſroes rex Perſiæ Antiochiam in templum Sergij mittit aureas cruces duas: quas Theodora Iuſtiniani coniunx eidem dedicauerat, aliaque ex præda accepta: item diſcum ex auro factum, thuribulum ex auro, unicon & alia, hac perſuaſione inductus, quòd Sergius à ſe rogatus, uictoriam ſibi & liberos ex Syra coniuge daret: ideo uouebat Sergio donaria, ut uideas, à quibus iſta uota & donaria ſint profecta. Euagrius libro ſexto, capite uigeſimoprimo.

Iuſtinianus Imperator templi Petri Romæ dono miſit ſcyphum aureum librarum ſex, gemmis exornatum: duos ſcyphos argenteos

genreos duodecim librarum, calices argenteos duos librarum quindecim. Vide aurẽ cultus humanos, pie lector. Platina in uita Iohannis ſecundi.

Crucem babuerunt in templis Chriſtiani. Sic Fortunatus ſcribit:

*Crux benedicta nitet, Dominus qua carne pependit,*
*Atq; cruore ſuo uulnera noſtra lauat.*

¶ Imaginibus quoq; tum diuorum tum Imperatorum, templorũ ædificia ornare cõſueuerunt. Conſtanrinopoli in ſeditione ciuili, ſacerdotes Euãgeliorũ codices, & uenerandas Chriſti imagines in mediũ prælĩatium agmen prorulêre, ea opinione, homines ſacrarũ rerũ uerecundia arma poſituros eſſe: ſed fruſtra. Præterea in magno tẽplo ibidem à Conſtantio condiro, ſtetit columna, argenteam ſtatuam Magni Theodoſij Imperarotis ſuſtinens, ab Arcadio filio parenri poſitam, põdere 7400 librarũ. Eam Iuſtinianus demolitus eſt, & direpto argento, in eius locum aliam columnam colloca uit, cui equeſtrem ſuam ſtatuam impoſuit. Zonaras romo terrio, in Iuſtiniano.

Imaginem Saluatoris in templis babuerunt. Annotat enim Sigebertus, Iudęũ quẽdam eiuſmodi imaginem furto ex templo abſtuliſſe. Addit autem: eam, quia Iudæus contumelioſe eam confodiſſet, ſanguinem emiſiſſe: ac Iudæum deprehenſum, lapidibus eſſe obrutum. Fides ſit penes autorem.

Mauricius Imperatot ſtemma quoddam à ſua coniuge Conſtanrina, & Sophia Auguſta, uxore Iuſtini, articiosè conſtructum, in templum ſuſpendit. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum. Aquam benedictam in Martini templo babiram eſſe, Gregorius Turonenſis ſcribir libro quinro Hiſtoriarum, capite uigeſimoprimo: ſicut is plurima etiam alia ſuperſtitioſa recitat.

*Dedicationes & conſecrationes templorum.*

Templum quoddam Arianorum in Subura prope Romam dedicarum eſt, ubi diabolus porci figura egreſſus eſt per medium populum: ut Marianus Scotus annotauir, ſub Mauricio.

*Quid actum ſit in eiuſmodi conuentibus.*

Sunt autem in eiuſmodi cœtibus lectiones quædam ſacræ propoſiræ, ut ex Gregorio & alijs patet: quas epiſcopi expoſuerũt, ac declararunt.

Locum etiam proprium & altiorem, quẽ ſuggeſtum, alij ambonem appellaur, cõcionanti paratum fuiſſe, teſtatur Diaconus libro decimoquinto: ubi ſcribit, Anaſtaſium Imperatorem, mandaſſe, ut τρισάγιον cum appendice, QVI PASSVS EST PRO NOBIS, in ſuggeſtu in concionibus recitaretur. Rem eãdem deſcribit Zonaras tomo tertiò ſuæ biſtoriæ, in Anaſtaſio. Theodorus Lector libro ſecundo Collectaneorum ſcribit Seuerum Antiochenum epiſcopum hæreticum, aſcenſo ſuggeſtu Chalcedonenſem ſynodum anathemate damnaſſe. Sellę concionatorię meminit & Nicepbotus libro 16. capire trigeſimotertio.

Coniunxerunt quoq; in ijſdem cõgreſsibus ſuas prsces. inde templa etiam Oratoria ſubinde uocant.

Recitarunt ſymbolum Nicenum. nam Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorum autor eſt, Timotheum Conſtantinopolitanum epiſcopum amicorum rogatu inſtituiſſe, ut in ſingulis ſynaxib. recitaretur ſymbolum 318 Patrum: idq; ad reprehenſionem Macedonij anteceſſoris ſui, quaſi is boc ſymbolum non receperit: cum quidem prius ſingulis annis tantum ſemel prælegi ſoleret, tempore nimirum Paraſceues paſsionis Domini, quando epiſcopus carechizabat. Idem Nicephotus narrat lib. 16. capite trigeſimoquinto.

Patria autem lingua cantiones in cõuentibus uſurpatas fuiſſe, inde liquet: quòd Antonius titulo duodecimo, capire tertio, ex Gregorij papæ ſententia memorat, in ſacræ Cœnæ benedictione totum populum apud Græcas Eccleſias orationem Dominicam æquali uoce concinuiſſe.

Iuſtinianus Imperator octauo ſui imperij anno conſtiruir, ut in conuentibus Eccleſiæ concineretur illud: VNIGENITVS FILIVS ET VERBVM DEI. Paulus Diaconus libro decimoſexto, in Iuſtiniano. Eſt autem cantilena hæc: Vnigenitus filius & uerbum Dei, qui cum immortalis eſſes, dignatus es propter noſtram ſalutem incarnari ex ſancta Dei genitrice, & ſemp uirgine Maria: & immutabili ratione bomo factus & crucifixus, Chriſte Deus, morte mortem proculcaſti: & qui unus es ſanctæ Trinitatis, & glorificaris cum patre & ſpiritu ſancto, ſalua nos. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimooctauo.

Cecinetunt & Dauidicos pſalmos. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum, capite nonageſimoſexto. Irem antipbonas. idem libro octauo Hiſtoriarum, capite trigeſimoprimo.

Liranias quaſdam populus Conſtantinopolitanus canere ſolebat, quas ex mandato Anaſtaſij ſequebarur Eparchus ciuitatis, ut ſeditiones, quæ ibi frequenter fiebant, cauerentur. Theodorus Lector libro 2.

Creditum eſt poſterioribus ſeculis, cantiones illas in Eccleſijs per orbem multiplicibus notularũ differentijs uariatas, & preca

p 2 tionea

tiones plurimas, ab ipſo Gregorio Magno Romano epiſcopo eſſe compoſitas: uerùm in ipſius libris non extant certa fundamenta, licet in ritibus augendis ſatis temerarius fuerit.

Factæ etiam ſunt quædam fumigationes in templis. Narrat Euagrius, Mauriciũ Imperatorem Antiochiæ quadã nocte in templo Mariæ dedicato fumigaſſe. libro quinto capite uigeſimoprimo.

Demq; epiſcopi pallio uſi ſunt certis diebus: utpote die natali Baptiſtæ, Petri apoſtoli & Apollinaris: & ordinationis celebratione, & in ſacrario induerunt, ut ſcribit atq; ſtatuit Gregorius indict. 13 capite 54. libri quarti. Et in quibuſdam Litanijs Rauennatis eccleſiæ, epiſcopus pallijs eſt uſus. Epiſtola ſeptuageſimaſexta libri ſeptimi: & libro undecimo epiſtola 56.

A' regio epiſcopo, atque archidiacono eius, Gregorius Romanus dalmaticę uſum concedit: libro ſeptimo, epiſtola centeſima undecima.

## DE RITIBVS CIRCA *baptiſmum*.

BAptiſteria peculiaria prope templa habuêre. Sic Gregorius. Turonenſis ait, ſe ad baſilicã Martini baptiſteriũ extruxiſſe, libro decimo hiſt. cap. 31.

De baptiſterio Magantiæ inquit Fortun.

*Ardua ſacrati baptiſmatis aula coruſcat,*
*Qua delicta Adæ Chriſtus in amne lauat.*

Fuit igitur uſitatum hoc tempore, ſicuti & antea, ut peculiaria loca uel in uel ante tẽpla habuerint lauacro regenerationis deſtinata.

Etſi autem non fuerunt alligati ad certũ tempus quo baptiſarint: tamen, potentiores præſertim, ſolẽnia feſta obſeruarũt, quibus uoluerũt liberos ſuos baptizari. Narrat Gregorius, die Paſchatis Chilpericũ regem Pariſios profectum, ibiq; filium baptiſmo tradidiſſe, Raymundo urbis ſacerdote eum de lauacro ſuſcipiente: lib. 6. Hiſtor. cap. 27. Et libro quinto, capite undecimo inquit: Iudæos quoſdam die Paſchatis, alios uerò die Pentecoſtes eſſe baptizatos.

Crebra aũt uerbi cœleſtis prædicatio & inſtitutiones, præſertim apud adultos, baptiſmo præmiſſæ fuerunt: teſte Gregorio Turonenſi lib. 4. cap. 26. ubi narrat, Sigeberti Francorum regis uxorem Arianam, concionibus ſacris in fide rectè inſtitutam, tandem baptizatam eſſe.

Pompis diaboli ſolitum fuit ante baptiſmum renunciari. Vincentius libro uigeſimoprimo, capite ſexto.

Apparet etiam quoſdam Gregorij tempore merſiones infantum in baptiſmo mutaſſe. Itaq; annotat Iſidorus Hiſpalenſis, eum uehementer reprehendiſſe, quòd non mergerentur uel ſemel uel ter: ſiquidem in tribus merſionibus perſonarum trinitas, in una uerò diuinitatis ſingularitas deſignetur: De uiris illuſtribus capite uigeſimoſeptimo. Et Iohannẽ Cappadocem ait, antiquorum patrum ſententias de trina immerſione collegiſſe: capite 26.

Cereos ad baptiſmum fulſiſſe, ait Gregor. Turon. lib. 5. Hiſtor. cap. 11. quia quòd ritus illi externi ab hominibus excogitati, autoritatem quandam iſtis ſacris actionib. afferant, multi crediderunt.

Suſceptores in baptiſmo adhibitos fuiſſe, teſtis eſt Paulus Diaconus lib. 16. in Iuſtiniano: qui ipſum Imperatorem Iuſtinianum Gethẽ Herulorũ regẽ Chriſtianum factũ ex baptiſmo ſuſcepiſſe memorat. Et Ado in Comment. 4. ætatis, & Ganguinus libro 2. narrant, Andoueram Chilperici uxorẽ inſidijs circumuentam, ipſam natæ ſuæ filiolæ baptizandæ teſtem & cõmatrem extitiſſe.

Egilolpho regi Longobardorũ, ex Theodelinda regina in palatio Modeciano naſcitur filius: qui ibidem baptizatus eſt, ſuſceptore eius exiſtente ſecundo ſeruo Dei de Tridento: ut Vrſpergenſis in Hiſtoria Lõgobardorum annotat. Filius Chilperici baptizatus eſt, epiſcopo eius loci ſuſceptore. Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſtoriarum, capite uigeſimoſecundo.

Vſitatum igitur fuit, quando potentum liberi ſunt baptizati, ut epiſcopi eos ſuſciperent. Sic Childeberto regi filius eſt natus, qui à Treuirenſium epiſcopo Magnetico de ſacro fonte leuatus, Theodebertus eſt appellatus. Gregorius Turonenſis libro octauo Hiſtoriarum, capite trigeſimoſeptimo. Theoderico uerò eiuſdem filio ſuſceptor fuit Varanus Cabillonẽſis epiſcopus. Gregor. Turonen. lib. 9. Hiſtor. capite 4.

Albis autem induti ſunt à baptiſmo. Sic Gregorius Turonenſis ait, quingentos Iudæos Aruerni baptizatos, poſtea in albis ingreſſos: lib. 5 Hiſtor. capite undecimo.

Olympiodorus in Eccleſiaſten, cap. 9. inquit: Nec non tradita nobis indumenta per lauacri regenerationem, quæ proculdubio candidè aſſeruãtur per omne tempus, quo à peccatorum ſordibus abſtinemus.

Baptizatis munera data ſunt: ita Gunthrannus Clothario baptizato dona exhibet. Gregorius Turonenſis libro 10. capite uigeſimoſeptimo.

Porrò præter alios ritus, etiam chriſma addiderunt. nam ubi Remigius Clodoueum regem baptizaſſet, non adfuit chriſma (fortè quia nõ fuit neceſſariũ) ſed ait Gregorius Turonenſis, & Heinricus Erphordienſis, columbã ore attuliſſe uas chriſmate plenũ, ne deſi-

ne deſideraretur id quod neq; Chriſtus præcepit baptiſmo adijci, neq; Apoſtoli unquã leguntur adiunxiſſe. Sic ait Iudæos baptiſatos Aruerni, chriſmate tinctos: libro quinto hiſtoriarum, capite undecimo.

Iuſtus Origelitanus in Cãtica ioquit: Quicunq; Chriſtiani à Chriſto nominantur, ipſi chriſmate perunguntur. Addiderunt & crucis ſignum, ut idem teſtatur ioquiens: Signũ crucis cum odore chriſmatis prænotamus in fronte. Subiungit quoq; rationẽ: Ex ſua, ait, cruce Chriſtus ſignum in frontibus omnes in ſe credentes edocuit.

CASVS.

Deuterio Ariano Cõſtantinopoli Barbarũ ſeu Barban appellatum, baptizante, & corrumpente Chriſti inſtitutionẽ, atq; dicente, Baptiſatur Barbas in nomen patris per filium in ſancto ſpiritu: aqua repentè io colymbethra euanuit. Barbas aufugiens, miraculum alijs ſignificauit. Theodorus Lector in Collectaneis, libro ſecundo.

Chilpericus rex Francorum multos Iudæos baptizari curauit, quos ipſe quidem è fonte ſacro leuauit: uerùm plurimi defecerunt. Gregorius Turonenſis libro ſexto Hiſtoriarum, capite decimoſeptimo.

Ab hæreticis baptizatos, ab orthodoxis rebaptizatos fuiſſe, teſtis eſt Adon in commentarijs quartæ ætatis, in Iuſtino mioore: & Turonenſis libro quarto Hiſtoriarum, capite uigeſimoſexto: ubi narrant, quòd Brunechildis Athanagildi Hiſpanorum regis filia ab Arianis baptizara, pòſt matrimonio iõcta Sigeberto Frãcorũ regi. ei⁹ iuſſu in nomine indiuiduæ Trinitatis rebaptizata fuerit.

RITVS CIRCA CLAVES

FVìſſe olim epiſcoporum officium, tum audiendi pœnitentiã agentes, tum clauibus utẽdi, ex epiſt. Nicephori Chartophylacis ad Theodoſium monachum apparet. nam ſic inquit: Ligandi, ſoluendique prouincia pontificibus ipſis à clementiſsimo Deo noſtro demandata eſt. Siquidẽ ad Petrũ ait: Quęcũq; ligaueris ligata, & quęcũq; ſolueris, ſoluta erũt. Vnde olim omnes oportebat ad ipſos põtifices accedere, ſuaq; illis occulta prodere, & ſic uel reconciliationẽ uel repudiũ ferre. Ignoro aũt quî factõ ſit, cur hęc minus obſeruẽtur: q̃uis exiſtimẽ, Põtifices negocij tædio, frequẽtiq; multitudinis turbulẽtia defatigatos, id opæ ad monachos trãsmiſiſſe: ad eos ſcilicet, q uerè ꝓbati ſint, alijsq; ualeãt eſſe utiles. Nihil.n. tale inexptis & indoctis permiſerũt. Addit ibi & alia, ut: Vnũ cauebit, inqt, ne indulgẽtius & citra omnẽ obiurgationem abſoluat, fiatq; aliorũ criminũ particeps. Item: Iã ſi qui peccauerãt, lachrymis liqueſcãt, ac cõtinẽter malorũ ſuorũ abalienationẽ meditentur, licet in eadẽ reincidant, ſuſcipiendos tamen eos duxeris, cõgruũq; deputaueris locũ. Penes te enim facultas eſt, & (ut noſti) menſuram caſtigationis adhibeas. Eos aũt qui hinc emigrant, in quocunq; fuerint peccato detenti, ne ligaueris, ſed diuinorũ, purorumq; ſacramentorum facito participes. Quos excõmunicauerint, inde liquet, q Beda in Eccle. hiſt. li. 1. ca. 29. inqt, incæſtuoſos cõmunione corporis & ſanguinis Dñi priuatos. Item homicidas. Ita Eraclius Sãctonẽſis Nantinũ comitẽ ad communionẽ admittere noluit, quia presbyterũ crudeliter interfeciſſet. Sed nõnulli epiſcopi, acceptis ꝓmijs, admiſerunt eũ. quã ob cauſam poſtea grauiter punitus eſt. Gregorius Turonenſis lib. 5. Hiſtoriarum, capite 36.

Regino li. 1. in hiſtor. Iuſtini minoris ſcribit, Heribertũ Pariſiorũ regem, filiũ Lotharij, hominẽ flagitioſiſsimũ, & uerè Sardanapalum, ob iniuſtũ diuortiũ, & incæſtas cum duabus ſororib. nuptias, à Germano Pariſiẽſi epiſcopo excõmunicatũ, & iuſto Dei iudicio percuſſum, mortẽ breui obijſſe. Cõſtantinopoli Euphemius epiſcopus Anaſtaſiũ Imperatorem eccleſia excluſit, propterea q opinionem de ſe prębuiſſet, cõtagione Dioſcori ſe infectũ eſſe, & quod turbam contra epiſcopũ concitare, eũq; loco mouere moliretur. Nicephorus libro 16. cap. 26.

DE RECEPTIONE EX- *communicatorum.*

PVblicè recepti ſunt excommunicati, agentes pœnitentiam: ſed ritus non deſcribuntur exactè, quibus ſoliti ſunt uti.

Pelagius quiſpiam Turonicus, à Gregorio epiſcopo ibidem à communione ſuſpenſus, non prius receptus eſt, quàm iuraret. Gregorius Turonenſis lib. 8. Hiſtoriarum capite quadrageſimo.

DE RITIBVS POENITEN- *tiæ, etiamſi non prius excommunicati fuerint.*

RItus pœnitentiæ uarij fuère. Narrat Sigebertus, ſub annum Domini quingẽteſimum, Genebaudum à Remigio Laudunenſi Eccleſiæ præfectũ, cum uxore ſua priſtina conueniſſe, atq; ex ea filiũ & filiam ſuſcepiſſe: qua quidẽ re tandem ſibi conſcientiam fecit adeò, ut ad Remigiũ cõſilium petiturus cõfugeret. Verùm ille pœnitentiam ei imponit ſeptennalẽ, in parua cellula peragendam: quo quidẽ ſpacio peracto, iterũ egreſſus eſt. Idẽ Heinricus de Erphordia recitat. Sed cur iubetur à Paulo epiſcopus eſſe maritus unius uxoris? Cur idem, prohibitionem coniugij uocat dæmoniorum doctrinam? Hæc igitur contra doctrinam Pauli geſtã ſunt.

Burgundię rex Sigiſmundus, interempto

ſuo filio nouercæ inſtigatione, pœnitentiã agena, martyribus Agaunenſib. ſe deuouit: ut ſcribunt Sigebertus, Regino & alij. Turonenſis inquit, eum inſtituiſſe hac occaſione, ut aſſiduè ibi Pſalmos cantarent: libro tertio, capite quinto.

Theophilus quidam in Ciliciæ quadam ciuitate, ſecũdas partes ab epiſcopo tenẽs, remotus ab officio, Magi cuiuſdam Hebræi ſuaſu, diabolo ſeſe etiam literis ſcriptis mãcipauit: promiſitq́; inſuper, ſe Chriſtum abnegaturum eſſe. Recepta igitur ſua prouincia diaboli artib. paulo pòſt agnoſcere peccatum incipit, & coram epiſcopo ac tota eccleſia pœnitentiam ſuam declarat. Sigebertus, Simeon Metaphraſtes.

Mauritius ſuos recogitans exceſſus erga alios, uariaq́; peccata, ſcripſit ad omnes eccleſias, quas ſub ſe habuit, ut preces pro ſe facerent: addita pecunia, ad cereos & incẽſa. Vnde intelligis, eiuſmodi ludicris rebus ſupplicationes eſſe peractas. Paulus Diaconus lib. 17. rerum Romanarum.

Gunthrannus rex Franciæ, Saloniũ & Sagittariũ epiſcopos ob tetra ſcelera & flagitia recludi iubet aliquandiu in monaſteriũ, ita ut ad ſe mutuò uenire non poſſent. Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriarum, capite uigeſimo.

Leuueldus Hiſpaniæ rex, agnito errore, ſeptem dies fletum continuat, poſteaq́; expirat. Gregorius Turonenſis lib. 8. Hiſtoriarum, capite uigeſimo.

Ita & Ricaredus Hiſpaniæ rex, Arianica labe abiecta, catholicæ ſententiæ acceſſit, ut ſcribit Gregorius Turonenſis, eum ſignaculo crucis receptum, addita unctione: libro nono Hiſtoriarum, capite decimoquinto.

Fabulam ſapit, quòd Seuerus ægrotum reſuſcitarit, ut publicè in templo ſeptẽ dierum pœnitentiam expleret. Antoninus titulo duodecimo, capite nono.

SATISFACTIONES.

Pelagius Romanus pontifex de morte Vigilij inſimulatus, publicè crucẽ & codicem Euangeliorum tenens in manibus, teſtatus eſt ſuam innocentiam. Sigebertus: Blondus lib. 7. Decadis 1.

Fratricida quidam, ab epiſcopo iuſſus eſt pœnitentiæ loco ſeptem annos ad loca ſanctorum peregrinari. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum, cap. 87. Immanis aũt fuit ea ſuperſtitio, & conſcientiarũ carnificina, contra uerbum Dei, & meritum IESV Chriſti: qualia multa hoc ſeculo in Eccleſiam ſunt introducta.

CASVS.

Interdum ſeſe mutuò doctores Eccleſiæ, non ſine ſcandalo plurimorum, excommunicarunt. Sic Vigilius Menam, & is uiciſſim Vigilium à communione excluſit: uerùm Iuſtiniani iuſſu uterq; ad communionẽ eſt admiſſus. Nicophorus lib. decimoſeptimo, capite uigeſimo ſexto.

Cum Diaconus ante cœnæ adminiſtratio nem pro more diceret in templo monialium, Quæ nõ communicant, exeant foras: uidet nutrix, etiã ex ſepulchris eas monialea abire, quæ diacono uiuæ moleſtæ fuerant. Ibi Benedictus hac re cognita, panem nutrici dedit, quam pro eis offerret, ne illæ amplius pro excommunicatis habeantur. Hinc ſcilicet, & nõ ex uerbo Dei, ſed ex ſpectris, ſumt illæ oblationes pro defunctis. Vincentius lib. 21. cap. 57. Sed iſta iterum ex Gregorio, infrà de cœna erunt attingenda, in Romana Eccleſia.

RITVS CIRCA COENAM *Domini*.

Fvit non modò in templis cœna Domini adminiſtrata: uerùm etiã extra ea, ſicubi neceſsitas poſtulauit, data eſt. Gregorius Antiochenæ Eccleſiæ paſtor, militib. in gramine cœnam ſacram diſtribuit: ut autor eſt Enagrius libro ſexto, capite 13.

Et quidem de altari cœna data eſt aliàs in templis. Sic Gunthrannus accedẽs ad altare, à ſicarij cuiuſdam inſidijs liberatur diuinitùs. Gregorius Turonenſis lib. 9 Hiſtoriarum, capite tertio.

In hiſtoria Gregorij Turonenſis eſt, quòd in tribus miſsis ſeſe exuerit iuramento. lib. Hiſtoriarum 5. capite quadrageſimonono. Meminit & Catonem presbyterum Aruernorum, lue graſſante in eo loco manſiſſe, ac miſſas dixiſſe: lib. quarto, capi tetrigeſimo. ut intelligas, miſſarũ nunc ſolennia paſsim loca omnia compleuiſſe. Item libro 10. cap. 31. Ait etiam Gunthrannum regẽ die Dominico miſſarum ſolennia ſpectaſſe libro Hiſtoriarum octauo, capite ſeptimo.

Quòd etiam quædam ſint in miſsis decantata Gregorius Turonenſis in uita Venantij reſtatur: ac quidẽ citat uerba, Libera nos à malo. Apparet igitur, orationem Dominicam clara uoce recitatam eſſe.

Martini Chronicõ manuſcriptum refert, Pelagium ſecundum conſtituiſſe, ut memoria defunctorum in omni miſſa fieret.

Ante miſſam ſilentium eſt indictum, ut Miſſæ exaudiri poſſent. Ergo manifeſtũ eſt, non eſſe has ſolennitates occultè peractas, aut uerba clam electa. Gregorius Turonẽſis lib. 7. Hiſtoriarum, capite 8.

Nec dubium eſt, olim uerba cœnæ eſſe publicè & clara uoce recitata. Ideo Hermãnus Gygas ita ſcribit: Sub Vigilio papa conſtitutum uidetur, quòd Canon nunquã legatur niſi ſuper ſacrificia, & in altari conſecrato,

crato, in ueſtibus ſacratis, & uoce ſubmiſſa. Olim enim quaſi ab omnib. per uſum quotidianum diſcebatur, quia alta uoce pronũciabatur. Vnde contigiſſe ait ſemel, ut paſtores in campo ridiculoſè ſuper lapidem pane poſito, recitarint uerba Canonis, quib: ſit tranſubſtantiatus: atque ita, repentè ante ſe uiderunt carnem humanam cruentantem, ſtatimq; diuinitùs percuſsi interierũt. Sed iſte abuſus, nequaquam debuit legitimum uſum abolere.

Narrat Antonius titulo duodecimo, capite tertio, ex Gregorij papæ ſententia, quòd ante benedictionem corporis & ſanguinis Chriſti totus populus apud Græcos orationem Dominicam æqualibus modis concinere conſueuerit.

De oblatione ibi facta quidem meminerunt autores huius ſeculi: uerùm ita intricatè, ut non ſit certum, quomodo eam fecerint.

Scribit Gregorius Turonenſis, mulierem Lugduni quotidie miſſas pro marito celebraſſe, & obtuliſſe quædam: uerùm cũ optima uina offerret, ſacerdos acerũ clam infudit, eaq; ratione diabolus cultũ muliebrem contra uerbum Dei ſuſceptũ eluſit. De gloria Confeſſorum capite 65.

Benedictum monachum à Remigio petijſſe, ut pro quadam obſeſſa hoſtiam offerret, epiſtola Benedicti indicat, quæ extat in Chronico Caſsinenſi. Verùm qualis ea fuerit oblatio, non explicatur. Eòdem etiam Caſsiodorus uidetur alludere: Sacrificiũ, inquit, ſanctæ Eccleſiæ, &c.

Gregorius Turonenſis meminit albæ, qua archidiaconus epiſcopum induerit: libro quarto Hiſtoriarum, capite quadrageſimoquarto.

Recenſet Hedio in tertia parte hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, libro quarto, capite uigeſimo ſecundo, hoc tempore uſitatũ fuiſſe, quòd laici per canales hauſerint ſanguinem Domini è calice: idque ait peritos uiros ordinis Benedictini, ex uolumine cui titulus Liber ſignorum, clarè demonſtraſſe: ex quib. nominat Paulum Volziũ abbatem in Hauxhofen, qui hoc ipſum Beato Rhenano indicarit. Item, in Carthuſianorum ſtatutis prohiberi ait, ne poſsideãt ulla clinodia argentea, præter calices, & canales ex quibus laici de ſanguine Chriſti poſsint haurire. Citat & librum ante an. 400 ſcriptum ex Moguntina bibliotheca, ubi canalium iſtorum quoque fiat mentio.

Excommunicatos porrò remouerunt, quando cœna fuit adminiſtrata. Sic Leudaſte ex templo remoto, Miſſarum ſolennia celebrata ſunt: ut loquitur Gregorius Turonenſis libro ſexto Hiſtoriarum, capite trigeſimoſecundo. Sic incæſti, homicidæ, adulteri iuſsi ſunt exire à Nicetio, tempore communionis. Idem in Vitis patrum, capite decimoſeptimo.

Particulæ cœnæ, quæ abſumi à participantibus non potuêre, Conſtantinopoli ex ueteri conſuetudine pueris impuberibus, qui ſcholas frequentabant, dari ſolebant, ut abſumerent: ſicuti recenſet Euagrius libro quarto, capite trigeſimoſexto.

Fabulæ ſimile eſt, quod Vincentius narrat, Machuten in ceto miſſam celebraſſe, cum putarent eſſe inſulam. libro uigeſimoprimo, capite nonageſimooctauo.

### RITVS CIRCA ORAtiones.

MAtutinarum precum meminit Gregorius Turonenſis in Vitis patrum, capite octauo.

Geſtus autẽ adhibiti ſunt ad orationes, conuenientes humiliationi coram Deo. Sic uxor Philippici inſignis uiri apud Mauricium Imperatorem, cũ maritus in diſcrimẽ uitæ ueniſſet, humi ſe uolutans & plorans orat. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum.

Obſeſſa exercitu Childeberti regis Francorum Cæſarauguſta ciuitate in Hiſpaniis, ciues magno planctu indutis nigris ueſtibus, cinereque ſparſo in caput, murum circuierunt, & liberationem a Deo petierunt: ſed ſuperſtitioſum eſt, quòd Vincentij tunicam circum geſtarunt, quæ ad placandum Deum nihil habuit emolumenti. Gregorius Turonenſis libro tertio, capite uigeſimoſeptimo.

Byzantini in terræmotu orantes, oculos in cœlum ſuſtulerunt: quidam prouoluti Deum inuocauerunt. Agathius libro quinto.

In templis autem publicæ precationes factæ ſunt, & quidem noctu etiam interdũ Letanias peregerunt. Memoriæ enim traditum eſt, Mauricium Imperatorem noctu, & quidem diſcalceatum (ut nimirũ ſuperſtitio ex humano arbitrio ſuſcepta magis eſſet conſpicua) cum tota urbe egiſſe Letanias, & compleuiſſe apud Placernas. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum. Attende hic cultus humanos.

Clotharius rex ad orationem noctu uenit in templum Martini. Gregorius Turonenſis Hiſtoriarum libro 6. capite 9.

Noctu orat Gregorius Lingouicus epiſcopus, & pſallit proprio inſtituto. Turonẽſis in Vitis patrum, capite ſeptimo. Item media nocte factæ ſunt preces. Gregorius Turonenſis libro nono Hiſtoriarum, ca-

pite ſexto. Caſsiodorus in prologo in Commendatione Pſalmorum licait: Pſalmi ſunt denique, qui nobis gratas faciunt eſſe uigilias, quando ſilenti nocte pſallentibus choris, humana uox prorũpit in muſicam, uerbisq; antè modulatis ad illum redire facit, à quo pro ſalute humani generis diuinum uenit eloquium.

Byzantij in terræmotu in templum currunt, ibi preces facientes. Agathius libro quinto.

Fecerunt etiam preces ad ſepulchra. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum, capite nonageſimoprimo. Theodobertus rex Treueri in ſuburbio in templo Maximini orat. idem capite nonageſimotertio. Ipſe Gregorius ad Catalaunenſis epiſcopi Memmii ſepulchrum orat pro febricitante. idem capite ſexageſimoſexto: & libro nono Hiſtoriarum, capite ſexto. Vt uideas, quomodo orationes locis ſint alligatæ.

¶ Formas precationum uarias habuerunt: præcipuè uerò Letaniæ Orientalibus eccleſijs uſitatæ fuerunt. Narrat enim Diaconus libro decimoquinto, in Anaſtaſio, eo ipſo die quo Letanias pagi moris erat, ſeditionem Conſtantinopolitanam exortã fuiſſe, eo quòd Timotheus epiſcopus Byzantij omnibus eccleſijs τρισάγιον cum appendice in Letanijs dicere preceperat. Et Antonius titulo duodecimo, capite tertio, ex Gregorio papa recitat, alio modo Græcas & Conſtantinopolitanam, alio Latinas & Romanam Eccleſiam concinere ſolere Kyrieeleiſon. Deinde libro decimoſexto, in Iuſtiniano ſcribit Diaconus, eos qui ex ſæuiſsimo illo Antiochiæ terræmotu ſuperſtites remanſerant, diſcalceatis pedibus cecini ſſe Letanias, alta uoce clamantes Kyrieeleiſon.

Rogationes quaſdam inſtituit Gallus epiſcopus, ſucceſſor Quintiani, in Eccleſia Aruernenſi tali modo, ut media quadrageſima pſallendo ad templum Iuliani martyris pedeſtri itinere uenirent. Spacium ſatis longinquum indicatur, nempe ſtadia 360. Fuerunt autem reuera ἐθελοθρησκεία. Gregorius Turonenſis libro quarto Hiſtoriarũ, capite quinto: & libro nono, capite ſexto: & in Vitis capite ſexto.

Peſte ſæuiente ieiunia, preces & eleemoſynæ factæ ſunt. Gregorius Turonenſis lib. 10 Hiſtoriarum, capite 19.

Ita etiam noctu cum cereis ſupplicatum eſt tempore peſtis, in Remẽſi templo. item urbem cantilenis circumeunt. Gregorius Turonenſis de gloria Confeſſorum, capite ſeptuageſimonono.

In templo Martini Clotharius ueniam delictorum petit. nam cultus mortuorum nimium hoc tempore creuerat. Gregorius Turonenſis libro quarto, capite uigeſimoquinto.

Circuitus etiam quoſdam obſeruarunt: ut ex Gregorij Turonenſis libro nono, capite ſexto patet.

## RITVS CIRCA ORDInationem.

LEgibus Imperatorum quoq; cautum eſt, ne temerè quilibet admittantur ad uocationes atq; officia Eccleſiaſtica. Nam Iuſtinianus Imperator in Nouellis conſtituit, titulo decimoquinto, de ſanctiſsimis epiſcopis, iubet, ut tres uel pauciores primarij Eccleſiæ ciues epiſcopum uel paſtorem Eccleſiæ ſub animæ periculo, & conſcientiæ religione, nec propter donationẽ, nec promiſsionẽm, nec amiciciam, ſed quòd ſciant rectæ & catholicæ illum eſſe fidei, honeſtæ uitæ, & noſſe literas, eligãt. Et paulo pòſt: Clericos, inquit, non aliter ordinari permittimus, niſi literas ſciant, & rectam fidem, uitamq; habeant honeſtam: non concubinas ſed uxorem legitimam.

Electionem eccleſiaſtic. perſonarũ, populus habuit. Ita Quintianus à populo electus eſt Aruernorum epiſcopus: ac poſtea à pontificibus ad eam rem cõuocatis, & populo, in cathedram eſt collocatus, Theodorico rege conſentiente. Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite ſecundo. S.c & Syluester Lingonici (libro quintò, capite quinto) presbyter ordinatur: iubetur tamen Lugduni benedictionem epiſcopalem accipere.

Nicetius regis Childeberti & pleno populi ſuffragio in epiſcopum Lugdunenſem electus eſt, & ordinatus. Gregorius Turonenſis in Vitis patrum, capite octauo.

Reuticius epiſcopatum populo deligente ſortitus eſt. Gregorius Turonenſis in eius uita.

Soliti interdum ſunt etiã ex laicis quoſdam idoneos in epiſcopos deligere, quaquidem ratione ex ſenatorib. Francilio uocatus eſt in epiſcopum Turonenſis eccleſiæ. Gregorius Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite decimoſexto. Sic Iuſtinianus in Nouellis conſtitut. inquit: Si laicus dignus exiſtimatur miniſterio, non repentè epiſcopus ordinetur, ſed prius clericis non minus tribus menſibus connumeretur: & ita ſanctas regulas & quotidianæ Eccleſiæ miniſterium edoctus, epiſcopus ornetur. Hæc Iuſtinianus: quæ utinam in Ecclẽſia Dei piè obſeruarentur.

Ordinationem epiſcoporũ factã eſſe ſcribit Beda præſentib. tribus uel quatuor uicinis epiſcopis: li. 1. ca. 27. hiſtoriæ Eccleſiaſt.

Tonſio-

Tonſiones autem quaſdam capitis in uſu fuiſſe, teſtatur Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriarum, cap. 5.

Factaq; eſt ordinatio in templis. Scribit enim Vincentius, Romę in tẽplo Petri ordinatos eſſe epiſcopos: lib 21. capite 112.

EXORCISATIO OBſeſſorum.

FVerunt hac etiam ætate in uſu exorciſationes: uerùm ritus illi non deſcribuntur ſatis perſpicuè. Non tamen omnes id poteſtatis uel doni ſibi impleſerunt. unde ad eos qui ſanctitate uiſi ſunt excellere, obſeſſi interdum miſſi ſunt.

Gregorius Lingonicus epiſcopus, ex Energumenis ad ſe adductis taurum ſigno crucis iubebat dæmonia diſcedere. Turonenſis in Vitis patrum, capite 7.

Agericus Viridunenſis epiſcopus mulierem pythonico ſpiritu præditam exorciſmis adoritur, & oleo frontem eius perungit: uerùm incaſſum cedit labor. Gregorius Turonenſis libro ſeptimo Hiſtoriarum, capite quadrageſimoquarto.

Benedictus ad Remiginm obſeſſam miſit, rogitans ut eam liberaret: ut ex epiſt. Benedicti in Chronico Caſsinenſi uidere eſt.

Impoſitio quoq; manuum aliàs fuit uſitata, & quidem Spiritum ſanctum per eam dari crediderunt: ut ſcribit Gregorius in Euangelia, homilia decimaſeptima. Idem ait: Sacerdotes Eccleſiæ cum per exorciſmi gratiam manum credentibus imponũt, & habitare malignos ſpiritus in eorũ mente contradicunt, quid aliud faciunt, niſi dæmonia eijciunt? homilia decimanona in Euangelia.

Addemus hoc etiam: Narrat Theodorus Lector libro ſecundo: epiſcopum Chriſtianorũ in Perſia iuſſum eſſe à rege dæmones profligare, qui collectis pijs preces fecit, & adiuratione eos abegit.

RITVS CIRCA IEIVNIA.

OBſeruata ſunt hoc tempore quædam ieiunia. Sic tempore Quadrageſimæ populus Conſtantinopolitanus à carnibus abſtinebat. Sed rectè Imperator Iuſtinianus intelligebat, eam conſuetudinem eſſe adiaphoricam prorſus, & quemlibet citra læſionem cõſcientiæ poſſe eã intermittere. Itaq; ipſe propter inopiã aliarũ rerũ, edicto iuſsit populũ ueſci carnibus: uerùm aliqui, ſuperſtitione magis quàm pietate, non obtemperarunt, & uenditores carniũ interfecerunt. Nicephorus libro 17. capite trigeſimoſecundo. Paulus Diaconus libro decimoſexto rerum Romanarum.

In cęteris imitati ſunt prius ſeculum.

DE FESTIS.

FEſta quæ prioribus ſeculis uſitata fuêre, non tantum retenta, uerùm etiam in hoc ſeculo aucta ſunt.

Paſcha obſeruarunt omnes. Incidit autẽ aliquando contentio inter Hiſpanos & Frãcos, de tempore celebrandi Paſchalem diẽ. nam Franci 14. Calend. Maij, Hiſpani 12. Calend. Aprilis celebrarunt. Verùm Sigebertus ait miraculo litẽ diremptã. nã Hiſpanis ad baptizandũ tempore Paſchali aquam defuiſſe, Francis uerò minimè.

Primo die Paſchatis Chriſtianos ieiunia obſeruaſſe, non tantum die, uerùm in multam quoq; noctem uſq;, Procopius ſcribit libro 1. de bello Perſico.

In ſolennitate Dominicæ reſurrectionis, rex Gunthrannus per triduum eleemoſynas diſtribuit. Gregorius Turonenſis libro nono Hiſtoriarum, capite uigeſimoſecũdo.

In concluſione uigeſimiprimi pſalmi inquit Caſsiodorus: Iſte pſalmus eſt, quẽ nobis paſchali munere ſolenniter decantat Eccleſia, ut ſalutariter inſtruamur, in humanis rebus etiam beatos temporaliter ex aliqua parte à Domino derelinqui, cum tamen eos ad bona æterna tuitionis ſuæ uirtute perducat.

Aſcenſionis Dominicæ & Pentecoſtes feſti meminit Gregorius Turonenſis libro 5. Hiſtoriarum, capite undecimo.

Vigilias natiuitatis Domini actas eſſe, teſtatur Gregorius Turonenſis qui inquit: Francilionem ad uigilias natalis Domini deſcendentem hauſto poculo interijſſe. Libro tertio Hiſtoriarum, capite 16.

Mariæ etiã feſta magis magisq; cœperũt eſſe in uſu. Nam Iuſtinianus Imper. primùm Seruatoris conceptionẽ inſtituit honorari quodam feſto die, toto terrarũ orbe. & ait Nicephorus, Iuſtinum antea de ſancta Chriſti natiuitate idem feciſſe: libro decimoſeptimo, capite uigeſimooctauo.

Annunciationis Mariæ feſtũ in uſu fuiſſe, ex Andrea Hieroſolymitano apparet.

Feſtum purificationis Mariæ ſeu Hypapante, inſtitutum eſt hac occaſione. Magna lues ingentem hominum turbam necabat: ideo hoc feſtum inuenerunt, cuius obſeruatione ſe ab ea liberari putabant. Factũ id eſt anno Domini quingenteſimo quadrageſimoſecundo, ut Sigebertus ſcribit: Itẽ Paulus Diaconus libro decimoſexto, de rebus Romanis.

Mauricius ſacroſanctæ Genitricis dormitionem 15. Auguſti menſis celebrari præcepit. Vt uideas, ab hominibus eiuſmodi feſta inſtituta eſſe. Nicephorus libro 17. capite uigeſimooctauo.

Epiphaniorum & Quadrageſimæ, in qua quidem Rucculenus ſæpe fœtus cuniculorum comedit, mentio fit apud

Gregorium

Gregorium Turonenſem libro quinto, capite quarto: item libro octauo, capite quadrageſimotertio. Caſsiodorus in Pſalmum quadrageſimum, explicans rationes iſtius numeri, inter cæteras hanc quoque ponit: Ipſe quoque Dominus totidem diebus ac noctibus ieiunauit, ut nobis formam beatæ purificationis oſtenderet Quadrageſimæ: quin etiam ipſius exemplo præmittitur tempus abſtinentiæ, ut deletis ſordibus peccatorum, ad reſurrectionem Domini puris mentibus accedamus.

De Rogationum feſto Alcimus orationem habuit ad populum Viennenſem, atque aſſerit apud hoſce primùm hoc feſtum originem ſumpſiſſe, ac poſtea in totum pene orbem dimanaſſe. Autorem uerò primùm nominat Mamertum. Occaſio fuit incendium, terræmotus, atque aliæ calamitates. triduum autem durauit, & proceſsionibus etiam quibuſdam celebratum fuit.

Encænia etiam celebrata ſunt. Nam Conſtantinopoli in Encænijs templi ſanctorum Apoſtolorum, die uigeſimonono Iunij, reliquię etiam Apoſtolorum, utpote Andreæ & Lucę, in curru aureo à Mena ſunt circumuectæ. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimoſexto: Paulus Diaconus libro decimoſexto, rerum Romanarum.

Sic & reliquis ſanctis, aut opinione ſaltem talibus, feſta inſtituta ſunt. Antiochię, Thomæ monacho feſtum eſt dicatum, quòd ſoliti ſunt quotannis magnificè celebrare. Euagrius libro quarto, capite trigeſimoquinto.

Memorat Euagrius libro quarto Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſexto. ex tertio libro Procopij de bello Vandalico: uniuerſos Carthaginenſes Cyprianum uirum ſanctum coluiſſe. nam nobile ei templum extra urbem, circa littus maris poſitum fuiſſe, ſuperioribus Centurijs indicatum eſt. Feſtum autem Cyprianicum appellarunt, quod anniuerſarijs ſacris, præter cultus alios quos ei exhibuerunt, ſumma religione peregerunt. Nautæ, Hyemem feſtum illud cognominare conſueuêre: eo quòd in id tempus, quo Libyes feſtũ illum diẽ perpetua lege celebrare ſtatuerunt, hyems incidebat. Sub Honoricho autẽ Vandalorum rege direptum fuit templũ illud, & Arianis dicatũ. Verùm à Beliſario, deuictis Vandalis, & pulſis Arianis, Chriſtianis denuò reſtitutum eſt.

Poſtremò Imperatores quoq; ipſos cœptũ eſt coli. Nam ut Nicephorus teſtis eſt, Iohannes Chalcedonis filius cũ Cõſtãtinopolitanæ eccleſiæ præeſſet Alexi Comneni ætate, magnificè cũ toto populo Iuſtiniani Imperatoris memoriã celebrauit: idemque Epheſi in delubro Iohan. Euangeliſtæ factũ eſt, quia id templum conſtruxerat. Vide igitur quid faciat deuotio humana, abſq; uerbo Dei. Nicephorus libro 17. cap. 31.

### RITVS CIRCA NVPTIAS.

VNicam autem Chriſtiani duntaxat uxorem duxêre. hinc Mauruſij Africani Chriſtianis militib. obiecêre, ueluti probri loco, quòd unicam tantum ipſis licitum eſſet coniugem ducere. Procopius belli Vãdalici libro quarto.

Ritus autem uarij fuerunt obſeruati, in nuptijs. Nam faces nuptiales accendere, & conuentum ſponſalitiũ hymnis atq; carminibus celebrare ſolebant: ut in Mauricij Imperatoris nuptijs, magna ſolẽnitate & pompa hæc facta eſſe ſcribit Nicephorus libro decimooctauo, capite octauo.

Nuptias Sigebertus rex Franciæ cum Brunechilde Athanagildis Hiſpaniæ regis filia celebrauit, ita ut ſenioribus ſuis congregatis, ſumptuoſe epulas inſtrueret, & magna cum lætitia eam acceperit uxorem. Spõſa quoque ei magnos theſauros attulit, ut Gregorius Turonenſis libro quarto, capite uigeſimoſexto refert.

Porrò ſicuti cultus humano arbitrio excogitati uehemẽter creuerũt hoc ſeculo, q̃bus uera doctrina de articulis fidei & proprijs cultibus Deo debitis horribiliter obſcurata eſt: ita etiam plurima alia acceſſerunt, & coniugium cœpit uileſcere, atque etiam diſtrahi interdum religionis ergò, uel aliàs non recte collocari. Narrat Gregorius Turonenſis exemplum, quòd coniuges inter ſe conuenerint, quòd à debita commixtione prorſus uellent per omnem uitam abſtinere, idque ab ipſis factum eſſe, ita ut moriente muliere maritus ſtans ad ſepulchrum dixerit: Gratias ago tibi mi Deus, quod hanc tibi, ut tradidiſti, reddiderim. ibique mortuam locutam: Sile, Sile. Paulus uerò Spiritu ſancto plenus ait: Vir debitum uxori reddat, & uiciſsim. Quomodo igitur eiuſmodi temeraria facta, quibus uis ipſi naturæ hominis infertur, cum dictatis Spiritus ſancti conueniunt? De gloria Confeſſorum, capite trigeſimoſecundo.

### RITVS VISITANDI *ægrotos.*

SOlitos fuiſſe pro ægris & morientibus, Eccleſiarum miniſtos Deum ardentibus uotis precati, teſtatur hiſtoria Mauri, Benedicti ſenioris, abbatis Caſsinenſis, diſcipuli: qui cum prædicandi Euangelij cauſa in Galliam à Benedicto miſſus eſſet, in monaſterio Antiſiodorenſi

dorenſi

dorenſi à S. Romano monacho extructo, cũ ipſo Romano de Benedicti morte collocutus fuit: & ei pridiè quàm moreretur Benedictus, ad Dominum ipſum migraturũ prædixit. Ea igirur de cauſa hortatus eſt Romanum, ut unà ſecum templum ingrederetur, quò ambo ibi pernoctantes, ſanctiſsimi abbaris mortem, quacunque hora immineret, pſalmis & orationibus Deo commendarent. Chronicon Iuonis in Iuſtiniano.

In ſanationibus infirmorum miraculoſis Hoſpitium oleo benedicto uſum eſſe, Gregorius Turonenſis narrat in Hiſtoriarum libro ſexto, capite ſeprimo. Ita nimirum quadam ratione Apoſtolicam miracnloſamq; unctionem ſine uerbo Dei peculiari imitati ſunt.

RITVS SEPVLTVRAE.

Cadauera hominum in Gallijs abluta fuiſſe antequam terræ mandarentur, teſtis eſt Gregorius Turonẽſis de gloria Cõfeſſorum, capite centeſimoquarto: & in Vitis patrũ, capite ſexto & decimo. Myrrha quoq; mortuorũ corpora eſſe condita, Caſſiodorus teſtatur in Cantica.

Pſallentium turbæ funera deduxerunt. Sic cadauer Chrotildis reginæ Franciæ, pſallentium turba comitante ſepultum eſt Parrhiſijs. Gregorius Turonenſis libro quarto Hiſtoriarum, capite primo.

Clodouei cadauer rex Gunthrannus cum clero & populo ac cereis ſepulturæ tradit. Gregorius Turonenſis lib. 8. Hiſtoriarum, capite decimo.

Veſtitu uſi ſunt lugubri tum uiri, tum mulieres, in funerum deductione. Gregorius Turonenſis libro quinto Hiſtoriarum, capite trigeſimoquarto.

Moris autem paſsim fuit, mortuorum cadaueribus, aut in templis, ut eorum qui pietatis laude aut rerum geſtarum magnitudine fuerunt celebriores, aut cœmiteriis, quæ propinqua delubris fuiſſe uidentur ſepulturæ locum tribuere: ut Macedonius Conſtantinopolitanus epiſcopus, apud Gangras exul, interfectus in baſilica ſancti Gallinici martyris humatus fuit. Diaconus libro decimoquinto in Anaſtaſio. Sic Benedictus Caſsinenſis cœnobij fundator & abbas, in templo S. Iohannis baptiſtæ, quod ipſe euerſa Apollinis ara ibidẽ extruxerat, ſepulturæ locum accepit. Iuo in Iuſtiniano.

Conſtantinopoli Iuſtinianus templum ſanctorum Apoſtolorum extruxit, in quo reges ac ſacerdotes locum ſepulturæ haberent. Euagrius libro quarto, capite trigeſimoprimo.

Ruotherus rex Longobardorum, in templum Iohannis baptiſtæ ſepultus eſt. Vrſpergenſis.

Clodoueus Parrhiſijs in æde Apoſtolorum, quam cùm regina extruxerat, ſepultus eſt. Turonenſis libro ſecundo Hiſtoriarum, capite quadrageſimotertio.

In monaſteria quoque ſoliti ſunt ſepellire. Sic regis Burgundiæ Sigiſmundi corpus, licet initio in puteum contumeliæ gratia coniectum fuerit, tamen poſtea extractum, in monaſterium eſt repoſitum. Adon ſexta ætate.

¶ Vbi uerò nullum horum locorum habere potuerunt, eum etiam quem caſus obtulit locum ſuis mortuis Chriſtiani uendicarunt: ut Herculiani Peruſini epiſcopi hiſtoria teſtatur, quem cum Totilæ exercitus interfectum extra ciuitatis mœnia ignominioſè proieciſſent, Chriſtiani pietatis affectu compulſi, prope mœnia iſtius ciuitatis cadauer eius cum infante quodam ſepelierunt. Gregorius papa libro tertio Dialogorum, capite decimotertio.

Alboini regis Italici corpus perfidia uxoris Roſimundæ interfecti, ſub ſcala palatij eſt ſepultum. Paulus Diaconus libro ſecundo, capite decimoquarto de geſtis Longobardorum: Blondus Decadis primæ libro octauo.

¶ Duplicia eos habuiſſe cœmiteria, inde apparet, quòd Euagrius ait, Antiochenos Thomæ monachi corpus initiò in exterorum ſepulturam condidiſſe: poſtea uerò reperto eius cadauere ſupra alios iacente, in cœmiterium aliud deportaſſe. libro quarto, capite trigeſimoquinto.

Cœmiterium quoddam prope Auguſtodunenſem ciuitatem fuiſſe, Gregorius Turonenſis ſcribit, de gloria Confeſſorũm, capite ſeptuageſimotertio.

Vſi ſunt & marmoreis ſepulchris: ut Gregorius de gloria Confeſſorum, capite quadrageſimoſecundo reſtis eſt.

Loca ſepulturæ ſacerdotali benedictione conſecrata eſſe, ait Gregorius de gloria Confeſſorum, capite centeſimoſexto. Vnde uerò iſta conſecratio ex ſacris literis habet originem?

Soliti porrò ſunt potentiores cum ornamentis quibuſdam ſepeliri. Ad eum modum propinqua uxoris Gunthranni in Metenſi eccleſia eſt cum ornamentis plurimis & auro tumulata, quæ poſtea fures conati ſunt ſurripere. Gregorius Turonenſis lib. 8. Hiſtoriarum, capite uigeſimoprimo.

Defunctis, præſertim ex nobili ſtirpe ortis, lychnos quoſdam ad ſepulchra ſuſpenderunt: ut apparet ex Gregorij Turonenſis

Iohannis pontificis corpus Rauenna eſt traductum Romam, in ædem Petri. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſecundo.

Byzantij in templo Blachernarũ ſeu Placernarum, dubitãter affirmat Nicephorus famam fuiſſe, reſeruari ueſtes Marię uirginis, partem eius zonę & capitis amiculum, in urna aurea. libro 18. capite 38.

Narſetis corpus in loculo plumbeo cum omnibus eius opibus Cõſtantinopolin eſt perlatum. Paulus Diaconus libro 2. de geſtis Longobardorum, capite octauo.

Euphemiæ martyris reliquiæ in æde Chalcedonenſi in urna marmorea repoſitę fuerunt. Nicephorus libro 18. capite 31.

Stephani reliquias à muliere quadã inſcienter, cum ea putaret ſui eſſe mariti (ŏ craſſam inſcitiam) Hieroſolyma primùm, inde Cõſtantinopolin ablata: deinde Romam tempore Pelagij uenêre. Martinus & Gygas prodidere.

Tempore Anaſtaſij, Hartmãnus Scheddel inquit, Eliſæi oſſa Alexandriam eſſe tranſlata: Barnabæ quoq; corpus, cum Euangelio eius manu conſcripto, repertum.

¶ Cæterùm poſtquam amor reliquiarũ mentes hominum ſubijt, undiq; etiam alię res obiatę ſunt. Nam hoc artificio homines à uerbo Dei, & alijs magis neceſſarijs abducti ſunt. Referunt Sigebertus: Vincentius libro uigeſimoſecundo, capite nono: Vrſpergenſis in hiſtoria de Mauricio, circa annum Domini 603, tunicam Chriſti (ſuper quam milites ſortem miſerint) in Zapharh procul à Hieroſolymis in arca marmorea repertam: moxq; ab Antiocheno præſule Gregorio, & Hieroſolymitano Thoma, deniq; etiam à Conſtantinopolitano, alijsq; plurimis epiſcopis honorificè cũ ieiunijs & ordine facto quaſi exercitu militari deportatam eſſe. Nemini uerò quicquam dubij obrepſit quin eſſet uera, præſertim cum tot ſeculis fuiſſet ignorata.

Tanta præterea uanitas colendi defunctas creaturas hominum pectora inceſsit, ut quaſcunq; particulas de ueſtibus alijsq; rebus abripuerint uel furto uel manifeſtè, quas poſtea in alia templa deportarunt, & crediderunt earum uirtute miracula fieri. Sic Gregori⁹ fatetur, ſe de linteo in templo Nicetij quædam fila ſuffuratum, & in alia templa trãſportaſſe: ut ſcilicet hac ratione idololatria creſceret. Turonenſis in Vitia patrum capite 8. Copioſus quoq; eſt in recitandis reliquijs in templo Martini, quod reſarciebat, inuentis: libro decimo Hiſtoriarum, capite 31.

In reliquias Alexandri martyris Chaganus Hunnus contumelioſus fuit. Nicephorus libro 18. capite 28.

PEREGRINATIONES.

SIcuti cultura mortuorum hominũ immodicè adaucta eſt, ita & uiſitationes ſeu curſiones ad eos. Narrat Paulus Diaconus, Fortunatum ex oculis laborantem, & Felicem collegam ipſius Rauennam decreuiſſe proficiſci, ad baſilicam Petri & Pauli, ubi & altare eſt Martino dedicatum. libro ſecundo, capite 9. de geſtis Lõgobardorũ.

Scribit etiam Gregorius, ægrotos ad ſepulchrum Iuniani prope urbem Lemouicinam cucurriſſe: atq; ſanitate recepta, ei ſancto ſeſe tributarios feciſſe: præpoſtero ſanè pietatis ſtudio, atq; in unici Dei honorem contumelioſo. In libro de gloria Confeſſorum, capite centeſimo tertio.

RITVS MONACHORVM.

MOnaſticũ uitę genus, quod in Quarta Centuria initiũ habuit, paulatim in omnes mũdi fermè angulos hoc ſeculo quàm latiſsimè diffuſum eſt. Maximè uerò in Palæſtina ſub Anaſtaſio Imperatore, innumera ferè fuerunt id genus hominũ collegia, quæ à præcipuis doctoribus gubernata fuerunt: id quod plurimi teſtantur ſcriptores. Euagrius libro tertio, capite trigeſimoprimo narrat, Paleſtinæ monachos de cauſa Flauiani Antiocheni & Macedonij Cõſtantinopolitani epiſcopi ſcripſiſſe literas ad Alciſonem quendam. Et capite trigeſimotertio eiuſdem libri memorat, ex epiſtola monachorum Paleſtinæ ad Alcyſonem ſcripta, monaſteria Hieroſolymitana & totius Paleſtinę in recta fide & religione concordare. Ibidem, Seuerum hæreticum initio in monaſterio quodam Gazæ, quam Maiumam uocant, cum epiſcopo eius oppidi & alijs monaſticæ deditos fuiſſe indicat, & ſacris ſtudijs plurimùm ſibi laudis & famæ pepetiſſe. Eadem prolixè ſcripta reliquit Nicephorus libro decimoſexto, capitibus uigeſimonono, 32. & 33. &c.

Fuerunt & in Syria ac Phœnicia monaſteria plurima. In quadam Syriæ regione cœnobium quoddam fuit Cynægeticum ſeu Venaticum dictum, cuius monachi Flauianum Antiochenum epiſcopum, cum ſummo impetu irruentes in urbem, perſecuti fuerũt. Monachi uerò alterius Syriæ quam Cauam & Secundum appellant, Flauiano auxiliandi gratia eandem urbem ingreſsi, cœnobiũ quoddam in agro ſitum Tilmogium appellatũ incoluerunt. Euagrius libro tertio, capite trigeſimoſecundo. Palęſtinæ & Syriorum monachorum crebra fit mentio in quinta ſynodo Conſtantinopolitana, tomo ſecundo Conciliorum, ubi libellum contra Anthimũ & Zoaram Syriæ monachum ſynodo exhibuiſſe ſcribuntur. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite

nono. Prope Synden ciuitatem quandã maritimæ Phœnicię,quingentis circiter ſtadijs à Cæſarea Paleſtinæ,à Tyro uerò uiginti diſtantem,Zoſimas & Cęſareę Iohannes quidam monaſticam uitam agentes,uterq; uirtutibus & miraculis clari floruerunt ſub Iuſtino ſeniore.Euagrius libro quarto, capite ſeptimo. Prope Alexandrinam urbem Theodora fœmina admirãda,uirili habitu, abiecta prioris uitæ turpitudine, in cœnobio quodam pœnitẽtiam egiſſe, & rigidiſſimè uixiſſe memoratur. Nicephorus libro decimoſeptimo,capite quinto.

Fuerunt & Conſtantinopoli monaſteria. Euagrio teſte libro tertio , capite trigeſimo primo.ubi indicat , Conſtantinopolitanos monachos Macedonio ſuccẽſuiſſe, & ideo ab eo ſeparaſſe , quòd ille in quadam confeſsiono Nicenæ duntaxat & Conſtantinopolitanæ ſynodij, omiſſa Epheſina & Chalcedonenſi,mentionẽ fecerat. Et Nicephorus libro decimoſeptimo,capite nono, eorum meminit. Peſte Conſtantinopoli graſſante,multi ob mortis metum in monaſteria ſe contulerunt. Procopius belli Perſici libro ſecundo.

Nicææ monaſterio præfuit Hoſpicius. Bõfinius de rebus Vngaricis libro octauo, decadis primæ.

Eo autem conſilio extructa eſſe pleraq; monaſteria ut eſſent quaſi ſcholę, argumẽto eſt hiſtoria Iuonis in Iuſtiniano:ubi memorat, Florũ quendã regũ Francicorũ procerem primariũ, ſingulari pietate prędirũ, Maurum aduenientẽ in Galliam humaniſſimè excepiſſe , & in Dei honorem monaſterium prope Aurelianenſem ciuitatem extruxiſſe , in quo & ipſius & poſtmodum multi nobiliũ liberi pietatis ſtudijs à Mauro & alijs doctoribus imbuti fuerunt.

Occidentalium porrò monachorum in Italia,Hiſpania & Gallia, inſtitutor & princeps fuit,circa quinquageſimum uigeſimũ nonum annum Chriſti , Benedictus Caſsinenſis cœnobij autor & abbas:ut infrà etiã dicemus.Cuius deinde diſcipulus Maurus cum alijs quibuſdã in Galliam miſſus fuit: ut ibi quoque idem monaſticæ uitę genus & ordo,ipſorum opera innoteſceret.Sabellicus Enneadis octauæ libro ſecundo.

Ratio porrò monaſticæ uitæ,ſeu modus cultusq; multiplex, pro diuerſitate regionum & hominum fuit. Zoſimus Sindenus Phœniciæ monachus , cum diuino ſpiritu Antiochenę ciuitatis ruinam ex terręmotu perſentiſceret. mox triſtis , plorans , ingemiſcens, & lacrymantibus oculis thuribulum popoſcit : & toto illo tempore, quo Antiocheni terræmotibus affligebantur, ſacrificans,in terrã ſeſe proiecit,precibusq; & ſupplicijs Deum placauit. Deinde cum Cæſarienſis quidã patricius, cuius conſuetudine Zoſimas familiariſsimè utebatur, monacho uxoris ſuæ calamitatem & oculorum iacturam narraſſet, Zoſimas mox in ſuam ſe proripiens cellulam,relicto Arceſilao( quod nomen erat illi Cæſarienſi) preces ad Deum pro more ſuo fundit, & uiſus ſanitatem Arceſilai uxori impetrauit. Euagrius libro quarto, capite ſeptimo. Fuit alius quidã Zoſimas in cœnobio Paleſtinę, qui Marię Aegyptiacæ rem diuinam facere conſueuit: ut magis ſuperſtitionem huius uitæ cognoſcas.Nicephorus libro decimo ſeptimo,capite quinto. Idem autor capite mox ſequenti narrat, Elesbaan Aethiopũ regem diuina ope uictoria parta in bello contra Iudęos,magiſtratum ſuum & dignitatem regiam depoſuiſſe, & ingreſſum eſſe ſacram ædem:ibique raſo capite, & aſpera monachorum lacerna ſumpta,in anguſtam quãdam cellam, ubi per omnẽ uitam adiri nõ poſſet,ſe abdidiſſe,& ſolo pane ac oleribꝰ quibuſdã ꝑ cibo,donec uixit,uſum eſſe.

Antiſiodorẽſe monaſteriũ Romanus cõdidit,qđ Fons regis dicitur.Epit.mundi.

Lotharius Medardi corpus ad urbẽ Sueſſionenſem tranſtulit,atque ex promiſsione eius filius Sigebertus monaſterium ibi conſtruxit. Sigebertus : Gregorius Turonenſis libro quarto,capite decimonono.

Remila Eugenia Anſemundis filia,Viennæ monaſterium S.Andreæ inferioris condidit.Nam in colle prius fuerat eidem Andreæ monaſterium extructũ à Leoniano. Adon Viennenſis ætate ſexta.

In urbe Pictauienſi Radegunda Clotharij uxor,regis Francorum, Theodorici fratris, monaſterium extruxit,in quo & uixit.Gregorius Turonenſis libro tertio, capite ſeptimo:& libro nono,capite ſecundo. Et capite nono eiuſdem libri narrat,Radegundã regulam eidem monaſterio præſcripſiſſe, collectã à Cæſareo antiſtite Arelatenſi. Collocat etiam ipſa abbatiſſam: & ius eligendi alias poſt mortẽ cęteris monis lib. relinqt.

Eparchius Ecoleſinam ueniens , cellulã ſibi extruxit, alijs quibuſdã monachis ſibi adſcitis.Hi orationi uacabant, pecuniam ſibi oblatam pauperibus erogabant. Gregorius Turonenſis hiſtoriarum lib.6.cap.8.

De monaſterio Latta Gregorius Turonẽſis dicit libro quarto hiſtoriarũ,capite quadrageſimooctauo. Gurthonenſis meminit de gloria Confeſſorum , capite 86.& Reomaus,ibidem capite 87. Lirinenſis ibidem, capite nonageſimoſeptimo.

Ingeltrudis in atrio Martini puellarum monaſterium inſtituit.Gregorius Turonẽſis libro decimo hiſtoriarum,capite 12.

Vuuſilaiçus diaconus monaſteriũ extruxit in montis cacumine, octo millatibus ab Exoſio caſto, cũ prius ibi Diana coleretur. Habuit pręterea ibi columnam imitatione Simeõis Antiocheni, in qua ſtare ſolebat. Verùm monachi reliqui eã deſtruxerũt: id quod ipſe ualde queritut. Nihil hic de fide in Chriſtum, ſed tantũ de electicijs hominum operibus audis, de quibus inquit Chriſtus: Fruſtra colũt me mandatis hominum. Gregorius Turonẽſis libro octauo hiſtoriarum, capite 15.

Meletẽſis monaſterij meminit Gregorius Turonenſis, in uita Caluppanis.

Aemylianus heremita initio in ſylua in territorio Aruernenſium monaſteriũ cõdidit: poſtea uerò eius ſucceſſor Brachio Turonis duo monaſteria extruxit. Gregorius in uiris Patrum, cap. 12.

Vrſus abbas monaſteriõ in Turonico territorio, ad locũ quem Senapatiam dixere, ædificauit. Poſtea aliud ſtatuit locis ad Angerem fluuium. Gregorius Turonẽſis in uita Viſi.

Malliacenſis monaſterij meminit Gregorius Turonenſis, in uita Solennis.

In Octodoro uico Subaudię, Simon quidam monaſteriõ poſuit, atq; Mauricio dedicauit. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione 18.

Brunichilda regina monaſterium ancillarum Dei, templum Martini in ſuburbio, & xenodochium in Auguſtodunenſi ciuitate fecit. Gregorius lib. undecimo epiſtolarum, indictione ſexta, epiſtola octaua.

Childebertus in muros Arelatẽſis ciuitatis monaſterium cõdidit. libro ſeptimo, epiſtola centeſima decimaquinta.

In Aruernẽſis regionis oppido Cabalone, quod Ptolemęus Caballinum uocat, Gunthrãnus rex cœnobiũ ex theſauris per ſomnium inuẽtis miræ magnitudinis extruxit, in quo pòſt Gunthrãnus mortuus ſepultus fuit, ut Regino habet libro primo, in Mauricij hiſtoria. Diaconus uerò lib. tertio de geſtis Longobardorũ, capite decimoſeptimo ſcribit, fuiſſe ſolidũ ciboriũ, mirę magnitudinis, & magni põderis, ex auro extructũ, (erat autem ciborium, altaris quoddam ornamentum) quod precioſiſsimis gemmis exornatum, ad ſepulchrum Domini Hieroſolymã Gunthrãnus mittere uoluerat. Sed cum nõ poſſet, collocauit ciboriũ illud ſuper monumentum ſancti Marcelli martyris Cabilone ſepulti, quę urbs regni ſedes fuit.

Lupicinus & Romanus eremitæ, prope Auenticam ciuitatem facto hominũ concurſu, monaſteriom ædificarunt, quod Cõtadiſcone appellarunt: & poſtea adhuc duo adiecerunt. Gregorius Turonẽſis in Vitis patrũ, capite primo & decimotertio. Addidit autem Chilpericus Burgundiæ imperitans, reditus quoſdã: nempe annuatim trecentos modios tritici, totidem uini, centũ aureos ad ueſtitum. Nam monachi iuſsi uineas & agros ſumere, maluerunt reditus iſtos percipere. inquiũt enim: Nõ decet monachos facultatib. extolli, ſed in humilitatẽ cordis Dei regnum iuſticiamq; eius exquirere. Verùm iſta erant cõtra admonitionẽ Chriſti, Matth. 24.

In Burgundia rex Sigiſmundus monaſterium Agaunenſium conſtruxit. Sigebertus, anno Domini 515. Gregorius Turonenſis libro 3 hiſtoriarum, cap. 5.

In Hiſpanijs etiam fuit monaſteriũ Martini. Gregorius Turonẽſis libro decimo, capite duodecimo.

In Noricorum finibus Seuerini cœnobiũ erat celebre. Bonfinius de rebus Vngaricis libro 7, decadis primæ.

De monaſterio Petri in Orphiana inſula, Gregorius ſcribit libro primo Epiſtolarũ, indict. 9. epiſtola 48.

In Sicilia Lucuſianũ monaſterium eſt extructum. Gregorius libro ſeptimo, epiſtola uigeſimaſeptimã.

In Aethna erat monaſterium S. Viti. Gregorius libro 8, epiſtola 21.

In Capricana inſula prope Maioricã, fuit monaſterium, in quo ſe malè geſſerunt monachi: ut ſcribit Gregorius libro 11, epiſtola quinquageſimaſecunda.

In Anglia Samſon monaſterium Dolum ſtruxit. Vincentius libro 21, cap. 103.

Dionotus Auonius Bannochorenſe monaſterium inſtituit, ubi labore manuũ uixerunt. Balæus.

Erat & in ciuitate Baugor monaſterium, ita refertũ hominibus, ut in ſeptem partes diuiſum, quę libet circiter trecentos cõplecteretur monachos, qui omnes labore manuum quæritabant uictum. Auguſtino petẽti, ut ſimul & ſubiecti eſſent, & munus euangeliſandi ſubirent, detrectarunt ea omnia: quam ob cauſam ingens eorum numerus interfectus eſt. Galfrid Britannicę hiſtoriæ libro octauo.

Maglocunus tyrannus in Anglia, oppreſſis ſuis cognatis uouit, ſe fore monachũ. uerùm poſtea uoti obliuiſcitur: qua de cauſa Gildas eum obiurgat, ut idem ſcribit.

Meminit Nicephorus & monaſterij Inſomnium: libro 17, capite 36.

Totonderũt aũt monachos, poſteaq; in ſuum ordinem cooptarunt. Gregorius Turonenſis in Vitis patrum, capite 16.

¶ De Monialiũ uerò cultu Alcimus inqt:
*Sed tibi cum geminum tetigerunt tempora luſtrum,*
*Mox ſtola ſincero uelat te cãdida cultu;*

*Virginis os habitumq; decem, quem mater amictu*
*Religioſa ſuis manibus confecerat*, &c. In libro de Conſolatoria caſtitatis laude, capite tertio.

Chriſmate inunctas fuiſſe, idem teſtatur, inquiens libro eodē, capite decimonono:
*Cœlorum regnum, quæ Chriſti eccleſia ſancta eſt,*
*Virginibus ſacro ſignatis chriſmate confert.* Caſſiodorus Pſalmo 75 docet, omnino eſſe liberum, uirginitatē uouere, uel non: ut in Dogmaticis indicauimus.

Alternis cecinerunt Pſalmos. ita Alcimus ſcribit in lib. de Conſolatoria caſtitatis laude, capite primo:
*Nam quoties ſanctum complecteris ordine curſum,*
*Alternos recinens dulci modulamine pſalmos,*
*Quos uiuens in corde chelys uirtute canora*
*Interiore ſono & caſtis concentibus aptat*, &c.

Item: Apparet in uita monaſtica uſitata fuiſſe uota, parentesq; pro filiabus uouiſſe, easq; adhortatos eſſe, ut promiſſum uotum ſeruarent. Ita enim Alcimus introducit Audentiam cum Fuſcina filia loquentem: in libro de Conſolatoria caſtitatis laude, cap. 5.
*Fac iſthinc abeant promiſſo libera uoto*, &c.
Deinde:
*—Votoq; adiungito uotum,*
*Exue delicias mundi huius, & indue Chriſtum.*

Porrò monachi abbates quoſdam ſuos habuere. Sic legimus Ruffum abbatem fuiſſe monaſterij Theodoſij, Cononem abbatem monaſterij Sabæ: apud Euagrium libro quarto, capite trigeſimooctauo. Lupentij cuiuſdam abbatis Gaballitani mētio fit in Gregorij Turonenſis libro hiſtoriarū ſexto, capite trigeſimoſeptimo.

Sic & Moniales abbatiſſas habuere, de quo primatu & ſæpe inter ſe mulieres decertarunt. Gregorius Turonenſis libro nono hiſtoriarū, capitibus quadrageſimo & quadrageſimoquarto.

Soliti ſunt etiam reges filias in monaſteria tradere. Chilpericus enim in Pictauienſe monaſterium filiam tradiderat, quam quidem inde rurſum uolebat eximere, & matrimonio iungere: ut intelligas ius iterum eas eximendi fuiſſe. Sed ab alijs ſeducta, ſponte detrectauit. Gregorius Turonenſis libro 6. hiſtoriarum, capite trigeſimoquarto.

Imò etiam pœnæ loco detruſerunt interdum aliquas in monaſterium: ut uidere eſt in Gregorio Turonenſe libro quarto, cap. uigeſimoquinto. ubi Theodegildis, quæ ſponte obtulerat coniugium Gunthranno, exuta theſauris, monaſterio mancipatur. Ita Merouechus etiam in monaſteriū detruditur. Gregorius Turonenſis libro quinto hiſtoriarum, capite decimoquarto.

Poſſederunt monachi & prata, atque alia huiuſmodi bona: ut apparet ex Gregorij Turonenſis libro octauo hiſtoriarum, capite quadrageſimo. Nam Pelagius Turonicus Sanctimonialiū prata tempore meſſis prœterit: ideo poſtea eum punitum eſſe dicit.

Prædicat Gregorius Turonenſis, nimiū cultibus humanis deditus, quendam Leobardum, qui cōtra uoluntatem parentum, rupta promiſſione facta honeſtæ puellæ de coniugio, atque donis confirmata, in monaſterium ſeſe contulerit, quaſi melius in eo quàm in mundo victurus. Verùm id fit contra Dei uerbū, tum alias, tum etiam in Decalogo præſcriptum. Gregorius in uita Leobardi.

Pappula à parentibus fugiens, uiriliquę habitu ſumpto, in monaſterium in Turonenſi diœceſi ſitum ſe contulit: neque eſt animaduerſum à quoquam, eam eſſe fœminam, totos annos triginta, donec iam animam eſſet exhalatura, ut etiam alibi retulimus. Subducens ſcilicet ſeſe patentum obedientiæ, contra quartum præceptum, tantis ſeſe periculis expoſuit. Gregorius Turonenſis in eius uita.

## DE EREMITIS.

Eremitæ paſsim quoque ſolitariæ uitæ exercitia habuerunt, fueruntque ſcaturigines & ſeminaria cœnobitarum. Palæſtinorum eremitarum, quorum caput fuit Sabbas, mentio fit in literis Heliæ Hieroſolymitani epiſcopi, ad Anaſtaſium imperatorem. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſecundo.

Narrat Euagrius, Barſanuphium quendam, in phrontiſterio quodam prope Gazam ſolitariam egiſſe uitam: & quibuſdam curioſis eius domunculam perforare explorare cupientibus, qua'nam ratione iſte uir ageret uitam, repentè ignem exiliiſſe, quo ſint fugati omnes. Libro quarto, capite trigeſimoquarto.

In Æmiſa Simeones fuit, de quo ſcribit Euagrius, quòd adeò ſtudioſe ſuam diſſimularit ſanctitatem, ut etiam interdum paulo hilarius cum ſuis familiaribus uixerit, & quum ex illis ſuis ſocijs quidam ancillam ſtupraſſet, paſſus eſt Simeones falſò ſe eius facti inſimulari: quin & puerperæ cibum ac uinum ſtrulit. O ſanctitatem prodigioſam. Euagrius libro eodem, capite trigeſimoquarto. Adijcit & Thomam quendam, in Syria conſimilis eiuſmodi uitam egiſſe, capite trigeſimoquinto.

In Gallia anachorita quidam Hoſpicius, ob uitæ ſanctimoniam & abſtinentiam ſtrictiſsimam paſsim celebratus fuit. Catenis ſemetipſum ferreis corpore nudo conſtrinxit, extrinſecus cilicio duntaxat indutus. Victu uſus tenuiſsimo, pane uidelicet cum

paucis

paucis dactylis. Quadrageſimæ uerò tempore radicibus herbarum Aegyptiacarum, quibus eremitæ in Aegypto uſi fuerant, exhibitis à negociatoribus, alebatur. Gregorius Turonenſis libro ſexto hiſtoriarum, capite ſexto: Diaconus libto 3. de geſtis Longobardorum, cap. 1.

Friardus etiam in eremum profectus eſt. Gregorius Turonenſis in Vitas patrum, capite decimo: & Parroclus, cap. 9.

Lupicinus & Romanus fratres, in deſertum inter Burgundiam & Alemaniá, quod Iorenſe uocatur, prope Auenticum ciuitatem, commigrant, & radicibus ueſcuntur. Gregorius Turonenſia in Vitas patrum, capite primo.

Nec uerò tautum in ſolitaria loca conceſſerunt monachi, ſed etiam intra urbes ſoliti ſunt includere ſeſe. ad quem modum Senoch quiſpiam apud Turonos, inter parietes anriquoa cellulam conſtruxit, ubi latitauit. Gregorius Turonenſis libro 5. hiſtoriarum, capite 7.

Caluppanes monachua deſerto cænohio Aruernenſi, in fiſſuris petrarum habitaculum quæſiuit, ut Gregorius Turonenſis in eius uita refert. Idem Martius abbas faſtitauit. Gregorius, in eius uita.

Monegundis regina, impatientia ob defunctá filiolam permota, in cellam ſeſe abdit, proprio marito deſerto: contra legem Dei & naturæ, atq; in ea melancholiá ſuam pauit. Collegit autem & alias mulierculas, quæ (ut ſunt ad ſuperſtitiones pronę) id uitæ genus unà peregerunt. Gregorius Turonenſis in uita Monegundis. Addam & hoc, quod manifeſtè in hac fœmina impietatem declarat, quòd moribunda dixit: Ego inuocata, adero in medio charitatis ueſtræ. Item quòd benedixerit eleo & ſali, ut ipſe Gregorius refert. Quæ uerò hę ineptiæ? Manifeſtum autem eſt, præceptum diuinæ Maieſtatis extare, ut uerum Deum tantum inuocemus: item, honorem iſtum ei competentem, neqnaquam attribuamus alteri. Itaque hic ſpiritus eremitarum & monachorum ſpontaneorum, nequaquam fuit ex Deo.

Multa porrò ludibria diabolus hominum oculis offudit, ut monaſticen cõmendaret, & ſuperſtitionem augeret, cõtra Chriſti uocem Matthæi uigeſimoquarto: Ecce in cellulis, in eremo eſt: nolite credere, nolite exire. Ac Gregorius quidem Turonenſis hac in parte facundus eſt. In libro de Gloria cõfeſſorum, capite trigeſimoſeptimo inquit: quendam monachum in loco ſolitario oraſſe, ac uidiſſe abbatẽ quomodo flamma ex eius ore proceſſerit, quæ in altum aſcenderit. Sed hæc nimium credulis relinquamus.

Sed & uexationes diaboli interdum manifeſtæ fuerunt. nam Antonius Burdegalenſis, cuiuſdam negociatoris famulus, annos natus duodecim, in cellam quandá anguſtam ſe concluſit, tenui uictu contentus, degitque in ea annos circiter octo. Poſtea eum diabolus corporaliter etiam occupauit atque obſedit, ſicuti prius ſpiritualiter fecerat. Non enim Dei, ſed cacodæmonis inſtinctu à uocatione, in turpe & ignauum ocium ſe contulerat. Nam etiam manens in uocatione, poterat Deo precibus & temperantia ſeruire. Hic igirur typus reliquis etiam eremitis documento eſſe debebat: ſed uincebat hac ætate ſuperſtitio. Gregorius Turonenſis libro octauo, capite trigeſimoqnarto.

Reprehendit Gregorius ipſe ſuperſtitiõnem Ingelthrudis, quæ filiam Berthegundem in monaſterium, in atrio templi Martino dicati, auulſam à marito, qui cum triginta annos uixerat, detrudere cupiebat. Verba Turonenſis ſunt: Ante hos annos, quum Ingeltrudis monaſterium puellarum intra atrium ſancti Martini collocare cœpiſſet, filiæ ſuæ mandata mittit, dicens: Relinque uirum tuum, & ueni, ut faciam te abbatiſſam gregi huic, quem congregaui. At illa audito leuitatis conſilio, cum uiro Turonos aduenit, ingreſſáque monaſterium matris, dicebat uiro: Regredere hinc, & guberna liberos noſtros. nam ego non reuertar tecum. Non enim uidebit regnum Dei coniugio copulatus. Ille uerò ad me ueniens, nunciauit mihi omnia quæ à coniuge audierat. Tunc ego accedens ad monaſterium, Canonum Nicenorum decreta relegi, in quibus continetur, Quia ſi quæ reliquerit uirum, & thorum, in quo bene uixit, ſpreuerit, dicens, Quia non ſit ei portio in illa cœleſtis regni gloria, qui fuerit coniugio copulatus: anathema ſit. Quibus auditis, Berthegundis metuens ne à ſacerdotibus Dei communione priuaretur, egreſſa monaſterium, rediit cum uiro ſuo. Gregorius Turonenſis libro nono hiſtoriarum, capite trigeſimoquarto. Vides igitur, unde iſtæ coniugum diſtractiones religionis ergò ſint exortæ? Scribit idem tamen autor, tandem matrem aſtu & fraude filiam à coniuge auulſiſſe. O' beſtiam immanem, ô Euam diabolo obſeſſam.

## MORES CHRISTIAnorum.

Pii confeſsionem ueritatis ediderunt, ſicut præceptum Dei id poſtulat: cuius

quidem tei exemplum memotabile recenſebimus. Illuſtriſsima fœmina Conſtanrinopolirana, Iuliana nomine, quæ tam conſtanter Chalcedonenſem ſynodum aſſeruit, ut nec imperatot Anaſtaſius, nec ipſe Timotheus epiſcopus hæreticus, ullis artib. eam eò impellere potuerinr, quo hærericum ipſorum dogma uel probarer, uel amicicia Timothei nteretur. Paulus Diaconus lib. decimoquinto, in Anaſtaſio. Er de Gradenſi eccleſia ſcribit Diaconus, quòd Seuerus epiſcopus eius cũrribus alijs (qui ul à Smaragdo exatcho coacti cum Rauennatenſi epiſcopo ſchiſmatico fecetanr) Rauenna Gtadum ad ſuam eccleſiam teuerſus, nec à plebe, nec cæteris eccleſiæ miniſtris, niſi agniro & palàm reuocato errote teceprus fuerit. Paulus Diaconus libro tertio de geſtis Longobardorũ, capire duodecimo.

Narrat ex Procopij libto tertio de bello Vandalico Euagrius, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro quarro, capire decimoſexto: Iuſtinianum impetatorem, cum bellum contra Vandalos pto Chriſtiaoorum defenſionę ſuſcepiſſet, nauẽ prętoriam ad littus iuxta ędes Imperatoris dedocere iuſsiſſe: deinde Epiphanium Conſtantinopolirsnum epiſcopõ claſsi militari de more benedicentem, ac bene precatum, milires paulo antè baptiſaros, nomen ptofitentes Chriſtianum, ſigillarim in nauim intto duxiſſe.

Solitiſunr etiam libetalitet cõferre Chriſtiani, ad eccleſiaſtici miniſterij propagationem & ampliationem. Iuſtinianus in honotem Dei genitricis, inter Abaſgos. Zonaras libro rertio hiſtoriarum, in Iuſtiniano: οὐ πηγῆ, In Pega (ioqoit) templum exrruxit magnificum, ſacerdotes ei artribuir, aliaque ad rem diuinam pertinentia cõſtituit. Vnde populus iſte accurariſsimè in Chriſtianorũ dogmate ſe exercuit. Euagrius libro quarto, capite uigęſimoſecundo, ex Ptocopio. Et capire uigeſimoquarto, eodẽ libro memorat: Narſem rei militaris præfectum in bellis ſtudioſe Deum placaſſe, & coluiſſe ſupplicationibus, alijsq́; pijs exercirijs. Et Ptocopius libro tertio de bello Gothico, eundẽ omnem rerum ſucceſſum, omnemq́ue belli felicitatem oni Deo cum ſumma reuerentia acceptam retuliſſe: & milites in aciem progreſſuros, ad ſimilem pietatem hortarũ eſſe, ſcribit. Addit Bergomenſis in Supplemento chtonicorum libro nono, in Iuſtiniani hiſtoria: eundem Narſem, ob beneficia à Venetis accepta, in ea urbe Theodetico marryri delubrum, ubi nunc eſt celeberrimum ſancti Marci templum, & ibidem aliam eccleſiam in honotem ſancti Mennæ & Geminiani, ex Gothotum manubijs poſuiſſe.

Idem Bonfinins libro ſeptimo Decadis primæ, de Theoderico Oſtgotihotom in Iralia rege, Atriano licet, memorat, quòd plurima nobiliſsima templa paſsim extruxerit.

Nauclerus uolumine ſecũdo, generatione decimaſeptima ſcribit, Clodoueom Francorum regem primum fundaſſe eccleſiam nunc cathedralem in Argentina, anno Domini quingenteſimo decimo, qui & eam dotarir, & dedicari fecerit in honorem uirginis Mariæ: ſed noodum erat cathedtalis, donec ſub Dagoberto fierer.

Summum honotem locis Deo conſecratis etiam ab impijs habitũ eſſe, inde palàm eſt, quòd plerique bellorum temporibus, & in maximis periculis ad ædes ſacras ceu aſyla coofugerint: ut Procopius libto tertio de bello Gothico: Gregorius Turoneoſis libro tertio hiſtoriarum, capite nono: libro quarto, capite decimotertio, & cõplures alij ſcriptum reliquetunt.

Viri militiæ opetam dantes, ſua quoq; habuerunt pietaris exetciria. Celebratut enim Natſes, de quo diximus, à pietate, & quòd in pauperes munificus, in reparandis tẽplis liberalis, ſobriètatis ſtudioſus fuerit, deniq; precibus ad Deũ multo magis quàm armis uictoriam obtinuerir. Paulus Diaconus libro ſecundo de geſtis Longobardorum, capite tertio.

Romani milites parta uictoria Mautuſijs cæſis, reuertentes Carthaginem, diem uictoriæ ſolennem agunt. Procopins libro 4. de bello Vandalico.

Quando igitut potiti ſunt uictoria, publicè gratias egerunt Deo. Sic Mauricius barbaris deuictis, hymnos cnm tota urbe reſonat. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo retum Romanatum.

Childebertus precioſa uaſa Amalrici eccleſijs donat. Gregorius Turonenſis lib. 3 hiſtoriarum, cap. 9.

Multas eleemoſynas Tyberios imperator erogauit pauperibus. Paulus Diaconus lib. decimoſeptimo rerũ Romanarum: & libro tertio de geſtis Longobardorũ, capite quinto & ſexto: Regino libro ptimo: Turonẽſis libro quinto hiſtoriarum, capite 19.

Chrodinus quiſpiã ſua bona eccleſiæ deſtinauit hac nimis falſa perſoaſione, quòd ea largitione apud Deum ueniã obrinere poſſet: ut refert Gregorius Turonenſis lib. 6. hiſtoriarum, cap. 20.

Chrodegildis regina Francorum eleemoſynas ira diſtriboit, nt potius propria Dei ancilla, qoàm regina uidererur. Gregorius Tutonenſis libto tertio hiſtoriarum, capite decimoſeptimo.

In

In communibus tumultibus ac periculia precea ſunt factæ. Sic Chrotildis regina, de prælio Childeberti ac Theodeberti contra Clotharium audiens, in æde Martini preces fundit, ne mutua cædibus filij intereãt. Gregorius Turonenſis libro tertio hiſtoriarum, capite 26.

Honeſtè porrò & caſtè uixerunt Chriſtiani, & ſecua facientes grauiſsimè punierunt. In primis Iuſtinus lege ſanxit, ut tum in omnes libidinoſos, tum uerò pæderaſtas graui ſupplicio animaduerteretur. Paulus Diaconus libro decimoſexto: Zonaras lib. 3. hiſtoriarum, in Iuſtiniano.

Regibus cum quodam honore ſoliti ſunt occurrere. ut cum Gunthranuus Aureliã ueniret, in ipſa Martini ſolennitate, populus ei ſignis atq; uexillis obuiam procedens canebat: Viuat rex. Gregoriua Turonenſis libro octauo hiſtoriarum, capite tertio.

Diaconi & ſacerdotes iuſſu epiſcopi Gregorij Turonenſis canunt pſalmos & reſponſoria in prãdio apud Gunthrannum regem, uerùm petente id rege. Gregorius Turonenſis libro 8 hiſtoriarum, cap. 3.

Teſtamenta ſoliti ſunt condere, & teſtamentum quidem Nicetij iuxta leges Romanas publiceè eſt prælectum. Gregorius Turonenſis in Vitas patrum, cap. 8.

A' ſpectaculis profanis abſtinuerunt. Ita inquit Olympiodorus: Ne quæſo pedibus eiſdem, quibus templũ Dei frequentas, theatrales adito ludos, & obſcœna ſpectacula. Et profectò qui impolluto pede ſubeunt eccleſiam Dei, debent ab impijs locis & profanis ſe penitùs, ut Deo contrarijs, cõtinere. in Eccleſiaſten, cap. 4.

Iuramenta ſoliti ſunt facere, ſuper altare poſita manu: ut patet ex Gregorio Turonenſe libro quiuto hiſtoriarum, capite tertio: & libro eodem, capite trigeſimoſecundo. Itẽ ſuper ſepulchra ſanctorũ. Sic presbyter quidam cum Franco litigans, cauſam ſuam confirmat, poſita manu ſuper ſepulchrum Maximini in ſuburbio Treuirenſi: ſed falſè iurauit, ideo punitus eſt. idem de gloria Confeſſorum, capite 93.

Gunthrannus, Childebertus, et Brunlchildis, iurant per omnipotentis Dei nomen, & inſeparabilem Trinitatẽ, & tremendũ Dei iudicium appellant, ſeſe omnia abſque ullo dolo malo uel fraudis ingenio inuiolabiliter ſeruaturos. Gregorius Turonenſis lib. 9. hiſtoriarum, capite uigeſimo.

Areobindus dux Romanorum militum, prope Carthaginem filium recẽs natum curat baptiſari: ibiq; ſibi iuramentum præſtari poſtulauit, quòd Gontharis tyrannus ſeſe nollet interficere. Procopius de bello Vandaiico libro 4.

CASVS.

Quidam iuramentum falſum in templo edens, ſtatim obmutuit. Gregorius in Vitis patrum, capite uigeſimouono.

ASYLA.

¶ In templa fugerunt, qui periculũ ſibi imminere ſenſerũt, ſiue ij nocentes ſiue innocentes eſſent. Sic Gunthrannum ſcribit Gregorius in Turonenſi templo ſeſe continuiſſe, neque admiſſum ut inde extraheretur: libro quinto hiſtoriarum, cap. quarto. Item Merouethum: libro quinto, capite decimoquarto. Maurus quidam in Lupi Tricaſsinorũ epiſcopi templum ſe recepit. Idẽ de gloria Confeſſorom, capite ſexageſimoſeptimo. Eberulphus Gunthranni cubicularius, inſimulatus de nece Chilperici, uir improbus, fugit in Turonẽſe Martini templũ. Gregorius Turonenſis libro 7. hiſtoriarum, capite uigeſimoprimo.

Summo probro uertitur Cõſtantino tyranno, qui in Anglia regios pueros & nutritores inter ipſa altaria laceraui. Gildas de excidio Britanniæ.

Carthagini in Africa, Salomon ſeditione excitata, in templũ confugit. Procopius de bello Vandalico lib. 4.

## DE RITIBVS ROMANAE ECCLESIAE.

CReuit hoc ſeculo magis magisq; Romani pontificis autoritas & potẽtia, dum Imperatores quoq; eam legib. munierunt & confirmarunt. Iuſtinianus euim Imperator In Authent. collat. 9. tit. 6. de Eccleſiaſticis titulis & priuilegijs, lege ſanxit, Papam Romanum primũ eſſe omnium ſacerdotum. Proximũ huic, archiepiſcopũ Conſtantinopolitanum. Et Athalaricus Oſtgotthorum rex (Sabellico id ex Caſsiodoro recitante, libro ſecũdo, Enneade octaua) decretum fecit, nẽ epiſcopi ab ullo præterquã Romano pontifice ordinarẽtur. Hinc quod de poetis & pictoribus ſcripſit Horatius, nõ malè ad Papatũ torqueri poſſet: cui quidlibet audendi, fingendi & refingendi in eccleſia Dei ſemper fuit æqua poteſtas.

CONGRESSVS PVBLICI.

Quòd ſæpe & publicis in locis Romæ Chriſtiani ad peragenda ſacra conuenerint, teſtantur innumera illa delubra, quæ ſuperioribus & hoc ſeculo ibi extructa fuerunt, quorum plurima nominatim exprimuntur à Sabellico Enneade 8. libro 2. 4. & 5. ut templum Coſmæ & Damiani, Saturnini, Vaticanum, Barionę, Sophiæ, Euphemiæ, Marcelli, Pancratij, & complura alia.

Facit mentionem Gregorius & plurium templorũ: ut Perti & Pauli Romæ, libro 10, epiſt. 24. Agathæ in Suburra, lib. 3. indictiõe

duodecima, epiſtola decimanona. Mariæ Grumentinæ: libro decimo, epiſtola quadrageſimaoctaua. Cæſarij martyris, Iulij: libro undecimo, epiſtola prima. Mariæ: libro duodecimo, epiſtola quarta. Agnetis: libro duodecimo, epiſtola trigeſima: & in Euangelia, homilia undecima. Felicitatis: in Euangelia, homilia tertia. Stephani: in Euangelia, homilia quarta. Andreæ: in Euangelia, homilia quinta. Marcellini & Petri: in Euangelia, homilia ſexta. Mariæ: in Euangelia, homilia octaua. Item Reatinę fuit ei templũ: libro ſeptimo, epiſtola duodecima. Sylueſtri: in Euangelia, homilia nona. Felicis: in Euangelia, homilia decimatertia Clementia: in Euangelia, homilia decimaquinta. Georgij: libro octauo, epiſtola ſexta. Iohannis: Euangelia, hommilia decimaſexta. Laurentij: in Euangelia, homilia decimanona. Iohannis & Paulis: ibidem. Baptiſtæ: in Euangelia, homilia uigeſima. Pancratij: in Euangelia, homilia uigeſimaſeptima: & libro tertio, epiſtola decimanona. Nerei & Achillei: homilia uigeſimaoctaua. Proceſsi & Martiniani: in Euangelia, homilia trigeſimaſecunda. Mammæ: in Euangelia, homilia trigeſimaquinta. Philippi & Iacobi: in Euangelia, homilia trigeſimaſexta. Sebaſtiani: in Euangelia, homilia trigeſimaſeptima. Et libro quarto, epiſtola quadrageſimaquarta, plura recitat cum ſuis presbyteris: & libro nono, epiſtola uigeſimaſecunda. Eutychij martyris: libro tertio Dialogorum, capite trigeſimooctauo. Fit mentio eccleſiæ beati Petri & Pauli apoſtolorum, necnon Laurentij atque Pancratij martyris, in qua tredecim altaria collocata ſunt, ex quibus quatuor nec dum dedicata remanſerunt, ob hoc quòd ſupraſcriptorum ſanctorum reliquias illic collocare uoluerint. Gregorius papa lib. quinto, epiſtola quinquageſima.

Ianuaria, fœmina religioſa, oratorium in maſſa Furiana iuris ſui proprijs ſumptibus fundauit, quod in honorem Seuerini & Iulianæ martyrum conſecratur. Gregorius libro 7, epiſtola 84.

Valerius notarius eccleſiæ Firmanæ, in Viſiano fundo, prope muros ciuitatis Firmanæ, oratorium conſtruxit, eſtque Sauino dedicatum. Gregorius libro ſeptimo, epiſtola ſeptuageſimaprima. Vt uideas, eos ex proprio arbitrio plura fana more Ethnicorum extruxiſſe: quod ſtudium Gregorius & alij probarunt, ideo cultus humani aucti ſunt. Ita & Anio Comes caſtri Apertienſis, Firmenſis oratorium condidit. Gregorius libro decimo, epiſtola duodecima. Ianuarius ſubdiaconus eccleſiæ Meſſanenſis, ibidem templũ extruxit Stephano, Pancratio atq; Euplo dedicatum. libro eodem, epiſtola decima.

Romanus in Neapolitana ciuitate templum ponit. Gregorius libro octauo, epiſtola tertia.

Venantius in honorem Seuerini templum ædificauit. Gregorius libro nono, epiſtola decimaſexta.

Ex ſuis domibus interdum eccleſias poſt mortem uoluerunt extrui: ſicut Gregorius Romani exemplum recitat, libro octauo, epiſtola tertia.

Symmachus ipſe, Petri templum marmoreis operibus ornauit: Pancratij fanum etiam arcu argenteo quindecim pondo decorauit. quia ſcilicet non fuit tam pauper piſcator, ut Petrus: & pauperes ſua ætate non eguerunt ſcilicet. imò ut profuſio in res prorſus inutiles in conſpectu ſit, recitabimus ea quæ Damaſi continuator annotat, ſic inquiens: Symmachus fecit apud beatum Petrum apoſtolum baſilicam ſancti Andreæ apoſtoli, ubi fecit tugurium ex argento, & confeſsionem penſione librarum centum uiginti: arcus argenteos trium penſionum, ſinguli librarum uiginti. In confeſſionem oratorium, cum arcu ſancti Thomæ apoſtoli ex argento, penſione librarum uiginti: arcum argenteum penſione librarum ſedecim: confeſsionem ſancti Caſsiani, ſanctorumq; Proci & Iacinthi, ex argento penſione librarum uiginti, arcum argenteum penſione librarum duodecim. In confeſsionem oratorium cum arcu ſancti Apollinaris, ex argento penſione librarum triginta. In confeſsionem oratorium ſancti Soſij, ex argento penſione librarum uiginti. Item ad fontẽ in baſilica beati Petri apoſtoli, in confeſsionem oratorium ſanctę crucis ex argento, & crucem auream cum gemmis, ubi incluſit lignum Dominicum. Ipſa crux aurea penſione librarum decem. Fecit autem oratoria duo ſancti Iohannis baptiſtæ, & ſancti Iohannis Euangeliſtæ, in quorum confeſsiones arcus argenteos penſione ſinguli librarum triginta, & cubicula omnia à fundamento perfectá conſtruxit. Baſilicam uerò beati Petri marmorib. ornauit, ad cantharum beati Petri: quadriporticum ex opere marmoreo ornauit, & ex moſibo.

Iuſtinus, Clodoueus, & alij, gemmas & precioſa uaſa templis donarunt. Theodoricus rex templum Petri argentea trabe & alijs rebus exornauit. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo. Hormiſdas quoque ante templum Conſtantianum coronam argenteam librarum uiginti ſuſpendit. Dedit in templum argenteos cantharos ſex, ſcyphos argenteos decem, & cætera. Platina de eius uita.

Romæ

Romæ Hormiſdas baſilicis ornaméta uaria contulit. Ad S. Petrum trabem argenteam mille quadraginta librarum reliqoit. Vide quæſo paupertatē ſucceſſorum Petri. Heinricus de Erphordia.

Iohannes papa Romanus, Philippi & Iacobi ædem à Pelagio inchoatam abſoluit. Adon Viennenſis Commeotariorum ætatē ſexta: Beda libro de ratiooe temporum: Honorius de Iuſtino iuniore.

Fuit ibi & baſilica Cōſtantiniaoa, & Mariæ uirginis. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecondo.

Symmachus plura extruxit fana: ut, Andreę in Vaticano, Agathę in oia Aurelia, Pancratij cum argenteo arcu, Coſmæ & Damiano in Tiburtina uia. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo.

Fuerunt autem alij ordinarij congreſſus, ſtatia tempotibus, diebus & horis celebrati. Alij fortuiti ſeu accidentarij (ut ita loquamur) ſummis rerū periculis, & humanis exigeotibus neceſsitatibus coacti, ot illi cōgreſſus quos tempore graſſantis peſtilentię Gregorius primus conuocauit, de quibus plura paulo pòſt.

Indicat Sabellicus Enneade octaua, lib. ſecundo, Bonifaciom Romanom pontificem profanam multitudinem à clero diſcreuiſſe, cum res fieret diuina in eccleſia Romana. Deinde Gregorius primus, atrociſsima Romæ lue graſſante, totom Eccleſiæ cœtū conuocatum in ſeptem claſſes ſeu ordines diſtribuit, & ſingulos ordines ſingula templa precandi cauſa accedere iuſsit. Sabellicus Enneade octaua, libro 5.

*De dedicationibus & conſecrationibus templorum.*

Circa dedicationes & templorum conſecrationes, plus ęquo occupata fuit Romana eccleſia. Canon eſt in decretis Iohannis primi papæ, tomo primo Conciliorum, ut omnes Arianorum eccleſiæ, ubiconq; inuentæ fuerint, diuinis precibus & operibus abſq; ulla mora ab orthodoxis cōſecrentur: ſicut ipſe Pontifex in Conſtantioopolitana legatione, paſsim in itinere idem ſe factitaſſe ſcribit.

Ritus conſecrationis in Decretalibus, diſtinctione prima, de conſecrationibus, prolixè deſcribuntur. Saltem Vigilij papæ conſtitutionē, quæ eſt in Decretis ipſius, tomo ſecundo Cōciliorum, & in Decretalibus diſtinctione prima, de cōſecrationibus, hic recitabimus. De fabrica uerò cuiuslibet eccleſiæ ſic (inquit) conſtituimus: Si diruta fuerit aliqua eccleſia, inſtauranda eſt, id eſt conſecranda: & ſi in eo loco cōſecrationis ſolennitas debeat iterari, in quo ſanctuaria, id eſt reliquiæ ſanctorum uel altaria non fuerint, nihil iudicamus officere (quia ex quo ſemel cōſecrata foit, ſemper manſit) ſi per eam minimè iactetur aqua exorciſata. Quia in conſecratione cuiuslibet eccleſiæ, in qua Spiritus ſaucti ara non ponitur, celebritatem ſcimus (obtinere uicem conſecrationis) tantum eſſe Miſſarum. Et idso ſi qua ſaoctorū baſilica à fundamentis fuerit innouata ſine altaris motione, ſine aliqua dubitatione, cū in ea fuerit celebrata Miſſarom ſoleonitas, totius conſecratio ſanctificationis implebitur. Si uerò ſanctoaria quæ habebat ablata ſunt, rurſus earum repoſitione, & miſſarum ſolennitate, reuerentiam ſanctificationis accipiet.

Gregorius Magnus mirabiles ſanè dedicationes dictat uarijs epiſcopis. Sic inquit: Anio Comes caſtri Apertienſis, Firmeoſis territorij, petitoria nobis inſinuatione ſuggeſsit, quæ habetur in ſubditis, in ſupraſcripto caſtro oratorium ſe ſumptu proprio pro ſua deuotione fundaſſe, quod in honorem beati Petri Apoſtolorum principis deſiderat conſecrati. Et ideo frater chariſsime, ſi in ruæ diœceſeos, in qus uiſitationis impendis officium, memorata cōſtructio iure conſiſtit, & nullum corpus ibidem cooſtat humstum, percepta primitùs donatione legitima, id eſt fundos, camputlos cum conduma una, boues domitos parium unum, uaccas duas, argenti libras quatuor, lectum ſtratum unum, in peculio capita quindecim, atmenti capita duo, ferramenta numero quinque, præſentes liberos à tributis fiſcalibus ſolidos ſex, geſtiſque municipalibus alligata, prædictum oratoriom ſolenniter conſecrabis. Presbyterum qiioque te illic conſtituere uolumus cardinalem, ot quoties præfatus conditor fieri ſibi miſſas fortaſſe uoluerit, uel fidelium concurſus exegerit, nihil ſit quod ad miſſarum ſacra exhibeoda ſolennia ualeat impedire. Sanctuaria uerò ſuſcepta cum reuerentia collocabis. lib. decimo, epiſtola doodecima. Item libro ſeptimo, epiſtola ſeptuageſimaprima inquit: Frater chariſsime, ſi tuæ parochiæ memorata conſtructio iore conſiſtit, & nullum corpus ibidem cōſtat humatū, percepta primitùs donatiooe legitima, id eſt, in reditu ſolidos tres, liberos à tributis fiſcalibus, geſtiſqoe municipalibus alligata, prædictum oratorium abſque miſsis publicis ſolenniter conſectabis, Ita ut in eodē loco nec temporibus futuris baptiſteriō conſtruatur, nec presbyterum conſtituas cardinalem. Et ſi miſſas ibi fortè fieri maluerit, à dilectione tua presbyterū nouerit poſtulandō, quaten⁹ nihil tale à quolibet alio ſacerdote ulleteuus pręſumatur. Sanctuaria uerò recepta ſui

a a

cum

cum reuerentia collocabis. Item: Adeodata glorioſa fœmina petitoria nobis inſinuatione ſuggeſſit, quòd habetur in ſubditis. In domo ſiquidem iuris ſui, intra ciuitatem Lilybitanam, monaſteriū ancillarum Dei à ſolo, ſe pro ſua deuotiōe fundaſſe, quod in honorem beati Petri principis Apoſtolorū, & ſanctorum Chriſti martyrum Laurentij, Hermetis, Pancratij, Sebaſtiani & Agnetis deſiderat conſecrari. Et ideo frater chariſsime, quia in tuo memorata conſtructio iure conſiſtit, ſi nullum corpus ibidem conſtat humatum, percepta prius donatione legitima, id eſt, in reditu præſtantes liberos à tributis fiſcalibus ſolidos decem, pueros tres, boum paria tria, mancipia alia quæ ſeruiant in ipſo monaſterio numero quinque, equas numero decem, uaccas decē, iaſtulas uinearū numero quatuor, oues numero quadraginta, & cætera ſecundum morem. libro 8, epiſtola 63.

Gregorius eccleſiam prope domum Merulanam poſitam, Seuerinoq; dicatam cōſecraturus, ſibi eius reliquias transmitti poſtulat: libro ſecundo, indictione ſecunda, cap. quinquageſimooctauo. Et quidem ſemper uult hoc obſeruari, ut reliquiæ aliquę in conſecratione templorū pręſtò ſint: & diligēs fiat exploratio, ne alterius cuiuſdam ſancti corpus ibi ſit ſepultum.

¶ De expiationibus templorum Ethnicorum, Gregorius Romanus epiſcopus Auguſtino epiſcopo Anglorum præcipit, ut fana idolorum deſtrui in eadem gēte minimè debeant: ſed ipſa quæ in eis ſunt idola, deſtruantur: aqua benedicta fiat, in eiſdē fanis aſpergatur, altaria conſtruantur, reliquię ponantur: quia ſi fana eadem bene conſtructa ſunt, neceſſe eſt ut à cultu dæmonum in obſequium ueri Dei debeāt commodari: ut dum gens ipſa eadem fana nō uidet deſtrui, de corde errorem deponat, & Deum uerum cognoſcens ac adorans, ad loca quæ conſueuit familiarius concurrat. Et qui boues ſolent in ſacrificio dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua ſolennitas immutari, ut die dedicationis uel natalicio ſanctorum martyrum, quorum illic reliquiæ ponantur, tabernacula ſibi circa eaſdē eccleſias faciant de ramis arborum, & religioſis conuiuijs ſolennitatem celebrent. libro nono, indictione quarta, epiſtola ſeptuageſima prima.

Teſtatur Platina in uitis Pontificum, omnem eccleſiaſtici officij inſtitutionem, cæteris præſertim, à Gregorio primo inuentā & approbatam eſſe. Ideo integrum ſcripſit ad Iohannem Rauennatenſem epiſcopum de ratione adminiſtrandæ eccleſiæ librum, quem Paſtoralem inſcripſit: uerùm iſta non ſunt ſatis certa & explicata.

Vidimus librum Miſſalem antiquis characteribus ſcriptum, in quo additum erat, quas orationes, quæ ſecreta (uti uocantur) Gregorius cōpoſuiſſet: & quidem plurimæ precationes, eæq; omnium impuriſsimę, ab alijs erant inſertæ, quæ adhuc in Miſſalibus habentur. Sed quis iſta certò affirmabit, præſertim cum poſt Gregorium ceremoniæ eccleſiaſticæ in immenſum adauctæ & deprauatæ ſint?

Precationes fuerunt uel cōmunes ac publicæ, ut in Litanijs: uel cuiuslibet Chriſtiani, qui ſuam orationem in templis coram Deo effudit. De Letanijs Gregorius ſcribit, ut ſuo loco, nempe De orationibus, commemoratur. Nam eę paſsim fuere uſitatæ, licet in ritibus ipſis quædā fuerit diſsimilitudo.

Præterea ne quid ornatus aut concentus ſacris deeſſe uideretur, idem Gregorius (de quo ſæpe diximus) inſtituit, ut Antiphonæ & Introitus uolgo, & nouies κύριε ἐλέησον, & Alleluia, interiectis tantum ſeptuageſimæ diebus, uſque ad Paſcha in eccleſia canerentur. Platina in uitis Pontificum: Sabellicus Enneade octaua, libro quinto. Et addit Hermanus Gygas in Flore temporum, qđ idem in Miſſa Introitum, qui ſemel duntaxat antea canebatur, iterari & bis cantari iuſſerit, occaſione non tam ridicula quàm ſuperſtitioſa & fabuloſa. Auxit etiam Canonem, adiectis his uerbis: Dieſque noſtros in tua pace diſponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. Platina, & Hermanus Gygas.

De Kyrieeleiſon ita ſcribit Gregorius: Apud Græcos omnes ſimul dicunt, apud nos autem à clericis dicitur, & à populo reſpondetur, & totidem uicibus etiam Chriſte eleiſon dicitur. Libro ſeptimo, indictione ſecūda, epiſtola ſexageſima tertia. Verùm de hiſce etiam in loco De cœna, quædam narrantur.

Lectiones & explicationes ibi ſunt propoſitę. Vnde ait Gregorius: Inter ſacra miſſarum ſolennia ex his quæ diebus certis in hac eccleſia legi ex more ſolent, ſancti Euangelij quadraginta lectiones expoſui, & quarundam quidem dictata expoſitio aſsiſtenti plebi eſt per notarium recitata, quarundam uerò explanationem coram populo ipſe loquutus ſum: atque ita ut loquebar, ita excepta eſt. Gregorius in præfatione homiliarum, de diuerſis lectionibus Euangelij.

Apparet etiam, quòd collectas eleemoſynarum collegerint. Philagrius quidam collecta facta dare cum alijs pariter compulſus eſt. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſimatrigeſima.

De

De ſtationibus Platina ſcribit, quòd maximè ex parte à Gregorio papa ſint inſtitutæ, præſertim quæ in baſilica Petri habentur die natali Chriſti, in Epiphanijs, in Paſſione, in albis Paſchæ, in Aſcenſione, in Pentecoſte, in natalibus Apoſtolorum, in tertia Dominica Aduentus, in dedicatione tẽpli Petri, in die Andreę, in cathedra Petri.

RITVS BAPTISMI.

BAptiſteria peculiaria fuerunt loca uel in templis, uel prope, ut ſuprà dictum eſt. Honorium epiſcopum Tarentinum in eccleſia Mariæ conſtruxiſſe baptiſteriũ, Gregorius libro undecimo, epiſtola 22. indicat.

Conſecrarunt fontes, chriſma & oleum: ut ex Gregorij libro duodecimo, epiſtola trigeſimaſecunda patet. nam eam poteſtatem concedit monachis.

Mulieres grauidas, uel recens enixas, licitum eſſe baptiſare, quæ prius baptiſatæ non fuerunt: item, liberum eſſe infantes mox in ipſa hora, ſi eſt periculum mortis, baptiſare, Gregorius teſtatur libro duodecimo, epiſtola decima.

De ijs, de quibus non ſatis certò conſtat an ſint baptiſati, ita ſcribit Gregorius: De dedicationũ uerò Eccleſiarũ dubitatione, ſuper qua inter cætera nos conſuluiſtis, hoc uos ritè tenere debetis, qđ nos ab anteceſſorib. noſtris traditũ accepim⁹: id eſt, ut quoties tã de baptiſmo aliquorũ, uel confirmatione, quàm de eccleſiarũ cõſecratione dubitatio habetur, & nec ſcriptis nec teſtibus ratio certa habetur utrum baptiſati uel cõfirmati, ſiue eccleſiæ cõſecratæ ſiut, ut baptiſentur tales, ac confirmentur, atq; eccleſię canonicè dedicentur, ne talis dubitatio ruina fidelibus fiat: quoniã non monſtratur iteratum, quod non certis indicijs oſtenditur ritè peractum. Hæc nos adminiculante diuina gratia ita tenere cupimus, uobisq́; ut poſtulatis, tenere & docere mandamus: ut ea quæ à ſanctis patribus ante nos ſunt ſtatuta, non proteruè itrumpere, ſed fideliter ſeruare optemus. libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaprima.

De ritu, quo baptiſati ab hæreticis recepti ſint in Eccleſiam, ſic ſcribit Gregorius: Quidam ab antiqua Patrũ inſtitutione didicimus, ut qui apud hæreſin in trinitatis nomine baptiſantur, cũ ad ſanctam eccleſiam redeunt, aut unctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola profeſsione fidei ad ſinum matris Eccleſiæ reuocentur. Vnde Arianos per impoſitionẽ manus Occidens, per unctionẽ uerò ſancti chriſmatis ad ingreſſum ſanctæ eccleſię catholicæ Oriens reformat. Monophyſitas uerò & alios ex ſola uera confeſsione recipit, quia ſanctum baptiſma quod ſunt apud hæreticos conſecuti, tunc in eis uires emundationis recipit, cum uel illi per impoſitionem manus Spiritum ſanctum acceperint, uel iſti propter profeſsionem ueræ fidei, ſanctæ & uniuerſalis Eccleſiæ uiſcerib. fuerint uniti. Hi uerò hæretici qui in trinitatis nomine baptiſantur, ſicut ſunt Bonoſiani & Cataphrygæ, quia & illi Chriſtum Dominũ non credunt, &c. & alij tales, cum ad ſanctam Eccleſiam ueniunt, baptiſantur: quia baptiſmus non fuit, quod in errore poſiti, in Sanctæ trinitatis nomine minimè perceperunt. Neſtoriani uerò, quia in ſanctæ trinitatis nomine baptiſantur, ſed eos Iudaicæ perfidiæ ſimiles, incarnationem unigeniti non credentes, ſuæ hæreſeos error obſcurat, ad ſanctam Eccleſiam catholicam uenientes, de uera fidei firmitate & confeſsione docendi ſunt: ut unum eundemq́; Dei & hominis filium, Deum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum credant. Gregorius libro nono, indictione quarta, epiſtola 61.

RITVS CIRCA CLAVES.

Anaſtaſius papa excommunicauit Anaſtaſium Imperatorẽ. Platina. Symmachus in Apologetico ad Anaſtaſium Imperatorẽ ſcribit: Nos non te excõmunicauimus Imperator, ſed Acacium: tu recede ab Acacio, & ab illius excõmunicatione recedis. Tu te noli miſcere excõmunicationi eius, & nõ es excõmunicatus à nobis. Si te miſces, nõ à nobis, ſed à te ipſo excõmunicatus es.

Orientalis quoq; Eccleſia ſcribit ad Symmachum epiſcopum Romanum, petens ut illos ab excommunicatione abſoluat, qua propter Acacium & Eutychianiſtas tenebãtur. Vnde apparet, Orientalem Eccleſiam nõdum fuiſſe prorſus Romanæ ſubiectam.

Autor ſcandali & accuſator epiſcopi falſus, ab omnibus Eccleſijs excluditur: ſcripta etiam hac de re epiſtola ad alios. Gregorius Turonẽſis libro quinto Hiſtoriarũ, capite quadrageſimonono.

Gregorius papa Romæ excommunicat quendam, repudiantem ſuam coniugem ſine omni cauſa ſufficiente: recitat etiam Vincentius ex geſtis Gregorij libro uigeſimoſecundo, capite uigeſimoſecundo.

Excommunicatur à Gregorio quoque Maximianus præſumptor, ut ipſe eum uocat, in Salona, eo quòd non legitimè ſit ordinatus: & quidem tali modo, ne accedat ad altare, niſi re prius tranſacta: libro tertio, epiſtola uigeſima.

Ita & Lucullũ epiſcopũ, ob facinus ſcandaloſum iubet à miniſterio reijci: presbyteros uerò & diaconos conſcios communione priuari, atque in monaſterio agere pœnitentiam præcipit. Gregorius lib. ſeptimo, epiſtola ſexageſimaſecunda.

Formam

Formam aliquam excommunicationis ſignificat Gregorius, Maximinianum illegitimè ordinatum excõmunicans: Quòd ſi, inquit, contra hæc agere præſumpleritis, anathema uobis ſit à Deo, & à beato Petro Apoſtolorum principe: ut contemplatione iudicij ueſtri, cæteris quoque catholicis ecclesijs, ultionis ueſtræ præbeatur exemplũ. libro tertio, epiſtola uigeſima. Et libto ſexto epiſtola decimaſeptima mãdat, ne cum Maximo excõmunicato Sabinianus epiſcopus cõmunicet, neq; nominis ipſius in ſacris miſſarũ ſolennibus faciat mentioné.

Pœnitentiá coram Eccleſiis publicè actá eſſe ſine perſonatum diſcrimine, teſtatur etiam Gtegorius, inquiens: Reges & Imperatotes Chriſto ſeruiũt, coronas deponũt, & per pœnitentiá in eccleſia ueniá petunt. Gregorius in Cantica canticorum.

Quidam epiſcopi ſex menſibus communione Dominici corporis & ſanguinis priuari, in monaſterio iuſsi ſunt agere pœnitétiam, ita tamen, ne in mortis periculo eis cœna ſacra denegaretur. Gregorius libro undecimo, epiſtols quinquageſima. & ſemper quidem inculcat iſtam exceptionem.

Satisfactiones præterea ſacerdotes imponere ſoliti ſunt. ná ſic inquit Gregorius: Quæ afflictio pœnitentiæ ad delenda peccata tunc demum idonea eſt, cum ſacerdotis fuerit iudicio imperata: cum ab eo confitentium actibus diſcuſsis, pro modo criminis onus eis decernitur afflictionis. Gregorius lib. 3. in caput 7. primi Regum.

Arbitrio tamen ſacerdotum permittit Gregorius, ſatisfactioné ſtatuere & determinare. Nam inquit: Quibus quando ſit ſecundum modum pœnitentię reddenda cõmunio, iudicio ueſtro cõmittimus. Libro ſeptimo, epiſtola ſexageſimaſecunda.

Non temerè, ſed iuxta Dei arbitrium eſſe abſoluendum, Gregorius monet: Cauſæ, inquit, penſandæ ſunt, & tunc ſoluẽdi atq; ligandi poteſtas exercẽda. Videndũ eſt quę culpa, aut quæ ſit pœnitentia ſecuta poſt culpam: ut quos omnipotens Deus per cõpunctionis gratiá uiſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat. Tunc enim uera eſt abſolutio præſidentis, cum ęterni arbitrium ſequitur indicis. Gregorius in Euangelia homilia uigeſimaſexta.

RITVS CIRCA COENAM *Domini.*

Multę hac ętate ſunt exortę ceremonię, quæ non ſunt omnes relatæ in literas.

Conſecrarunt autem Pontifices altare, calicem, corporale: ut Gregorius meminit libro duodecimo, epiſtola 32.

Miſſam in Romana eccleſia hoc tempore celebratam fuiſſe, teſtatur Gregorius papa libro tertio Dialogorum capite tertio: Vbi Agapitum pontificem Romanum miſſam in itinere Conſtantinopolitano celebraſſe hoc modo & occaſione ſcribit: Obtulêre ipſi Græci homines infirmũ quendá claudá & mutum, ut Pontificis beneficio ſanitaté reciperet. Agapitus uiſo ęgro, mox orationi incubuit: & miſſarum ſolennis exorſus, ſacrificium in conſpectu Dei omnipotẽtis immolauit. Quo peracto, ab altari exiens, claudi manum tenuit: atque aſsiſtente & aſpectante populo, claudum mox in pedes ſtatuit: cumque ei Dominicũ corpus in os mitteret, illa din muta ad loquendum lingua ſoluta eſt.

Ac ſępe quidem Gregorius miſſarũ facit mentionem hinc inde.

Apparet auté & cantilenas & lectiones in ea actione recitatas. unde Gtegorius inquit: Dudum conſuetudo ualde reprehenſibilis exorta eſt, ut quidam ad ſacri altaris miniſterium cantores eligantut, & in diaconatus ordine cõſtituti modulatione uocis inſeruiát, quos ad prædicationis officium & eleemoſynarũ ſtudium uacare congruebat. Vnde fit plerunq;, ut ad ſacrũ miniſterium dũ blanda uox quæritur, quæri congrua uita negligatur. Et cãtor miniſter Deũ moribus ſtimulet, cũ populũ uocibus delectat. Qua de re præſenti decreto conſtituo, ut in ſede hac ſacri altaris miniſtri cãtare non debeant, ſolumq; Euangelicæ lectionis officiũ inter miſſarũ ſolennia exoluát: Pſalmos uerò ante reliquas lectiões cẽſeo per ſubdiaconos, uel (ſi neceſsitas exigit) per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum uenire tentauerit, anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit.

Symmachus cõſtituit, ſingulis dieb. Dominicis, & in natalieijs martyrũ, ad miſſas cantari Gloria in excelſis: ãd quod Teleſphorus tantum in natali Dominico uoluit cantari. Hinc intelligis, quid quilibet adiecerit autor. Sigebertus.

A' Vigilio conſtitutũ eſſe uidetur (inquit Martinus) ut Canon nunquam legatur niſi in altaris ſacrificio, idque uoce ſubmiſſa. Facit mentionem quidem Gregorius Canonis: ſed qualé putet, non exprimit. libro undecimo, epiſt. quinquageſimaſeptima.

Pelagius nouem tantum præfationes, reliquis neglectis, uoluit cãtari ad cœnam: utpote de Natiuitate, de Epiphania, de Quadrageſima, de ſancta cruce, de reſurrectione Domini de aſcenſione, de Spiritu ſancto, de ſancta Trinitate, de Apoſtolis. Hermánus Gygas.

Extat epiſtola Gregorij, de quibuſdam in miſſa ritibus & concionibus immutatis à ſeſe:

à ſeſe: quæ quia multa continet obſeruatione digna, integrâ huc adſcribemus ex libro ſeptimo, epiſtola ſexageſimatertia, indictione ſecunda. Veniens quidam de Sicilia mihi dixit, quòd aliqui amici eius uel Gręci uel Latini, neſcio quid quaſi ſub zelo ſanctę Romanæ eccleſiæ de meis diſpoſitionib. murmurarent, dicentes: Quomodo eccleſiā Conſtantinopolitanam diſpoſuit comprimere, qui eius cōſuetudines per omnia ſequitur? Cum enim dicerem, quas conſuetudines ſequimur, reſpōdit: Quia alleluia dici ad miſſas extra Pentecoſtes tempora feciſtis, quia ſubdiaconos ſpoliatos procedere, quia Kyrieeleiſon dici, quia orationē Dominicam mox poſt Canonem dici ſtatuiſtis. Cui ego reſpondi: Quia in nullo eorum ſecuti aliam eccleſiam ſumus. Nam ut Alleluia hic diceretur, de Hieroſolymorum eccleſia ex beati Hieronymi traditione, tempore beatæ memoriæ Damaſi papæ traditur tractum: & ideo magis in hac ſede illam conſuetudinem amputauimus, quæ hic à Græcis fuerat tradita. Subdiaconus autem ut ſpoliatos procedere facerem, antiquę Eccleſiæ conſuetudo fuit. Sed placuit cuidā noſtro Pontifici, neſcio cui, qui eos ueſtitos ꝓcedere pręcepit. Nam ueſtrę eccleſiæ, nunquid traditionem à Græcis acceperunt? Vnde habent ergo hodie, ut ſubdiaconi lineis in tunicis ꝓcedant, niſi quia hoc à matre ſua Romana eccleſia perceperunt? Kyrieeleiſon antè nos neque diximus, neq; dicimus, ſicut à Græcis dicitur. quia in Græcis ſimul omnes dicunt: apud nos autē à clericis dicitur, à populo reſpondetur, & totidem uicibus etiam Chriſteeleiſon dicitur, quod apud Gręcos nullo modo dicitur. In quotidianis autem miſsis alia quæ dici ſolent tacemus: tantummodo Kyrieeleiſon & Chriſte eleiſon dicimus, ut in his deprecationis uocibus paulo diutius occupemur. Orationem autem Dominicam idcirco mox poſt precē dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam cōſecrarent. Et ualde mihi inconueniens uiſum eſt, ut precem quam Scholaſticus compoſuerat, ſuper oblationem diceremus: & ipſam traditionem quam Redemptor noſter cōpoſuit, ſuper eius corpus & ſanguinem non diceremus. Sed & Dominica oratio apud Græcos ab omni populo dicitur, apud nos autem à ſolo ſacerdote. In quo ergo Gręcorum conſuetudines ſecuti ſumus, qui aut ueteres noſtras reparauimus, aut nouas & utiles conſtituimus, in quibus tamen alios cōprobamur imitari? Ergo ueſtra charitas, quum occaſio dederit ut ad Cathanenſem ciuitatem pergit, uel in Syracuſana eccleſia eos quos credat atque intelligit, quia de hac re murmurare potuerūt, facta collocutione doceat, & quaſi alia ex occaſione eos inſtruere non deſiſtat. Nam de Conſtantinopolitana eccleſia quod dicunt, quis eam dubitet ſedi Apoſtolicæ eſſe ſubiectam? quod & dominus pijſsimus Imperator & frater noſter Euſebius eiuſdem ciuitatis epiſcopus aſsiduè profitentur. Tamē ſi quid boni uel ipſa uel altera eccleſia habet, ego & minores me, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus ſum. Stultus eſt enim, qui in eo ſe primum exiſtimat, ut bona quæ uiderit diſcere cōtemnat.

Obſeruatione dignas res ipſe Lector ſtudioſè & attentè colliget. Nam quædam ex Græca eccleſia accepit Romana, quędam ex Hieroſolymitana, quædam proprio arbitrio uel uariauit, uel adiecit: & diſertè fatetur Gregorius, ſeſe paratum etiam alios rectius quidam monentes ſequi. Itaq; ritus Miſſæ ſemper plurimùm uariarūt, tanquam res ex arbitrio hominum compoſita, imò hinc inde conſarcinata. Mirum igitur eſt, tantum iſtas humanas ceremonias autoritatis & neceſsitatis accepiſſe. Deinde palàm confitetur Gregorius, ſe aliosq́ue cumulantes ritus de cœna Domini, ab Apoſtolorum conſuetudine diſceſsiſſe. Quid? num hoc integrum fuit ſucceſſoribus Apoſtolorum? Imò quo lōgius à ritu Apoſtolorum eſt diſceſſum, eo plures ſuperſtitiones à cœna Domini alienę ſunt adauctæ. Inquit enim Gregorius: Mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam cōſecrarent. Cur igitur non ad Apoſtolicum morem reditur? Nam cōſentaneum eſt, ipſos cœnam Domini optimo & cōuenientiſsimo adminiſtraſſe modo. Poſt hæc mox de Canone loquens, quem ipſe precem uocat, manifeſtis & diſertis uerbis eum reijcit. Nam ſic inquit: Et ualde mihi inconueniens uiſum eſt ut precem quam ſcolaſticus compoſuerat, ſuper oblationem diceremus: & ipſam traditionē, quam Redemptor noſter cōpoſuit, ſuper eius corpus & ſanguinem non diceremus. Taxat nimirum illam ſuperſtitionem de oblatione, ut quæ non eſſet conſentanea uerbis Chriſti. Humanis itaq; inuentis tantum cultum, tribuere. quantum poſtea eſt tributum, certè non eſt pietas. Aeſtimet iſta Lector.

Ter miſſas die Natiuitatis eſſe factas Gregorius teſtatur in homilia Natiuitatis 8.

Celebratæ etiam ſunt miſſæ in monaſterijs Gregorius libro primo, epiſtola 12.

Soliti ſunt uiuorum etiam in miſſarū ſolennitatibus mentionem facere. Ita Gregorius ſcribit Conſtantio epiſcopo Mediolanenſi, ut Iohannis epiſcopi Rauennatenſis faciat in miſsis mentionē: libro 3. epiſt. 37 item libro ſexto, epiſtola decimaſeptima.

Dnas partes cœnæ Dominicæ, nẽpe corpus & ſanguinẽ, eriam laicis dederunt. nam ſic Gregorius expreſſe ſcribit libro duodecimo in Interrogationes Auguſtini Canruarienſis, capits decimo: Si quis ergo ſua coniuge non cupidine uoluptatis captus, ſed ſolummodo liberorum creandorum gratia utitur, iſte profectò de ingreſſu eccleſię, ſeu de ſumendo corporis Dominici ſanguinisque myſterio, ſno eſt relinquendus iudicio: quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere.

Narrat idem Dialogorum libro tertio, capite trigeſimo ſexto, Maximianum quendã, poſtea Syracuſanum epiſcopum effectum, cum alijs in Adriatico mari in grauem tempeſtatem incidiſſe: ubi perfractis pleriſq; in naui ui uentorum & procellarum, aqua uſque ad ſuperiores tabulas impleuerit nauim. Ibi quilibet alteri dedit pacẽ, atq; corpus & ſanguinẽ acceperunt, Deoq; ſeſe cõmendarunt. Nauis igitur duodecimo die in portum delaris hominibus, ibi ſpontè aquis antea receptis demerſa eſt, ſimulac homines ex naui ſunt egreſsi.

Data eſt cœna ſacra morientibus, eſtque nominata uiaticum: ut teſtatur Gregorius libro 7, epiſtola 62.

Vſi ſunt & pallijs in miſsis, ut Gregorius inquit: Singulis quidem metropolitis ſecundum priſcam conſuetudinem proprio honore ſeruato, pallium quoque tranſmiſimus, quo fraternitas tua intra eccleſiam ad ſola miſſarum ſolennia utatur, lib. 4. epiſtola 51. item epiſtola 54.

*Oblatio pro defunctis.*

Narrat Gregorius in Dialogis lib. ſecundo, capite uigeſimo tertio, duas quaſdam ſanctimoniales petulanti laboraſſe lingua. Benedictũ uerò minantem dixiſſe: Niſi correxeritis linguas, excõmunico uos. Mortuę uerò ſunt mulieres, & in templũ ſepultę. Cum autem tempore miſſę diaconus clamaret de more, Si quis non cõmunicat, det locũm: uidit earum nutrix etiam iſtas ſepultas mulieres ſurgere, atq; de templo exire. Poſtea igitur oblarione pro defunctis facta, remanſerunt in ſepulchris. Ergo ſpectris iſtis res ſacta peracta eſt, quibus uetat Scriptura fidem habere.

Simile eſt quod ibidem capite 24. narrat, puerum quendam monachum, impẽſius amantem ſuos parentes, & uiſitantem eos, obijſſe: uerũm denuò eũ ex ſepulchro eiectũ. quod cum ad S. Benedictum eſſet relatum, iuſsit cõmunionẽ Dominici corporis in pectus defuncti reponi, atq; ſic tumulari.

Scribit Gregorius, quandã mulierculam pro ſuo marito bellis capto & abducto, ueluti pro mortuo hoſtias hebdomadibus ſingulis curaſſe offerri. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaſeptima.

Recitat idem autor, Caſsium Narnienſis urbis epiſcopum, prope Iuuenalis martyris ſepulchrum quotidie obtuliſſe ſacrificium: ſed non explicat, quale id fuerit. Gregorius in Euangelia, homilia ſeptima.

*Ritus circa orationes.*

In templis conſueuiſſe recitari preces, ſuprà etiam indicatum eſt. Gregorius uerò papa primò ſtationes ad diuorum ædes & cœmiteria, maximeque in baſilica Petri haberi, & in natali Ieſu Chriſti, in Epiphania, in Dominica paſsione, in albis Paſchatis, in Aſcenſione, in Pentecoſte, in natalibus Apoſtolorum, in tertia Dominica aduentus, in dedicatione eiuſdem baſilicæ, in feſto S. Andreę, in cathedra Petri, dum maior Litania in ſabbato quatuor temporũ recitaretur, religioſe fieri iuſsit. Platina in Vitis Pontificũ: Antonius titulo duodecimo, capite tertio.

De ſeptem Litanijs ita ſcriptũ eſt in Gregorio Magno: Proinde frates chariſsimi, cõtrito corde & correctis operibus craſtina die primo diluculo ad ſeptiformẽ letaniam iuxta diſtributionẽ inferius deſignatam, deuota mente cum lachrymis ueniamus. Nullus ueſtrũm ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negociũ agere præſumat, quatenus ad ſanctę genitricis Domini eccleſiam conuenientes, qui ſimul omnes mala quę fecimus deploremus: ut diſtrictus iudex, dum culpas noſtras nos punire conſiderat, ipſe à ſententia propoſitę damnationis parcat. Letania clericorũ exeat ab eccleſia beati Iohannis Baptiſtæ: letania uirorũ ab ecleſia beati martyris Marcelli: letania monachorũ ab eccleſia martyrũ Ioannis & Pauli: letania ancillarũ Dei ab Eccleſia beatorũ martyrũ Coſmæ & Damiani: letania fœminarũ cõiugatarũ ab eccleſia beati primi martyris Stephani: letania uiduarum ab eccleſia martyris Vitalis: letania pauperũ & infantiũ ab eccleſia beatæ martyris Cæciliæ. Facta ſunt hæc in baſilica ſanctæ Sabinæ, ſub die quarto Cal. Septembris, indictione ſexta. libro undecimo, epiſt, 2. Idẽ recitat Sabellicus Enneade octaua, lib. 5: Diaconus de geſtis Longobardorum lib. 3. cap. 11. Idem etiam recenſet Turonenſis libro decimo, capite ſecundo.

Item Gregorius præcipit epiſcopis uniuerſis Siciliæ, ut omni hebdomada, quarta & ſexta feria letaniam inexcuſabiliter indicãt. Gregorius libro nono, indictione quarta, epiſtola quadrageſimaquinta.

Idem quoq; alias rogationes (quas Supplicationes maiores, Græci Litanias uocãt) primus in Romana eccleſia inſtituit: Platina & Sabellico teſte, libro quinto, Enneade octaua. Hermannus Gygas in Flore temporum

porum

porum narrat, eiuſdem eſſe inſtitutũ, ut maior litania in die Marci euangeliſtæ canatur, in cuius celebratione & ſoleuni peractione cum ipſos angelos canere audiuiſſet, Regina cœli lærare, alleluia, &c. addiſſe fertur Gregorius hæc uerba, Ora pro nobis Deum

Preces ſuper cereum in Rauennati ciuitate dictas, Gregorius ſcribit libro nono, epiſtola uigeſimaoctaua.

De luminarijs in templis, apud Gregoriũ ſitmentio libro 12. epiſtola 9.

Gregorius inquit: Idcirco in eccleſijs pictura adhibetur, ut hi qui literas neſciũt, ſaltem in parietib. uidenda legant, quæ legere in codicibus non ualent. Tua ergo fraternitas & illas ſeruare, & ab earum adoratu populum prohibere debuit: quatenus & literarum neſcij haberent, unde ſcientiam hiſtoriæ colligerent, & populus in picturæ adoratione minimè peccaret. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 109. Et libro nono epiſtola nona ait: Perlatum ſiquidem ad nos fuerat, quòd inconſiderato zelo ſuccenſus, ſanctorũ imagines ſub hac quaſi excuſatiõe, ne adorari debuiſſent, confregeris. Et quidẽ quia eas adorari uetuiſſes, omnino laudauimus: fregiſſe uerò, reprehendimus. Dic frater, à quo factum ſacerdote aliquando auditum eſt, quod feciſti? Si non aliud, uel illud te non debuit reuocare, ne deſpectis alijs fratribus, ſolum te ſanctum, & eſſe crederes ſapientem? Aliud eſt enim, picturam adorare: aliud, per picturæ hiſtoriam quid ſit adorandum addiſcere. Nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: quia in ipſa etiam ignorantes uidẽt quod ſequi debeant, in ipſa legunt qui literas neſciunt. unde & præcipuè gentib. pro lectiõe pictura eſt. Quod magnopere à te qui inter gentes habitas, attẽdi debuerat: ne, dũ recto zelo incautè ſuccenderis, ferocibus animis ſcandalũ generares. Frãgi uerò nõ debuit, quod non ad adorandũ in eccleſijs, ſed ad inſtruẽdas ſolummodo mentes fuit neſcientiũ collocatum. Et quia in locis uenerabilibus ſanctorum depingi hiſtorias non ſine ratiõe uetuſtas admiſit, ſi zelum diſcretione condiſſes, ſine dubio & ea quę intendebas ſalubriter obtinere, & collectum gregem nõ diſpergere, ſed potius diſperſum poteras cõgregare: ut paſtoris in te meritum nomen excelleret, non culpa diſperſoris incumberet. Et: Quia picturas imaginum quæ ad ędificationem imperiti populi fuerant factæ, ut neſcientes literas, ipſam hiſtoriam attendentes, diſcerent quid actum ſit: quia tranſiſſe in adorationem uideras, idcirco cõmotus es ut eas imagines frangi præciperes Atqui eis dicendum: Si hanc inſtructionem ad quã imagines antiquitùs factæ ſunt, habere uultis in eccleſia, eas modis omnib. & fieri & haberi permitto. Atq; indica, quod non tibi ipſa uiſio hiſtoriæ (quæ pictura teſte pandebatur) diſplicuerit: ſed illa adoratio, quæ picturis fuerat incompetenter exhibita. Atq; in his uerbis eorum mentes demulcẽs, eos ad concordiam tuam reuoca. Etſi quis imagines facere uoluerit, minimè prohibe: adorare uerò imagines, omnibus modis deuita. ibid.

Habuerunt tamen imaginem Saluatoris, quam adorarunt: nõ quidem uolentes imaginem ipſam, ſed eum qui deſignaretur, adorare. Habuerunt & imaginem Mariæ, & Petri ac Pauli. Gregorius lib. 7, epiſt. 53.

In letanijs ſolẽnibus, epiſcopi uſi ſunt pallijs. Gregorius lib. 7, epiſt. 76: item libro 5. epiſt. 33: item libro 2. epiſt. 54.

Certo tempore horiſq; recitatas eſſe preces, Sabellicus Enneade octaua; libro quinto teſtatur: indicans Pelagium primum Romanum pontificem decreuiſſe, ut ſeptem Canonicæ horæ quotidie à clero celebrarentur. Et Gregorius papa ſubdiaconos ad horas canonicas dicendas conſtrinxit: & horas, collectas, & cantus de uirgine Maria ordinauit. Hermannus Gygas in Flore temporum.

Noctu etiã uigilias quaſdam in Feſtis habuerunt. Gregorius Turonenſis lib. 5 Hiſtoriarum cap. 23.

*De exorciſmo.*

Recitat Gregorius, Fortunatum Tudertinæ eccleſię epiſcopũ oratione eieciſſe diabolos. & ibidem adijcit Magum quendam à puella obſeſſa diabolũ uoluiſſe hac ratione propulſare quòd eam ductam ad fluuiũ immerſit, & incantationes quaſdam recitauit: ſed poſtea pluribus eſt puella correpta & occupata dęmonijs. libro primo Dialogorum, capite decimo.

*Ritus circa uocationem & ordinationem.*

Sumpſit ſibi Romanus pontifex iuriſdictionẽ in alias quoq; eccleſias Chriſti. Narrat enim Nicephorus libro 17, cap. 9. Agapetum papam, Conſtantinopolitanum epiſcopum Anthemium uel Antimum hæreticum exautoraſſe: & paulo pòſt Agathoni. defuncti Agapeti ſucceſſori, Imperatoriæ urbis epiſcopatum Mennæ manuum impoſitione conſecrato, tradidiſſe. At decreta Syluerij papæ, & Liberati Carthaginẽſis diaconi Breuiarium, tomo ſecũdo Conciliorũ; facie 118, hæc omnia ab uno Agapeto papa, Conſtantinopoli in templo S. Marię facta eſſe memorat. Mirum autem nõ eſt, tantum ſibi hoc ſeculo ſumpſiſſe Romanũ pontificem etiam in quaſuis eccleſias iuris, quum regijs diplomatis eius ſtabilita fuerit potentia. Athalaricus enim Oſtgothorum rex publicũ decre

tum fecit, ne epiſcopi ab ullo prætetquam à Rom. pontifice otdinarentur, nt etiã alibi diximus. Sabellicus Enneade 8. li. 2. Sed Romani pontificatus dignitatem ſolebant Imperatores ijs qui creabantur, ſuo ratã facere aſſenſu: ut idem Sabellicus Enneade octaua, lib. 5. ſcriptum reliquit.

Rectè tamen dictum eſt à Gregorio: Magnis precib. bonus paſtor à Domino quærendus eſt. in 9. caput 1. Regum. Item: Sanctæ eccleſiæ principes multa conſideratione eligendi ſunt. in 10 caput primi Regum.

Electionem epiſcopi cleto & populo Miletinæ ciuitatis permittit Gregorius libro 7. epiſtola 62. idem patet lib. 7. epiſtola 49.

Qualis debeat eligi, his uerbis Gregorius monet: Is qui ad tegendum culmen ſanctæ eccleſiæ quæritur, tantæ debet eſſe perfectionis; ut quicquid populus de bono opere ſibi nult proponere, in ſua conuerſatiõe debeat demõſtrate. in 9. caput 1. Reg. Item: Summi doctores ſanctæ eccleſiæ autoritatem prædicationis alijs non committunt, niſi eis quos ſciunt cœleſtia diligere quæ loquuntur. ibidem. Et diſertè inquit, eos debere donis ſpiritualibus antecellere. ibidem.

Gregorius Iohanni epiſcopo Squalitino præcipit, ne unquam illicitas ordinationes faciat: ne bigamũ, aut qui uirginem non eſt ſortitus uxorem, aut ignorantem literas, uel in qualibet parte corporis uitiatum: uel pœnitentiæ, uel Curiæ, uel cuilibet condicioni obnoxium, ad ſactos ordines permittat accedete. Aphros paſsim, uel incognitos peregrinos, ad Eccleſiaſticos ordines nulla ratione ſuſcipiat: quia Aphri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati ſunt. libro ſecundo, indictione decima, epiſtola uigeſimaquinta. Item: Eſtote præcipuè in ordinatione ſolliciti, & ad ſactos ordines aſpirare, niſi prouectiores ætate: & mũdos opere, nullatenus permittatis. Eorum autem qui in ſacro ordine ſunt collocandi, prius uitamq́; moresq́; diſcutite. libro 2. epiſtola 48. Et rectè ait lib. 7. epiſtola 114: In ſacerdotibus fides eſt eligenda cum uita.

Soliti ſunt præterea inungere eos quos eccleſijs præpoſuerunt, ut ex Gregorio patet in nonum caput primi Regum. Et quidem ad eius unctionem atq; conſecrationẽ plures conuenere ſapientes & religioſi uiri: decimo teſtatur libro primo Regum, capite decimoſexto, item capite 7. Tres autem uel quatuor uult adeſſe epiſcopos: lib. duodecimo, capite nono.

Reprehendit uerò Gregorius eos qui iuuenes ordinant, priuſquã ſatis euidentia ſuę induſtriæ & uirtutis documenta dedere: in 9. cap. 1. Reg. Item, qui laicos uocent: libro quarto, epiſtola quinquageſimaprima.

Tempora certa obſeruaſſe Romanos, certum eſt. Anaſtaſius ſemel Decembri menſe epiſcopos & presbyteros ordinauit. Continuator Damaſi. Pelagius primus eodem menſe bis. Platina.

Facit mentionem Gregorius & cardinalium presbyterorum, aliorum presbyterorum, diaconorum, ſubdiaconorum, &c. lib 1. epiſt. 15. Et in eodem libro, epiſtola 42. mandat, ne quis ſubdiaconum ordinet, niſi qui ſe caſtè uicturum promiſerit.

Prohibet etiam Gregorius, ne quis ſemel ordinatus, iterum ordinetur: libro ſecundo, epiſtola trigeſimaſecunda. Item ait: Bigamos ad ſacrum ordinem accedere Canonica regula permittit, lib. 11. epiſtola 8.

Deniq; non eſſe uendendam ordinationem, aut quæ ad eam pertinẽt, docet Gregorius inquiens: Antiquam patrũ regulam ſequẽs, nihil unquã de ordinationib. accipiendum eſt, neq; ex datione pallij, neq; ex traditione chartarum, neq; ex ea quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia enim ordinando epiſcopo pontifex manum imponit, Euangelij uerò electionem miniſter legit, confirmationis uerò huius epiſtolam notarius excipit: ſicut pontificem manum quam imponit nõ decet uẽdere, ita miniſter uel notarius nõ debet in ordinatiõe eius uocẽ ſuã uel calamũ uendere. Pro ordinatiõe ergo, uel uſu pallij, ſeu chartis atq; paſtello, eundẽ qui ordinandus eſt, uel ordinatur, omnino aliqd dare prohibeo. Sed ſi ſpõte ordinãdus aliqd dare uult, nõ ꝓhibetur accipere. lib. 12, ind. 7. in decretis Gregorij, tẽpore Mauricij, &c.

*Ritus ieiuniorum*

Inter reliqua ieiunia Quadrageſimã commendat maximè Gregorius, inquiens: Ipſe autor hominũ ad homines ueniens, in quadraginta diebus nullum omnino cibũ ſumpſit. Nos quoq;, in quantum poſſumus, annuo quadrageſimæ tempore carnẽ noſtram per abſtinentiã affligere conemur. in Euangelia, homilia decimaſexta: item in caput quartum primi Regum. Sed tamen in neceſsitate uult ieiunium omitti. nam Mariano epiſcopo Rauennæ, de uomitu ſanguinis laboranti præcepit ut ieiunare minimè præſumat, niſi fortè ſi grandis ſolennitas exigit, quinque in anno uicibus concedit. libro nono, indictione quarta, epiſtola uigeſimaoctaua. Item: Maioris etenim eſt meriti, charitatis iniũcta refectio, ieiunio propria deliberatione ſuſcepto. Qui enim iuſſus carnem reficic innitus, ieiunij præmium deuotione promeruit, & ampliorem mercedem obedientiæ manducando cõquiſiuit. in caput tertium primi Regum.

De

*De feſtis.*

Natalis Domini paſsim celebrata eſt. Gregorius in Euangelia, homilia octaua.

Feſti etiã Paſchatis creberrimè facit mentionẽ Gregorius: in Euangelia, homilia decimaſexta: item homilia uigeſimaprima, homilia uigeſimaſecunda, homilia uigeſimaterria, homilia uigeſimaquarta, & homilia uigeſimaquinta.

Aſcenſionis Domini meminit Gregorius in Euangelia, homilia uigeſimanona.

De Pentecoſte ſcribit Gregorius in Euangelia, homilia trigeſima.

Numerarunt & Dominicas poſt Trinitatis: ut patet ex Gregorio in Euangelia homilia trigeſimaquarta, & homilia trigeſima ſexta, homilia trigeſimaoctaua, homilia quadrageſima, & alibi.

Feſtum Petri & Pauli hac occaſione cœpit ſolennius Romæ celebrari. Feſtus ſenator Romanus ad Imperatorẽ ob politicas quaſdam cauſas ablegatus, Imperatricem quoque adhortatus eſt, ut feſtũ Petri & Pauli, quod aliàs quoq; obſeruari ſolebat, aliquanto honorificẽtius ageretur. Mulier igitur ad eiuſmodi pompas procliuis, feſti admonitionibus locum relinquens, ſplendidius multo, quàm hactenus factum fuerat, panegyrin illam celebrari curat: ut Theodorus Lector libro ſecundo, & Nicephorus libro 16. capite trigeſimoquinto, recitant.

Natalicia & memoriæ quædam ſanctorũ nimis religioſo ſtudio celebrari cœperunt. nam Gregorius meminit natalis Felicitatis: in Euangelia, homil. 3. Marcellini & Petri, homil. 6. Syluestri, homil. 9. Agnetis. homilia 11. Felicis, homilia 13. Pancratij, homilia 27. Nerei, Achillei, homilia 28. item Andreæ, homil. 5. Mammæ, homil. 35 in Euangelia. Baptiſtæ, Apollinaris, lib. 4. epiſtola 10. Cypriani, libro 12. epiſtola 30.

De quatuor temporibus Gregorius ſcribit in Euangelia, homil. trigeſimaprima.

Deniq; ſcribit Gregorius, Paganorum feſta ſenſim in Chriſtiana feſta eſſe cõmutanda, & quædam ad ſimilitudinẽ facienda, ramis arborum & conuiuijs ſollennitates celebrandas: libro nono, epiſt. 71. Ita tandem feſtis annus eſt repletus.

*Ritus circa nuptias.*

Ceremoniæ nuptiales ut maxima ex parte politicæ ſunt, ita etiam relictæ fuere in cuiuslibet gentis uſu.

De puerperis leges fert Gregorius: Cum enixa, inquit, fuerit mulier, poſt quot dies debeat eccleſiam intrare, teſtamenti ueteris præceptiõe didiciſti: ut pro maſculo diebus triginta tribus, pro fœmina uerò ſexagintaſex, debeat abſtinere. Nam ſi eadẽ hora qua genuerit, actura gratias intrat eccleſiam, nullo peccati põdere grauatur. Idem: Ad eius uerò concubitum uir eius accedere non debet, quouſq; qui gignitur ablactetur. Praua autem in coniugatorum moribus cõſuetudo ſurrexit, ut mulieres filios quos gignunt, nutrire contemnant, eoſq; alijs mulieribus ad nutriendum tradant: quod uidelicet ex ſola incontinentia uidetur inuentũ. Hæ itaq; quæ filios ſuos ex praua conſuetudine alijs ad nutriendum tradũt, niſi purgationis tempus tranſierint, uiris ſuis non debent admiſceri: quippe quum & ſine partus cauſa, cum uel conſuetis menſtruis detinentur, uiris ſuis miſceri prohibẽtur: ita ut morte lex ſacra feriat, ſi quis uir ad menſtruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex cõſuetudine menſtrua patitur, eccleſiam intrare non debet, quia ei naturæ ſuperfluitas in culpa non ualet imputari. Et per hoc quod inuita patitur, iuſtũ non eſt ut ingreſſu eccleſiæ priuetur. Gregorius libro duodecimo, indictione ſeptima, capite 10.

Eſt & hoc peculiare in Gregorio, quod inquit: Vir cum propria coniuge dormiens, niſi lotus aqua intrare eccleſiam non debet: ſed neq; lotus intrare ſtatim debet. libro duodecimo, capite decimo.

CASVS.

¶ Portitor Leo cartharius apud coniugem ſuam in ſuſpicionem uenit de fornicatione: qua de cauſa à marito ſeſe, ueſte religioſa ſumpta, ſegregat. Maritus poſtea innocentiã ſuam plurimis argumentis ei perſuadet: quibus mota, clàm ad eum reuertitur. Iam Secundinus Taurominitanenſis eã, unà cum familia, communione priuauit. Scribit igitur Gregorius, ne familia luat pœnã diutius: quin & ipſam non eſſe nimis lõgo tempore cõmunione priuandam. libro octauo, epiſtola trigeſima ſecunda. Quamuis enim immodici fuerunt monaſticæ uitæ cõmendatores & admiratores, tamen altero coniugum diſſentiente, noluerunt fieri diuortia religionis ergò.

*Ritus uiſitandi ægrotos.*

Meminit Gregorius, morem fuiſſe, quòd homines ad moriẽtes, quos ſanctè uixiſſe exiſtimarunt, in agone poſitos cucurrerint, ſuaſq; eis animas commendarint. in Euangelia, homilia trigeſimaquinta. Verùm nimis hæc fuerunt & ſuperſtirioſa, & contumelioſa. nam ſoli Deo animæ ſunt commendandæ.

Soliti etiam ſunt orare prope eos qui iam animam egerunt. Gregorius in Euangelia, homilia trigeſimaoctaua. id quod laude digniſsimum eſt.

*Ritus ſepulturæ.*

Mortuorum cadauera myrrha condiderunt, ne putreſcerent. Gregorius in Cantica.

Vſitatum fuit omnibus ætatibus, nõ Romanæ ſolum, ſed aliarum quoq; regionum eccleſijs, uiros illuſtres celebrioribus locis ſepelire. Felicem Romanum pontificem in Vaticana baſilica, Agapitũ Byzantio Romam loculo plumbeo delatum in Barionæ templo, Vigilium uerò in Marcelli ſano ſepultos fuiſſe, Sabellicus Enneadis octauæ libro ſecundo & quarto ſcriptum reliquit.

In baſilicá Petri Hormiſdas ſepultus eſt. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo.

Iohannes papa in eodem loco tertæ mandatus eſt. Marian. Scotus de Iuſtino ſeniore.

Habuerunt & κοιμητήρια, quò piè defunctorum cadauera repoſuerũt: ut teſtis eſt Sabellicus Enneade octaua, libro quinto, ubi memorat, Pelagium papam Romæ Hermetis cœmiterium, & Laurentij baſilicam fundamentis inſtaurauiſſe.

Moris fuiſſe ſcribit Gregorius, q, funera pontificum Romanorum dalmaticis ſolita ſint contegi, quas poſtea populus conſcidit, ac reuerentiæ cauſa ſeruauit. Dicit autem indignum eſſe, cum multa adſint ab Apoſtolorum & martyrum corporibus uelamina, à peccatorum corporibus ſumi quod aſſeruetur. Statuit igitur, ut feretrũ, quo Romani pontificis corpus ad ſepeliendũ ducitur, nullo tegmine uelетur. libro 12, indictione ſeptima, in decretis ſub Mauricio.

Videtur in morem abijſſe, ut epiſcopi aliquid pro ſepultura acceperint. Meſſalino igitur epiſcopo præcipit Gregorius, ne unquam precium pro ſepultura accipiat: libro ſeptimo, epiſtola quarta, & epiſt. 55. Quãdo tamen ſponte pro luminaribus in templo aliquid uoluerunt hæredes dare, id licitum fuit accipere.

Morientes porrò quædam de ſuis facultatibus ſoliti ſunt legare eccleſiæ. Sic quidam duas uncias ſubſtantiæ ſuæ, eccleſiæ S. Georgij teſtatus eſt, ubi uoluit ſepeliri. Gregorius libro octauo, epiſtola ſexta.

Quomodo autem oblationes quædã pro defunctis hac ætate cœperint fieri, ſuprà in titulo de Cœna annotauimus.

*Ritus translationis reliquiarum ſanctarum.*

Soliti ſunt reliquias collocare in altaria. Gregorius libro quinto, epiſtola 50.

Scribit Gregorius, quomodo reliquię ſint compoſitæ, libro ſeptimo, epiſtola octuageſimaſexta: Lator præſentium Euentius diaconus fraternitatis ueſtræ, nobis talia intimat, ſibi à uobis iniuncta, ut reliquias beati Pauli apoſtoli, ſed & beatorum Iohannis & Pancratij, per eũ ad uos dirigere deberemus. Quam petitionem ueſtram curauimus effectui mancipandam. Fraternitas ergo ueſtra ſolito ſtudio perſcrutari non differat, quatenus in locis quibus cõdendæ ſunt, luminaria, uel alimonia ibidem ſeruientiũ ante dedicationem loci ipſius debeant profligari: & tunc in eiſdem locis directa, ſanctuaria ſui cũ reuerentia collocentur: ne loca Deo dicata, ſi prædicta prouiſio omiſſa nunc fuerit, futuris temporibus deſtituta, quod abſit, ſeruientium reperiantur obſequijs.

Reliquias Agathæ in templo Stephani, in inſula Cabe haberi, inquit Gregorius lib. 1. epiſt. 52. Eraſmi corpus in Formiana eccleſia requieſcere, ait lib. 1. epiſt. 8. Hermetis, Hyacinthi, & Maximi, in templo Mariæ, in Reatina ciuitate: lib. 7. epiſtola duodecima.

De tunica ſancti Iohannis, quam petit ſibi mitti, Gregorij eſt epiſtola tertis, libro 2. De catena Petri, & craticula Laurentij: libro ſecundo, epiſtola 33. Et lib. 2. epiſtola 47 ait, ſe Columbo epiſcopo Numidiæ claues beati Petri, in quib. de catenis ipſius incluſum ſit, ei pro benedictione tranſmittere. Mittit & alij clauem Petri, libro ſexto, epiſt. 23. Vnde igitur tot claues Petro fuere? & quidẽ (ut Gregorius ſcribit) aurea fuit ea quã miſit. Et cur non retinuit pontifex Romanus, qui ſolus Petri ſucceſſor haberi uult? Sic ait libro ſexto, epiſtola uigeſimaquinta: Benedictionem ſancti Petri Apoſtolorum principis, quem multum diligitis, clauem à ſacratiſsimo eius corpore uobis trãſmiſimus, in qua ferrum de catenis eius clauſum eſt, ut quod illius collũ ligauit ad martyrium, ueſtrum ab omnibus peccatis ſoluat. Item libro decimo, epiſt. ſeptima: Indicamus per latorem præſentium, Hilarium chartulariũ noſtrum, clauem nos à ſacratiſsimo corpore beati Petri Apoſtolorum principis tranſmiſiſſe, in qua de catenis quoq; ipſius benedictio continetur. Qua collo ueſtro ſuſpenſa, hoc uobis eo intercedẽte gratia abſolutiõis fiat, quod illi fuit cauſa martyrij. Item mittit eiuſmodi clauem Secundino, libro ſeptimo, epiſtola quinquageſimatertia. Item, Gregorius clauem paruulam à ſacratiſsimo corpore beati Petri apoſtoli pro eius benedictione Recharedo regi Veſtgotthorũ tranſmittit, in qua ineſt ferrum de catenis eius incluſum. Item crucem, in qua lignum Dominicæ crucis ineſt, & capilli beati Iohannis baptiſtæ. Item, clauem aliam à ſacratiſsimo beati Petri apoſtoli corpore: libro ſeptimo, epiſtola 126. Item: Clauis à ſacratiſsimo corpore beati Petri Aſclepiodoto trãſmiſſa: libro duodecimo, epiſtola decimaſeptima. Item, de ſudario Pauli & catenis quæ collo geſtauit: libro tertio, epiſtola trigeſima. Item dicit de tunica atq; cuculla, de benedictione Petri apoſtoli: libro octauo, epiſtola quadrageſimaquinta.

Narrat Gregorius, quoſdã monachos Romam ueniſſe, ac prope templum Pauli corpora

pora mortuorum noctu effodiſſe: qui cõprehenſi, faſſi ſunt, in Græciam ſe ea pro ſancto rum reliquijs portaturos fuiſſe.

*De monachatu Romano.*

Mirus eſt laudator monaſtices Gregorius, paſſim in ſuis ſcriptis: ac ſcribit idem pontifex, tria millia ancillarum Dei in urbe Roma reperiri. libro ſexto, epiſtola 23.

In loco qui Fundis dicitur, Honoratus extruxit monaſterium, in quo ducentorum monachorum pater extitit. Gregorius libro primo Dialogorum, capite primo.

Romæ Gregorius papa, Gordiani cuiuſdam ſenatoris Romani filius, monaſterium quoddam in domo ſua extruxit: ſex uerò in Sicilia, ut Sigebertus ait. Gregorius Turonenſis libro decimo Hiſtoriarum, cap. 1.

Columbanus in Italiam ueniens, monaſterium in montibus Coccijs, quod Bobium nominatur, condidit. Vrſpergenſis in hiſtoria Longobardorum.

Liberius in Campania monaſterium ſtruxit. Gregorius libro ſeptimo, epiſtola 27.

Equitius in partibus Valeriæ monaſteria complura ædificauit. Antoninus libro duodecimo, capite nono.

Narſes in Claſſenſi oppido monaſterium fecit. Blondus libro ſeptimo, decade 1.

In Neapoli monaſterium ab Alexandra eſt fundatum, S. archangeli dicitur Macharis. Gregorius lib. 8. epiſt. 14. Meminit & Sebaſtiani Gregorius libro octauo, epiſtola 39. & Mariæ: libro nono, epiſtola ſeptima.

In Neapolitana ciuitate Lampadius monaſterium ancillarum Dei extruxit. Gregorius libro ſecundo, epiſtola 58.

Facit Gregorius mentionem monaſterij Thomæ: libro quarto, epiſtola 41. Andreæ: libro quarto, epiſtola quadrageſimaoctaua. Apollinaris: libro quinto, epiſtola prima. Laurentij: lib. quinto, epiſtola duodecima. Hermæ: libro quinto, epiſtola quadrageſimaprima. Caſsiani, libro 6. epiſtola duodecima. Senerini: libro ſecundo, epiſt. prima. Theodoſiæ: libro quarto, epiſtola ſecunda. Theodori: libro quarto, epiſtola quarta. Itẽ Gazarenſis in Plagia, & Puteolis, quod Falcidis dicitur: libro octauo, epiſtola trigeſimanona. Lirienſis: libro nono, epiſtola octaua. Hermæ in domo Põpeianæ, & Stephani in Sueſſorum ciuitate: libro 12. epiſtola 32.

Rauennæ monaſterium Marci, Marcellini & Feliculæ fuit. Gregorius libro decimo, epiſtola nona.

Item in fundo Greſsiano, in honorem Sa niani monaſterium cõſtructum: Gregorius libro undecimo, epiſtola decimaoctaua.

Prope thermas Agrippinas Ioannes preſbyter monaſterium condit: libro ſeptimo, epiſtola quadrageſimaoctaua.

Meminit & monaſterij quod uocatur balneum Ciceronis, cuius fuit abbas Fortunatus, in Dialogis lib. 1. cap. 4. Item monaſterij in monte Marſico, libro tertio Dialogorum, capite decimoſexto.

¶ Benedictinorum ordo à Benedicto eremita hoc tempore inſtituitur. nam is mona chos paſsim diſperſos in unum cœnobium contraxit, & uitæ rationem condidit. Colore autem pullo ueſtiri, laxiori ac prolixiori tunica, carnib. perpetuò abſtinent, niſi quãdo morbo aliquo corripiuntur. Silentiũ ſeruant. Sabellicus Enneade octaua, libro 2.

Tradidit ei Tertullius patricius Romanus filium Placidum erudiendum, ut eſt in uita Placidi: imò & uniuerſa bona ſua, ut habet Caſsinẽſis hiſtoria. Sic & Gordianus, & multi patricij, plurima conferunt: ut ibidem refertur. Scribit Leo Hoſtienſis in chronico Caſsinẽſi, libro primo, capite primo, duodecim à Benedicto eſſe conſtituta monaſteria, ita quidem ut duodenos monachos ſingulis deputarit, ſtatutis patrum adſtrictos. Paulo ante mortem, Maurũ, Fauſtum atq; alios in Gallias mittit, ut ibi ſui ordinis monaſteria propagarent. Refertur ibidẽ, capite ſecundo, tempore Pelagij fratres Caſsinenſis cœnobij prædationibus Longobardorũ motos (id quod ſub Iuſtino iuniore factum eſt) Romam cõmigraſſe, allato ſecum codice Regulæ quam Benedictus ſcripſerat, ac propè Lateranenſe monaſteriũ extruxiſſe, in quo uixerint centum triginta annos.

Confirmauit & Iuſtinianus Caſsinenſis cœnobij immunitatem. atq; ex ordine enumerantur in eo ſcripto, quod in chronico Caſsinenſi extat, plurimæ poſſeſsiones iſti cœnobio tributæ. Hoc ſcilicet eſt mundum relinquere, bonis ſecularibus renunciare: perinde ut auceps diſsimulat ſeſe nolle auiculas capturum eſſe tum, cum maximè inhiat prædæ.

In Campaniæ monte Marſico quidã Martinus ſolitariam uitam ſponte delegit, atq; ſibimetipſi pedẽ catenæ illigauit, lapide inſuper affixo, ne longius procederet. Verùm Benedictus per ſuos diſcipulos ei denunciauit, ut catenam deponeret, ac potius catena Chriſti ſe conſtringi pateretur. Verùm ipſe catena depoſita, tamen in hac electicia ac ſolitaria uita permanſit. Paret aũt ex hoc Benedicti facto, q, eiuſmodi ſpõtaneos cultus improbarit. Marianus Scotus ſub Mauricio.

Monaſterium euangeliſtæ Marci in Spoleto fuit. Gregorius libro tertio Dialogorũ, capite trigeſimotertio: & libro quarto Dialogorum, capite decimo, meminit monaſterij quod fuit in Cample.

Mores deſcribit Gregorius his ce uerbis: Sunt pleriq; qui per abſtinentiã corpus af-

ſtigunt, ſed de ipſa ſua abſtinentia humanos fauorea expetunt, doctrinæ inſeruiunt, indigentibus multa largiũtur. in Euangelia, homilia duodecima.

¶ Tonſuris uſi ſunt. Gregorius libro octauo, epiſtola uigeſimatertia.

Prius quoq; laicos, antequã in monaſterium receperunt, probarunt. Libro duodecimo, indictione ſeptima, in Decretis tempore Mauricij, &c.

Circa meridiem ſoliti ſunt fratres monaſterij quieſcere: idq; ꝓpterea, quia noctu uigilias quaſdam peregerunt. Gregorius libro primo Dialogorum, capite tertio.

Diſcernit actiuam & contemplatiuam uitam Gregorius. Sic enim inquit: Actiua uita in mundo uerſatur, contemplatiua ad cœleſtia erigitur. in Pſalmos pœnitentiales.

Multi in monaſteria ſe cõtulerunt, quando de facinoribus pœnitentiam agere uoluerunt. Sic Gregorius ait: Victorinus quidam, qui alio nomine Aemilianus appellatus eſt, in quodam facinore lapſus eſt: poſtea monaſterium petijt, in quo pœnitentiã egit. Studuit namq; toto mentis adniſu cruciare carnem, uoluntates proprias frangere, furtiuas orationes quærere, quotidianis ſe lacrymis lauare, deſpectũ ſui appetere, oblatam à fratribus uenerationem timere. Hic itaq; nocturnas fratrum uigilias præuenire conſueuerat. in Euangelia, homilia 34.

Reprehendit autem Gregorius, quòd aliquæ mulieres ex monaſtica uita ad maritos ſuos reuerſæ ſunt: lib. quarto, epiſtola decimaoctaua. Monachi duo in maſſa quæ Maratoclis nominatur, ex monaſterio fugerũt: alter uxorem duxit, alter more aliorum hominum uixit. Verùm Gregorius cõtra Dei uerbum eos iubet in monaſteria retrudi. libro duodecimo, epiſtola uigeſima.

Neq; uerò erat liberum, bona monaſterij teſtamẽto abalienare. Sic inquit Gregorius: Ingredientibus monaſterium conuertendi gratia, ulterius nulla ſit teſtandi licẽtia: ſed ut res eorum eiuſdem monaſterij iuris fiãt, aperta legis definitione decretum eſt. libro ſeptimo, epiſtola ſeptima.

Exemplum priuilegiorum monaſterij in Sueſſorum ciuitate, quod Gregorius dedit, extat in libro eius duodecimo, capite 32. Capita ſunt: 1. Ne donata ei monaſterio cuiquam fas ſit abalienare. 2. Vt monachi habeant poteſtatem eligendi abbatem, & ordinandi. 3. Fontiũ conſecrationes, & ſcrutinij myſteria, in ipſo monaſterio celebrent. 4. Chriſmatis olei, altaris, calicis, corporalis benedictionẽ, à quocunq; põtifice expetant. 5. Sit caput monaſteriorũ Galliæ, nulliusq; ditioni ſubſit. 6. Tantum pontificibus Romanis pareat. 7. Rector monaſterij fiat, & altariũ præſul. 8. Si abbas ob cauſam capitalem deponendus ſit, non prius id fiat, niſi põtifex Romanus ratum id fecerit. Et in eo iudicio ſint tres metropolitani, cum ſuffraganeis, & abbates quamplurimi. Accuſatores cum duodecim teſtibus adſint.

CASVS.

Agathoſæ cuiuſdam maritus inuita coniuge in monaſterium ſe contulerat. Præcipit igitur Gregorius, ut maritus uxori reſtituatur: & addit rationẽ, ne illius conuerſio, uxori relictæ in ſeculo, fieri poſsit perditiõis occaſio. Deinde ſubijcit: Etſi mundana lex pręcipit, cõuerſionis gratia, utrolibet inuito poſſe ſolui coniugium: diuina hoc tamẽ lex fieri nõ permittit. Nam excepta fornicationis cauſa, uir uxorem dimittere nulla ratiõe cõceditur: quia poſtquam copulatione coniugij uiri atq; mulieris unum corpus efficitur, non poteſt ex parte conuerti, & ex parte in ſeculo remanere. libro nono, epiſtola 44.

DE MORIBVS ECCLESIAE Romanæ.

¶ Iani portas (erat autem Iano à ueteribus Romanis ſacellum in medio foro, ex aduerſo Capitolij, totum ex ære conſtructum, quod pacis tempore occludi, bellum uerò cum eſſet aperiri inſtituerant) adeò neglexerunt, ut ne bellantes quidem eas aperire uoluerint, Virige urbẽ obſidente: licet nonnulli occultè uetuſtæ illius & Ethnicæ fortè ſuperſtitionis memores & cultores, ui foribus illata, eas patefacere, ſed fruſtra enisi eſſent. Procopius lib. 1 de bello Gothico.

De exercitijs Chriſtianorum Gregorius ait: quoſdam eſſe pietati atq; ſanctis exercitijs deditos, & nihilominus manere coniuges, ac retinere ſuas poſſeſsiones: alios uerò pietatis ſtudio deſerere facultates & uxores. in Cantica canticorum. Verùm id ſi citra neceſsitatem fiat, minimè à Chriſto probatur. Soliti etiam ſunt die Dominico corpora lauare. Gregorius libro 11, epiſtola tertia.

Multos autẽ paſsim à pietatis ſtudijs deficere, ait Gregorius in quintum caput primi Regum. Item ait: Sæpe nonnulli contra quædam ſe uitia uehementer accingunt, ſed quædam ſubigere negligunt: cumq; ſe contra iſta non erigunt, & illa contra ſe reparãt quæ ſubegerũt. Alius namq; iam carnẽ à luxuria edomuit, ſed tamẽ adhuc mentẽ ab auaricia nõ refrenauit: cũq; ſe in mundo pro exercenda auaricia retinet, cumq; à terrenis actibus non recedit, erumpente occaſionis articulo, etiam in luxuriam labitur, quã iam ſubegiſſe uidebatur. Alius auariciæ æſtum uicit, ſed nequaquam uim luxurię ſubdidit: cumq; explendæ luxuriæ preciũ præparat, iugo quoq; auariciæ, quã dudum edomuit,

cordis

cordis ceruicem ſubdit. Alius rebellantem iam impatientiam ſtrauit, ſed inanem gloriā nec dum uicit: & quum ſe per hanc honoribus mundi inſerit, cōfixus cauſarum ſtimulis, ad impatientiam captus redit: cumq; inanis gloria ad defenſionē ſui animam erigit, & illam uictus tollerat, quā ſuperauit. Alius iam inanem gloriam ſubdidit, ſed tamē impatientiam necdum ſtrauit: & quum multa reſiſtentibus per impatientiā minatur, erubeſcens non implere quod loquitur ſub inanis gloriæ iugum reuocatur: & hoc uictus per aliud tolerat, quod plenè ſe uiciſſe gaudebat. Gregorius in ſextum caput Iob, libro ſeptimo, capite duodecimo.

Vſi ſunt autem Chriſtiani contractibus & politicis legibus, id quod nō eſt obſcurū.

### DE IVRAMENTIS.

Soliti ſunt iurare in templis: atque tacto ſepulchro ſancti alicuius, certa uerba pronunciare. & forma quidem recitatur in Gregorio libro quinto, epiſtola trigeſimatertia. Iuro, inquit, per patrem, & filium, & ſpiritum ſanctum, inſeparabilem diuinæ potētiæ Trinitatē, & hoc corpus beati Apollinaris martyris, me pro nullius fauore perſonæ, neque commodo aliquo interueniente teſtari: ſed hoc ſcio, & per meipſum cognoui, quia ante tempora Iohannis quondam epiſcopi, Rauennas epiſcopus, præſente apocryſario ſedis Apoſtolicæ illo atq; illo, illis & illis diebus conſuetudinem utendi pallio habuit: & non cognoui, quia hoc latenter uel abſente apocryſario uſurpaſſet.

## CAPVT VII.

### DE POLITIA ET GVBERnatione *Eccleſiæ.*

ETſi hoc ſeculum ſuperiori par nō fuit numero inſignium & præſtantium doctorum, tamē aliquot mediocres ſaltem habuit: inter quos ſunt, Fulgentius, Ferrādus, Gregorius papa, Gildas, Gregorius Turonenſis, Iuſtus Origelitanus, & ſimiles, quorum ſuprà in capite de Doctrina fecimus mentionem, & uitas ſuo loco deſcribimus.

Cœlibes autem iuxta communem errorem plerique tantum fuerunt, præſertim in eccleſijs Occidentis. Marlianus ad clericatum uocatus, uxorem ſuam dimiſit: & cum eam poſtea repeteret, excommunicatus eſt. Turonenſis quarto Hiſtoriarū, capite quarto. Gregorius libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola octauo: Bigamos, inquit, ad ſacrū ordinē accedere: canonica regula nō permittit. Idem ab Auguſtino interrogatus, an clerici dono caſtitatis carētes poſſint ducere uxores, & ad ſeculum redire? reſpondet: Si ſint extra ſacros canones conſtituti, poſſe eos ducere uxores, & ſtipendia ſua exterius accipere. libro duodecimo, indictiōe ſeptima. Cauſam autem hanc adfert, cur debeāt ſacerdotes eſſe caſtitatis fulgore præditi: quia ſi per incontinentiam defluant, alios nequaquā poſſint continentes efficere. 1. Reg. 15. Idem Andream epiſcopū, ſi concubinam ſuam, dum fuit in miniſterio, cōtigerit, iubet abſtinere ab adminiſtratione ſacramentorum. libro ſecundo, indictione undecima, epiſtola octuageſimaquarta.

Sed tamen eundem Gregorium, ſuum illud decretum de caſtitate cōdigno pœnitentiæ fructu expurgaſſe, teſtatur Vdalricus in epiſtola ad Nicolaum papam, cum in uiuario prope cœnobium reperiſſet plus quàm ſexies mille capita infantum. Canon decimus quartæ Aurelianenſis, epiſcopum etiam per ignorantiam bigamum aut maritū ordinantem, unius anni ſpacio ab officio remouet. Item canon eiuſdem decimuſſeptimus uetat, ne diaconi & ſacerdotes cū uxoribus cōmunem lectum & cellulam habeāt, ne propter ſuſpicionē carnalis conſortij religio maculetur. Et Iuſtinianus, eos qui binas nuptias contraxerint, diaconos & presbyteros fieri uetat: lib. 1. Nouell. tit. 13. de epiſc.

Aliquot tamē in locis mariti eccleſijs præfuerunt. Badegiſilū enim Pariſienſem epiſcopum uxorem habuiſſe, quæ etiam bona eius ſibi uendicauit, conſtat ex Turonenſis libro 8. cap. 39. Nonnichium etiam maritum fuiſſe, conſtat ex eodem libro, cap. 43. Reuticium etiam Auguſtodunenſem epiſcopum, & Simplicium, uxores habuiſſe, idem teſtatur libro in gloriam Confeſſorum, capite ſeptuageſimoſexto, & ſeptuageſimooctauo. Licet addat, eos poſt ordinationem à coniugali conſuetudine abſtinuiſſe. Vxoris diaconi mentio fit apud Gregorium lib. undecimo, indictione ſexta, epiſtola ſexageſima. Et canon decimuſtertius Turonenſis ſynodi, iubet epiſcopum coniugem ut ſororem habere. Et ex Fortunati libro quarto apparet, ex Chronopij epitaphio, quòd prognatus ſit à parente ſacerdote.

Subdiaconis exorciſtis & acoluthis uxores uidetur permittere canō decimuſſextus ſecundæ Matiſconenſis: ſed tamen Iuſtinianus in authentica collat. 1. titulo quinto, de monachis, etiam in minoribus ordinib. conſtitutos, puta lectores & cātores, expelli de clero iubet, ſi uxores duxerint. Eam tamen ſententiam corrigit libro primo Nouell. titulo ſeptuageſimoſeptimo, de clericis, qui nuptias contrahere non poſſint: & dicit lectores ſecundas nuptias contrahere non poſſe.

Conſtat

Conſtat etiam ex Gregorij libro primo, indictione nona, epiſt, 42. ſubdiaconis ante triennium primũ interdictũ eſſe, ne uxoribus ſuis cõmiſceantur, ſecundum morem eccleſiæ Romanæ.

Quidam etiam ex præfectis & rerum politicarum gubernatoribus, presbyteri & epiſcopi creati ſunt. Merouеum Chilpericus pater cæpit, & totondit, & presbyterum ordinari curauit. Adon Vienneuſis quarta ętare. Clodoueus Chararicum cum filio cæpit, & patrem tonſum presbyterum, filium uerò diaconum ordinari iuſsit. Turonenſis libro 2, cap. 41. Francilio ſenator Turoniæ epiſcopus ordinatur. Turonenſis lib. 3. Hiſtoriæ, cap. 16. Clodoaldus presbyter factus eſt, regno depoſito. Adon, & Turonenſis libro terrio, capite decimoſeptimo. Deſiderius ex laico epiſcopus ordinarus eſt. Turonenſis libro 8. capite 22. Ac in Francia moris id fuiſſe, conſtat ex Gregorij papę libro 7, indictione 2, epiſt. 113.

In quibuſdam locis, minus idonei, datis muneribus, ad epiſcopatum adhibiti ſunt: quod Gregorius in Euangelia, contra canones eſſe indicar. Iis enim cautum eſſe, ut ſacerdotio priueutur, qui de largiendis ordinibus precium quærant.

### DE GRADIBVS PER- *ſonarum.*

Miniſtri eccleſiarum, quemadmodum in ſuperiorī ſeculo, in hoc ordines fuerunt diſtincti, ut alij epiſcopi, alij presbyteri, alij diaconi, alij archidiaconi, alij ſubdiani, alij acoluthi, alij exorciſtæ, alij lectores, alij cantores, alij oſtiarij, alij ædirui dicerentur. Gregorius libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola quinquageſimaquarta: Preſbyteros, diaconos, ſubdisconos, cãtores, lectores, clericos appellamus. Sic Cato lector, ſubdiaconus, diaconꝰ, presbyter, & tandem epiſcopus factua narratur, apud Turonenſem libro quarto, capite ſexto. Ibidem & Cantini archidiaconi mentio fit. Idem libro quarto, capite 44, Vigilij archidiaconi meminit. Archipresbyteri mẽtio eſt apud eundem libro quinto, capite quinto. Preſbyteri cardinalis meminit Gregorius libro decimo, indictione quinta, epiſtola duodecima: & libro 8. indictione tertia, epiſt. 3. Subdiaconi Regionarij meminit idem lib. octauo indictione tertia epiſtola quinra. Exorciſtæ mentio eſt apud Fortunarum libro decimo.

Per iſtos gradus ſolebant promotiões fieri. Vnde Gregorius Burgundioni perenti ut Nannetarũ conſtituatur epiſcopus, reſpondet: non poſſe quenquã ad epiſcopatũ accedere, niſi prius eccleſiaſticos gradus ſortiatur. Turonenſis libro 6, capite 15.

Iuſtus Origelitanus epiſcopus in Cantica canticorum, hos ordines piorũ recenſet: nimirũ marryres, confeſſores, uirgines, continentes, manachos, eleemoſynarios, pœnitentes. Caſsiodorus in ſextum caput Cantici canticorum, tres ordines eccleſiæ facit: Doctores, continentes & coniugatos. Idem Gregorius in primũ caput libri primi Iob, capite ſeptimo.

Gregorius in Ezechielem lib. 2, in ſacerdotes maioris & minoris ordinis diſtinguit. Maioris ordinis ſacerdotes dicit tẽplũ Dei cuſtodire, orando, prædicando & ſpiritualibus actibus inuigilãdo eccleſiam ſanctam à malignorum ſpirituum immiſsionibus, & à prauorum ſuaſionibus, & hæreticorum erroribus defendere, minoria uerò ordinia ad miniſterium altaris excubare, & peccaris delinquentium pręeſſe. Caſsiodorus in octauum caput Cantici canticorum, dicit ſacerdotes minoris gradus baptiſando, in eccleſia, & diuinis myſterijs initiando, homines in eccleſiam introducere.

Diaconiſſæ, moneſtriæ & aſsiſtriæ, meminit Gregorius libro 11, indictione 6, epiſt. 54. Sed in ſynodo Aurellanenſi uetitum eſt, ne fœminæ diaconatus benedictionẽ accipiãt: Canone decimoſexto. Diaconiſſarum etiã Iuſtinus meminit lege 42. C. de epiſcopis & clericis. Et Iuſtinianus uetat ordinari diaconiſſam minoris ætatis quàm quinquaginta annorum: in Authent. col. 1. tit 6.

Epiſcoporum officium erar, eccleſiarum & monaſteriorum cauſas diſcutere, & ſingulorum uitas actusq; penſare, quędam ciuilia negotia ſuſtinere, de irruentibus barbarorũ gladijs gemere, commiſſo gregi inſidiantes lupos timere: Gregorius in Ezechielẽ libro primo. Ordinare presbyteros & diaconos: Gregorius libro undecimo, indictiõe ſexta, epiſtola ſeptima. Vngere, chriſmare bapriſatos in fronte: Gregorius libro tertio, indictione 12, epiſtola nona.

Epiſcopis ægrotantibus diſpenſatores ſolebant conſtitui, qui eorum fungebantur officio. Gregorius lib. nono, indictione quarta, epiſtola quadrageſimaprima. Talis fuit Theophilus, cuius meminit Sigebertus in Chronico: quem Vicedominum appellat, & ſecundas partes eccleſiaſticæ diſpenſationis ſub epiſcopo egiſſe dicit.

Presbyterorum munus, celebrare miſſas: canone ſexto, ſecundæ Matiſconenſis. Abſoluere pœnitentiam agẽtes, & baptiſare infantes: Gregorius libro primo, indictione nona, epiſtola decimaquinta. Bapriſare, & baptiſatos ungere in pectore, ſed nõ in fronte: id enim ad epiſcopos ſolos uult pertinere: Gregorius libro tertio, indictione duodecimã, epiſtola nona.

Diaco-

Diaconorum erat, docere orationes & ſacros canones eos qui ordinādi erant: ut apparet ex libro 1. Nouell. tit. 13. de epiſcopis, §. nemo clericus fiat.

Presbyteri, diaconi, & alij clerici, ita erāt epiſcopo ſubiecti, ut non liceret eis aliquid ſine eius conſenſu alibi facere. Canon decimus concilij Matiſconenſis primi.

### DE RATIONE GVbernationis.

Singulis eccleſijs unus tantū uulgo præerat epiſcopus, qui cum presbyteris & diaconis & alijs miniſtris, quæ ad eccleſiaſticam pertinebant adminiſtrationē expediebat. Sed clericorū numerus uariabat, pro eccleſiarum amplitudine & neceſsitate: nec tamen licuit numerū antiquū clericorū in eccleſijs mutare, iuxta edictū Iuſtiniani in Authentica coll. 1. titulo 6: & in authēt. 3. titulo tertio, de mēſura ordinandorum clericorum. Idem inquit: Cura & ſolicitudine patriarcharum & metropolitanorum & aliorū epiſcoporū, ſecundū facultates eccleſiæ moderandus eſt numerus clericorum. lib. 1. Nouell. tit. 13. de epiſc. §. nullus epiſcopus.

Docebant etiam ſuos auditores de capitibus ſingulis doctrinæ cœleſtis. Sic Gregorius inter ſacra miſſarū ſollennia, hoc eſt, in publico eccleſię congreſſu, lectionē Euangelij interdum dictando, interdū colloquendo ediſſeruit: ut ipſe teſtatur in Euangelia.

Et contradicentes, ſeu hæreticos, & errores ac corruptelas refutabant. Sic Anaſtaſius epiſcopus Antiochiæ, Iuſtiniani Imperatoris hęreſin, miſsis ad eū legatis grauiter refutauit, & in templo ſubinde repetijt: Si quis aliud Euangeliū, anathema ſit. Euagrius libro quarto, cap. 40. Fortunatus libro 3. de Nicetio Treuirenſi epiſcopo inquit:

*Huic populo longos tribuas pia uota per annos,*
*Et moneat paſtor, ne lacerentur oues.* Idem libro eodem, Egidium epiſcopum laudat, qđ fideliter ſeſe oppoſuerit hæreticis.

Ac uitia, & peccata grauiter & liberè taxabant, & ad pœnitentiā hortabantur ſingulos: Iniurioſus Clothario tertiam partem fructuum eccleſiaſticorū poſtulanti reſpondit: Si uolueris res Dei tollere, Deus regnū tuum uelociter deſtruet. Turonenſis lib. 4. hiſtoriæ, cap. 1. Et Gregorius lib. 1. in Ezechielem inquit: Crebrò delinquentes alloquimur, frequenter increpamus, ſępe cū eis blandis ſermonibus agimus: & tamen alter audit, alter audire contemnit. Idē in Euangelium, taxat ſacerdotū ſimoniam, quòd acceptis muneribus ordinarent epiſcopos. Idem Godiſcalcū ducem Campaniæ, ob monaſterium archangeli ſpoliatum increpat: libro 8. indictione tertia, epiſtola duodecima. Idem luxuriam, auaritiā, impatientiam, inanis gloriæ cupiditatem, & monachorum uitia taxat libro ſeptimo Moralium, capitibus duodecimo, & decimotertio & decimoquarto. Nicetius Iuſtinianū Imperatorē lapſum in errorem, quòd Chriſtus ſit purus homo, hortatur ad pœnitentiam, in ſua ad ipſum epiſtola.

Et unumquenq; ſui officij admonebant. Ferrandus in libello de ſeptem regulis innocentiæ, Reginum comitem monet de uirtutibus ducis militiæ: ac iniungit ei, q, ut dux catholicus hæreticos debeat punire, ac inter cætera inquit: Principaliter cura tibi ſit occupato actibus militaribus, ut fides catholica ſemper uincat aduerſarios ſuos: hanc defende inter arma & gladios, hanc perſuade mentibus armatorū. Regula quinta. Item monet eundem, ne in prouincijs ſuis canonum decreta reſcindat: quia patres Spiritu ſancto acti, talia locuti ſint. Nicetius Blodonidam reginam per literas cohortatur, ut Albonium maritum ſuum ad fidem catholicam reducat, ut patet ex literis eius. Germanus Regem Sigebertum & reliquum populum ad concordiam & pacem tum dictis tum exemplis ſacræ Scripturæ cohortatus eſt: ut patet in epiſtola eius ad Brunichildē reginam. Auſpicius Tullenſis epiſcopus Arbogaſtem Treuirorum comitem monet, ut auaritia & alijs uitijs depoſitis, ſtudeat eleemoſynis dādis: in epiſtola ſua ad ipſum.

Hæreticos obſtinatos & ſceleratos cenſura Eccleſię coercebant, ac excōmunicabant, nulla perſonarum habita ratione. Sic Hieroſolymitani & alij epiſcopi, Imperatorem Anaſtaſium ſynodum Chalcedonenſem oppugnantē anathemate percuſſerunt, & è ſacris tabulis expunxerūt. Euagrius libro tertio, cap. 34. Sacerdotes Gothos in Arrij errorē lapſos excōmunicarunt, & liberos eorū baptiſare recuſarunt: lib. decimoſexto. Gregorius Anglos baptiſatos, ſi inceſtum committant, excōmunicati iubet. Beda lib. 1. capite 27. hiſtoriæ Anglicæ. Nicetius Theodebertum & Clotharium reges ob mala ſua facinora excōmunicauit. Turonenſis in, Vitis patrum, capite decimoſeptimo. Gildas in increpatione in eccleſiaſticum ordinem, uehementer inuehitur in ſacerdotes & clericos Britanniæ, ac enumerat grauiſsima ipſorum ſcelera, & iubet ut alij ab alijs abſtineant. Germanus Pariſiorum epiſcopus Heribertum excommunicauit, quòd deſerta legitima uxore, duas ſorores duxiſſet. Regino libro primo: & Maſtinianus in epiſtola ād Nicetium exempla excommunicationis recitat.

Pœnitentiā imponebant facinoroſis, etiā in publico iudicio abſolutis: ut patet ex Canone 25, quartæ Aurelianenſis ſynodi.

Abſolue-

Abſoluebāt uerò eos qui pœnitebant. Sic Heraclius comitem Nantinum culpam deprecantem abſoluit coram ſacerdotibus. Turonenſis lib. 5. cap. 36. Nicephotus Chartophylax ad Theodoſium monachum, de ligandi ſoluendiq; poteſtate, narrat olim Pontifices confitentes peccata ſua audiſſe, & abſoluiſſe, iam uerò id negociū monachis eſſe cōmiſſum: ac monet, ne quis indulgentius & citra omnem obiurgarionem abſoluat, ne particeps fiat alienorum criminum. Gregorius libro octauo, indictione tertia, epiſtola trigeſimaſecunda, epiſcopum Tauromitanenſem iubet mulierem, & familiam eius, ob ipſius culpam excommunicatam, abſoluere.

Sacramēta adminiſtrabant. Sic Gregorius circiter 2000 militū cænam Domini in gramine adminiſtrauit. Euagrius lib. ſexto, capite decimotertio. Et Gregorius Turonenſis miſſas dixit: libro quinto, capite trigeſimoſeptimo. Et in Vitis patrum, cap. 8. Nicetius etiam miſſam celebrare recuſauit, prę ſentibus in templo excōmunicatis. idem libro eodem, capite decimoſeptimo. Gregorius papa narrat, Caſsiū Narnienſem epiſcopum miſſarū ſolennia celebraſſe, & ſua manu corpus Dominicum diſtribuiſſe, & pacē dediſſe. in Euāgelia, homilia trigeſimaſeptima. Phraſis autem hæc Turonenſi & Gregorio papæ noua & propria eſt, miſſas dicere aut celebrare: pro, cœnā Dominicam adminiſtrare. Epiſcopos conſignare infantes iubet Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola ſeptuageſimaquinta. Ac Remigium Remorum epiſcopum baptiſaſſe Clodoueum regem Francorū, Henricus de Erphordia narrat.

Ordinabant eccleſijs miniſtros. Sic Auguſtinus Anglis ordinauit epiſcopos: ut patet ex Bedæ libro primo, capite uigeſimoſeptimo hiſtoriæ Anglicæ. Et Arcadius Biturigum epiſcopus Paroclo comam totondit, & in numerum clericorū aſciuit. Turonenſis in Vitis patrum, capite nono. Euphemius diaconatus honore donauit Senoch. idem libro eodem, capite decimoquinto. Gregorius ijs monet tantum prædicandi autoritatem committendam, qui cœleſtia diligant, quæ loquuntur. in 1. Reg. 9. Qui ad prædicandum mittitur, talis eſſe debet, ut onus miniſterij ſecurè ei imponatur, ut mēs mittentis nulla dubitatione fluctuet, quòd rectè doceat, & doctrinæ uerba operibus oſtendat. 1. Reg. 14. Sed inuitos clericos ordinare non licebat: Canone ſeptimo ſynodi Aurelianenſis tertiæ.

Orabant pro eccleſijs. Sic monachi Palæſtinæ ad Alciſonem, apud Euagrium libro 3. capite trigeſimotertio ſcribunt: Pro quibus omnibus & nobis, ne in tentationem abducamur, ora domine ſanctiſsime. Epiphanius Iuſtiniano in Vandalos mouente, quæ competebant orauit. Euagrius lib. quarto, capite decimoſexto. Sohallus tempore peſtis pro populo dies noctesq; orauit. Gregorius Turonenſis libro quarto, cap. quinto. Idem fecit epiſcopus Maſsiliæ. Turonenſis libro nono, cap. uigeſimoſecundo. Et Nicetius luem peſtilentem oratiōe ſua abegit. idem libro in Vitis patrum, capite decimoſeptimo. Iuſtus Origelitanus epiſcopus in præfatione in Cantica canticorū iubet diaconum ſuum pro ſe orare. Seuerinus abbas Agaunienſis oratione ſanauit Clodoueū febricitantem. Sigebertus in Chronico.

Impium & ſuperſtitioſum eſt, quòd inuocarunt ſanctos, ut colligitur ex Turonenſis libro quarto, capite primo, & ex eiuſdem libro in gloriam Confeſſorum, capite quadrageſimoquarto: ubi Theodotus cum clericis totam noctem uigilans precatur Valerium, ut ſibi reuelet, quo in loco iaceat ſepultus.

Temporum rationem, & feſtorū & ieiuniorū eccleſijs denunciabant. Sic Alchimus Viennenſibus rogationum feſtiuitatem indicit & cōmendat, in Homilia. Gregorius abſtinentiā per quadraginta dies iuſsit indici ante baptiſmum Iudæi. Ioannes Diaconus libro ſecundo, capite quadrageſimonono in uita Gregorij.

Ceremonias etiam inſtituendi ſibi poteſtatem ſumpſerunt. Vnde Sohallus rogationes inſtituit, ut media Quadrageſima pſallendo ad baſilicā Iuliani martyris itinere pedeſtri uenirent. Turonenſis libro quarto, capite quinto. Et Gregorius Auguſtino concedit, ut in miſſæ inſtitutione apud Anglos ceremonias ex ſingulis eccleſijs, quæ piæ & religioſæ uideantur eligat, & quaſi in faſciculum collectas apud Anglorū mentes in conſuetudinem deponat. Beda in hiſtoria Anglica libro primo, capite uigeſimſeptimo. Gregorius ſeptiformem litaniam inſtituit: ut refert Paulus Diaconus lib. tertio, capite undecimo, de geſtis Longobardorū, & Kyrie eleiſon, & Gloria in excelſis, inuenit: ut refert Simoneta lib. 3. epiſtola 10.

Monaſteria & ſcholas eccleſiaſticas regebant, ut patet ex Euagrij libro tertio, capite trigeſimoprimo: ubi à Macedonio monaſteria Conſtantinopoleos recedunt, ōb hæreſin. Et Anaſtaſius monaſterijs Syriæ ſuam ſententiam communicauit, de Iuſtiniani errore. Euagrius lib. quarto, cap. quadrageſimo. Bertingrannum Cenomanenſem epiſcopum à Benedicto petijſſe monachos, per quos in Gallijs inſtitueret eiuſmodi diſciplinam, autor eſt Iuo in Chronico. Gregorius in Ezechielem lib. primo: modò eccleſiarū,

modò

modò monaſteriorum cauſas excntere cogor. Lucuſanus epiſcopus Domitium abbatem ordinare iubetur. Gregorius libro 9. indictione 4. epiſtola 42. Vnde ſynodus secũda Aurelianenſis, Canone uigeſimoprimo edixit, ne abbates epiſcoporum præcepta deſpiciant: & Iuſtinianus iuber, ut epiſcopi monaſterijs ſnb ſua ordinstione conſtitutis cognita faciant, quæ à ſe ſint ſancita. De clericis & monachis in Authent. coll. 1. titulo quinto. §. quæcnnq;.

Aegrotos uiſitabant. Gregorius excurrit ad Simeonem letaliter decumbentem, ut nltima ſalutatione eum complecteretur. Euagrius libro ſexto, capite uigeſimoquarto. Incarceratos ab Eccleſiæ præpoſitis uiſitari Dominicis diebus, ſancir Canon uigeſimus Qninti Aurelianenſis.

Bono exemplo præibant. Canon decimusquintus concilij Auernenſis: Epiſcopus, presbyter, diaconus, tam ſancta conſcientia reſplendeant, ut effugiant probitate actuum maledicorum obloquia, & teſtimoniũ in ſe diuinum implere contendãt. Idem canon in primo concilio Matiſconẽſi primus extat. Gregorius indicat, ueros Doctores recta prædicare, & prædicationi ſuæ uiuendo concordare debere. in 38. caput Iob, libro 28. capite 6.

¶ Sed tamen contraria etiam exempla reperiuntur. Nam de Cautino Auernorum epiſcopo narrat Turonenſis libro 4. capite 12. quòd tantæ auariciæ homo fuerit, ut ſibi obeſſe potarit, ſi non de finibos agrorum uicinorum aliqnid imminuiſſet. Idẽ narrat de Melantio, quòd quinquaginta ſolidos dederit cuidam ſicario, ut Prætextatum epiſcopum interficeret. libro 8. capite 41. Er Aegidius Rhemenſis epiſcopus Childebertum regem interfecit. Turonenſis libro 10. capite 18. & Gildas Britannos ſacerdotes & clericos accuſat de multis ſceleribus, in increpatione in ordinem Eccleſiaſticum, quòd ſint detractores, quòd Chriſtum conculcent ſuis malis operibns: quòd non ſint columbæ, ſed corui: quòd non doceant populum, quòd non patiantur ob Chriſtũ perſecutionẽ, qnòd ſint uerbi Dei contemptores, & Iudæ proditoris frattes, inimici Dei, licitatores malorum, traditores, & non ſucceſſores Apoſtolorum.

Cauſas matrimoniales tractabãt. Sic Auguſtinus quęrit ex Gregorio, an liceat duobus germanis accipere ſingulas ſorores, quæ ſint ab illis longa progenie prognatæ. & reſpondetur, quòd omnino licitũ ſit. Beda in hiſtoria Anglica lib. 1. cap. 27. Turonenſis Bertegundem, matito relicto in monaſterium ſe conferentem, ex ſuperſtitione & errore, quòd non poſſet in matrimonio ſaluari, ex canone Niceno erudijt, honorabiles eſſe nuptias: libro 9. capite 34. Gregorius papa malè ſociatos iubet diſiungi: libro 11. indictione ſexra, epiſt. 60. Et Symmachus nuptias occultas celebrare uetuit, nec filium inuitum ad nuptias à parentibus cogi uoluit. Er prima ſynodus Aurelianẽſis, canone uigeſimo ſtatuit, ne quis uxorẽ defuncti fratris ducat, aut ſororem uxoris. Secunda uerò uetat, Canone 18. ne fiant inter Chriſtianos & Iudæos nuptiæ.

Legatione interdum fungebantur. Duo ſacerdotes corrupti pecunia à Gotthis, ad Choſroen regem Medorum profecti ſunt, ut eum Iuſtiniano infenſum redderẽt. Procopius lib. 2. de bello Gotthorum. Sic & Elaphius Cathalanenſis epiſcopus legationem obijt. Turonenſis libro quinto, capite quadrageſimo. Aegidius Rhemenſis epiſcopus, à Childeberto ad Chilpericum ablegatus de pace egir, quæ per Leudouslдum epiſcopum Chilperici, præſentibus alijs primoribus eius regni, pactionibus & ſacramẽtis firmatur. Turonenſis libro ſexto, capite tertio, & trigeſimoprimo.

Ciuilia etiam interdum negocia tractabant: ut Gregorius in Ezechielem libro primo de ſe fatetur, quòd oporteat interdum quædam negocia ciuilia ſuſtinere. Qui tamẽ idẽ reprehendit, in Euangelia inquiens: Dei cauſam relinquimus, ad terrena negocia uacamus: locum ſauctitaris accipimus, terrenis actibus implicamur. Et libro 8. indictione 3. epiſtola undecima, oetat Baſilio epiſcopo in prætorijs cauſas agere.

Dominatum affectabant & exercebant. Sic pleriq; Romani epiſcopi certantes de epiſcopatu, cædium & rapinarũ autores fuerunt: ut Laurentius & Symmachus, Theodor. Collect. libro 2. Et Iuſtinianus conceſsit epiſcopis, ut iudices ad iuſticiam faciendam compellant, aut per ſe, aut per literas ad principẽ directas. in Authent. coll. 9. titulo, ut differentes iudices. Item Epiſcopus de iniuſticia iudicis & læſione ſubditorum iudicare iubetur: ibidẽ. Conon epiſcopus Apamiæ, ex prouincia Syriæ, cum Iſauris milirauit Longino, cõtra Imperatorem Anaſtaſium. Euagrius lib. 3. cap. 5. Nicephorus lib. 16. capite trigeſimoſexto.

Cœperunt etiam, maximè uerò Romani epiſcopi, ius dicere litigantibus, & exequi ſententias. Sic Gregorius Sauino ſubdiacono præcipir, ut hæredem cogat Stopaulo & Marcello legatũ præſtare: aut ſi ſe excuſet, medijs ſacroſanctis Euangelijs inquirat & definiat. libro 8. indictione 3. epiſtola ſexta. Idem mandat, ne Felix, qui quadringentos ſolidos uſui dederat Mauro, uſuram accipiat, cum Maurus queratur de

damno,libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola trigeſimaſeptima. Idem inquit: Si quia contra aliquem clericum, aut monachum,aut,diaconiſſam aur monaſtriam, aut aſaiſtriam habeat actionem, adeat priua ſanctiſsimum epiſcopum, cui horum unuſquiſque ſubiaceat: ille uerò cauſam inter eos dijudicet. Et ſi quidem utraq; pars hia quæ iodicata ſunt nō acquieuerit,iubemus per loci iodicem hæc executioni perfectè mandari.lib. 11. indict.6. epiſtola 54.

Item exigere iuramentom ab electia ciuitatū defenſoribua, quòd eſſent orthodoxi,iuxta legem 27.Anaſtaſij. Cod.de epiſcopali audientia.Item à curatoribus furioſo datia:leg.20.Cod. de epiſcopali audiētia.

Cœperunt etiā maleficoa & notoriè delinquentes in carcerea cooijcere,& ſupplicio afficere.Sic Maximianua eoa quos maleficio,quod uulgo cauterma appellabant, maculatos deprehendic, in cuſtodiā dedit: ſed cum morte ereptus non potuiſſet crimē ulciſci, Gregoriua Cypriaco diacono mandat, ut eoa ſecundum immanitatē ſtudeac uindicare. Gregorius libro duodecimo,indictione ſeptima, epiſtolā decimatertia. Idem Iaouario præcipit, ur clericoa ſuoa', ſi ſerui ſint,uerberibus caſtiget: ſi liberi, carceri includat:ut qui ſalubria audire contempſerunt,cruciatu corporia ad ſanicatē mētia reducantur.libro ſeptimo, indictione ſecūda, epiſtola ſexageſimaſexta. Et Canon decimus ſeptimua tertij Toletani concilij,mādat epiſcopis , ur cum iudicibua necatorea filiorum acriori diſciplina corripiaot.

Aedificabanr eccleſias. Gregoriua ab archiduce trabes ad Petri & Pauli eccleſiam petit.Paulus Diaconua libro quarto de geſtia Longobardorum,capite ſexto. Et Iohānea Romanus epiſcopus eccleſiā Philippi & Iacobi perfecit, Ado libro quarto.

Reparabanr etiam collapſa ædificia remplorū.Hoc enim nomine Fortunatus lib.3. Nicetiū Treuirenſem epiſcopū cōmendat:

*Templa uetuſta Dei reuocaſti in culmina priſca,*
*Et floret ſenior te reparante domus.*

Idem indicat,Gregorium renouaſſe Eccleſiam Turonicam:libro decimo.

Cooſecrabant Eccleſiaa.Gregoriua duaa aureaa crucea à Choſroe miſſaa, dedicauit ſacræ domui Sergij martyria , cum magna pompa.Euagrius libro ſexto , capite uigeſimoprimo. Turonenſia in parochio Paternacenſi ſacrauit altare:ut narrat ipſe libro in Vitis patrum, capite octauo. Decius Lilybitanus epiſcopua monaſteriū conſecrat, accepta donacione legitima: apud Gregorium libro octauo,indictione tertia, epiſtola ſexageſimatertia. Palladius Stephano templum dedicauit. Fortunatus de baſilica Stephani. Et Iuſtinianus dicit, Epiſcopum extenſis in cœlum manibua debere conſecerare locum ad monaſterium: in Authent. colla.1.titulo quinto,de monachia.

Reliquiaa ſanctorum ſuperſtitioſè tractabant. unde factum eſt, ut arborum radicea quidā pro reliquija ſanctorū ueoditauerit, ut narrat Turonenſis libro nono, capite.6. Tetricus corpua Gregorij Lingoniai epiſcopi tranſtulit. Turonenſis in Vitia patrum, capite ſeptimo.Et Gregoriua Turonenſis per Aegolfum diaconum reliquias Roma afferri curauit:libro de Vitia patrū, in cap.8.

Superſtitioſè in publicia incendija crucē Chriſti circumgeſtabant: quod Thomas Apameorum epiſcopus fecit, rogatu ſuperſtitioſi populi, apud Euagrium libro quarto, capite uigeſimoſexto. Simile eſt quòd ſacerdotes Euangeliorum codicea, & Chriſti imagines in medium agmen Romanorum & Barbarorum præliantium protulerunc, exiſtimantes eo modo pugnam dirimi poſſe. Zonaraa romo certio.

Nouum & ſuperſtitioſum illud eriam eſt, quòd Gregoriua Romanus Leontio exconſuli clauem ſepulchri Petri tranſmiſit cum benedictione, ut ab omnibua peccatis abſolueretur lib. ſeptimo, epiſtola trigeſimaquarta. Idem , Recaredo Veſtgothorum regi crutem de ligno Domini , & capillis Iohannia baptiſtæ miſit. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima uigeſimaſexta.

Nouum eſt, quòd in oenerationem ſanctorum, miſſarum ſolennia in Romana Eccleſia agebant : teſte Gregorio papa libro ſeptimo, epiſtola uigeſimanona.

Nouum eſt, quòd terram ſanctam & alia loca ſacra uiſitarunt. Sic Martinus Gallicienſis epiſcopua in Orientem profectus eſt: ut loca ſacra uideret. Turonēſia libro quinto, capite 37. Lætantium presbyterum loca ſancta per Gallias propter Domini miſericordiam uiſitaſſe , Nicetius in epiſtola ad Iuſtinianum refert.

Cœperunt etiam pro ſepolturæ loco exigere pecuniam. Sic Ianuariua Sardiuiæ epiſcopua,centū ſolidoa à quadam fœmiua extorſit pro ſepultura filiæ ſuæ .Gregoriua libro ſeptimo, indictione ſecuoda , epiſt.55.

## DE SYNODIS PRIVATIS.

CElebrabant, ſi rea poſtulabat, etiā ſynodoa priuatas: inqoibua epiſcopi, presbyteri,diaconi,ac etiam quidam ex laicis, tractabant de uacatione miniſtrorum Eccleſiæ. Sic ciues & clerici Theophilum œconomum elegerunt epiſcopom, ut narrat Metaphraſtea. Et Gregoriua Fortunatū iuber monare plebem & clerum Meſſenatenſem, ut concordi conſenſu ſibi expetan: ſacerdotem

ſacerdotem: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola uigeſimaquinta. Idem Vrſicinum ducem, clerum & plebem Aumenſis ciuitatis monet, ut unanimiter orent pro eligendo & ordinando epiſcopo. libro primo, indictione nona, epiſtola quinquageſimaſexta. Honoratus factus eſt archidiaconus coram omnibus etiã presbyteris, diaconis, notarijs, ſubdiaconis, & cuncto clero in baſilica aurea. Gregorius libro ſecundo, indictione decima. Idem libro ſecundo, indictione undecima, epiſtola 54.

Examinabant dogmata. unde Gregorius in Ezechielem libro ſecundo inquit: Multa in ſacro eloquio, quæ ſolus intelligere non potui, corã fratribus meis poſitus intellexi.

Conſultabant de epiſcoporũ ſuorum depoſitione, aut admonitione. Sic clerici Romani in ſynodo accuſarunt & damnarunt Symmachum: ut patet ex tomis Conciliorum, de tertia Romana ſynodo.

De ſua cũ alijs cõmunione ſibi inuicem referebant. quarecum Anaſtaſius Photino Theſſalonicenſi cõmunicaſſet ſine conſilio presbyterorũ & clericorũ ſuorũ, ab eius cõmuniõe illi abſtinuerũt. liber Pontificalis.

Tractabãt de depoſitione miniſtrorũ. Sic canon ſeptimus Turonenſis uetat, epiſcopum eijcere presbyteros & abbates ſine ſuorum ſynodo.

Componebãt diſsidia. Petrus Diaconus accuſatus de nece Syluestri coram Lugdunenſi epiſcopo, & alijs ſacerdotibus, & quibuſdã principibus, iuramentũ præſtitit, ſe innocentem eſſe. Turonenſis lib. 5. capite 5. Si quid de quocunq; clero ad aures tuas peruenerit, non facilè credas: ſed præſentibus ſenioribus Eccleſiæ diligenter eſt ueritas perſcrutanda. Gregorius papa libro 11. indictione ſexta, epiſtola 49.

Cauſas & lites ciuiles cognoſcebant, & dirimebant. Vnde Canon duodecimus ſecundæ Matiſconenſis edicit, ne iudices ſeculares uiduas & pupillos conueniãt, priuſquam ad epiſcopũ, aut eo abſente ad archidiaconũ & presbyterum de ijs retulerint, & reſponſum acceperint.

Tractabant de bonis Eccleſiaſticis abalienatis recuperandis. Canon enim duodecimus tertiæ Aurelianenſis, iubet abalienata ab anteceſſoribus per publicũ, aut clericorũ iudiciũ reuocare. Item de bonis Eccleſiæ deſcribẽdis, præſertim mortuo epiſcopo: ut apparet ex Gregorij lib. 3. indict. 12. epiſt. 11.

Tractabant etiã interdũ de rebus ſuperſtitioſis. Sic ſubdiaconus quidã conuocato epiſcopo & clericis, et quibuſdã ſenioribus, expoſuit Troiani martyris uirtutẽ, eiuſq; reliquijs uenerationẽ cõciliauit. Turonenſis libro in gloriam Confeſſorum, capite 59.

Quidam etiã tũ doctores, tum monachi, tum laici, à donis miraculorũ & prophetiæ cõmendantur. nam Gregorius Turonenſis libro ſecundo Hiſtoriæ, cap. 37. narrat, Maxentiũ abbatem brachium alicui ſanaſſe. Idem lib. 5. cap. 7. Senoch presbyterũ ait, impoſitiõe manuũ multos ægrotos curaſſe. Benedictum ſpiritum prophetiæ habuiſſe, autor eſt Paulus Diaconus lib. 19. & Iuo in Chronico. Gregorius Lingonicus epiſcopus dæmonia eiecit. Turonenſis in Vitis patrum, capite ſeptimo. Monsgundis regina energumenos & ægrotos curauit. idẽ capite decimonono: Sacerdos quidã ex uiſione Iuſtiniano prædixit, quòd Africa ſit potiturus, modò exercitum eò mittat. Procopius lib. tertio de bello Vandalico. Hoſpitius monachus Longobardorũ in Galliã eruptionem prædixit. Bonfinius libro octauo, decade 1. Herodianus Mauricio futura uaticinatus eſt. Paulus Diaconus lib. 17.

## DE BONIS ECCLESIAE.

Eccleſię alię alijs fuerunt opulentiores. Bona autem partim Imperatorũ & reginarum & principum largitione acquiſiuerũt. Iuſtinianus Salomonis anathemata à Veſpaſiano olim Romã adducta, & poſtea à Giszericho rapta, & nunc à ſe recuperata Hieroſolymam remiſit. Euagrius libro 4. cap. 17. ex Procopio Childebertus multas poſſeſsiones Eccleſiæ largitus eſt. Paulus Diaconus lib. 4. de geſtis Longobardorum, capite ſecundo. Clodoueus baſilicæ Martini obtulit multa munera. Gregorius Turonenſis lib. ſecundo Hiſtoriæ, cap. trigeſimoſeptimo. Chilpericus eccleſijs multa largitus eſt. Turonenſis lib. 5. capite 34. Iuſtinianus bona principum Gotthorũ eccleſijs Rauennæ donauit: ut refert Blondus ex Agnello, decade prima libri ſeptimi.

¶ Partim communi contributione, quam Collectam uocabant. Vnde Gregorius in Euangelia inquit: Illa in ſtipendiũ noſtrum ſumimus, quæ pro redimendis peccatis ſuis fideles obtulerunt. Idem meminit argenti à populo & clero pro peccatis deſtinati: lib. 10. indictione 5. epiſtola 47. Idem meminit oblationis pro luminaribus, & pro ſepultura. lib. 7. indictione 2. epiſtola 55. Canon quintus ſecũdi cõcilij Matiſconẽſis ſtatuit, ut populus decimas Eccleſię offerat. ¶ Partim donatione & legatione morientium, ita tamen, ne in fraudẽ pauperũ hæredũ fieret. Sic Benedictus Telendius uillam reliquit Iuliani baſilicæ. Turonenſis lib. 3. capite. 15. Godinus uillas baſilicæ Medardi donauit. Turonenſis libro 5. cap. 3. Cum Ammonia domũ Eccleſiæ legaſſet, Gregorius curauit eam Calixeno filio Stephaniæ, ad quam iure pertinebat, reſtitui: libro ſeptimo, in-

diʃtione ſecunds,epiſtola uigeſimatertis. Sed lege decimalsptima Cod. de ſumms Trinitate, Iuſtinianus ſanxit, ultra quingentos aureos licere donare pijs locis & pauperibus. ¶ Partim hæreditate epiſcoporũ. nam Gregorius libro nono, indictiooe 4. epiſtola 14. inquit: Sacris canonum legibus eſt definitum, ut in his quæ antiſtes epiſcopatus tempore acquiſiuit, non alius niſi ſola eccleſia ſuccedat. Idem libro decimo, indictione quinta, epiſtola 42. Horum aũt fit mentio in hiſtoris huius ſeculi.

Theſauri: Euagrius libro 3. cap. 32. Duas cruces, diſcum & calicem, & thuribulũ, omnia aurea, poſſedit Sergij ſacra ſedes, liberalitate Choſrois regis Perſarũ. Euagrius lib. 6. cap. 21. Childebertus calices precioſiſsimos ſexaginta, & quindecim patinas, & uiginti capſas Euangeliorum in auro, cũ gemmis cælatas, Eccleſijs diuiſit. Adon in ſuo Chronico: & Turonenſis lib. tertio Hiſtoriæ, capite nono. Iuliani baſilica uillam habuit. Turonenſis lib. 3. Hiſtoriæ, cap. 15. Baſilica Ioannis Baptiſtæ prædia & poſſeſſiones multas habuit. Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorũ, cap. 7. Baſilica Martini aurum, argentum & pallia holoſerica poſſedit. Turonenſis lib. ſexto, capite decimo. Templum Antiochenum amplos auri & argenti & margaritarũ theſauros poſſedit, quos Choſroes diripuit. Procopius libro ſecundo de bello Perſico. Patrimonij eccleſiæ Rauennatis in Sicilia meminit Gregorius libro nono, indictione quarta, epiſtola quarta. Villarum & hortorum eccleſiæ Cumanæ meminit idem libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 56. Et frumenti quod ruſtici pendebant, lib. 11. indictio ne ſexta, epiſtola 39. Aliarum penſionum, libro 12. indictione 7. epiſtola 30. Vaccarum, boum, equarum, gregũ. ibidem:

Bona eccleſijs legata. Defenſores exigere in Romana eccleſia ſolebant: ut patet ex Gregorij lib. 10. indict. 5. epiſtola 47. Idem quoſdam Tonſuratores, nomen Defenſorũ ſibi ſumpſiſſe, & ea occaſione multa mala perpetraſſe, nec Eccleſiaſticis rebus profuiſſe indicat, ac puniri præcipit: libro decimo, indictione quinta, epiſtola 48. Aut Subdiaconi. Sic Gregorius Sauino ſubdiacono mandat, ut exigat duas uncias à quodá eccleſiæ ſancti Georgij ob ſepulturæ locũ legatas: libro 10. indictione tertia, epiſtola 6.

Iis autem præeſſe ſolebant presbyteri. Sic Macedonius adhuc presbyter, uenerandorũ theſaurorũ eccleſiæ cuſtos appellatur. ab Euagrio lib. 3. cap. 32. & Oeconomi. Euagrius li. 4. cap. 35. Interdũ etiá Diaconi. nã Marinianus Rauennas epiſcopus ad patrimoniũ ſuæ eccleſiæ in Sicilia curandũ, ablegat ſuũ diaconũ Ioannẽ: ut patet ex Greg lib. 9. indict. 4. epiſtola 4. Et Archidiaconi ut apparet ex Gregorij lib. 1. indict. 9. epiſtola 10. Item defenſores. nam Gregorius patrimoniũ eccleſiæ in Sicilia defenſori cuidam commendat, lib. 7. indict. 2, epiſtola 17.

Mobilia bona epiſcopi in ſua poteſtate habebant: immobilia uerò eccleſiaſticis reditibus aggregabantur. Gregorius libro 11. indict. 6. epiſt. 49. Baſilicis in ciuitatibus conſtitutis collata, in epiſcoporum erant poteſtate & arbitrio: ut patet ex 5. canone tertiæ Aurelianenſis. Iuſtinianus Authent. coll. 2. titulo primo, conſtitutionẽ de non alienandis aut permutandis rebus eccleſiaſticis, commendat obſeruandá patriarchis, metropolitis, epiſcopis, clericis, œconomis, abbatibus, abbatiſsis, xenodochis, noſocomis, brephotrophis, gerontocomis, orphanotrophis, & rectorib' ſanctorũ collegiorũ.

Vſus aũt eorũ erat, inde epiſcopis & alijs eccleſiæ miniſtris ſtipendia dare. Beda lib. 1. cap. 27 hiſtoriæ Anglicæ indicat, primá portionẽ epiſcopo dari ꝓpter hoſpitalitatem, ſecundá clero, tertiá pauperibus, quartam eccleſijs reparãdis. Idem aſſerit Gregorius lib. 12. indict. 7. epiſtola 32. & lib. 11. indict. 6. epiſtola 49. Et Gregorius in Euangelium inquit: Nos ex oblatione fideliũ uiuimus.

Ac epiſcopos ſenes alere, ut exemplũ eſt apud Turonẽſem lib. 3. cap. 2. in Quintiano, cui orationi uacanti Eccleſia uictũ quotidianũ præſtitit. Et ægrotis ſumptus dare: Gregorius lib. 11. indictione 6. epiſtola 7.

Viduis, orphanis & uirginibus ſubuenire. Gregorius lib. 8. indict. 3. epiſtola 2.

Pauperes alere. Gregori' lib. 9. indict. 4. epiſtola 29. Idẽ Gaudioſo olim defenſori ſedis Romanæ, ſingulis annis ſex ſolidos dare iubet: lib. 7. indict. 2. epiſtola 38. Et Canon quintus ſynodi Turonenſis ſtatuit, ut quælibet ciuitas paſcat ſuos pauperes.

Captiuos redimere. Candidus Sergiopoleos epiſcopus, Surenorũ captiuorũ duodecim millia ducentis aureis à Choſroe redemit. Procopius de bello Perſico libro 2. Idem conſtat ex Gregorij libro 10. indict. 5. epiſtola 48. & lib. 7. indict. 2. epiſtola 13. ubi inquit: Et ſacrorum canonũ ſtatuta, & legalis permittit autoritas, licitè res eccleſiaſticas in captiuorũ impendi redẽptionẽ. Idẽ Canõ quint' ſecũdę Matiſconẽſis affirmat.

Eccleſias ædificare, aut inſtaurare. Canon quintus tertij concilij Aurelianenſis.

Redditus certos ad luminaria in eccleſia Pauli, Greg. ordinat li. 12. indict. 7. epiſtola 9.

Non licebat eccleſiæ bona ad hæredes tranſmittere, iuxta Iuſtiniani edictum. Paulus diaconus libro decimoſexto. Bona ab epiſcopo in officio epiſcopatus acquiſita,

eccleſia ſibi nendicabat: ſed ſecus ,ante epiſcopatū acquiſita. Gregor. lib. 10. indict. 5. epiſtola 43. Sed tamen cōſenſu clericorum licebat epiſcopis, de theſauto Eccleſiæ ſuccurrere ſuæ familiæ: iuxta canonem quartum Auernenſem.

DE BIBLIOTHECIS.

Bibliothecæ Romanæ mentio fit apud Gregorium lib.7.epiſtola 29. Habuerunt etiam in monaſterijs bibliothecas: ut apparet ex Gregorij lib. octauo,indict.3. epiſtola 14. Byzantij tabernarum librariarū meminit Agathius libro ſecondo.

DE SCHOLIS.

Scholas ſuas habueruot paſsim diſcentes.Scholæ inferioris Antiochiç meminit Euagrius lib.4.cap.29. Scholæ Atheniēſium, in qua Boethius patricius artes liberales didicit, meminit Theodoricus in epiſtols ad eundem, libro primo. Trallibus Dioſcorus docnit medicinā. Agathius lib.5.

Byzaotij Methrodorus Grammaticus frequentem iuuenum cœtum srudijt, & ad eloquentiæ ſtudiom deſiderium excitauit. Agathius libro quinto. Arthmeſius mathemata Conſtantinopoli profeſſus eſt.

Scholæ Romanæ celsberrimæ meminit Theodoricus lib.4. epiſtola ad Symmachū patricium. ac apparet, iſthic etiā medicināa eſſe traditā: ex libro ſexto epiſtolarū Theodoriei, in forma comitum archiatrorum.

Rerū ſapientia cū ſeptem artibus Romæ tempore Gregorij floruerunt. Ioannes Diaconus libro ſecundo, capite 13. in uita eius.

Ad Vagæ fluminis ripam Dubricius Gainius ſcholsm aperuit, ac diſcipulos non modò ex uicinia, ſed etiam remotis locis confluentes erudijt. Balæus in Catalogo ſcriptorum Anglicorum, Centuria prima.

Stipendiorum magiſtris liberalium artiū conſtisutorū, meminit Zonaras tomo tertio: & Blondus Decsde prima, libro tertio narrat, Imperatorē præceptoribus liberaliū artium in urbe Romana ſtipendia dari edixiſſe: quod multos annos neglectū fuerat.

In ſcbolis tradiderunt capita doctrinæ cœleſtis: unde Nicetius in literis eccleſiaſticis inſtitutus dicitur. Turonenſis in Vitis patrum, capite octauo. Et elemēta literarū, & srtes: ut patet ex Turonenſi de Vitis patrum, capite nono: & ex epiſtola Theodorici ad Boethium lib. 1. Conſtantinopoli in ſcholis latina liogua tradebatur: ut ex Agathij libro quinto apparet.

Scholarum aliquam curā etiam epiſcopi geſsiſſe uidentur. nam Etherius pneros ciuitatis ſuæ collegit, & tradidit cuidam literas profitenti, eiq́; agros & uineas largitus eſt, ac ciues in eum ſuam exercuerunt liberalitatē. Turoneoſis lib. 6. cap. 36. Et Patroclus oratorium ædificauit, in quo pueros inſtituit. Turonenſis, in Vitis patrum capite nono. Et Gregorius Romæ ſcholam cantorum ioſtituit, ac ipſe in lecto recubās modulatus eſt, & flagello minatus eſt: ut refert Ioannes Diaconus in uita eius, libro ſecundo, capite ſexto.

Videntur etiam epiſcopi in ſcholis interdum legiſſe. nam Gregorius Deſidsriū epiſcopum eo nomine reprehendit, quòd Grāmaticam doceat. lib.9.indict.4.epiſt.48.

Monaſteria etiam ſcholæ fueruot, quibus abbates præfuerunt: ut appsret ex Enagrij lib. 4. cap. 38. Et: Merouetū in monsſterio Cœnomsnnico in ſacerdotali regula eruditum eſſe, Turonenſis teſtatur lib. 5. cap.7. Olympiodorus in Eccleſiaſtē cap. 3. in monaſterijs, in ſilentio & ſub diſciplina doctrinam ſacram doceri indicat. Ac habuerunt abbates ius arctius cōſtringēdi monachos, præſertim eos qui pœnæ gratia ad monaſteria erāt relegati. Turonēſis lib. 5. cap. 47. Scholis uirginum abbatiſſæ præerant. Turonenſis libro nono, capite quadrageſimo.

Ex abbatibus etiā quidā ad epiſcopatus adhibiti ſunt. nam Virgilius abbas, Auguſtodunenſis epiſcopus factus eſt. Gregorius Turonenſis libro nono, capite 23.

DE CONSOCIATIONE ECCLEſiarum in una aliqua prouincia.

Vt in ſuperiori, ita in hoc ſeculo eccleſiæ prouinciales reſpexerunt ad ſuam metropolim, eiusq́; epiſcopum.

Metropoleon aūt harum præcipuè in hiſtoria huius ſeculi fit mentio.

Cæſarea Cappsdociæ. Euag. lib. 4 cap. 38.

Nicopolis. Gregorius libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola ſecunda.

Cyprij reliquijs Barnabç inuentis effecerunt, ut ſua metropolis libera eſſet à iuriſdictione Antiocheni epiſcopi: idq́; Iuſtinianus ꝑpter coniugem ſuam Theodorā, quæ Cypris natione erat, confirmauit. Theodorus Collectaneorū lib. 2. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſeptimo.

Pictauia. Turoneoſis libro 9. capite 42.

Lugdunū. Marianus Scotus: Gregorius libro 12. indictione 7. epiſtola 15.

Londonia, metropolis facta à Gregorio. Beda in ratione temporum.

Eboracum. Marianus Scotus: Gregorius libro duodecimo, ind. 7. epiſtola 15.

Gradum. In ſynodo Gradenſi, ea eccleſia mater finitimarum & caput declarata eſt. Sabellicus Enneade octaua, libro 5.

¶ Tituli metropolitanorum. Præſules. Euagrius libro quarto, capite undecimo: Ciuitatum epiſcopi præſules ſuos ſequuntur. Ephori prouinciarum & eccleſiarum: Nicephorus libro decimoſeptimo, capite

nono. Fortunatus paſsim eos appellat Papas & Pontifices, libro tertio.

Ordinari autè ſolebant ab alijs metropolitanis, præſentib. omnib. cõprouincialibus epiſcopis: ut indicat canon 3. Aurelianenſis.

Alij autē plures, alij pauciores ſub ſeſe habuerunt eccleſias. Mandericus apud Ariſiteuſem uicum epiſcopus inſtitutus, ſub ſe habuit plus minus diœceſes quindecim. Turonenſis lib. 5. cap. 5. Gregorios Auguſtino præcipit, ut in Anglia duodecim epiſcopos metropolitano Eboracenſi ſubijciat. lib. 12. indictione 7. epiſtola 15.

Interdū plures metropolitani fuerunt in una prouincia: ut in Gallijs Eboracenſis & Lugdunēſis. inter quos ordo fuit, ut prior haberetur, qui prius eſſet ordinatus. Greg. lib. 12. indict. 7. epiſtola 15. Idē tamē poſtea in celebri ſynodo ueuiſſe dicitur, ne in eadē prouincia duo eſſent metropolitani antiſtites: ut narrat Sabellicus Enneade 8. lib. 5.

¶ Officia autem iſtorum erant:

Curare ut uera doctrina in eccleſijs ſibi ſubiectis doceretur ex authenticis, & nō ex apocryphis libris ſacræ ſcripturæ, & ad alios propagaretur. Sic Kentingernus diſcipulos in inſulas Orcades miſit, & ſemper 365. literatos uiros in ſuo collegio habuit, ad propagandā doctrinā idoneos: ut ex Capgrauio, Boethio & Lelando refert Balæus.

Cauere hęreſes: ut patet ex cap. de hęreſib.

Excōmunicationem iuuare, ac de ea ad alios referre. Gregorius Chryſantho epiſcopo Spoletano mandat, ut ſuis presbyteris abſoluentibus ſine diſcrimine monachos ab alijs excommunicatos, interdicat, ne quid ſimile in poſterum committant. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 36.

Item, excommunicationem illegitimè factam à ſuis epiſcopis aut presbyteris irritam pronunciare. Iuſtinianus enim iubet ſacerdotes maioris autoritatis, abſoluere eos qui contra canones Eccleſiaſticos ſunt excōmunicati: lib. 2. Nouellar. titulo 104. de his qui ſine cauſa excōmunicant.

Pœnitentium abſolutionem alijs denunciare. Sic Gregorius Neapolitano epiſcopo indicat, Stephanū agnito errore à ſe ad cōmunionem eſſe admiſſum: ac præcipit, ut eius ſocios ſua fide, ſuoque periculo etiam ad communionē catholicam ſine mora ſuſcipiat. lib. 1. indict. 9. epiſtola 14.

Epiſcopos in ſua prouincia ordinare. Gregorius Auguſtino indicat, ſine tribus aut quatuor epiſcopis in prouincijs non debere ordinari epiſcopū. Beda libro primo cap. 27. Anglicæ hiſtoriæ. Marcellus diaconus conuocatis cōprouincialibus epiſcopus ordinatus eſt. Turonenſis libro ſexto, capite octauo. Cùm clerici unà cū ciuibus in Adana oppido Theophilum elegiſſent epiſcopum, rogarunt metropolitanū, ut eū ordinaret. Metaphraſtes pag. 509. Gregorius monet Ianuariū, ut eccleſijs quę ſacerdotibus carebant, epiſcopos ordinet: lib. 11. indict. 6. epiſt. 57. Et canon ſecundus Auernenſis, epiſcopos cum conſenſu metropolitani fieri præcipit. Ac licebat eis, ſi minus idoneus electus eſſet, mandare ut aliū eligerent. Sic Gregorius cum Neapolitani nobiles duos diaconos elegiſſent epiſcopos, alterum Ioannem qui filiam habuit, alterū Petrum qui ſolidos dedit ad uſuram, repudiauit utrumq;, & iuſsit alium elegi. lib. 8. indictione tertia, epiſtola 40. Idem libro eodem, epiſtola 65 negat ſe præbere cōſenſum, in hominē q nō à catholicis electus ſit.

Viſitare eccleſias. Sic Pappolus, diœceſes ſuas & uillas & eccleſias anno octauo ſui epiſcopatus uiſitauit: apud Turonenſem lib. quinto, capite quinto. Gregorius Balbino Roſellano mandat, ut Populonēſem eccleſiam uiſitet, eiq; presbyterum & duos diaconos præficiat. lib. 1. indict. 9. epiſtola 15.

Cognoſcere & componere cōtrouerſias & lites inter ſuos epiſcopos ortas, cū conſilio cōprouincialium. Sic Gregorius Rieulphum turbatorem eccleſiæ Turoniæ, cum conſilio ſuorum collegarum in monaſteriū remouit. Turonenſis lib. 5. capite 47. Sic metropolitanus ad Aruernam urbem reſidens cum ſuis collegis, litem inter Ruthenorum epiſcopum & Cadurcinæ urbis cōpoſuit, ita nimirū, ut parochias quas nunquā Ruthena eccleſia tenuiſſe recolebatur, ille reciperet. Turonenſis lib. 6. capite 38. Gregorius Antonio ſubdiacono Campaniæ, quem accuſauerat abbas ſancti Marci iuxta muros Spoletanæ urbis, ob quædam bona occupata ſcribit, ut reſtituat monaſterio quod ſuum ſit. lib. 7. indict. 2. epiſt. 29. Idem, litem inter Benenatum Meſſeoatē epiſcopum, & eius accuſatores, cognoſcit, libro 11. indict. 6. epiſtola 30. Ab omnibus quiſque ſuæ prouinciæ epiſcopis audiatur: Iohannes papa in epiſtola ad Zachariam. Canon uigeſimus Aurelianenſis tertiæ, iubet clericos in ſynodis accuſare epiſcopos, ſi quid iniuriarū ſibi intulerint. Iuſtinianus etiā de monachorū & monialiū cauſis ſolos epiſcopos cognoſcere & iudicare debere indicat: in authen. collat. 6. titulo ſeptimo. apud quos oporteat. Idem ſtatuit, ut de eccleſiaſticis criminibus clericorū, epiſcopus iudicet. At in criminalibus iudicem ciuilem & præſidem uult cauſam cognoſcere. in authent. collat. 6. titulo undecimo: ut clerici apud proprios. Idē lib. 2. Nouell. titulo 115. mandat, ut clericus prius apud metropolitanū, epiſcopū ſuū accuſet, quàm apud alios.

Interdum

Interdũ etiã in principũ litibus ſententiã ferre iubebãtur. Sic Gunthrannus rex apud Pariſios cõuocauit epiſcopos oẽa ſui regni, ut litẽ inter ſe & Sigebertũ cognoſcerent, & ſua ſententia dirimerẽt. Turonenſis lib. 4. cap. 47. Et poſtea Felix & Gregorius litem inter Gunthrannũ & Childeberrum compoſuerunt. idem libro 9. cap. 20.

In cauſia matrimonialib, quid fieri oporteat, decernere, & alijs indicare. Gregorius Theoctiſtę patricię indicat, religionis gratia non ſoluenda eſſe cõiugia: lib. 9. indict. 4. epiſt. 39. Idem Adriano Panormitano notario præcipit, ut Agathoſæ maritum ſuum qui in monaſteriũ ab ipſa ſeceſſerat, etiam tonſuratũ curet reddi: præſertim ſi non probetur, ipſam crimen adulterij cõmiſiſſe. lib. 9. indict. 4. epiſt. 44. Idẽ ſancit, ut affinitatis coniunctio uſq; ad ſeptimã generationẽ ſeruetur. lib. 12. indict. 7. epiſtola 31.

Epiſcopis ſuę diœceſeos mandare, ut officium ſuum faciant. Sic Conſtantius Mediolanenſis iubetur ſcribere ad epiſcopum Dertonenſis eccleſiæ, ut puerum Philagrio reſtituat. Gregorius lib. 7. indict. 2. epiſtola 130. Idem Anthemio ſubdiacono præcipit, ut eccleſiaſticam tuitionem impendat Theodoræ uiduæ, quam filius male tractare uidebatur: libro 9. indict. 4. epiſtola 11. Idem epiſcopos per Italiam iubet, pueros Longobardorum in Ariana hæreſi baptizatos, ad fidem catholicam conciliare. libro 1. indictione 9. epiſtola 17.

Aut ut malè adminiſtrata corrigant. Sic Gregorius Ianuarium Sardiniæ epiſcopum, pro ſepultura centum ſolidos exigentẽ obiurgat: ac indicat, ſi quis ſponte offerat, accipiendum eſſe: ſed nihil exigi debere, ne Eccleſia uenalis dicatur. lib. 7. indict. 2. epiſtola 55. Idem, Maximianũ epiſcopum, cum ex furore quodam Euſebium abbatem excommunicaſſet, iuſsit abſoluere & conſolari. libro 12. indictione 7. epiſtola 26.

Curare, ne bona Eccleſiaſtica abalienentur: ut patet ex Gregorij libro ſeptimo, indictione 2. epiſtola trigeſima, & 31. & libro octauo, indictione 3. epiſtola decima. Idem libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſt. 87. eccleſiæ Candinenſis curam mandat epiſcopo Fortunato, ne bona eius ſurripiantur. Aurelianenſis ſynodi Canon duodecimus uetat agellos & cæteras Eccleſiæ facultates abalienare, aut per contractus inutiles obligare. Et Canon uigeſimustertius Aurelianenſis tertiæ, uetat abbates & presbyteros de rebus Eccleſiæ abalienare, aut obligare aliqd, ſine cõſenſu & permiſſu epiſcopi ſui.

Iura metropolitana ſedulò cõſeruare. Andreas Nicopolitanus epiſcopus caſtrũ Caſſiopi, qđ Iſauriæ epiſcopus ſuæ iuriſdictioni uoluerãt ſubijcere, Alciſono Corcyræ epiſcopo adiudicat: apud Gregorium lib. 12. indict. 7. epiſt. 2. & 3. Vbi Gregorius inquit: Nulla æquitatis ratio, nullus Canonum ordo conſentit, ut parochiam alterius, alter aliquo modo debeat occupare.

Celebrare ſynodos prouinciales. Goes præſentatur epiſcopo metropolitano, in ſynodo ſedenti in ſolio ſuo, cum clero & epiſcopis. Vincentius lib. 22. cap. 14. Et Greg. monet Virgiliũ Arelatenſem epiſcopũ, ut ſynodũ cõgreget, & auariciæ hæreſin eradat: lib. 9. indict. 4. epiſt. 49. Idem facit libro 7. indict. 2. epiſt. 110. inquiens inter alia: Ne qua inter fratres diſſenſio, ne qua inter præpoſitos & ſubiectos ſint fomẽta diſcordiæ, in unum conuenire ſacerdotes neceſſe eſt, ut & de incidentibus cauſis diſceptatio, & ſit ſalubris de Eccleſiaſtica obſeruatiõe collatio, quatenus dũ per hoc & præterita corriguntur, & regulã futura ſuſcipiunt, omnipotens fratrũ concordia Dominus collaudetur. Beda narrat in lib. de temporũ ratione, Gregoriũ habita ſynodo epiſcoporũ 24. de neceſſarijs Eccleſiæ reb. decreta feciſſe, & quoſdã ad Anglos cõuertendos ablegaſſe. Canon primus Aurelianẽſis concilij præcipit, ne quis epiſcopus à metropolitano uocatus ad ſynodũ aut ordinationẽ uenire detrectet, ſine euidenti cauſa impedimenti. In 2. Canone ſtatuitur, ut metropolitani ſingulis annis cõprouinciales ſuos ad concilium euocent. Canon uerò primus Turonẽſis ſynodi pręcipit, ut ſingulis annis bis metropolitani concilia cõgregẽt ex cõprouincialib.

Ac in ijs deponere hæreticos & ſceleratos. Sic in ſynodo Egidius Rhemenſis epiſcopus, ob necem Childeberti, ab ordine ſacerdotali remotus eſt. Turonẽſis lib. 10. c. 18.

Aut in cõmunionẽ recipere pœnitentes. Sic Chrodieldis in communionem eſt recepta. Turonenſis libro 10. capite 19.

Decreta ad gubernationem prouincialiũ eccleſiarũ neceſſaria facere. Tale fuit Gregorij: Ne epiſcopus ægrotus deponatur, niſi ipſe id petat: & ut ægroto ſumptus ſuppeditentur, lib. 11. ind. 6. epiſtola 7. Talia ſunt decreta in ſynodis Romanis, facta ſub Symmacho papa, de quib. ſuo loco. extant autẽ in tomis Conciliorũ. Talia ſunt decreta in aliquot Aurelianẽſibus ſynodis facta, & in Auernenſi & Turonica. Synodus 2. Matiſconenſis in 1. Canone monet omnes epiſcopos, ut plebem ſuã moneant, ne die Dominico operas conſuetas faciant, ſed feriantes rebus ſacris uacent.

A' concilijs prouincialibus licebat appellare ad patriarcham. libro ſecundo Nouell. titulo 114. de rebus dubijs in concilijs epiſcoporum emergentibus.

Ad ſynodos uniuerſales ire, anr pro ſe alios mittere, ac in ijs pro ſe & ſuis ſubſcribere. ut patet ex hiſtoria de Synodis.

Baſilicas dedicare. Gregorius Paſsiuo epiſcopo Firmano præcipit, ur oratoriũ comitis Apertienſis conſecret: ibiq; presbytetum cardinalem conſtituar. lib. 10. indict. 5. epiſtola 12. Idem Fortunato Nepolitano epiſcopo mandat, ut Eccleſiam iſthic conſecret. libro 8. indictione 3. epiſtola 3.

Itẽ monaſteria conſacrare, accepta prius donatione legitima: ur patet ex Gregorij libro 8. indictione 3. epiſtola 63.

Imperatorum decreta promulgare. Vnde Iuſtinianus in authent, collat. 1. titnlo 5. de monachis. §. quæcunq; à nobis. & titulo 6. §. ſanctiſsimi. mandat, ur metropolitæ epiſcopis ſibi ſubiectis manifeſtent conſtitutiones de clericis, aut monachis, & alijs rebus Eccleſiaſticis à ſe factas: ut nullus ſuæ reipublicæ ignoret, quæ à ſe ad honorem & augmentum magni Dei & ſaluatoris IESV Chriſti ſint diſpoſita.

Epiſcoporum ſuorũ ac etiam monachorum ſubuenira egeſtati. Sic Gregorius Eccleſio epiſcopo ueſtem hyemalẽ per Venantium tranſmiſit: libro decimo, indictione 5. & Siſinnio in Sicilia ducentos uiginti decimatos uini, & quatuor ſolidos annuos dari iuſsit: libro duodecimo, indictiõe ſeptima, epiſtola trigeſima. Idem Anthemio diacono iniungit, ut quadraginta ſolidos aureos ancillis Domini in Nolana ciuitate diſtribuat, & Paulino presbytero, & alijs quibuſdam. libro primo, indictione 9. epiſtola 23.

Cuſtodes etiam eranr diſciplinæ monaſticæ. Sic Maroneus Pictauienſis metropolitanus, cum alijs quibnſdam ſuis collegis Crodieldem cum qnadraginta aut eo amplius puellis, & filia Chilperici, ex cœnobio ob abbatiſſæ ſeueritatem egreſſam obiurgauit, & obtemperare nolentes à cõmnnione ſuſpendit. Turonenſis lib. 9. cap. 40. 41. 42. 43. Et Gregorius papa reprehendit Marianum epiſcopum, quòd permiſerit, ut quædam ſanctimonialis ex monaſterio egreſſa, marito ſit ſociata: ac præcipit ei, ut eam ad monaſterium cogar reuerti. lib. 8. indict. 3. epiſt. 9. Idem facit lib. 7. indict. 2. epiſt. 118. Marianus epiſcopus Mauriũ ordinauit abbatem. Greg. lib. 10. indict. 5. epiſt. 22. Deſiderius militem ex monaſterio uirginẽ abripientem correxit: ut patet ex Gregorij lib. 12. indict. 7. epiſt. 3. Maurus Benedicti diſcipulus ad Gallos miſſus eſt, ut ritns monaſticos eos edoceret. Sabel. Ennead. 8. lib. 3.

Alijs comprouincialibus epiſcopis commendare & ſubdelegare cauſas expediendas. Sic Gregorius Mauriano epiſcopo Rauennæ cõmendat uxorem cuiuſdam: ac poſtulat, nr curet rem cognoſci, & legitimè dirimi. lib. 7. epiſt. 21. Idẽ in epiſtola ſequenti, Ioanni Syracuſano epiſcopo tractationem cauſæ cuiuſdã ſerui cõmittit. Idem Leoni epiſcopo Cathinenſi præcipit, ut inquirat an in monaſterio in Aethna monte mulieres monachis iungantur: & id facinus corrigar: lib. 8. indict. 3. epiſt. 21. Idem Fortnnato epiſcopo Neapolitano iniungit, ur Romani domũ ab eodem legatam, in honorẽ Hermetis, Sebaſtiani & Cyriaci conſecret. lib. 8. indict. 3. epiſt. 3. Idem uiſitationem Auſinę eccleſię Seuero Amonitanenſi committit: lib. 7. indict. 2. epiſt. 89. Idem Eulogio epiſcopo Eluſino ordinationem Ioãnis diaconi in caſtro Balneũ regis dicto: libro 8. indict. 3. epiſt. 34. Idem Ioanni & Armenio epiſcopis mandat, ut ad eccleſiam Anchonitanã eant, & de uita & moribus ſingulorum cognoſcãt, quo poſsit idoneus illic ordinari epiſcopus: lib. 12. indict 7. epiſt. 6. Idẽ Barbaro epiſcopo mandar, ut mortuo Victore eccleſiã Panormitanã uiſirer, & aliũ eligi curet, eũq; ad ſe mittat. lib. 11. indict. 6. epiſt. 16.

Comprouinciales etiã ad metropolitanũ mortuũ ſepeliendum interdum conuenire ſolebant. atq; eo modo Galli ſunus curatũ eſſe, indicar Turonenſis in Vitis patrũ, ca. 6. Et Romacharius Conſtantinæ urbis epiſcopus ad ſepeliendũ Prætextatũ interfectum uenir. Turonenſis lib. 8. cap. 31. Et Canon quintus Aurelianẽſis concilij uetat, ne quis ad mortui epiſcopi ſunus uenire conficta occaſione diſsimnlet.

Epiſcoporũ interfectorũ à ſeditioſis cauſam ſuſcipiebant, & à magiſtratu in autores animaduerti poſtulabãt. Sic interfecto Prætextato, Lendoualdus per epiſtolas deliberauit cum collegis, & accepto cõſilio eccleſias Rothomagenſes clauſit: donec ſolerti inueſtigatione cognitum eſſer, quis cædem perpetraſſet. Turonenſis lib. 8. cap. 37.

Vidẽtur etiã iſti habuiſſe ſuos quoſdã defenſores regionarios, quib. ſi qnid agendũ eſſet in eccleſijs ſuis, cum non poſſent ipſi adeſſe, cõmiſerunt res expediẽdas. Tales ſanè Romanus epiſcopus Gregorius libro 7. epiſt. 17. indict. 1. conſtituit ſeptem, eiſq; abſente pontifice in quolibet conuentu clericorũ ſedendi licentiã tradit, & honoris priuilegia decernit. Idẽ libro eodẽ, epiſt. 34. Fauſtino defenſori mandat, ut cnm in Agrigentino territorio Iudæos quoſdam baptiſari cupere cognorit, eò pontificis autoritate quamprimũ proficiſcatur, & cum epiſcopo eius loci loquatur: & indicta pœnitẽtia, & abſtinentia dierum quadraginta, eos ipſe baptizet, & pauperibus ueſtes emat, ac diligenter omnia inquirat: & tandem quid actum ſit, ad ſe referat. Idem lib. 7. epiſt. 10.

Sergio

Sergio defenſori mãdat, ut unà cum epiſcopo Vitaliano filiam Tulliani cõprehendat, & in monaſteriũ, unde elapſa erat, retrudat, & ſtrictè cuſtodiri curet. Idẽ lib. 8. indict. 3. epiſtola 11. Romano defenſori mandat, ut Baſilium epiſcopum cauſas ciuiles agẽtem in prætorijs, iubeat ſui muneris opera præſtare. Sic lib. 8. indict. 3. epiſtola 1. mandat defenſori Romano, ut cum Ioanne Syracuſano epiſcopo inquirat de Luculli epiſcopi ſacrilegio, eumq; ad reſtitutionem urgeat. Idẽ lib. 8. indict. 3. epiſt. 5. Sauino ſubdiacono Regionario mãdat, ut diligenter inquirat de Siluanio presbytero, qui accuſatus erat de idololatria & Sodomitico ſcelere: & ſi eius rei deprehẽdat indicia, ut eum curet in uincula conijci, donec ipſe diſpiciat de eius pœna. Idem defenſori Siciliæ præcipit, ne clericos cõtra epiſcopos defendat, ſed epiſcopis iudicium de ijs liberum permittat. Si uerò clericus aut laicus contra epiſcopũ cauſam habeat, tum ipſe ſeſe interponat. libro 9. indict. 4. epiſtola 32. Idem Sergio defenſori mandat, ut admoneat Fruniſcendum, ut creditoribus ſuis ſatis faciat. lib. 7. indict. 2. epiſt. 105. Et Anthemium ſubdiaconum Campaniæ iubet conuocare eius regionis epiſcopos, & ſuo nomine increpare ob negligẽtiam & deſidiam: & denunciare, quòd ſi non fuerint diligentiores, Romam ſint tranſmittendi ad Gregorium, ut regulari diſtrictione corripiantur. libro undecimo, indict. 6. epiſtola 32.

Cœperunt etiã quidã in diœceſi uectigalia & ſimilia onera imponere. quare tertia Toletana ſynodus, canone uigeſimo uetat, ne epiſcopus in diœceſi angarias uel indictiones imponat.

DE CONSOCIATIONE ECcleſiarum in pluribus prouincijs.

IN quibuſdã prouincijs plures metropolitani cum eccleſijs ſuis ab uno aliquo archiepiſcopo gubernabantur. Sic in Anglia Ludonienſis & Eboracẽſis metropolitani, & oẽs alij Galli, Auguſtino archiepiſcopo ſunt ſubiecti. Greg. lib. 12. indict. 7. epiſt. 15.

¶ Talium autem archiepiſcoporũ ſedes in hiſtoria huius ſeculi commemorantur.

Hieroſolymitana. ut patet ex lib. 1. indict. 9. epiſtola 24 & 25 Gregorij papæ.

Antiochena. nam ſub Seuero eius epiſcopo, Berytanus, Apameenſis, Boſtrenſis, Tyri, Damaſci & Iſauriæ epiſcopi fuerunt: ut patet ex Euagrij lib. 3. cap. 33. Eadẽ ſedes Apoſtolica uocatur ab Euagrio, lib. 4. ca. 6.

Carthaginenſis. lib. 2. Nouell. titulo 132. de ordine patriarcharum.

Epheſina.

Prima Iuſtiniana. nam ei ſubijciuntur epiſcopi Daciæ mediterraneæ, Dardaniæ & Daciæ Ripenſis, & Dardaniæ & Myſiæ ſuperioris, & Pannoniæ: libro ſecundo Nouell. titulo 132. de ordine patriarcharum.

Iuſtiniana ſecunda in Cypro, à Iuſtiniano in honorem uxoris archiepiſcopalis eccleſia facta eſt: Nicephorus libro 17. cap. 28. quemadmodũ & Acbridana: ibidem.

Theſſalonicenſis.

Corinthiaca. ut patet ex libro 1. indict. 9. epiſtola 26. Gregorij: ubi Anaſtaſius eius loci archiepiſcopus dicitur.

Conſtantinopolitana. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 64.

Romana.

Rauennas. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 49.

Salouitana. nam ad Natalem archiepiſcopum Salonitanum Gregorius ſcribit lib. 2. indictione 11. epiſtola 47.

Aquileia. nam eius epiſcopũ patriarcham appellat Paulus Diaconus, libro tertio de geſtis Longobardorum.

Arelatenſis. nam Etherium Arelatenſem archiepiſcopũ Beda appellat libro 1. capite 24. de hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglorũ.

Burdegalenſis. ut apparet ex Turonẽſis libro nono, capite quadrageſimoſecundo.

Remenſis. ſic enim Benedictus epiſtola ſua, quæ extat in Chronico Caſsinenſi, Remigiũ archiepiſcopum appellat: & Henricus de Erfordia.

Laureacenſis. nam Gerardus eius loci epiſcopus, Boiorum maximus pontifex & archi epiſcopus fuit: ut Auentinus in annalibus Boiorum libro tertio indicat.

In Anglia à temporibus Apoſtolorũ uſq; ad Auguſtinũ reformatorẽ Romanũ, ſeptem epiſcopatus & unum archiepiſcopatũ fuiſſe, Galfridus lib. 8. cap. 4. narrat: referente Balæo in Catalogo ſcriptorum Anglicorum, centuria prima.

Vrbs Legionum ad Tyræ fluenta, Dubricium archiepiſcopũ accepit, anno Domini 512. Balæus in Catalogo ſcriptorum Britannicorum, centuria prima.

¶ Tituli horũ reperiuntur: Summus ſacerdos. Euagrius lib. 3. cap. 32. ſic appellat Euphemium & Gregorium Antiochenum, lib. 5. cap. 31. Eundem titulũ tribuit etiã Romano epiſcopo lib. 4. cap. 19. Patriarcha. Sic Flauianus Antiochenus dicitur libro eodem, cap. 31 Euagrij: & libro 6. capite 7. Pontifex. ſic appellatur Nicetius Lugdunẽſis, apud Turonenſem in Vitis patrum, cap. 8. Archiepiſcopus. ita Leo appellatur in epiſtola Orientaliũ ad Symmachũ. Auguſtinus Britannorũ archiepiſcopus appellatur à Beda libro 2. cap. 3. Primas. Gregorius libro ſeptimo, indict. 2. epiſtola 64. ſic appellat Conſtantinopolitanum.

¶ Officia

¶ Officia autem horum erant:

Tueri conſenſum ſanæ & puræ doctrinæ in eccleſijs ſuę diœceſeos. Sic Gregorius libro primo, indict. 9. epiſtola 24. indicat ſe tenere cōſenſum doctrinæ aſſertę in quinque ſynodis, Nicena, Conſtātinopolitana, Epheſina prima, Chalcedonenſi, & alia in qua epiſtola Ibæ ſit damnata, & Theodoreti: & damnare omnes, qui non ita ſentiant.

Extirpare hæreſes, & errantes in uiam reducere. Sic Gregorius Antiochenus iuſſo Imperatoris ſolitudines Limetarum circuiuit, in quibus Seueri error graſſabatur: & ueram doctrinā tradidit: & multa præſidia, uicos & monaſteria, & integras tribus ad eccleſiam Dei reduxit. Euagrius lib. 6. cap. 23. Et Anaſtaſius itidem Antiochiæ epiſcopus, monaſterijs primæ & ſecūdę Syrię cōmunicauit ſuam ſententiam de hæreſi Iuſtiniani: ac ea ratione etiam alios excitauit, ut ſibi ab errore cauerent. Euagrius libro quarto, capite 40. Iſicius Hieroſolymorū epiſcopus hæreſin Simoniacam à ſuis eccleſijs propulſare iubetur à Gregorio, libro 9, indict. 4. epiſtola 40. Ioannes papa monet epiſcopos per Italiam, ut Arianam hæreſin repullulantem expugnent, & eccleſias Arianis eripiant, & orthodoxis tradant: in epiſtola ſua ad epiſcopos Italiæ. Sic patres in quinta ſynodo Aurelianenſi, Eutychetis & Neſtorij dogmata damnarunt: Canone 1. Et Gregorius Theodelindam reginā Longobardorum, ſynodum Chalcedonenſem reijcientem, in uiam reducere conatur: libro 3. indict. 12. epiſtola 4.

Idololatrias abrogare. Sic Gregorius Agnellum epiſcopū Terratinæ iubet, eos qui more gentiliū arbores uenerabantur, comprehendere, & caſtigare: lib. 7. epiſtola 20. Idem Sauino Regionario diacono pręcipit, ut inquirat de Siſinnij Regitanæ ciuitatis presbyteri idololatria: & ſi reum deprehendat, in uincula conijciat. libro 8. indict. tertia, epiſtola 5.

Mandare ſuis ſiue de excōmunicatione, ſiue de abſolutione, ſiue de uicinarū eccleſiarum uiſitatione. Sic Gregorius Neapolitano epiſcopo mandauit, ut cum mortuus eſſet Meſſenatenſis epiſcopus, eius Eccleſiā uiſitaret: ne de profectionibus clericorum, redditibus, ornatu & patrimonio eccleſię à quoquā præſumatur. Idem lib. 7. indictione ſecunda, epiſtola uigeſimaquinta. Idem Natali epiſcopo Salonitano mandat, ut Honoratum archidiaconum depoſitum ab officio reſtituat. libro primo, indict. 9. epiſtola 19. Sic Iuſtinianus præcipit, ut ſuperiores excōmunicationes à presbyteris & epiſcopis factas ſine cauſa reſcindant. in Auth. colla. 9. titulo 15. de ſanctiſsimis epiſcopis.

Cognoſcere & dijudicare controuerſias & lites inter epiſcopos obortas, & alios. Sic Bertrannus Burdegalenſis cum alijs epiſcopis tractauerunt de criminatione, ob quam accuſabatur Gregorius Turonēſis in ſynodo. Ac cum is iuramēto ſeſe liberaſſet, actorem qui ſibi fuga conſuluerat, excommunicarunt. Turonenſis libro 5. capite 47. Meroueus Pictauienſis epiſcopus, & Gregorius Turonenſis, acceptis epiſtolis regalibus, Bertegūdem à marito in monaſterium à matre auocatam coegerunt ad maritum redire. Turonenſis libro nono, capite 34. Gregorius pōtifex litem inter Venantium & presbyterū eius Agrippium & Seruandum diaconum compoſuit: libro octauo, indictione 3. epiſtola quadrageſimatertia. Idem Columbo Numidiæ epiſcopo mandat, ut in ſynodo cognoſcat cauſam Paulini Regenſis, & clericorūm eius: ac ſi uerum ſit quòd ille Simoniæ crimen perpetrarit, excommunicet eum. libro 10. indictione 5. epiſt. 32. Idem inquit: Quando inter religioſas perſonas de terrenis rebus oritur diſceptatio, ita ſacerdotali ſolicitudine eſt finienda, ut non poſsit creſcere ex mora contentio. lib. 11. indictione 6. epiſtola 6.

Sua autoritate contractus ab epiſcopis & clericis celebratos confirmare. Sic Gregorius conditiones à Ioanne epiſcopo clericis ſuis promiſſas confirmat: libro 11. indictione 6. epiſtola 49. Et Iuſtinianus iubet epiſcopos coram archiepiſcopo & patriarcha conuenire: Authent. coll. 9. titulo 15. de ſanctiſsimis epiſcopis. Ibidem indicat, Oeconomis licere appellare ad patriarcham à ſententia epiſcopi. A' ſententia patriarchæ non licebat appellare. Iuſtinianus lib. 2. Nouell. titulo 114. de rebus dubijs. & titulo 119, Sic cleric⁹ uel quiuis ali⁹. & tit. 116.

Inſpectores & reformatores etiam erant morum epiſcoporū ſuorū, ac grauiter obiurgabant eos qui minus congruentē miniſterio agebant uitā. Sic Gregorius lib. 8. epiſt. 1. Ianuariū grauiter increpat, quòd die Dominico ante miſſæ celebrationem meſſem cuiuſdā exarauerit, & poſt celebrata ſolennia miſſarū terminos poſſeſsionis eradicauerit. Idē Ioanni epiſcopo Calliopolitano iniungit, ut Andreā epiſcopū ob fuſtib⁹ uerberatā matriculā, duob. menſibus à miſſarū ſolēnitate ſuſpēdat. lib. 2. indict. 11. epiſt. 84.

Ordinare epiſcopos, & pręſertim metropolitanos, eosq; in epiſcopatu confirmare. Auguſtinus Britannorum archiepiſcopus ordinauit duos alios epiſcopos, Melitum & Iuſtum. Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 2. capite 3. Gregorius papa libro 7. indict. 2. epiſt. 87. præcipit, ut electus ab eccleſia Cadinenſi ad ſe ueniat, & conſecrationem expetat.

expetat. Et Iuſtinianus in Authen. collat. 2. titulo primo inquit: Patriarcha Conſtantinopolitanus totius diœceſeos metropolitas ordinat. Idem archiepiſcopis ſenioris Romæ, & Conſtantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos & Hieroſolymorum, præcipit dari uiginti libras auri ab epiſcopis & clericis, quos ordinari contigit. Authent. collat. 9. titulo 15. de ſanctiſsimis epiſcopis. & libro ſecũdo Nouell. titulo 97 §. pro conſuetudine.

Aut id munus alijs delegare. Sic cum Aldio magiſter militum à Gregorio Romano petijſſet ſibi presbyteros & diaconos ordinari, Gregorius Venantio Lunenſi epiſcopo præcepit, ut iſthic ſuo nomine canonicè electos ordinet, & adhortetur ut populum à gentilium ſuperſtitione auocent. Gregorius lib. 7. indict. 2. epiſt. 33. Idem habitatores inſulæ Capreæ monet de conſtituendis epiſcopis: lib. 7. indict. 2. epiſt. 99. Idem Felici Sipontino epiſcopo mandat, ut Eccleſiam Canoſinam uiſitet, & duos parochiales presbyteros iſthic ordinet. lib. 1. indictione 9. epiſt. 51. Idem Leoni epiſcopo Corſicæ iniungit, ut diaconos & presbyteros ordinet in Sagonenſi eccleſia. libro 1. indictione 9. epiſtola 76.

Celebrare ſynodos. Hormiſdas Romæ ſynodum prouincialem celebrauit, & damnauit ſcripta Seueri. Nicephorus libro 17. capite 9. Anaſtaſius iuſsit Eliam Hieroſolymorum epiſcopos, quos ſub ſe haberet, colligere, & ſynodũ Chalcedonenſem damnare. Theodotus Collectaneorum libro 2. Felix Siciliæ epiſcopus ſynodum celebrauit, ac in ea cum epiſcopis contulit de Eccleſiaſtica diſciplina. Gregorius libro duodecimo, indict. 7. epiſtola 31.

Apud Toletum ſexagintaduorum epiſcoporum ſynodus hæreſin Arij damnauit, & regem Vueſtgothorum in fide catholica confirmauit. Sigebertus in Chronico. Et Gregorius Seuerum Aquileienſem epiſcopum euocat ad ſynodũ Romanã, in qua eſſet cogniturus de controuerſia inter ipſum & alios motã. Libro primo, indictione nona, epiſtola decimaquinta. Idem ſynodum celebrauit Romæ, ut cõſtat ex libro quarto, indictiõe 13. epiſtola quadrageſimaquarta.

Acta in ſynodis, alijs ſignificare per literas. Sic Bertrannus per epiſtolam à collegis ſubſcriptã, alios qui abfuiſſent fecit certiores de actis ſynodi ad Brenniacũ. Turonenſis lib. quinto, cap. quadrageſimoſeptimo.

Proficiſci ad ſynodos uniuerſales, & iuuare deliberationes de rebus Eccleſiæ, aut alios pro ſeſe ablegare: ut patet ex hiſtoria de Synodis.

Nec licebat alijs epiſcopis ſine conſenſu & epiſtolis ſui primatis ad comitatum proficiſci: ut patet ex Gregorij libro ſeptimo, indictione 2. epiſtola 61. Sic Iuſtinianus in Authen. collat 1. titulo ſexto. §. ſi metropolitanus. mandat, ut metropolitæ profecturi literas petant à patriarcha eius diœceſeos. Idem libro primo Nouell. titulo 13. de epiſcopis. §. Sin autem.

In ſynodis uniuerſalibus ſolebat unus aliquis ex archiepiſcopis præſidere: ut teſtatur hiſtoria de Synodis.

Cuſtodire matriculam & inſtrumenta ad dignitatem & priuilegia prouinciarum pertinentia, & bibliothecas. Sic in archiuũ Romanæ eccleſiæ Vigilius uitam de martyrio Placidi repoſuit, ut patet ex epiſtola Gardiani ad eundem. Greg. lib. 7. epiſt. 29. negat in archiuo Romanæ eccleſiæ, uel in bibliothecis extare Euſebij libros de martyribus. Idem libro 7. indictione 2. epiſtola 116. indicat Deſiderio, in ſcrinio Romanæ eccleſiæ non reperiri priuilegia, quæ dicantur eiũs eccleſiæ olim à Pontificibus data.

Inaugurare Imperatores. nã Euphemius Anaſtaſium coronauit, accepta ab eo prius ſcripta confeſsione. Zonaras tomo 3. Et Iuſtinus collectis in atrio ſub dio, Iohanne ſummo ſacerdote cum ſuis, & illis qui in dignitate magiſtratus erant, quiq; in aula militabant, Tyberiũ, imperatoria tunica & penula induit. Euagrius libro 5. cap. 13. Mauriciũ etiam, & poſtea Theodoſium filiũ eius ab eodem Ioanne patriarcha Conſtantinopoleos Imperatores coronatos eſſe, Zonaras autumat tomo tertio, pagina 60 & 62. & Paulus Diaconus libro decimoſeptimo.

Iuſſu Imperatorum quædam ciuilia & politica negocia tractare. nam Gregorius Antiochenus ab Imperatore in Orientem ad exercitum ablegatur, ut ſeditionem componat. Euagrius libro ſexto, capite undecimo. Et ut exercitum hortetur ad obſidendam Martyropolin: libro eodem, capite decimoquarto. Agapitus à Theodoto ad impetrandã pacem miſſus eſt. Otho Phriſingenſis libro quinto, capite quarto. Agnellus epiſcopus Tridentinus ab Agilulpho in Franciam miſſus, redemit captiuos. Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capite primo. Ioannes Romanus epiſcopus à Theodorico ad Iuſtinum Imperatorem miſſus, denunciauit ei, quòd ſi nõ parceret Arianis, ſe omnia templa Italiæ deſtructurum. Simoneta lib. 4. capite 20.

Leges Imperatorum ad Eccleſiaſticos pertinentes, ſuis metropolitanis denunciabant. Sic Iuſtinianus mandat, ut patriarchæ ſub ſe cõſtitutis metropolitis, referant ſuas cõſtitutiones de clericis, aut monachis, aut monaſterijs, in Authent. collat. 1. titulo 5. de mo-

de monachis.§. quæcunque à nobis. & titulo ſexto.§. Sanctiſsimi patriarchæ.

Vſi ſunt etiam interdum exerna uiolentia, contra Imperatorum uoluntatem. Sic Euſtocbius Hieroſolymorum epiſcopus, in noua Laura Origenis dogmata probantes expulit, & proſequutus eſt. Euagrius libro quarto, capite trigeſimooctauo.

Poteſtas, etiã ſedes archiepiſcopales trãſferendi, penes iſtos fuiſſe uidetur. nam Auguſtinus dignitatem archiepiſcopatus, quæ Londini erat, Cantuariã tranſtulit: ut notat Sigebertus in Chronico.

Eiuſmodi autem coniunctionem interdum diſſolnerũt diſſenſiones. Sic Coſmas Epiphaniæ, & Seuerianus Arethuſę, epiſcopi, ſynodicis Seueri offenſi, & à cõmunione eius auulſi, libellum depoſitionis ei, cum Antiochiæ adhuc ageret epiſcopũ, miſerunt Euagrius libro tertio, capite 34.

## DE CONSOCIATIONE ET *mutuis officijs Archiepiſcoporum.*

Hi autem archiepiſcopi ſibi inuicẽ ita erant coniuncti, ut conſenſum in doctrina, pacem & concordiam, & Eccleſiæ ædificationem & diſciplinã ſinguli ſtuderẽt conſeruare & promouere: licet alij id magis, alij minus præſtarent.

Hinc ſunt illi familiares tituli, quibus ſe inuicem compellant Papa, Coepiſcopus. Sic Gregorius appellat Leandrum Hiſpaniarum epiſcopum, libro ſeptimo, indictione ſecnnda, epiſtola 126. & Calliopolitanum, libro & indictione eadẽ, epiſtola centeſimaquarta. Compresbyter, Collega, Frater. Sic Gregorius uocat epiſcopũ Carthaginenſem, lib. octauo, indictione tertia, epiſtola trigeſimaoctaua. Nounm eſt, qnòd Gregorius in præfarione de diuerſis lectionib. Euangelij, ſe ſeruum ſeruorũ Dei appellat. Vnde Iohannes Diaconus in uita eius lib. 2. cap. 1. inquit: Gregorius reiecto ſuperſtitioſo pontificis uocabulo, ſe primus omnium ſeruum ſeruorum in Epiſtolis ſuis ſcripſit.

Symbolum quoddã eius coniunctionis erant literæ Synodicæ, quæ aut recipi aut repndiari ſolebant. Euagrius libro tertio, capite trigeſimotertio, ex literis ad Alciſonem: Synodica Timothei, qui nunc Conſtantinopolitanus epiſcopus eſt, hic in Paleſtina ſunt recepta: depoſitio uerò Macedonij & Flauiani recepta non ſunt, imò nec ſynodica Seueri. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecũda, epiſtola qninquageſimatertia. Quoties in quatuor præcipuis ſedibus antiſtites ordinantur, ſynodales ſibi literas mittunt uiciſsim, quibus fatentur ſe Chalcedonenſem ſynodum cum alijs generalibus ſynodis cuſtodire. Idem præſtat ipſe Gregorius libro primo, indictione nona, epiſtola uigeſimaquarta. ubi Conſtantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano epiſcopis ſynodicam ſcribit, & Conciliorũ decreta probat. Cyriaci Conſtantinopoleos epiſcopi ſynodicæ meminit idem lib. 6. epiſtola quinta.

Item, quòd in ſacrarum tabularũ album referebant rectè ſentientes, & econtrà expungebant damnatos aut depoſitos. Nicephorus libro decimoſeptimo, cap. nono.

Hinc etiam ſunt officia, quibus ſeſe mutuò iuuiſſe leguntur: ut qnòd in difficilioribus quæſtionibus ſe inuicẽ conſuluerũt, & ſententias contulerunt. Auguſtinus per Laurentiũ presbyterũ & Petrum monachũ Gregorio papę propoſuit quæſtiones, quas commemorat Beda lib. 1. capite 27. hiſtoriæ Anglicę. extãt & apud Greg. lib. 12. indict. 7. Pelagius papa in epiſt. ad Vigiliũ quæſtionẽ illã, Quomodo pater & filius unũ ſint, exponit. Sic Leander epiſcop⁹ Hiſpaniarum Gregoriũ conſulnit, an infantes in baptizatione ter, aut ſemel tantũ immergi deberẽt. Reſpondet ille, idem eſſe: quia in tribus perſonis ſit una ſubſtantia, & in tribus merſionibus trinitas perſonarũ, & in una diuinitatis ſingularitas deſignetur. libro primo, indictione nona, epiſtola 41.

Quòd contra corruptelas doctrinæ, & errores cõmunes, confutationes & confeſsiones ediderunt ſcriptis ſuis nominibus. Quadraginta epiſcopi Illyrici & Græcię cõmunem confeſsionem cõpoſuerunt, & Romano epiſcopo indicarunt, ſe cũ ipſo, & nõ cum ſuo metropolitano in errorẽ lapſo ſentire: ut patet ex epiſtola Anaſtaſij ſecundi. Hormiſda epiſcopis Hiſpanię Iohannis Cõſtantinopolitani profeſsionem miſit, ut apparet ex epiſtola ad eoſdem.

Admonebant ſeſe inuicem de ſuo officio contra hæreticos. Sic Gregorius Anaſtaſiũ Antiochenũ epiſcopum monet, ut à ſuis Eccleſijs errorẽ Simoniacũ repellat: lib. 7. indictione 2. epiſt. 47. Idem epiſcopos Numidiæ monet, ne quẽ ex Donatiſtis ordinẽt epiſcopum, aut Eccleſiæ miniſtrum: lib. 1. indictione 9. epiſtola 75. Idem epiſcopum Præiectinũ Narnienſem hortatur, ne ceſſet hęreticos ac gentiles ad uerã catholicã fidẽ adducere. li. 2. indict. 10. cap. 2. Idẽ Panthaleonẽ Africę epiſcopũ monet, ut Donatiſtas reprimat: lib. 3. indict. 12 epiſtola 32. Idem facit in eodẽ libro, & indictione, epiſtola 35. ubi ſuadet Victori & Columbo epiſcopis Africæ, ut celebrent ſynodũ in qua tractẽt de hęreſi Donatiſtarũ. Et in lib. 4. indict. 13. epiſtola tertia, Dominicũ Carthaginenſem epiſcopum de eadẽ re cõmonefacit. Idẽ Virgiliũ Arelatenſem monet, ut cõtra Simoniã pugnet. lib. 4. indict. 14. epiſtola 51.

Quòd

Quòd ab erroribus ſe inuicem, ſi quis in aliquem prolapſus fuiſſet, reuocare conati ſunt. Firminus Tergeſtinæ eccleſiæ epiſcopus à ſchiſmate reuerſus, Gregorij literis cõfirmatur. libro undecimò, indictione ſexta, epiſtola trigeſimaoctaua. Et Benedictus primus Dauidem quendam monet, ut Scripturarum teſtimonijs uoitatem Trinitatis agnoſcat, & ab Ariana hęreſi diſcedat. Hormiſdam Ioannem Conſtantinopoleos epiſcopum in hæreſin prolapſum, per legatos ſtuduit in uiam reducere, ſed fruſtrà. narrat Simoneta libro quarto, capite decimonono. Idem conatur Gregorio presbytero & Theodoro diacono Conſtantinopoleos eximere opinionem, Chriſtum deſcendentem ad ioferos, omnes qui ſe confeſsi ſint Deum, liberaſſe à pœnis: & perſuadere ſolos illos eſſe ſaluatos, qui eum uenturum crediderunt, & præcepta eius uiuendo tenuerunt. libro ſexto, indictione 15, epiſtola decimaquintà.

Quòd à ſe excommunicatos, aut etiam propter pœnitentiam abſolutos ſibi mutuò indicarunt. Vnde Canon octauus Turonenſis ſynodi eos excommunicat, qui admoniti de excommunicatis ab alio epiſcopo, non abſtinuerunt ab eiuſdem communione.

Quòd communi conſilio damnatos, etiam commuoi coosilio agentes pœnitentiã abſoluerunt. Sic decem epiſcopi in Maiorano, Seoerum Aquileienſem patriarcham libellum erroris ſui exhibentem receperunt. Paulus Diaconus libro tertio de geſtis Longobardorum, capite duodecimo. Gregorius quoſdam ab errore Monophyſitarum conuerſos, Eulogio Alexandrino commendat: ac petit, ut eiuſdem hæreſeos aſſeclas ex monaſterio quodam eijciat, ſi nolint ad ſaniorem mentem redire. libro decimo, indictione quinta, epiſtola quinquageſimaquinta.

Quòd contra eoſdem ſibi communicarunt ſententias ſuas. Eulogius Gregorio de Eudoxij hæretici perſona, & de errorib. in Conſtantinopolitana eccleſia graſſantibus ſuam perſcripſit ſententiam: libro ſeptimò, epiſtola trigeſima. Et Gregorius Abramiò ſcripſit, ac indicauit quid ſentiat de ſcriptis Eulogij contra hæreticos Agnoitas: libro octauo, indictione tertia, epiſtola quadrageſimaprima. Gregorius papa epiſcopis in Hybernia catholicis ſententiam ſuam perſcribit, de baptizatis ab hæreticis in nomine Trinitatis, quòd non ſint rebaptizandi. Econtrà uerò, de ijs qui non in nomine Trinitatis ſint baptizati, quòd omnino debeant rebaptizari: libro octo, indictione quarta, epiſtola ſexageſimaprima.

Quòd de ſui ordinatione ſynodicas ſibi literas inuicem mittebant, & ut legitimam probabant & confirmabant. Sic Gregorius Conſtantinopoleos epiſcopo Ioanni ſynodicam epiſtolam tranſmittit, libro primo, indictione nona, epiſtola quarta, & uigeſimaquarta, & uigeſimaquinta. Vbi inquit: Sicut patriarchis alijs uel fratribus, ita & uobis ſynodicam epiſtolam direxi. Et epiſtola ſequenti ad Anaſtaſium Corinthienſem archiepiſcopum: Curauimus de ordinatione noſtra indicare, propterea charitas ueſtra reciprocis literis nos de unitate Eccleſiæ & deſiderabili nuocio ſalutis ueſtræ lætificet.

Quòd hortabantur ſeſe inuicem ad concordiam fouendam. Sic Cyriacum Conſtantinopoleos epiſcopum de conſeruanda pace Eccleſiæ monet: libro ſexto, indictione quindecima, epiſtola quarta & quinta.

Quòd ſe inuicem admonebant de ſuo officio, in rebus ad eccleſiam pertinentibus. Sic Gregorius Bonifacium diaconum Conſtantinopolitanum monet, Euſebio Theſſalonicenſi epiſcopo ſcribat, ut ſuos homines iniuſta agere prohibeat: libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola tertia. Idẽ Deſiderium Galliæ epiſcopum monet, ut facinus à milite admiſſum, qui nimirum ancillam Dei ex monaſterio rapuerat, corrigat: libro & indictione eadem, epiſtola quinta. Item Eulogium Alexaodrinum patriarcham reprehendit, quòd Simoniacam hæreſin non damnarit: ſed permiſerit, ut puer quidam ſummæ prauitatis per munera & largitiones diaconus ſit factus. libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola quadrageſimaſexta. Ibidem etiam mooet eum, ut uerbum Dei aſsiduè doceat.

Quòd de rebus ceremonialibus, ut de Paſchate & ſimilibus, ſibi inuicem communicarunt. Gregorius epiſcopis Hyberniæ refert, ab hæreticis baptizatos in nomine Trinitatis, in Occidente manus impoſitione, in Oriente uerò chriſmate reconciliari Eccleſiæ: libro nono, indictione 4. epiſtola ſexageſimaprima. Idem Felici Siciliæ epiſcopo indicat, ſi dubium oriatur, utrũ quis baptizatus ſit, nec ne: item, utrum eccleſiæ ſint conſecratæ, an noo: tum omnino cooſecrationem & baptizatiooem eſſe neceſſariam. libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaprima.

Quòd ſibi inuicem, ſi res poſtulabat, miſerunt idoneos miniſtros uerbi ad eccleſiarum inſtitutionem. Sic Auguſtino Gregorius plures cooperarios miſit: Mellium, Paulinum, Ruffinianum. Beda lib. 1. capite uigeſimonono hiſtoriæ Anglicæ. Gregorius papa, Venantio epiſcopo Lunenſi, petenti fœminam quam præficeret uirginum

e cœnobio, tranſmiſit quandam ancillam Dei. libro octauo, indictione tertia, epiſtola quadragesimatertia.

Quòd exemplaria codicũ cõmodatò ſibi inuicẽ dederint. Sic Eulogius Alexandrinus epiſcopus à Gregorio petijt, ut ſibi libros Euſebij De martyribus communicaret. Gregorius libro ſeptimo, epiſtola uigeſimanona.

Quòd libros ſibi dedicarunt. Sic Iuſtus Origeliranus epiſcopus, explicationes ſuas in Cantica Canticorum Sergio papæ inſcripſit, ac petijt ut corrigeret, & alijs fratrib. legendas & tranſcribendas communicaret: ut patet ex præfatione. Et Gregorius Mariano epiſcopo homilias ſuas in Ezechielẽ dedicauit, ut conſtat ex Præfatione.

Quòd ſibi inuicem commendabant eccleſiarum miniſtros, & alios. Sic Gregorius Etherio Arelatenſi commendauit Auguſtinum in Britãniam proficiſcentem. libro nono, indictione quarta, epiſtola quinquageſima. Refert etiam Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria gentis Anglorum libro primo, capite uigeſimoquarto & uigeſimooctauo. Gregorius Columbo epiſcopo Numidiæ Paulum epiſcopum commendat: libro ſeptimo, indictione prima, capite decimoſexto. Idem Vantilono & Aregio & Aſclepiadoto Hilarium commendat: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima uigeſimaſecunda, & 123. Idem Honoratum archidiaconum Maximo Salonitano epiſcopo commendat, libro eodem, epiſtola centeſima uigeſimanona. Idem Auguſtinum Menuæ Toloſano epiſcopo, & alijs Gallicanis commẽdat, libro nono, indictione quarta, epiſtola quinquageſimaſecunda.

Quòd eleemoſynas uel ſanctorum reliquias uel munuſcula ſibi inuicem miſerũt. Sic Symmachus ducentis & uiginti epiſcopis in Sardiniam relegatis, ſubſidium miſit. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimo quinto. Gregorius ſacra uaſa, altarium ornamenta & pallium miſit: Beda in hiſtoria Anglica libro primo, capite uigeſimonono. Et Gregorius papa Eulogio Alexandrino epiſcopo dono miſit ligna quædam: libro ſeptimo, epiſtola uigeſimanona. Idem reliquias Pauli & Ioannis & Pancratij Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo mittit: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola octuageſima tertia. Eulogius Gregorio benedictionem S. Marci donauit: libro octauo, indictione tertia, epiſtola quadrageſimaprima. Et Gregorius Mariano epiſcopo Rauennati medicorũ mittit conſilia: libro nono, indictione quarta, epiſtola uigeſima octaua. Idem Secũdino muneta miſit: ut apparet ex libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 53. ac Dominicum Africanum epiſcopum xenia miſiſſe Gregorio, apparet ex eius libro 5, indictione 14. epiſtola 19.

Quòd coniunctim pugnabant cõtra affectantes primatũ. Sic Gregorius Romanus, Euſebius Theſſalonicenſis, & alij cõplures epiſcopi, cũ Ioannes Conſtantinopolitanus ſe uniuerſalem epiſcopum ſcriberet, cõtradixerunt, nec unquã tali titulo ullum ab eo ſcriptum accipere dignati ſunt: ut patet ex Gregorij lib. 7. indict. 2. epiſtola 69. & libro quarto, indict. 13. epiſtola 36. & 38. Idem fecerunt poſtea, cum Cyriacus Ioannis ſucceſſor eodem titulo ſeſe notaret: ut apparet ex Gregorij libro 9, indictione. 15. epiſtola trigeſima prima, ad Eulogium Alexandrinum & Anaſtaſium Antiochenum epiſcopos.

Iuſſu magiſtratus interdum, ab alijs depoſitos, priſtino honori reſtituebant. Sic Euſtorgius Mediolanenſis, epiſcopum Auguſtanum, proditionis patriæ falſò accuſatum, cauſa cognita, priſtino honori reſtituit: ut patet ex epiſtola Theodorici ad eundem.

Quòd plures coniunctim per literas aut legatos petebant ab imperatoribus ſynodos Oecumenicas. Sic Paulus Apameorum epiſcopus ad Imperatorem ſcripſit libellum, ac petijt, ut prauas opiniones eradicari curet, & ueras ſententias defendat. Idem fecerunt monachi ſecundæ Syriæ, ut patet ex Tomis Conciliorum.

In illis uerò ſolebant communiter tractare aut de doctrina, aut de depoſitione hæreticorum, aut de reſtitutione, aut de ordinatione, aut de diſſenſionibus componendis, aut de conformitate ceremoniarum, aut iure metropolitanorum, & ſimilium rerum. De reſtitutione exemplum eſt in ſynodo Conſtantinopolitana ſecunda, ubi decernitur, ut epiſcopi expulſi reſtituantur, & in album ſacrarum tabularum referantur. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite nono. Idem conſtat ex epiſtola Iohannis papæ ad Zachariam archiepiſcopũ, quæ extat in Tomis Conciliorũ. De alijs capitibus, teſtatur hiſtoria de Synodis.

Decreta ſynodorum ueterum & probatarum acriter defendebant. Sic Elias Hieroſolymorum epiſcopus, propter ſynodum Chalcedonẽſem Anaſtaſio Imperatori ſeſe oppoſuit. Nicephorus libro 16. capite trigeſimoſecundo. Et monachi in Palæſtina in literis ad eundem aiunt, ſe ad ſanguinem uſq; certaturos pro ea ſynodo: libro eodem, capite trigeſimotertio. Et Sabbas Ioannem Eliæ ſucceſſorem hortatur, ut ſanguine ſuo etiam tueatur eam ſynodum: libro eodem, capite trigeſimoquarto. Gregorius meminit de-

nit decreti, quòd liceat epiſcopo cum matre, amita & ſorore cohabitare: lib. ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola trigeſimanona. Idem inquir: Epiſcopus nullus eſſe repuretur, qui Chalcedonenſis ſynodi defenſor ſectatorq́; nō fuerit. lib. 7. indict. 2. epiſt. quinquageſimatertia. Et Iohannes in epiſtola ad Zachariam: In ſynodalibus patrum decretis & regum edictis legitur ſtarutum: Redintegranda ſunt omuia expoliatis uel eiectis epiſcopis, &c. anre accuſationē aut regularem ad ſynodum uocationem. Gregorius papa libro primo, indictione nona, epiſtola uigeſimaquarta, reſtatur ſe approbare quatuor Concilia, Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, Chalcedonenſe, & quintum in quo epiſtola Ibæ ſit reprobara.

Quòd ab Imperatoribus aliqnid contra pietatem facere iuſsi, appellarunt ad Synodos Vniuerſales. Sic Macedonius cum ab Anaſtaſio iuberetur colligere ſynodum, & damnare concilij Chalcedonenſis decreta, reſpondit: ſe nihil ſine uniuerſali ſynodo, cui præſideret Romanus epiſcopus, factnrum. Theodorus Lector Collectaneorum libro ſecundo.

Quòd ſi quid rerum nouarum in Eccleſia accidiſſet, ſibi inuicem ſcripſerunt. Sic Gregorius Eulogio Alexandrino commemorat de Anglorum conuerſione: libro ſeptimo, epiſtola trigeſima. Idem Venantio Syracuſano epiſcopo de morbo ſuo cōmunicat: libro nono, indictione quarta, epiſtola uigeſimaquinta. Et Fortunatus libro quinto, Gregorio ſcribit de Iudęis conuerſis per Auitum epiſcopū: & Gregorius Eulogio Alexandriuo ſcribir de perſecutione Longobardorum, libro quinto, indict. 14. epiſtola ſexageſima.

Quòd pro ſe inuicem orarunt. Sic Fortunatus Eufronio papæ ſcribit, ac pro ſe orari petit, libro rertio. Idem à Felice papa poſtulat, libro eodem. Idem libro quinto, à Martino Galliciæ epiſcopo contendit. Et Gregorius Leandrum Hiſpalenſem epiſcopum, & Andream & Iohannē uiros illuſtres rogat, ut ſuis precibus ſibi leniant difficultatem ſuſcepti epiſcopatus. Iohannes Diaconus libro primo de uita Gregorij. Gregorius ipſe Iohannem Conſtantinopoleos epiſcopum iuber pro ſe orare: libro primo, indictione nona, epiſtola quarta. Deq́; eadē re Naralem epiſcopum Saloniranum ſollicitat libro primo, indictione nona, epiſtola uigeſima.

Quòd epiſcopos & presbyteros ac diaconos ex alicuius diœceſi aufugientes ſibi mutuò remiſerunt. Gregorius libro ſeptimo, indictione 2. epiſtola cēteſima decimaſeptima, Syagrium Auguſtodnnenſem epiſcopum monet, ur Menatem & Theodorū profugos non patiatur apnd ſe eſſe, ſed cogat redire ad epiſcopum Mediolanenſem. Idem Meſſanenſem clericum Maximo Salonitano epiſcopo remirtit: libro 7. indictiōe ſecunda, epiſtola centeſima uigeſimanona.

Quòd ſe mutuò conſolati ſunt, & de officijs ſuis admonuerunt. Sic Gregorius Maximum epiſcopum Salonitanum conſolatur de Iuliano Scribone, libro octauo, indictione tertia, epiſtola trigeſimaſexta. Idem Dominico Carthaginēſi epiſcopo de peſte ſcribit, ac monet ut ſit in officio ſuo diligens: libro octauo, indictiōe tertia, epiſtola quadrageſimaprima. Idem Auguſtinum Anglorum epiſcopum monet, ne glorierur de miraculorum operatione, cum etiam mali ea ſæpe edant: libro nono indictione quarta, epiſtola quinquageſimaoctaua. Idem Rauennatenſem epiſcopum Marianum ægrorantem conſolatur, & de medicamine monet, ac ne nimium ieiunijs ſeſe affligat, ſuadet: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola trigeſimaprima. Idem Conſtantiū epiſcopum Mediolanenſem conſolatur, & monet, ne nimium afficiatur obtrectationibus malotum. libro ſexto, indictione decimaquinta, epiſtola 14. Idem ad Anaſtaſium conſolatorias literas dedit, de aduerſitatibus huius mundi. libro ſeptimo, indictione prima, epiſtola tertia.

Interdum uerò totam illam conſociationem plurium prouinciarum diſſenſiones & ſchiſmata turbarunt & diſſoluerunr: ut factum ſub Anaſtaſio narrat Euagrius libro 3. capite trigeſimo: cum nec Orientales Occidentalibus & Libycis, nec Occidentales cū illis, nec Orientis, nec Europæ, nec Libyæ, nec exterarum nationum epiſcopi inter ſe communicarent.

## DE ORDINE INTER ARCHIEpiſcopos, & de primatu.

Ordo qui in ſuperiori ſeculo cōſtitut᷒ eſt, nimirū ut epiſcop᷒ ueteris Romę in ſynodis primùm, Conſtantinopoleos ſecundū, Alexandrinus tertiū, Antiochenus quartū, & ſic deinceps haberet locum: etiā hoc ſeculo ualuit. Nam libro ſecundo Nouellar. titulo 131. de quatuor ſanctis concilijs Iuſtinianus ordinat, ut papa Romanus prior omnibus ſedeat, & poſt enm archiepiſcopus Conſtantinopoleos.

Etſi autem non ad dominatum ſuper alios is ordo erat inſtitutus: nam Pelagius diſtinctione nonageſimanona, cap. nullus patriarcharum: & Gregorius in epiſtola ad Eulogium Alexandrinum, diſtinctione eadē, cap. ecce in præfatione, ideo uetanr Romanum epiſcopum appellari patriarcham uni-

uerſalem, ne alij qui pares ſint, ſuo honore priuentur: tamen myſterium iniquitatis in epiſcopis Romanis iam olim agens, ſubinde progreſsionem fecit in amplianda ſua poteſtate, ſeſeque efferendo ſupra Eccleſias omnes, & epiſcopatum Oecumenicum conſtituendo. Quod quidem ſumma fraude & aſsiduitate egit, cuius ueſtigia haud obſcura in hiſtorijs huius etiam ſeculi cernuntur.

Nam non deſtiterunt ipſi in epiſtolis ſuis ad alios iactitare, de eccleſiæ Romanæ excellentia, & ſuper alias iuriſdictione, ſine omni uerbo Dei, imò contra illud. Sic Symmachus in Apologetico contra Anaſtaſium gloriatur, ſibi omnium Eccleſiarum curam à Chriſto commiſſam eſſe. Et Gregorius, ſedem Romanam dicit ſpeculationem ſuam toti orbi indicere, & nouas conſuetudines omnibus mittere, & omnium perſonarum ſeruitio carere: libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaſecunda. Idē inquit, Apoſtolica ſedes omnium Eccleſiarum caput eſt: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola quinquageſimaquarta. Et Pelagius primus papa, Romanam eccleſiam nullis ſynodicis conſtitutis cæteris eccleſijs prælatam eſſe, ſed Euangelica uoce Domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuiſſe. Tu es, inquiens, Petrus, &c. diſtinctione uigeſimaprima. Quamuis uniuerſæ. Sed quàm malè & quàm inſulſè iſte locus citetur, ipſa hiſtoria Matthęi capite decimoſexto, abundè teſtatur. Iohannes etiam papa in epiſtola ad Iuſtinianum aſſerit, & patrum regulas & principum ſtatuta declarare, quòd Romana Eccleſia ſit uerè caput omnium aliarum: Cod. de ſumma Trinitate. Et Gregorius in quartum Pſalmum pœnitentialem, uehementer inuehitur in Imperatorem, qui Romanam Eccleſiam caput omnium Eccleſiarum ſibi uendicarit, & ancillam facere uoluerit, cum ſit domina gentium: & CHRISTUS dixerit, Tibi dabo claues.

Item non deſtiterunt alios per literas cohortari, ut ſua decreta agnoſcant. Sic Iohannes tertius papa, Germaniæ & Galliæ epiſcopos monet in epiſtola ad eoſdem, ne Apoſtolicæ ſedis inſtituta contemnant. Etiam, licet uanam & falſam opinionem, multi adulatores ipſorum confirmabant. Sic Gregorius Imperatorem & Euſebium coepiſcopum ſuū gloriatur profeſſos eſſe, quòd Conſtantinopolitana eccleſia Apoſtolicæ ſedi ſit ſubiecta: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola ſexageſimatertia. Et Iohannes iactitat Iuſtiniani Cōfeſsionē, qua agnoſcat Rom. Eccleſiam eſſe caput omniū aliarum. Cod. de ſumma Trinitate.

¶ Deinde acta ſynodi ſextæ Carthaginenſis, in quibus ſeculo ſuperiori damnata erat Romani epiſcopi iuriſdictio in Africanas & alias eccleſias, obnixè ſtuduerunt abolere. Sic Bonifacius ſecundus Eulalium Carthaginēſem epiſcopum eò tandem adegit, ut confiteretur, in ſede Apoſtolica, extra maculam ſemper eſſe ſeruatam catholicam religionem: & damnaret omnes anteceſſores & ſucceſſores ſuos, qui ſanctæ Romanæ Eccleſiæ priuilegia caſſare nitantur: ut patet ex epiſtola eius ad Bonifacium, quæ extat in Conciliorum tomis. Ea de re magnificè ſeſe effert idem Bonifacius in epiſtola ſua ad Eulalium Alexandrinum epiſcopum, ubi inter alia inquit: Aurelius Carthaginenſis Eccleſiæ olim epiſcopus, cum collegis ſuis, inſtigante diabolo, ſuperbire temporibus prędeceſſorum noſtrorum Bonifacij & Cœleſtini contra Romanam eccleſiā cœpit. Sed uidens ſe modò peccatis Aurelij Eulalius à Romanæ Eccleſiæ communione ſegregatum, humilians recognouit ſe, pacem & communionem Romanæ Eccleſiæ petens, unà cum collegis ſuis: damnauitq; Apoſtolica autoritate, omnes ſcripturas quæ aduerſus Romanæ Eccleſiæ priuilegia factæ quoquo ingenio fuerunt. In eadem epiſtola monet Eulalium Alexandrinum, ut de hac re etiam ad ſuos collegas & uicinos ſacerdotes referat, quò nimirum & ipſi ſeſe ſubijciant Romanæ ſedi, & gratias agant Deo, pro tam impia & ſcelerata Eulalij reuocatione, & damnatione rectè actorum. Retulerunt etiam iſta ad perpetuam rei memoriam in ſuos libros Pontificios, in hunc modum: Sub Bonifacio relatio uenit ab Afris epiſcopis de conſtitutione, ut cum conſilio ſedis Apoſtolicæ omnia Carthaginenſis epiſcopus faciat.

¶ Tertiò non deſtiterunt eam ſibi arrogare & uſurpare poteſtatem, qua paulatim dominatum illum confirmarent. Huius generis ſunt:

Quòd uendicabant ſibi poteſtatem, archiepiſcopis ſuo arbitrio imperandi de ordinandis aut deponēdis epiſcopis. Sic Gregorius Panthaleonem notarium iubet Mediolanum ire, & efficere ut Deuſdedir diaconus iſthic conſtituatur epiſcopus: lib. nono, indictione qoarta, epiſtola uigeſimaprima. Idem Euſebio epiſcopo Theſſaliæ mandat, ut Lucam presbyterum cogat fidē ſuam confiteri, & ſanctas ſynodos recipere & Neſtorium & Seuerum anathematizare, aut id recuſantem excommunicare: lib. nono, indictione quarta, epiſt. 69. Idem Paſsino Firmano epiſcopo mandat, ut Opportunum, ſi idoneus ſit, creet paſtorem: libro 10.

indi-

indict. 5. epiſt. 13. Idem imperat ſub pœna excõmunicationis, uniuerſis epiſcopis Dalmatiæ, ne quẽ epiſcopum in Salonitana ordinent ecclesia, ſine ſua permiſsione & cõſenſu: libro tertio, indictione duodecima, epiſtola decimaſexta.

Quòd archiepiſcopis mortuis quaſi ſupremi cuſtodes ſcribebant, & monebant eccleſias & clerum de alio eligendo, ſibiq; mittendo, ut ordinarent. Sic Gregorius Mediolanenſis iubet in locum Conſtantij alium eligere: & poſtea cum diaconum Deusdedit elegiſſent, per Panthaleonẽ notarium curauit eum conſecrari. libro octauo, indictione tertia, epiſtola ſexageſimaquinta. Idem Marianum epiſcopum Rauennatenſem iubet, eum qui Arimini electus erat epiſcopus, ad ſe mittere, ut conſecretur. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola quadrageſimanona.

Quòd ſumebant ſibi ius archiepiſcopos citandi, ut coram ſeſe cauſas dicerent, ſi eſſent accuſati. Sic Gregorius papa Seuerum Aquileienſem epiſcopum accuſatum de hæreſi Romam uenire iubet, tum ſuo, tum Imperatoris nomine: libro primo, indictione nona, epiſtola decimaſexta. Idem Natali epiſcopo Salonitano, qui in ſynodo depoſuerat Honoratum archidiaconum, mandat, ut aut in integrum illum reſtituat, aut ad ſe mittat perſonam inſtructam, quæ cauſam contra eum dicat & defendat: libro primo, indictione nona, epiſtola decimanona. Idem Maximum, qui arripuerat ſibi epiſcopatum in Salona, citat ut Romam ueniat, & ſui facti rationem reddat: libro quinto, indictione decimaquarta, epiſtola uigeſimaquinta.

Item eos excommunicandi aut deponẽdi. Sic Agapetus cum ueniſſet Conſtantinopolim, epiſcopum eius urbis ne quidem in conſpectum ſuum admiſit, ſed acceptis libellis accuſatorijs ſtatim depoſuit. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite undecimo. Et Symmachus in epiſtola ad preſbyteros per Illyricum, Dardaniam & Daciam, minatur excõmunicationem omnib. qui nõ ſecum damnẽt hæreticos, Eutychẽ, Dioſcorum, Acaciũ. Gregorius Iohannem epiſcopum primæ Iuſtinianæ, ob iniuſtè dãnatum Adrianum epiſcopum Thebanum, ad dies triginta à communione ſuſpendit, & ſententiam eius reſcindit, ac ut Adrianũ reſtituat in integrum mandat: libro ſecundo, indictione undecima, epiſtola quadrageſimaquinta, & quadrageſimaſexta.

Ac non tantum epiſcopos, ſed etiã Imperatores. Sic Symmachus Anaſtaſiũ Imperatorem cum Acatio conſentientẽ excommunicauit, ut patet ex eius Apologetico.

Aut alijs uicinis demandandi, ut contra eos agerent. Sic Gregorius Iohanni Syracuſano epiſcopo mandauit, ut tractaret de crimine, cuius nomine epiſcopus Conſtantinopoleos erat apud ipſum accuſatus: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola ſexageſimaquarta. Et eidem præcipit, ut Lucullum Meletinæ ciuitatis epiſcopũ, adiunctis tribus aut quatuor conſacerdotibus, ab epiſcopatu deponat. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola ſexageſimaſecunda. Idem Marianum & Conſtantium Mediolanenſem epiſcopum rogat, ut cauſam epiſcopi Salonitani cognoſcant & dijudicent: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola ſexageſimaoctaua. Pelagius ſecundus epiſtolam ſcripſit ad epiſcopos Orientales, eaque diſſuaſit, ne ad ſynodum à Iohanne Conſtantinopolitano uocati uenirent.

Aut in ipſorum prouincijs per ſuos legatos cauſas cognoſcendi & dirimendi, eorum qui appellaſſent. Gregorius in Hiſpanias Iohannem defenſorem ablegat, & mandat ut Iannarium iniuſtè remotum ab officio reſtituat: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola quinquageſima & quinquageſimaquarta. Idem Iohannem notarium ſuum ad Ianuarium epiſcopum Caralitenſem mittit, ut cognoſcat cauſas, & excommunicationem illegitimam Iſidori retractet: libro ſecundo, indictione decima, epiſtola trigeſimaquarta. Idem Antoniũ ſubdiaconum miſit ad Salonitanum epiſcopum, ut iſtbic cauſa cognita ferret ſententiam: libro ſecundo, indictione undecima, epiſtola quadrageſimaſeptima.

Quòd uſurpabant ſibi poteſtatem alijs præſcribendi, quando & quomodo ſynodos in ſuis prouincijs celebrare deberent: quo pacto etiam paulatim ſynodos prouinciales ſibi ſubiecerunt. Sic Gregorius Virgilio Arelatenſi epiſcopo, & poſtea Aetherio & Aregio epiſcopis Galliæ dictitat, de congreganda ſynodo & extirpanda auaricia & ſimonia: libro nono, indictione quarta, epiſtola quadrageſimanona, & ſequentibus. Et libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſimadecima, ea quæ in ſynodo ſint acta, ad ſeſe referri iubet: ac omnino præcipit Gallicanis epiſcopis, ut uel ſemel in anno ſynodos celebrent, iuxta Canonum decreta. Idem Felici epiſcopo Siciliæ mandat, ut ſynodum de cauſis incidentibus colligat: libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaprima. Idem ad Ianuarium Caralitanum epiſcopum ſcribit: Epiſcoporũ bis in anno concilia te celebrare uolumus, ut ſi quis inter eos à ſui forma propoſiti, actionis atq; mo-

rum qualitate diſcordat, ſociali poſsit fratrum increpatione redargui.

Quòd alijs archiepiſcopis præcipiebant, ut controuerſias litigantium iuſtè expedirent. Sic Gregorius Conſtantium Mediolaneuſem epiſcopum monet, ut curet Philagrio campum cum uinea ab Eccleſia occupatum reſtitui: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima trigeſima. Idem Vitaliano coepiſcopo & tribuno Sipontino delegat cognitionem & iudicium de contentione ad relata: libro nono, indictione quarta, epiſtola decimanona. Idem Iſycium Hieroſolymitanum epiſcopum iubet à ſuis eccleſijs hæreſin Simoniacam repellere, & iurgia manſuetè corrigere: aut ſi non poſsit, moderatè ferre. libro nono, indictione quarta, epiſtola quadrageſima. Idem Conſtantio Mediolanenſi epiſcopo præcipit, ut Philagrio res ſuas & puerum reſtitui curet: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima trigeſima. Idem libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola ſexta, Ianuario Caralitano epiſcopo & Innocentio mandat, ut Deſideriæ abbatiſſæ cauſam definiant. Idem Iohanni Rauennati epiſcopo mandat, ut diſcutiat cauſam quorundam ſacerdotum, & ad ſeſe referat: libro ſecundo, indictione u. capite nonageſimotertio.

Quòd poſtulabant, ut alij archiepiſcopi, ſi quid eſſet negocij grauioris, ad ſeſe referrent, & nihil ſine conſilio ſuo agerent. Gregorius Panormitanum epiſcopum iubet cauſam Iudæorum, ſi iſthic nequeat definiri, ad ſe referri: libro ſeptimo, epiſtola uigeſimaſexta. Idem Virgilium Arelatenſem, cui uices ſuas delegat in eccleſijs Gallicanis, iubet controuerſias grauiores ad ſe referre: libro quarto, indictione decimaquarta, epiſtola quinquageſimaſecunda.

Quòd in prouincijs, quos uolebant, conſtituebant ſuper alias eccleſias omnes, tanquam ſuos uicarios, ut cauſas faciliores definirent, & grauiores ad ipſos referrent. Hac ratione alios ſibi adiunxerunt callidè, & ius appellationis præſcripſerunt. Sic Gregorius Maximiano epiſcopo Syracuſano præcipit, ut uice ſua ſit ſupremus inſpector omnium Eccleſiarum Siciliæ, & dirimat leuiores cauſas, alijs grauioribus ad ſe remiſsis: idque priuilegium dicit ſe eius perſonæ, & non loco concedere: libro ſecundo, indictione decima, epiſtola quarta. Idem Virgilium Arelatenſem epiſcopum omnibus epiſcopis Galliæ præfert, & uicarium ſuum conſtituit: libro quarto, indictione decimaquarta, epiſtola quinquageſimaſecunda.

Quòd cauſas eorum qui ad ſe querelas detuliſſent, quaſi ſubdelegabant archiepiſcopis, aut ſynodis ab eis congregatis. Sic enim paulatim ius appellationis præſcribebant. Sic, cum clerus Regenſis Paulinum epiſcopum ſuum accuſaſſent coram Gregorio, quòd pro mercede ſacros ordines uenderet: continuò ille Columbo epiſcopo Numidiæ & Victori archiepiſcopis ſcribit, ac iniungit, ut cum alijs epiſcopis illam cauſam cognoſcat, eumque in ſynodo damnet: libro decimo, indictione quinta, epiſtola trigeſima ſecunda. Idem Iohanni epiſcopo primæ Iuſtinianæ mandat, ut Pauli Dyalinæ ciuitatis epiſcopi cauſam cognoſcat, & reum inuentum cogat reſtituere bona ablata: quod ſi nolit, in monaſterium detrudat. libro decimo, indictione quinta, epiſtola trigeſimaquinta. Idem epiſtola ſequenti Conſtanrio epiſcopo Scodritano ſcribit. Idem ſynodo Vizachienſi imperat, ut de Clementij primatis ad ſe delati ſceleribus inquirant, & ſi reus ſit canonicè deponant: aut ſi innocens, purgetur. libro decimo, indictione quinta, epiſtola trigeſimaſeptima. Idem Columbo Numidiæ epiſcopo mandat, ut unà cum primate concilij & alijs coepiſcopis examinet cauſam Donadei, à Victore epiſcopo ſuo depoſiti: & ſi reus ſit, ad pœnitentiam obligent: ſi uerò inſons, Victorem reprehendant, ut intelligat quàm iniquè fecerit. libro decimo, indictione quinta, epiſtola octaua. Idem præcipit, ut Iohannes Syracuſanus cum defenſore Romano cognoſcat, an Lucillus res eccleſiæ ſurripuerit, ac cogat eum ad reſtitutionem. libro octauo, indictione tertia, epiſtola 9.

Quòd alios archiepiſcopos ad ſeſe Romam alliciebant, ibique aliquandiu ſecum honoris ergò fouebant. Sic Anaſtaſiū Antiochenū ab Imperatore Gregorius petijt ad ſeſe mitti, ut ſecum iſthic uiueret: libro primo, indictione nona, epiſtola ſeptima, & uigeſimaſeptima.

Quòd alij imperabant, ut parêrent ſuis archiepiſcopis. Sic Gregorius ſub pœna excommunicationis edicit, ut Felix epiſcopus Sardiniæ obedientiam & reuerentiam præſtet Iohanni archiepiſcopo Iuſtinianæ primæ: libro quarto, indictione decimatertia, epiſtola ſeptima.

Quòd aliorum facta ambigua, aut etiam bona reprehendebant. Sic Gregorius Serenum epiſcopum Maſsilienſem, qui imagines propter adorationis abuſum fregerat, reprehendit: ac monet, eum debuiſſe illas relinquere integras, & tantum populum abducere ab

adoratione-

adoratione. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſimanona. Idem Paſcaſium Neopolitanum epiſcopum perſtringit ob feſtiuitates Iudæis impeditas: ac monet, non ui, ſed ratione & mãſuetudine eos uincendos. libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola decimaquinta. Idem, Victorẽ Panormitanum epiſcopum, qui Iudæorum ſynagogam occupauerat & conſecrauerat, iubet eis precium pro ea ſoluere, & codices ac ornamenta reſtituere. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola quinquageſimaoctaua. Idem Petro epiſcopo Terracinenſi præcipit, ne Iudæos in ſuo loco conuenire prohibeat. libro ptimo, indictione nona, epiſtola trigeſimaquarta. Idem reprehendit Mauricium patricium & Elpidium ac alios, quòd in ordinatione Cyriaci epiſcopi exclamauerint: Hæc eſt dies quam fecit Dominus, &c. cum illa ſententia de Chriſto ſolo loquatur. libro ſexto, indictione 15, epiſtola ſeptima.

Quòd omnino imperabãt alijs archiepiſcopis, ut appellationes ad Romanum epiſcopum concederent. Sic Gregorius Conſtantino epiſcopo Mediolanenſi, de Pompeio innocenter cõdemnato ſcribit, ac eum ad ſedem Apoſtolicam appellaſſe indicat. libro octauo, indictione tertia, epiſtola uigeſimanona. Idem Iohannem Iuſtinianæ primæ epiſcopum, & Iohannem Lariſſęum durius tractat, quòd appellationem ad Romanam eccleſiam Adriano epiſcopo Thebano uoluiſſent concedere: ut patet ex libro ſecundo, indictione undecima, epiſtola quadrageſimaquinta & 46.

Quòd alijs epiſcopis ſua pallia, cucullas, paraturas, benedictiones, reliquias ſanctorum obtrudebant, ut eos paulatim ſibi deuincirent: & compararent ius, ne cui liceret ordinare epiſcopos, niſi prius accepto pallio. Sic enim Pelagius præcepiſſe dicitur distinctione centeſima, canone primo & ſecundo, ut omnes metropolitani à ſede Romana ſpacio trium menſium poſtulent palliũ: & ne quis ſiue archiepiſcopus, ſiue primas, ſiue patriarcha, ordinet epiſcopos ante pallium acceptum. Gregorius Firmino epiſcopo Hiſtriæ, de benedictione ſancti Petri, paraturam unam tranſmiſit: libro decimo, indictione quinta, epiſtola trigeſima octaua. Idem Maximo epiſcopo Salonitano pallium obtrudit: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima uigeſimanona. Et Auguſtino Anglorum epiſcopo, libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola decimaquinta. Ibidem Londinienſem epiſcopum iubet ordinari quidem à ſynodo, ſed pallium à Romana ſede accipere: cuius etiam Beda meminit in libro de Temporum ratione. Idem Iohanni epiſcopo Panormitano pallij uſum largitur: libro undecimo, indictiõe ſexta, epiſtola quadrageſima ſecunda. Idem claues beati Petri mittit Antiocheno patriarchæ, quæ ſupèr ægrotos poſitę miracula poſsint operari. libro primo, indictione nona, epiſtola uiceſimaquinta.

Quòd ius ſibi ſumebant priuilegia & dignitates alijs, tum epiſcopis, tum eccleſijs, tum monaſterijs & xenodochijs conferendi & confirmandi. Sic Gregorius Auguſtino interrogãti, quomodo ſeſe erga Galliarũ & Britannorum epiſcopos gerere debeat? reſpondet: ſe in Galliarũ epiſcopos ipſi nullam authoritatem tribuere, ſed Britannię epiſcopos eius authoritati ſubijcere: cum tamen nec ipſe ullũ ius in Britannos haberet. Beda libro primo, capite uigeſimoſeptimo hiſtoriæ Anglicæ. Miſit etiam ei pallium, eiusque uſum ad miſſarum ſolennia conceſsit, & poteſtatem fecit per ſingula loca duodecim epiſcopos in ſua ditiõe ordinandi. Beda lib. eodẽ, cap. uigeſimonono. Lugdunenſem & Eboracenſem epiſcopos miſſo pallio Gregorium feciſſe metropolitanos, indicat Marianus Scotus in Chronico. Gregorius in epiſtola decimaſeptima, libro ſeptimo, indictione prima, Bonifacio & alijs defenſoribus ſeptẽ priuilegia & honorem regionarium decernit. Idem priuilegia confert monaſterio in Claſsitana ciuitate conſtituto: libro ſeptimo, epiſtola decimaoctaua, indictione prima. Idem meminit priuilegiorum eccleſiæ Iadertinæ, à ſuis anteceſſoribus donatorum: libro ſeptimo, epiſtola uigeſimaquinta. Idem meminit libro eodem, epiſtola uigeſimaoctaua, quòd ſolis diaconis Meſſanenſibus conceſſum ſit procedere calceatos. Idem libro ſeptimo, indictione ſecũda, epiſtola cẽteſima undecima, Aregio epiſcopo Dalmaticas mittit: eique priuilegij loco concedit, ut archidiaconos ſuos earum uſu decoret. Idem Siagrio Auguſtodunenſi epiſcopo pallium mittit, & eccleſiæ eius proximum locum poſt Lugdunenſem tribuit: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima duodecima. Idẽ Leandro epiſcopo Hiſpaniarum pallium ad miſſarum ſolennia trãſmiſit: libro eodem, indictione ſecunda, epiſtola 125. Idque epiſtola ſequenti dicit, ſe ei debuiſſe ob antiquam conſuetudinẽ & ob mores Romanos, & ob bonitatem & grauitatem eius. Idem Maximo epiſcopo Salonitano pallium mittit, longam eius texens allegoriam, quòd humilitatem & iuſticiam notet: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola uigeſimanona. Calliopolitanum epiſcopum propter priuilegia cõceſſa

ſibi uult eſſe deuinctum & ſubiectum: libro & indictione eadē, epiſtola centeſimaquarta. Idem monaſterio & xenodochio Auguſtodunenſi priuilegia dedit: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola decima. Idem facit libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaſecunda, ubi monaſterium Mariæ in oppido Sueſſonū caput omnium in Gallijs conſtituit.

Quòd præſcribebant alijs ſuas formas inſtaurādi aut inſtituendi eccleſias. Sic Gregorius Auguſtino modum inſtituendi epiſcopos in Britānijs præſcripſit. Beda in Anglica hiſtoria libro primo, capite uigeſimonono: & Gregorius libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola decimaquinta. Vnde Blondus dicit libro octauo, pagina centeſima decima, ſub Imperatore Mauricio Romam cœpiſſe denuò per ſeruorum Chriſti Auguſtini & aliorum, & pontificis autoritatem, Britanniæ, & eius incolis Saxonibus Anglicis imperare: cum tamen antea religionem Chriſti haberēt, & eccleſias bene conſtitutas, quas Auguſtinus ille ingreſſus non cum euangelio pacis, ſed cum Apoſtolatus ſui uexillo cruce argentea, letania, proceſsione, iconibus, ſimulachris depictis, reliquijs, canticis ac ritualibus libris decorauit: ut ex Galfridi libro octauo, capite 4. de Britannorum geſtis, refert Balæus in Catalogo ſcriptorum Anglicorum.

Quòd ius præſidendi in concilijs Oecumenicis ſibi ſolis adſcribebant. Iohannes Romæ epiſcopus noluit aſsidere Epiphanio Conſtantinopoleos epiſcopo, ſed occupauit thronum ſuperiorem. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite nono.

Quòd ab alijs acta reſcindebant. Sic Gregorius damnationem Iohannis presbyteri Chalcedonenſis, factam à Iohanne Conſtantinopoleos epiſcopo, retractat in ſua ſynodo: & præcipit eum ut innocentem abſolui libro quinto, indictione decimaquarta, epiſtola decimaquinta, & 16. & decimaſeptima. Acta ſynodi Conſtantinopolitanæ, in qua Iohannes ſeſe uniuerſalem appellauit epiſcopum, caſſauit Pelagius: ut conſtat ex Gregorij libro quarto, indictione decimatertia, epiſtola trigeſimaſexta, & trigeſimaoctaua.

Quòd ſibi arrogabant poteſtatem diſpenſandi contra Canones in concilijs factos. Sic Gregorius Canonem de bis in anno congregando concilio reſtringit, & ſemel tantum fieri præcipit: libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaprima. Idem conſuetudinem illam, qua in triennio ſemel ſolebant epiſcopi Siciliæ Romam uenire, mutauit: & ſanxit, ut in quinquennio ſemel comparerent, & quidem ad natalem ſancti Petri. libro ſexto, indictione decimaquinta, epiſtola decimanona.

Sumebant ſibi ius impertiendi alijs epiſcopis de dedicatione eccleſiarum: ut ita paulatim regulam conſtituerent, non licere ſine ſua autoritate ullas baſilicas conſecrare. Sic Gregorius Fortunato Neapolitano epiſcopo mandat, ut Eccleſiam ab Andrea abbate conſtructam conſecret. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola decimaquinta. Idem Felici epiſcopo Meſſanēſi præcipit, ut accepta legitima donatione, baſilicam, quam Ianuarius iſthic extruxerat, conſecret. libro duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola decima. Idem Paſsiuo epiſcopo Firmano iniungit, libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola decimaoctaua.

Quòd alijs ſuas ceremonias præſcribebant. Sic Gregorius Eulogio Alexandrino epiſcopo mandat, ut eccleſias uiſitet, & baptizatos conſignet: libro octauo, indictione tertia, epiſtola trigeſimaſexta. Idem Palladio presbytero de monte Sina, de benedictione Petri apoſtoli cucullam & tunicam miſit. libro octauo, indictione tertia, epiſtola quadrageſimaquarta. Idem uniuerſis epiſcopis Siciliæ præcipit, ut omni hebdomade feria quarta & ſexta letaniam indicant, & contra Barbarorum incurſiones à Deo auxilium petant. libro nono, indictione quarta, epiſtola quadrageſimaquinta. Idem ceremonias conſecrandi eccleſiam Neapolitano epiſcopo præſcribit: libro octauo, indictione tertia, epiſtola tertia. Eundem inſtituiſſe, ut anniuerſarius dies dedicationis eccleſiarū ſolenniter celebraretur: autor eſt Gygas. Et Iohannes Diaconus in uita Gregorij libro ſecūdo, capite quinto narrat, Gregorium collectis circumquaq; prouincialium epiſcopis, conſuetudinea ſedi Romanæ contrarias anathemate condemnaſſe. Et Iohannes & Theodotus Romani cantores, per Gallias in Britannias à Vitaliano præſule euocati, uiciatas ab Occidentalibus eccleſijs cantilenas correxerunt. idem libro ſecundo, capite 8.

Quòd ritus ab alijs uſurpatos ſine autoritate ſua prohibebant. Sic Gregorius lib. 2. indictione 11, capite nonageſimotertio inquit: Etiāſi hoc (ſcilicet quòd clerici uſi ſint mappulis) in aliqua eccleſia præſumptum fuerit: tamen aſſerunt emendandum, quod non conceſsione Romani pontificis, ſed ſola ſurreptione præſumitur.

Alias etiam eccleſias argento emungebant. nam Gregorius argentum eccleſiarū à populo & clero oblatum, ad ſeſe deferri iubet. lib. 10. indict. 5. epiſt. quadrageſimaſeptima.

ſeptima. Idem redituum qui Romanæ eccleſiæ debeantur ex Syracuſana & Panormitana eccleſia, meminit libro eodem, indictione quinta, epiſtola 50.

Quòd in monaſteria plua ſibi iuris nendicarunt quàm par erat. Gregorius Gazarienſe, quod ſitum eſt in Plagia, & monaſterium Puteolis conſtitutum, monachis deſtituta, coniungit in perpetunm monaſterio quod Neapoli erat in domo Romani, cum omnibus reditibus: libro octauo, indictione tertia, epiſtola trigeſimanona. Idem Ianuario epiſcopo Caralitano monaſterium cõmendat: libro nono, indictione quarta, epiſtola uigeſima. Idam Agapito abbati monaſterium in fundo Martiano pronínciæ Campaniæ committit, cum ommibus bonis: reſeruata tamen iuriſdictione Nucerino epiſcopo, in cuius ſit diœceſi: libro nono, epiſtola ſexageſimaſeptima. Idem Adeodato abbati præcipit, ut Craterenſe monaſterium ſuo adiũgat: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola quarta. Idém, Bonum abbatem Lirinenſem ſibi conciliat: libro nono, indictione quarta, epiſtola octaua. Idem epiſcopo Neapolitano iniungit, ut caueat ne amplus milites in Augelæ monaſterio hoſpitio excipiantur: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima ſeptima. Idem mandat Fortnnato Neapolitano epiſcopo, ut monaſterijs omnib. interdicat, ut biennium probent monachos, antequam tondeant, & nullum militem ſine pontificis Romani conſenſu recipiant. libro octauo, indictione tertia, epiſtola uigeſimatertia. Idem edictum proponit libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola decimaquinta, ne epiſcopi aut presbyteri prętet diligenriam diſciplinæ, aliqnid moleſtiarũ inferant monaſterijs. Monachos in Capricana inſula ſceleratè uiuentes, & diabolo magis quàm Deo ſeruientes, Iohanni defenſori puniendos cõmittit: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola quinquageſimaſecũda. Idem Iohanni de urbe ueteri mandat, ne in monaſterio miſſas celebrari, & mortuoa ſepeliri prohibeat: libro primo, indictione nona, epiſtola duodecima.

Quòd ad reges ſcribebant, eosq; admonebant de rebus ad eccleſiæ diſciplinã pertinentibus. Sic Gregorius ad Brunichildam reginam Francorum ſcribit, non rectè fieri ꝙ permittat ex laicis ſacerdotes creari, & Iudæos Chriſtiana mancipia poſsidere: ac monet eam, ut illa emendari curat. libro ſepcimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima decimatertia. Idem Syagrio epiſcopo, & Theodorico, & Theoberto Francorũ regibua, de Vrſicino Tauritanę ciuitatis epiſcopo iniuria affecto ſcribit: ac rogat, ut illi ius dicant, & illicitè acta reſcindant, & in integrum reſtituant: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima uigeſima. Idem Theodorum & Clotharium regea Franeorum & Brunechildem monet, ut ſynodum conuocent, in qua Simoniaca hæreſis damnetur: libro nono, indictiõe quarta, epiſtolis quinquageſimaſecunda, 53. 54. 55. 56. Idem Aldibergæ reginæ & Aldiberto regi Anglorum commendat Auguſtinum audiendum: libro nono, indictione qnarta, epiſtola ſexageſima. Smaragdum exarchum rogat, ut Firminum Trigeſtæ epiſcopum à moleſtijs defendat: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola trigeſimaoctaua. Idem exatchum Italiæ monet, ut Blãdum epiſcopum, quem Rauennæ tenebat captiuum, dimittat, aut in ſynodo de eius crimine agat: libro primo, indictione nona, epiſtola trigeſimaſecunda. Iohannes Romæ epiſcopus in epiſtola ſua ad Iuſtinianum, Cod. de ſumma Trinitate rogat, ut Cyrum & alios ob hæreſin excommunicatos, ſi agant pœnitentiam, clementer recipiat. Gregorius in epiſtola ad Mauricium, libro ſecundo, indictione undecima, capite centeſimo, improbat legem eius qua interdixerat, ne quia ex militibus in monaſteria recipiatur.

¶ Quartò, nec defuerunt illis aliæ occaſiones, quas auidè arripuerunt pro ſuæ dignitatis & dominatus præſcriptione. Eiuſmodi fuerunt.

Quòd alij archiepiſcopi interdum uſi ſunt aorum conſilio in controuerſijs. Sic Gregorius libro ſeprimo, epiſtola trigeſimaſecunda, Dominici Carthaginenſis epiſcopi epiſtolam interpretatur, quòd agnoſcat Apoſtolicam ſedem, eique deferat reuerentiam. Sic Felix Siciliæ epiſcopus petijt à Gregorio conſilium de conſanguinitatis coniunctione, de dubitatione, an Eccleſiæ eſſent conſecratæ uel non: libro dnodecimo, indictione ſeptima, epiſtola trigeſimaprima.

Quòd ab ijs auxilium in damnatione errorum petebant. Sic Orientalis Eccleſia à Symmacho petijt, ut ſibi contra Acarij hæreſin ſubueniret: nt patet ex epiſtola Orientalium ad Symmachum. Et epiſcopi Orientales Agapetum rogarunt, ut Antimum deponeret: ut conſtat ex prima actione ſynodi Conſtantinopolitanæ quintæ.

Quòd epiſcopi ab ijs petebant pallij uſnm concedi, & priuilegia ſuarum eccleſiarum confirmari. Id quod Deſiderinm feciſſe, apparet ex Gregorij libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima decimaſexta. Quod ne res nullius momanti

uideretur,

uideretur, pallium interdũ denegarunt quibuſdam. nam Gregorius Syagrio epiſcopo, licet reges & regina pro eo intercederent, prorſus recuſauit pallij conceſsionem. Ioannes Diaconus libro tertio, capite primo, in uita eiuſdem. Interdum pallio non licitè iuxta eorum opinionem utentes, reprehenderunt. Sic Gregorius Iohanné Rauennatem epiſcopum grauiter obiurgat, quòd præter morem omnium metropolitanorũ pallio utatur in Letanijs: & seriò mandat, ut tantum in miſſarum ſolennitatibus utatur: libro ſecundo, indictione undecima, capita nonageſimotertio.

Quòd pręſidium eius implorabant cõtrá iniurias & oppreſsiones præfectorum & iudicum. Sic Victor Fauianenſis epiſcopus Gregorio queſtus eſt, quòd iudices in Africa multa uiolenter & impiè agerent. unde ille occaſionem ſumpſit ad præfectum Africæ ſcribendi, eumque rogandi, ut quę minus rectè fieri uiſa ſint, emendaret. libro nono, indictione quarta, epiſtolà prima.

Quòd alij petebant ab ipſis reliquias ſanctorum. Sic Auguſtinus à Gregorio petijt reliquias Sixti martyris: libro duodecimo, indictione ſeptima.

Quòd alij epiſcopi petierunt ab ijs commendationes pro ſe, aut pro ſuis ad alios. Sic Marinianus Rauennæ epiſcopus miſſurus diaconum ſuum Florentium Conſtantinopolim, petijt à Gregorio, ut eum Anatholio commendaret: ut patet ex libro nono, indictione quarta, epiſtola ſecunda. Conſtantius etiam Mediolanenſis epiſcopus ab eodem petijt, hominas ſuos Anatolio cõmendari: libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola quinquageſimaſeptima.

Quòd alij epiſcopi petierunt ab ijs, ut legatos ſuos ad ſynodos etiam prouinciales mitterent, qui contra canones Eccleſiaſticos cõmiſſa corrigant. Sic quidam Galli à Gregorio poſtularunt, ut in ſynodũ ſuam ableget, qui ad normam canonũ omnia reuocent & emendét: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola nona.

Quòd alij epiſcopi petierunt ab ijs confirmationem epiſcoporum à ſe electorum & ordinatorum. Sic epiſcopi per Illyricum, cum Iohannem elegiſſent & ordinaſſent epiſcopum cum Imperatoris conſenſu, petierunt etiam à Gregorio Romano epiſcopo, ut ſui aſſenſus autoritate eam cõſecrationem confirmaret. quod ille lubens facit, ac in eius rei teſtimonium pallium tranſmittit: libro quarto, indictione decimatertia, epiſtola nona.

Quòd in contẽtionibus de iuriſdictione ab epiſcopis Romanis petebant iudicium & ſententiam comprobatiuã. Vnde illi poſtea legem extruxerũt, in rebus dubijs ſemper oportere ſententiam ſuam expectari. Sic Andreæ Nicopolitani ſententiam, qua epiſcopum Iſauriæ, caſtrum Caſsiopi ſuæ iuriſdictioni adijcere cupientem repreſsit, & id epiſcopo Corcyræ Alcyſono adiudicauit, Gregorius appròbat & confirmat: ac ea de re ad Alcyſonum & Bonifacium Conſtantinopoleos diaconum ſcribit: lib. duodecimo, indictione ſeptima, epiſtola ſecunda & tertia. Idem contra eos qui negabant diſceptationem inter Rauennatem epiſcopum & Claudium abbatem, debere à Romano pontifice tractari, inquit: Nunquid non ipſe noſti, quia in cauſa quę à Ioanne presbytero contra Iohannem Cõſtantinopolitanum fratrem & coepiſcopum noſtrum orta eſt, ſecundum Canones ad ſedẽ Apoſtolicam recurrit, & noſtra eſt ſententia definita? Si ergo de illa ciuitate ubi princeps eſt, ad noſtram cauſa cognitionem eſt deducta: quanto magis negocium quod cõtra nos eſt, hic eſt ueritate cognita terminãdum? lib. 5. indict. 14. epiſtola 24.

Quòd appellabant interdum ad ſynodũ uniuerſalem, cui pręeſſet Romæ epiſcopus: ut fecit Macedonius, apud Theodorum Lectorem Collectaneorum libro ſecundo.

Quòd Imperatores & epiſcopi ſeſe nimis humiliter gerebant erga eos. Vnde Gregorius inquit: Quis dubitet Cõſtantinopolitanam eccleſiam Apoſtolicæ eſſe ſubiectã, quod & pijſsimus dominus Imperator, & frater noſter eiuſdẽ ciuitatis epiſcopus aſsiduè profitentur. refert Iohannes Diaconus in uita Gregorij, lib. 2. cap. 21. Et Ioannes papa in epiſtola ad Iuſtinianum cõmendat & laudat eum, quòd Romanæ ſedis reuerẽtiam conſeruet, & ei cuncta ſubijciat, & ad eius ducat unitaté, cuius autori, hoc eſt Apoſtolorum principi, Domino loquente præceptum ſit, Paſce oues meas: quam eſſe omnium uerè eccleſiarum caput, & patrũ regulæ & principum ſtatuta declarent, & pietatis eius reuerendiſsimi teſtentur affatus. C. de ſumma Trinitate.

Quòd Imperatores interdum decreta uel à ſe, uel à concilijs facta, confirmari ab ijs petebant. Vnde Symmachus in Apologetico, Anaſtaſio obijcit inquiens: Catholici principes quidem ſemper Apoſtolicos præſules inſtitutos ſuis literis præuenerũt: & illam confeſsionem, fidemq; præcipuã tanquam boni filij quæſiuerunt debitæ pietatis affectu, cui noſtis ipſius Domini Saluatoris ore curam totius Eccleſiæ delegatam. Ita uidetur Iuſtinianus à Ioanne petijſſe, ut ſuum decretum contra hæreticos confirmaret.

maret: qđ etiã fecit. C. de ſumma Trinitate.

Quòd ijdẽ nimis eis indulgebant, & ſubinde plus concedebant poteſtatis & priuilegiorum. Nam ut refert Balæus lib. 2. de Actis Romanorum pontificum, ex Iſidoro: Iuſtinus Hormiſdam Romanũ archiepiſcopũ nouo dignitatis titulo alijs prætulit, ut nimirum patriarcham eum crearet, anno Domini 520. Deinceps ergo cum Romani epiſcopi à Syluestro per annos 200 archiepiſcopi fuiſſent, patriarchæ dignitatẽ ſibi uſurparunt. Et Iuſtinianus iuſsit, ut in ſynodis prior omnib. ſedeat papa Romanus, & poſt illũ epiſcopus Conſtãtinopoleos. lib. 2. Nouell. tit. 131. de quatuor ſanctis Concilijs.

Quòd ſeſe interponebant inter diſsidentes gubernatores politicos. Gregorius enim reginam admonuit, ut cum rege Agilulfo de pace ageret. Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capite tertio. Idem multa ſcripſit de pace inter Longobardos & Romanos conſeruãda: ut refert Regino libro primo in Chronico. Idem, quòd alij reges utebantur eorum opera in rerum inquiſitione. Sic Recaredus Vueſtgotthorum rex petijt à Gregorio, ut ad Imperatorem ſcriberet, ut pacta requireret in Chartophylacio à Iuſtiniano facta. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 126.

Quòd reges petebant ab ljs confirmatoria monaſteriorum. Sic Childebertus petijt à Gregorio, priuilegia monaſterio Arelatenſi conceſſa diſponi & confirmari: ut ipſe gloriatur libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima decimaquinta. Item eccleſiæ, monaſterio & xenodochio à Brunichilda extructis priuilegia dedit: libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola octaua.

Potentia etiam & autoritas ipſorum per duces Barbarorum aucta eſt. nam Atalaricus Bonifacium & Ioannem à ſenatu & populo honorari curauit: & ſanxit, ne epiſcopi à quoquam alio quàm à Romano pontifice ordinentur: ut narrat Nauclerus uolumine ſecundo, generatione decimaoctaua. Beliſarius auream crucem centum librarum precioſiſsimis gemmis exornatã, Vigilio papæ in honorem Petri dedit. Paulus Diaconus libro decimoſexto. Item, per nimiam politicorum reuerentiam. Iuſtinianum enim Agapetum papã adoraſſe, Nauclerus refert libro ſecundo, generatione decimaoctaua.

Poſtremò & hoc memoria & notatu dignum eſt, quòd contra eos qui ſponte ſeſe ſubijcere ijs noluerunt, principum & regum abuſi gratia. gladios ſtrinxerunt. Nam narrat Galfridus libro octauo hiſtoriæ Britannicæ, capite quarto, Edelbertum Cãciorum regem indignè tuliſſe Britonum libertatem, qua recuſabant ſeſe ſubijcere Auguſtino Romanenſi legato: & cõiunctis copijs cum Edolfrido, mille ducentos monachos & ſacerdotes interfeciſſe.

## CONTRA PRIMATVM.

NEc tamen ſummũ faſtigium planè & in omnib. aſſecuti ſunt Ro. epiſcopi. Nam non omnes approbarunt illas glorioſas proclamationes de primatu Romanæ eccleſiæ. Epiſcopi enim illi qui Symmachum papam ad Theodoricum accuſarunt, inter alia crimina etiam hoc illi obiecerunt, quòd iactarit ſe à Chriſto, cum paſcendi oues poteſtate, accepiſſe etiam peccandi licentiam: ut ex Ennodij ſcripto colligitur. Conſtantinopolitanam eccleſiam & alias per Illyricum, Dardanium & Daciam, autoritatem & admonitiones Romani epiſcopi neglexiſſe, Symmachus in epiſtola ad presbyteros per Illyricum teſtatur. Gildas in caſtigatione Eccleſiaſtici ordinis ad omnes ſacerdotes ſanctos refert dictum, Quæcunque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta in cœlis: ac epiſcopos non docentes, & malè uiuentes, proditores, & non ſucceſſores Apoſtolorum eſſe aſſerit.

Dinoth abbas Britonũ, & alij epiſcopi, cũ Auguſtinus eorũ eccleſias ſibi & Rom. pontifici conaretur ſubijcere, diuerſis monſtrauit argumẽtis, ſe nullam ei debere ſubiectionem. Res uenit ad arma: ſed Britones nec ijs quidem adigi potuerunt, ut ſeſe Romano pontifici ſubmitterent: ut narrat Galfridus lib. 8. Britannicæ hiſtoriæ, capite 4.

Videntur etiam Germaniæ & Galliæ epiſcopi non admodum curaſſe inſtituta Romanæ eccleſiæ. Nam illi in epiſtola ad Anaſtaſium, quæ inter Auentini collectanea reperta eſt, monent papam & epiſcopos Italiæ, ut ſe miſſos faciant, & non imperium & tyrannidem in ſe exerceant, & ſuas res curent. Nam eorum prauam famam per orbem terrarum ſpargi: & moneant eos, ne in ſe Gallicam feritatem nimium prouocent, affirmando epiſcopos Galliæ ſpiritualiter ægrotare. unde neceſſe habuit Ioannes tertius per epiſtolam eos cohortari, ne Apoſtolicæ ſedis inſtituta contemnant: & Catinenſem ac Syracuſanum epiſcopum Gregorio obmurmuraſſe, propterea quòd Conſtantinopolitanæ eccleſiæ conſuetudines in Italias inueheret, indicat Iohannes Diaconus libro ſecundo, capite 21. in uita eius.

Hyberniæ etiam epiſcopi parui pendiſſe Romanorum pontificum autoritatem uidentur, apud Gregorium libro ſecundo, indictione 10. epiſtola trigeſimaſexta. Imò ne ipſi quidem Romani epiſcopi ſeniores, uniuerſale

uniuerſales & Oecumenici epiſcopi appellari uoluerunt: ut patet ex Pelagij & Gregorij ſententijs allegatis, diſtinctione nonageſimanona, cap. Nullus patriarcharũ. & cap. Ecce in præfatione. & libro ſeptimo, epiſtola Gregorij trigeſima ad Eulogium.

Nec Imperatores eos pro Oecumenicis epiſcopis agnouerunt, inter quos fuit Anaſtaſius: ut patet ex Symmachi Apologetico aduerſus eundem. Idem Imperator Hormiſdæ legatos malè tractauit, eique reſcripſit: Nos iubere uolumus, & nõ nobis iuberi. ut refert Heinricus de Erphordia in Chronico. ſeu, Auguſtorum eſt imperare, & non pontificis: ut Simoneta libro quarto, capite decimonono: Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo. Et Mauricius Imperator admonuit Gregorium, ut Iohannem Conſtantinopolitanum uniuerſalem patriarcham in ſynodo Græcorum creatum agnoſceret, eique ſeſe ſubmitteret. Simoneta libro quarto, capite trigeſimoprimo.

Erant etiam ſub Imperatorum & aliorum poteſtate. Sic Theodericus Romæ potens, epiſcopatum Symmachi confirmauit, collecta ſynodo epiſcoporum: Theodorus Collectaneorum libro ſecundo. cum tamen eum prius accuſatum de multis criminibus, ab officio depoſuiſſet, & reditib. pontificijs ſpoliaſſet: ut patet ex Ennodij ſcripto, in tomo Conciliorum. Gregorius cõſenſu Imperatoris à clero & populo electus eſt pontifex. Sigebertus in Chronico: & Ottho Phryſingenſis libro quinto, capite quinquageſimoſeptimo. Et Beliſarius, cum de Syluerij proditione reſciuiſſet, ab officio eum per Iohannem ſubdiaconum depoſuit, pallio à collo eius detracto: ac ueſte monachica indutum in monaſterium abdidit. Continuator Damaſi. Moris fuit, ut pontificiam dignitatẽ Imperatores ijs qui crearentur, ſuo ratam facerẽt aſſenſu. Sabellicus libro quinto, Enneade octaua. Sic Iuſtinus Hormiſdæ autoritatem ſeu epiſcopatũ confirmauit: Platina in uita eius. Et Gregorium à clero populoque Romano electũ, Mauricius Imperator per legatos cõfirmauit. Simoneta libro quarto, capite trigeſimo primo: ac eam confirmationem ei Iohannes Conſtantinopoleos epiſcopus apud Imperatorem procurauit: ut patet ex Gregorij libro primo, indictione nona, epiſtola quarta & quinta.

Nec defuerunt alij qui ſibi ſupremam omnium eccleſiarum curam & iuriſdictionẽ arrogarent. nam Iohannes Conſtantinopolitanus ſeſe appellabat uniuerſalem epiſcopum: quòd Gregorius adeò improbat, ut inde colligat, propinqua iam eſſe Antichriſti tempora. libro quarto, epiſtola trigeſimaquarta. Imò libro ſexto, epiſtola trigeſima, apertè inquit: Ego fidenter dico, quòd quiſquis ſe uniuerſalem ſacerdotem uocat, uel uocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtũ præcurrit, quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit. Idem libro quarto, epiſtola trigeſimaſecunda ad Mauricium Auguſtum dicit, id eſſe contra ſtatuta Euangelica, contra Canonũ decreta. Et libro eodem, epiſtola trigeſimaſexta & trigeſimaoctaua narrat, quòd licet Chalcedonenſis ſynodus Romano põtifici nomen uniuerſalis epiſcopi obtulerit (nota mendacium Gregorij) tamen nullus unquam præceſſorum ſuorũ hòc tam prophano uocabulo uti conſenſerit. Quia ſi unus patriarcha uniuerſalis dicatur, patriarcharum nomen cæteris derogetur. Eadem ſententia extat in libro ſeptimo, epiſtola trigeſima, & ſexageſimanona. Sic cum Cyriacus, Iohannis ſucceſſor, Conſtantinopoleos patriarcha in ſynodica ſua epiſtola iterum uſurpaſſet nomen uniuerſalis epiſcopi, Gregorius illum denuò de ſuperſtitioſo illo & ſuperbo uocabulo monuit, de quo etiam expreſsè inquit: Si unus epiſcopus uocatur uniuerſalis, uniuerſa Eccleſia corruit. libro ſexto, indictiõe decimaquinta, epiſtola uigeſima quarta, & uigeſimaoctaua.

Legibus etiam Imperatorum nonnihil impediti ſunt. nam Nouella conſtitut. 100. Conſtantinopolitanus patriarcha coæquatur Romano epiſcopo. & conſtitutione centeſima uigeſimatertia, clericos cuiuslibet prouinciæ ſuo patriarchæ ſine ulteriore prouocatione ſubijcit. Mauricius etiam Gregorium iuſsit Iohannem Conſtantinopolitanum pro uniuerſali patriarcha agnoſcere. id uerò cũ Gregorius recuſaſſet, milites ex Italia euocauit, & Longobardos aduerſus Romanos concitauit. Simoneta libro quarto, capite trigeſimoprimo, & Gregorium fatuum appellauit: ut apparet ex libro quarto, indictione decimatertia, epiſtola trigeſimaprima.

Nec licuit illis aliorum priuilegia imminuere. Vnde Gregorius Traiano quidẽ permiſit, ut quatuor uel quinq; monachos ſecũ ex monaſterio Syracuſano auferret: ſed ita, ſi Iohannes eius loci epiſcopus, conſentiret. libro octauo, indictione tertia, epiſtola prima. Idem inquit: Sic huius loci ordinationem diſponimus, ut tamen iura ſua ſingulis epiſcopis inuiolata ſeruemus. libro nono, indictione quarta, epiſtola ſexageſimaſeptima.

Nec integrum illis fuit ſynodum conuocare: uerùm Magiſtratus id erat. ut apparet ex Gregorij epiſtolis ad reges Francorum, in quibus ſupplicat de ſynodo: lib. 9. indict. 4. epiſtola 51. 53. 54. 55. 56.

Quòd

*Quòd poteſtas eligendi Imperatorem non fuerit penes pontifices Romanos.*

Non apparet in hac ętate, quòd Romani pontifices ius habuerint inaugurandi Imperarores: ſed illud potius penes ipſos Imperatores uel exercitum fuit, quem ſibi ſuccedere aut eligere uoluerunt. Contrárium autem inuenitur, quòd Pontifices, ſub Imperatorum poteſtate fuerint: ut exempla oſtendunt. Cum enim Hormiſda papa ad Anaſtaſiũ mitteret legatos, qui cum eo de hæreſi Eutychiana agerent, Imperaror legatos naui quaſſa et rimoſa remiſit, et iuſsit Papę hoc reſpõſum ferre, ut ſciret: IMPARATORIS PROPRIVM ESSE IMPARARE, NON IMPERATA PONTIFICIS ACCIPARE. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione decimaoctaua, ab inirio. Item Heinricus Erphordienſis, de Anarhaſio.

Ira Euagrius ſcribit, quòd Beliſarius Syluerium pontificem in exilium ablegauerit, & in eius locum Vigilium euexerit, libro 4. capite decimonono.

Theodoricus Gottorum rex Iohannem Pontificem interficit. Sabellicus Enneade octaua, lib. 3.

Theodatus rex Italiæ Syluerium elegit, & in Pontificem confirmat. Ea res poſtea Iuſtinianum accendit ad bellum: quia non Regum, ſed Imperatorum conſueuerat ſub id tempus interuenire auroritas. ibidẽ. Narrat tamen Sabellicus quoq;, quòd Iuſtinus ſenior, cum ad eum pro legatione ueniſſet Iohannes pontifex Romanus, noluerit ab ipſo coronari: tanquam res iſta magis rarum factura eſſet imperium, aut certè auguſtius.

Id quoq; ab Anaſtaſio factum legimus: qui pontifici ſyngrapham dedit, ſe à Chalcedonenſibus decretis uon diſceſſurũ eſſe, nec moturum nouos tumultus in Eccleſia. Sed coronatio non dedit Imperium: ſed teſtis fuit, eum qui electus erar Chriſtianum eſſe, & alienum eſſe à falſis dogmatibus.

DE OFFICIIS POLITICI MAgiſtratus *in iuuanda gubernatione & conſeruanda diſciplina Eccleſiaſtica.*

ETiam hac ærate Imperatores ædificarionem Eccleſiæ pro ſui officij ratione promouerunt. Nam ut idonei & ſalutares præficerentur eccleſijs amplioribus doctores, curam egerunt. Sic Theodoricus Quintianum Aruernenſi eccleſiæ præfecit epiſcopum. Gregorius Turonenſis libro 3. capite ſecundo. Ommarus iuſſu Clodomeris regis apud Turonos ordinatur epiſcopus, & poſtea à Chrotilde regina Theodotus & Proculus. Turonenſis libro tertio, capite decimoſexto. Et Theodonaldus cõuocatis ſacerdotibus apud Metenſem ciuitatem epiſcopum Aruernæ eccleſiæ ordinari curauit. Turonenſis libro quarto, capite ſexto. Clotharius Domnolũ Cenomanis epiſcopum præfecit: libro ſexto, capite nono. Mortuo Remigio Biturigum epiſcopo, cum multi Gunthranno munera offerrent ad epiſcopatum acquirendum, reſpondit: Non eſt principatus noſtri conſuetudo, ſacerdotiũ uenundare precio: ſed nec ueſtrum, eum pręmijs cõparare, ne & nos turpis lucri infamia notemur, & uos Simoni mago comparemini: ſed iuxta Dei præſcientiã Sulpitius nobis erit epiſcopus. Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimonono. Et Canon decimus quintæ Aurelianẽſis ſynodi uoluntate regis iuxta electionem cleri & populi epiſcopos fieri iubet. Et Iuſtinianus lege quadrageſimatertia ſanxit, quibus epiſcopi officium debeat commendari: ac ſeriò prohibuit, ne largitione aliquis ad eccleſiæ miniſterium adhibeatur. Cod. de epiſcopis & clericis. Idem in Authentica, collatione prima, titulo ſexto, Quomodo oporteat epiſcopos, inquit: Adminiſtrationes & iuriſdictiones papæ & principis diſtinctæ ſunt. Epiſcopus ordinandus eſt honeſtus, & gloria fruẽs, bene eruditus uerbo & opere, & corporie præſtantia. Ibidem uetat ſacerdotium emere pecunia, aut ordinari contradictore aliquo præſente, aut repulſo: & iubet, ut epiſcopus ordinandus promittat ſe ſacras regulas pręlectas ſanctè ſeruaturum.

Idololatrias abrogarunt. Gregorius lib. ſeptimo, epiſtola uigeſima, Mauro Vicecomiti mandaſſe uidetur, ut gentes arborum culrores comprehenderet & puniret. Idem nobiles in Sardinia inſula hortatur, ut ſuos ruſticos idola colẽtes, ad Chriſti fidẽ adducere ſtudeant: libro tertio, indictione duodecima, epiſtola 23.

Blaſphemos cohercebant. Iuſtinianus iurantem per Dei aliquod membrum, aut per capillos, aut Deum blaſphemantes, ultimo ſupplicio damnat: in Authẽtica, collatione ſexta, titulo quinto, ut non luxurientur. & libro ſecundo Nouell. titulo uigeſimono, de his qui per capillum Dei iurant.

Ad profeſsionem ſanæ doctrinæ in Sacris literis & Niceno concilio & alijs traditæ, legibus ſuis inuitabant. Sic Iuſtinianus facit Cod. de ſumma Trinitare: ubi in epiſtola ad Iohannem Romanum epiſcopum profitetur, ſe amplecti quatuor ſancta cõcilia, Nicenum, Conſtantinopolitanũ, Epheſinum & Chalcedonenſe: & poſtulat, ut Iohannes ſuis literis ad ſe & patriacham Cõſtantinopolitanum teſtatum faciat, ſe rectè de Chriſto ſentientes ſuſcipere, & Iudaicè denegantes rectam fidem condemnare.

Hæreticos damnatos à ſynodis, & turbulentas factiones legibus & ſuo neruo coercebant. Iuſtinianus Seuerum promulgata lege damnauit, & pœnas grauiſsimas ſtatuit in eius aſſeclas. Euagrius libro quarto, capite undecimo. Idem hæreticis ius ſuccedendi abrogat, Cod. de hæreticis & Manichæis. Idem hæreticos teſtari contra Chriſtianos in iudicio poſſe negat, Cod. eodem. Eoſdem etiam ex teſtamento militis quicquam recipere uetat, Cod. eodem. Et in Authentica, collatione octaua, titulo duodecimo: Catholico non ſuccedunt hæretici filij aut propinqui: ſed Eccleſia ei ſuccedit, ſi fuerit clericus: aut fiſcus, ſi laicus. Idem hæreticos baptiſare prohibet, in Authentica, collatione nona, titulo duodecimo, de interdictis collegijs hæreticorum. Iuſtinus Arianam hæreſin extirpari curauit, eorumq́; Eccleſias orthodoxis reddidit: ut narrat Ioannes in epiſtola ad epiſcopos Italiæ. Clodoueus à Rodhilde conuerſus, oppoſuit ſeſe duobus regibus hæreticis: ut apparet ex epiſtola Nicetij ad Blodonidam reginam. Theodoricus Apher diaconum ſuum, qui primùm fidem orthodoxam profeſſus erat, ſed poſtea ſperans ſe gratificaturum ſuo domino, conſenſit Arianis, capitali ſupplicio affecit, inquiens: Si Deo fidem non ſeruaſti, quomodo homini ſinceram cõſcientiam ſeruabis? Theodorus Collectaneorum lib. 2.

Ad uiſitandas & inſtaurandas eccleſias, ſeductas ab hæreticis, epiſcopos idoneos ſæpe ablegarunt: ut patet ex Euagrij lib. 6. capite 23.

Cõſuetudines & leges cum pietate & honeſtate pugnantes abrogarunt. Sic Anaſtaſius tributum illud quod Chryſargyrõ uocabant, quod Romæ pẽdebatur à ſcortis, meretricibus, lenonib. & lupanaribus, funditùs aboleuit. Euagrius lib. 3. cap. 39.

Pios Doctores defendebant. Sic Mauricius accuſatorem Gregorij Antiocheni epiſcopi de calumnia conuictum, neruis cædi, & in urbe circumductum ad exilium damnari iuſsit. Euagrius libro ſexto, capite ſeptimo. Gildebertus apud Gunthrannum intercedit pro Theodoro epiſcopo capto. Turonenſis libro octauo, capite decimotertio. Et Iuſtinianus pœnas ſtatuit graues in eos, qui miniſtris inter celebranda myſteria iniuriam faciant: libro ſecundo Nouell. titulo centeſimo uigeſimooctauo.

In iuſtè ab hæreticis & alijs pulſos reſtituebant. Childebertus epiſcopos depoſitos ad priſtinam dignitatem & honorem reduxit. Paulus Diacon⁹ libro quarto de geſtis Longobardorum, capite ſecundo. Ildericus rex Africæ hæreſin patris ſui deteſtatus, relegatos ob ueritatem reuocauit. Simoneta lib. 4. cap. 19.

In epiſcoporum interfectores ſedulò inquirebant, ut patet ex Turonenſis lib. 8. capite trigeſimoprimo.

Eccleſias diſsidentes ad concordiam hortabantur. Sic Iuſtinianus in lege ſua edixit, ne quid diſsidij in eccleſijs eſſet, ſed ut uniuſcuiuſque diœceſeos patriarchæ inter ſe conuenirent, & ciuitatum epiſcopi præſules ſuos ſequerentur: ac quatuor ſynodos in eccleſia prædicarent, Nicænam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam, Chalcedonenſem. Euagrius libro quarto, capite undecimo. Iuſtinus iunior Photinum miſit in Aegyptum, ut eccleſias illhic diſsidentes conciliaret. Vrſpergenſis in Chronico.

Cauſas diſsidentium Doctorum cognoſcebãt, & ſi poterant dirimebant. Sic orta inter Euticium & Gregorium diſſenſione, Tyberius Conſtantinus Imperator ũtrunque coràm audiuit: & pronunciauit, Euticij librũ de Reſurrectione eſſe concremandum. Iohannes Diaconus in libro primo de uita Gregorij.

Iuuabant epiſcoporum colloquia & diſputationes de rebus religionis. Sic Richaredus ſuæ regionis epiſcopos hæreſin defendentes, iuſsit diſputare cum Catholicis: quæ res ei occaſionẽ ad ueritatis agnitionem præbuit. Turonenſis libro nono, capite decimoquinto.

Bonorum Eccleſiaſticorum conſeruationem & auctionẽ ſuis edictis promouebant. Sic Iuſtinianus uaſa ſacra & ueſtes non poſſe oppignorari aut alienari, niſi ob captiuorum redemptionem ſanxit: lege decimaoctaua, Codice de ſacroſanctis Eccleſijs. Et lege uigeſima, Codice eodem, præſcriptionem centum annorum conceſsit. Idem epiſcopis mãdat, ne ea quæ Eccleſijs relicta ſint, ſibi adſcribant, & in neceſſarios uſus eccleſiæ impendant. lege quadrageſimatertia, Codice de epiſcopis & clericis. Huc pertinet authentica collatione ſecunda, titulo primo, de non alienãdis aut permutandis rebus Eccleſiæ.

Cauebant tamen etiam, ne Eccleſiaſticis eſſet occaſio & poteſtas rapiendi ad ſeſe bona illegitimo modo. unde Iuſtinus publicationem teſtamẽtorum fieri iuſsit corã magiſtro cenſus, & non coram alijs iudicibus, nec coram defenſoribus eccleſiarum. lege trigeſimaſeptima, Codice de epiſcopis & clericis.

Bona eccleſijs erepta reſtituerunt. Sic Theodoricus præcipit Ibbæ duci, ut Narbonenſi eccleſiæ poſſeſsiones ſuas ſub Alarico occupatas reddi curet. libro quarto,

epiſtola

epiſtola ad eundem. Et libro eodem, epiſtola ad Geberichum, agrum à Cōſtantij ec ecleſia ablienatum mandat reſtitui, & occupatorem multari.

Abbates etiam monaſterijs præficiebant. Sic Gregorius libro undecimo, indictione ſexta, epiſtola decima dicit, in monaſterio & xenodochio Auguſtodunenſi nō debere alium ordinari abbatem aut presbyterum, niſi quem rex eiuſdem ptouinciæ cum conſenſu monachorum eligeret.

Scholas & artium ſtudia liberalitate ſua promouebant. Sic Athalaricus Romanos & nniuerſam Italiam ad bonarum artium cultum eſt exhortatus, & præceptorib. annua ſalaria conſtituit: ut refert Sabellicus Enneade 8. lib. 2.

Cuſtodes etant Eccleſiaſticæ diſciplinę. Sic Iuſtinianus edixit, ne hæretici, pagani & Iudæi Chriſtianos ſeruos haberent: lege quadrageſimaquarta. Cod. de epiſcoporū audientia. Item, ne impedirent eum qui Chriſtianæ religioni ſeſe addicere uellet. ibidem. Et Iuſtinus immunitatem epiſcopis, presbyteris, diaconis, ſubdiaconis & monachis ab onere tutelę & curę cōceſsit: lege quadrageſimaprima, C. de epiſcopis & clericis. Idem capitale ſupplicium raptoribus uirginum, uiduarum, diaconiſſarum ſtatuit: lege quadrageſimaſecunda, Codice eodem. Et Iuſtinianus illicitas nuptias & lenocinia prohibet, in Authentic. collatione ſecunda, titulo ſexto, de inceſtis & nefarijs nuptijs: & collatione tertia, titulo primo, de lenonibus. Huc pertinēt aliæ conſtitutiones, de matrimonio, diuortio, & ſimilibus caſibus: in Authentic. collatione quarta, titulo primo, de nuptijs. Idem ad tabulas ludere epiſcopis & clericis prohibet. in Authentica, collatione nona, titulo 15, de ſanctiſsimis epiſcopis.

Scelera epiſcoporū & Eccleſiaſticorū puniebant. Iuſtinus Anaſtaſium ob nimis largè diſtributas ſacras pecunias ſede ſua expulit. Euagrius libro quinto, capite quinto. Iuſtinianus uetat, ne quis epiſcopus ſine ſua iuſsione amplius quàm annum abſit à ſua eccleſia. in Authentica, collatione prima, titulo ſexto. Idem pœnam ſtatuit presbyteris, diaconis & alijs clericis, falſum teſtimonium in cauſa pecuniatia aut criminali dicentibus. in Authentica collatione nona, titulo decimoquinto, de ſanctiſsimis epiſcopis.

Synodos conuocabant. Edelbertus rex Angliæ conuocauit epiſcopos Britonū, ad colloquium cum Auguſtino. Beda libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite ſecundo. Chilpericus ad Gunthrannum legatos miſit, & petijt ut epiſcopos ſui regni in ſynodum mittat, ad emendandum ea quæ minus rectè geſta uidebantur. Turonenſis libro decimo, capite decimoquinto. Gunthrannus conuocauit ſynodum. idem libro nono, capite uigeſimotertio. Cautiones & fideiuſſores ab epiſcopis accipiuntur, quòd uelint ad ſynodum conuenire calendis proximis. Turonenſis libro octauo, capite ſeptimo. Gregorius papa à regibus Francorum petit, ut conuocent ſynodum, in qua ſimonia damnetur: libro nono, indictione quarta, epiſtola quinquageſimaſecunda, & ſequentibus. Theodoricus rex Romæ ſynodum conuocauit, ut cauſa Symmachi & clericorum eius cognoſceretur & dijudicaretur. Iudicum & autorum fiſci in ſynodo præſentium meminit Canon decimusoctauus tertij Toletani concilij: & Iuſtinianus mandat, ut ſinguli epiſcopi uel patriarchæ uel metropolitani, ſubiectos ſibi epiſcopos ſemel aut bis per ſingulos annos conuocent, & omnes cauſas inter epiſcopos & clericos & monachos cognoſcant & componant. libro ſecundo Nouell. titulo 103. de Concilijs epiſcoporum.

Veterum ſynodorum decreta tuebantur. Iuſtinus ſenior Chalcedonenſe conciliū omnibus commendauit, & ſexcentos triginta patres in ſacros eccleſiarum commētarios referri iuſsit. Zonaras tomo tertio. Et Iuſtinianus ſacras regulas in ſanctis quatuor concilijs expoſitas confirmat, & præcipit pro legibus obſeruari: in Authentica, collatione nona, titulo ſexto, de Eccleſiaſticis titulis.

Si quid contra epiſcopos habebant, in ſynodis tractari curabant. Sic Chilpericus accuſauit Prætextatum Rothomagenſem epiſcopum, in ſynodo Pariſienſi. Turonenſis libro quinto, capite decimooctauo. Et Salonium & Sagittarium libro eodem, capite uigeſimoſeptimo. Et Gregorium Turonenſem, ob crimen in Fredegundem reginam dictum. idem libro quinto, capite quadrageſimoſeptimo. Egidium de cæde Childeberti accuſatū, rex in ſynodo examinari & iudicari iuſsit. Turonenſis lib. 10. capite decimooctauo.

Cōmunes expetebant ab epiſcopis preces pro felici rerum ſucceſſu. Sic Hildebertus petijt, ut Iohannes epiſcopus pro ſuo cum Romano principe fœdere pacis, Deum deprecaretur: ut apparet ex epiſtola eius ad Iohannem.

Templorum, monaſteriorum, xenodochiorum ędificationes & exornationes collatione ſumptuum, redituum & priuilegiorum iuuabāt. Theodelinda regina ſtruxit baſilicam Iohannis baptiſtæ, eamque multis ornamentis auri & argenti decorauit,

prædijsq; ditauit, familiisq; & poſſeſsiones multas eidem loco addixit. Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capite ſeptimo. Edelbrechtus rex Britannorum eccleſias ædificauit, & donis locupletauit. Beda in hiſtoria Eccleſiaſtica libro primo, capite trigeſimotertio. Iuſtinianus eccleſiæ Romanæ (ut patet ex conſtitutione Nouella, ad Iohannem ueteris Romæ) & poſtea omnibus alijs Eccleſijs conceſsit, ut inſcriptione centum annorū gauderent: lege uigeſima. Cod. de ſacroſanctis eccleſijs. Idem Imperator cœnobio Caſsinenſi immunitatem promulgato decreto dedit, ut patet ex Chrōico Caſsinēſi. Childebertus Francorum rex Arelati monaſteriū inſtituit, & priuilegijs locupletauit. Gregorius libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola cēteſima decima quinta. Iuſtinianus pro ægrotis noſocomia fecit: Euagrius libro quarto, capite trigeſimo.

Abuſi tamen ſunt interdum Imperatores & magiſtratus & aulici conſiliarij ſua potētia, dum ipſi hæreticas opiniones amplexi, conati ſunt eas in alios quoque propagare ſuis edictis. Sic Iuſtinianus in ſuum errorem, quòd corpus Domini fuiſſet impaſsibile, & quòd nō uerè, ſed ſimulatè uiſus ſit IESVS edere & mori, edicto paſsim cōſentire ſacerdotes coegit. Euagrius libro quarto, capite trigeſimonono. Et Chilpericus rex ſuum errorem (patrem, filium & ſpiritum ſanctum unam eſſe perſonam) ſcriptò euulgauit: ac mandauit, ut omnes eccleſiarum doctores eum amplecterentur. Turonenſis libro quinto, capite quadrageſimoquarto. Et Anaſtaſius Imperator præcepit quaternitatem adorari, & non trinitatem. Paulus Diaconus, & Pomponius Lætus in uita eius, & Blondus lib. 3. decadis 1. Alboinus doceri permiſit, duos deos eſſe: aliū in deitate patrē: aliū in deitate, ſed ꝑ creatura, filium. Nicetius in epiſtola ad Blodonidē. Item bonos & rectè ſentēntes oppreſſerūt, & hæreticos promouerunt: ut patet ex hiſtoria de perſecutione. Aut utroſque, tam rectè ſentiētes, quàm errores defendentes, remouerunt ab officio. Sic Anaſtaſius tam ſynodi Chalcedonenſis decreta probantes, quàm eadem damnantes, afflixit, ac urbe Imperiali eiecit Euphemium & Macedonium & Flauianum. Euagrius libro tertio, capite trigeſimo. Sic Eutychius Imperatori, noua in Eccleſiam inuehere molienti ſeſe opponens, ab eodem deponitur ab officio, Euagrius libro quarto, capite trigeſimonono: Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimonono.

Et ius epiſcopos eccleſijs præficiendi, ſibi ſolis rapuerunt. Anaſtaſius depoſito Euphemio, Macedoniū elegit epiſcopum. Theodoretus Collectaneorū lib. ſecundo. & Euphronius mandato Clotharij, Turonenſis epiſcopus ordinatur. Turonenſis libro quarto Hiſtoriarū, capite decimoquinto. Theodoricus clericis Aruernis munera offerentibus, Gallum præfecit epiſcopum, quem Treuirenſibus dare recuſauerat. Iam tunc enim germen illud iniquum cœperat pullulare, ut ſacerdotium aut uēderetur à regibus, aut compararetur à clericis. Turonenſis in Vitis patrum, capite ſexto. Sic poſtea licèt rex iuramento obfirmaſſet, ſe nunquam ex laicis epiſcopum ordinaturum: tamē acceptis muneribus, Deſiderium laicum fecit epiſcopum. Turonenſis libro octauo, capite uigeſimoſecundo. Dioſcorus iunior manus impoſitionē accepit à Rege: quare populus ab eius communione abſtinuit: ut patet ex Anaſtaſij epiſtola.

Quos nolebāt reipublicæ præeſſe propter ſuas certas cauſas, curarunt ordinari preſbyteros & diaconos aut epiſcopos, cum non eſſent idonei. Sic Clodoueus Chararicum captum dolis, presbyterum, & filium eius diaconum fieri curauit. Turonenſis libro ſecundo, capite quadrageſimoprimo. Clotharius Badechiſilum maiorē domus regię, epiſcopum creauit. Turonenſis libro ſexto, capite nono.

Aegrotos epiſcopos remouerunt, ac alios ſucceſſores conſtituerunt. Gregorius libro nono, indictione quarta, epiſtola 41.

Et ſinceros doctores interfecerunt. Sic Comites Deſiderium Viennenſem epiſcopum ob reprehēſam Brunichildem reginā interfecerunt, ipſa id iubente. Adon in Commentarijs ætatis quartæ.

Et ſynodorū ueras ſententias de doctrina damnare epiſcopis præceperunt. Sic Anaſtaſius Helię Hieroſolymorū epiſcopo mādauit, ut collectis epiſcopis ſuę diœceſeos, damnaret ſynodum Chalcedonenſem, & Macedoniū ut idē faceret urſit: Theodoretus Collectaneorum libro ſecundo.

Bona eccleſię in ſuum fiſcum referre iuſſerunt. id quod Clotharius fecit, qui edixerat, ut omnes eccleſiæ regni ſui tertiā partem fructuū fiſco ſoluerent: ſed tamen obiurgatus ab epiſcopo Iniurioſo, id retractauit. Turonenſis libro quarto Hiſtoriarum, capite primo. Childericus etiam uillam eccleſiæ Aquenſi eripuit, & ſuo fiſco adiudicauit. Turonenſis libro in gloriam Confeſſorum, capite ſeptuageſimoprimo.

Ex quadam ſuperſtitione magiſtratu ſe abdicarūt, & clerici aut monachi facti ſunt. Sic Clodoaldus, relicto regno clericus factus eſt. Adon: & Turonenſis libro tertio Hiſtoriarum, capite decimoſeptimo.

Superſti-

Superſtitioſum & illud eſt, quòd Reges & Reginæ monaſteria uirorum & uirginũ inſtituentes, ſuos liberos in ea quaſi relegarunt. Sic Ingeltrudis monaſterium puellarum inſtituit, & filiæ ſuæ mandatum miſit: Relinque uirum tuum, & ueni: faciã te abbatiſſam gregi huic, quem collegi. Cum autem illa cum marito ueniſſet, iuſsit eum redire ad liberos, & dixit: Non uidebit regnũ Dei cõiugio copulatus. Sed Gregorius Turonenſis ea re cognita, ad monaſterium acceſsit, & legit canonem Nicenum: Si quis reliquerit uirum, & thorum in quo bene uixit ſpreuerit, dicens: quia non ſit ei portio in illa cœleſtis regni gloria, qui fuerit coniugio copulatus: anathema ſit. & hoc modo perſuauit Bertegundi, ut ad maritũ rediret. Turonenſis libro nono, capite trigeſimoquarto.

Item, quòd ſuis edictis illud ocioſum & ſuperſtitioſum genus uitæ confirmarunt. qualia ſunt Iuſtiniani, Quòd ſponſus & ſponſa poſsint ingredi monaſterium, item uir & uxor: & quòd pater non poſsit filium aut filiam ex monaſterio euocare: lege quadrageſimaquarta, Cod. de epiſcopis & clericis: & Authentica, collatione nona, titulo decimoquinto, §. nullam uerò licentiam. de ſanctiſsimis epiſcopis: & libro primo Nouel. titulo decimo, de monachis & aſceterijs: & titulis ſequentibus, undecimo, 12. & 13. de archimandritis, ſanctimonialibus, clericis & epiſcopis.

Quòd nimium poteſtatis et priuilegij Eccleſiaſticis perſonis conceſſerunt in rebus ciuilibus. quale illud eſt quod Iuſtinianus ſanxit, nulli iudici licere epiſcopos coram ſe ad teſtimonium compellere: ſed ad eos mitti debere, ut propoſitis Euangelijs dicant: nec cogi poſſe, ut in iudicium ueniãt. in Authentic. collatione nona, titulo decimoquinto, de ſanctiſsimis epiſcopis. & libro ſecundo Nouell. titulo centeſimoprimo. Tale etiam illud eſt, ne cui liceat monachum ad iudicem ciuilem trahere: libro ſecundo Nouell. titulo trigeſimotertio, Si quis in ius uocare monachum.

Item, quòd quidam magiſtratus ex ſuperſtitione nimis liberales fuerunt in Romanos epiſcopos. Sic Recharedus Veſtgothorum rex munera ſancto Petro miſit, ac pro ijs à Gregorio recepit crucem, in qua erat de ligno Domini, & de capillis Iohannis baptiſtæ. libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola centeſima trigeſimaſexta. Et Mauricius Auguſtus triginta libras auri Romam, diſtribuendas ſacerdoribus & egenis, miſit. Gregorius libro octauo, indictione tertia, epiſtola ſecunda. Clodoueus rex Francorum coronam auream cum gemmis beato Petro miſit. Sigebertus. Legati Iuſtiniani aureum & gemmatum ſcyphũ, & alia munera eximia in Vaticanum templum Iohanni ſecundo obtulerunt. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſecundo.

# CAPVT VIII.

## DE SCHISMATIBVS.

### DE SCHISMATIBVS ſub Anaſtaſio.

*Schima Eccleſiarum Orientis & Occidentis.*

SVB initium Imperij Anaſtaſij, eccleſiæ Orientis, Libyæ & Europæ, & exterarum nationum, à ſeſe inuicem ita erant diuulſæ, ut epiſcopi earũ inter ſe non communicarent. Cauſa autem eius diſtractionis gemina erat: una, Synodus Chalcedonenſis, quam alij unà cũ Tomo Leonis, & omnibus decretis iſthic factis, adeò mordicùs tuebantur, ut ne ſyllabam quidẽ aduerſarijs concederent mutandam: alij uerò econtrà, tum Synodum illam, tum Tomum Leonis, tum decreta omnia non modò improbabant, ſed etiam anathemate feriebant. Altera uerò cauſa erat, ἑνωτικὸν ſeu reconciliatio Zenonis, quam alij amplectebantur: qui tamen & ipſi diſſentiebant, cum partim unam in Chriſto, partim duas naturas ſtatuerẽt: alij uerò etiam reijciebant, ut cothurnum, ad diſſenſiones in religione tollendas minimè idoneum.

Hæc diſtractio fuit multarum hæreſium cauſa in Oriente & Occidente & Libya. Imperator Anaſtaſius aulica ſapientia & conſilijs præpoſteris uſus, conatus eſt oppreſsione utriuſque partis id malum ſanare: & tam eos qui Chalcedonenſem Synodum prædicabant, quàm qui damnabant, in exilia miſit. Et ſic æquale teſtimonium et præmium ueritas et mendacium tulère, contrà uerbum Dei, et magiſtratus officium, Romanis decimotertio: ut ſit honori bono operi, et terrori malo, et non bonum et malum æquo honori aut terrori ſubijciat. Euagrius libro 3. cap. 30.

*Schiſma inter Romanam & Byzantinam, Alexandrinam & Antiochenam eccleſiam.*

ROmani à Byzantijs diſsidebant ſub Anaſtaſio, eo quòd Acacium in ſacrũ album retuliſſent: Byzãtij uerò Alexandrinos auerſabantur, quòd Dioſcori communionem admiſiſſent, & ſynodum Chalcedonenſem damnaſſent. Palladius Antio

chenus, quæ grata erant Imperatori faciebat, & Synodum Chalcedonenſem ſiti dem auerſabatur, & Alexandrinorum acta comprobabat. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſecundo. Anaſtaſius papa Romanus, hortatur quidem in epiſtola ſua ad Anaſtaſiũ Imperatorem, ut ipſe quoq; interponat ſuam autoritatẽ, ad diſsidium Alexandrinum componendũ: in Tomo primo Conciliorum. ſed quomodo is egerit, hiſtoria declarat.

*Schiſma Antiochenum & Conſtantinopolitanum.*

Xenæas, ſeu Philoxenus, Hierapoleos epiſcopus, diſsidium in eccleſijs Oriẽtis excitauit ſatis triſte & funeſtum, tali ratione. Infenſus erat Flauiano archiepiſcopo Antiocheno. Vt autem expleret animi ſui libidinem ſub quodam prætextu, intendit ei crimen hæreſeos Neſtorianæ. Verùm ille ſeſe purgat damnatione Neſtorij, & opinionis eius. Xenęas homo turbulentus & improbus, amplius inſtat: & non tantum Neſtorium, ſed omnes etiam qui cum eo ſenſerunt anathematizat: & quidẽ nominatim Dioſcorum, Theodoritum, Ibam, Cycum, Eleutherium & Iohannem. Flauianus id quidem primùm detrectat, propterea quòd inter iſtos alij quidem uere Neſtorij errorẽ amplexi eſſent, alij uerò ſuſpicionem, quaſi cum eo ſentirent, à ſe remouiſſent, damnatione eius hæreſeos, quos ſine diſcrimine non poſſet damnare. Sed poſtea tamen cum Xenęas Dioſcori & Eutychis ſectatores, & Eleuſinum ſecundæ Cappadociæ & Nicium Laodiceæ Syriæ epiſcopos, ac ipſum Imperatorẽ cõtra eum incitaſſet, eiſq; perſuaſiſſet quòd Neſtorianam hæreſin foueret, ut amans tranquillitatis, ſperans eo pacto litem conquieturam, memoratas illas perſonas quæ cum Neſtorio ſenſiſſe dicebantur, teſtatus eſt ſe damnare, in ſcripto quodam ad Imperatorem. Xenęas autem neque his contentus, nouam inuenit technam. Exigit à Flauiano, ut ipſam ſynodum, & eos qui de Domino prædicarunt duas naturas, diuinitatis ſcilicet & carnis, anathemate damnet. Cum autem Flauianus id recuſaret facere, iterum eum ut Neſtorianum deferebat. Eam ſuſpicionem auxit Flauianus ipſe, cum in formula fidei ſuæ confeſſus eſſet, ſe ſynodum recipere, quod ad depoſitionem Neſtorij & Eutychis attineret: ſed non, quoad determinationem & doctrinam fidei. Factio ergo Xenęæ ſuis artibus efficit, ut Iſauri ſeſe à Flauiano ſeiungant. Solicitatur etiam Hieroſolymorum epiſcopus: ac eius confeſsionem, quam ad Imperatorem miſerat, corrumpunt, inſerendo anathematiſmum contra eos qui dixiſſent duas in Chriſto eſſe naturas. Sed illam fraudem Hieroſolymitanus epiſcopus altero exemplari demonſtrauit.

Exegerunt etiam à Macedonio ſcriptum de fide. In eo autem cum ille quidem affirmaſſet, ſe nullam ſcire fidem aliam quàm CCCXVIII, & CL epiſcoporum: & Neſtorium ac Eutychẽ, & eos qui duos filios aut Chriſtos ſtatuant, uel naturas dirimant, anathemate damnaſſet: ſed neque Epheſinæ Synodi, quæ Neſtorium, neque Chalcedonenſis, quæ Eutychen depoſuit, mentionem feciſſet: monaſteria Conſtantinopolitana ab eo diſceſſerunt. Opportunitatem itaque nacti Xenęas & Dioſcorus cum ſuis aſſeclis, exilium Macedonio & Iohanni Platenſi & Flauiano procurarunt. Euagrius libro tertio, capite trigeſimoprimo, ex epiſtola monachorum Palæſtinæ ad Alciſonem.

*Aliud ſchiſma Antiochiæ, & in uicinis eccleſijs excitatum à Seuero.*

Seuerus ex cauſidico monachus, & poſtea epiſcopus Antiochiæ factus, turbas in diœceſi Antiochena multas dedit, in hunc modum. Synodicis ſuis literis damnauit palàm ſynodum Chalcedoneſem, ac eos qui duas in Chriſto naturas & proprietates, ſcilicet diuinitatis & carnis, aſſerebant. Epiſcoporum autem qui ſub ſe erant, alios in errorem induxit, ut Marinum Berytanum: alios ui coegit ſubſcribere, quorum tamen quidam (nimirum epiſcopi ſub Apamia agnitum errorem reuocarunt. idem fecerunt Iſauri, Iulianus Boſtrenſis, & Epiphanius Tyri, & nonnulli alij. Quidam uerò conſtantiores, non paſsi ſunt ſe adduci ut ſubſcriberent Seueri ſynodicis literis. Reliqui uerò ſub eodem epiſcopi & clerici, relictis eccleſijs aufugerunt. Oppoſuerunt ſeſe huic turbatori alij uicini epiſcopi. nam Hieroſolymitanus eius ſynodicam non recepit, & Coſmas Orontes, & Seuerianus ei libellum depoſitionis miſerunt. Verùm ille in ſede ſua uſque ad mortem Anaſtaſij permanſit. Euagrius libro tertio, capite trigeſimotertio, & trigeſimoquarto. Iuſtinus autem eum primo Imperij ſui anno, ſiue ob illas turbas, ſiue ob conuicia in Vitalianum, per Irenæum præfectum comprehendi, & lingua priuari cruauit Euagrius libro quarto, capite quarto.

*De tumultu Conſtantinopoli excitato.*

Imperator Anaſtaſius in cantico Triſagio addi curauerat, QVI CRVCIFIXVS EST PRO NOBIS. Sed Macedonius, & clerus eius, (ut autor eſt Seuerus ad Soterichum) id reprehendebãt, ut alienum à Chriſtiana

religione,

religione,& doctrinæ de Trinitate contrarium. Diuiſi autem ab eccleſia, collecta mercenaria manu in tẽplũ palàm ingreſsi, quũ pſaltes Triſagiũ caneret, addebãt, Qui crucifixus eſt pro nobis. Sequẽti Dominica ingreſsi in magnam eccleſiam cũ ſpadonibus, idem faciebant. Populus uerò zelo raptus, primùm nocib. reclamat, & uociferantibus & conuiciantibus cõuiciando reſpõdet. Deinde occaſione arrepta, mouet ſeditionem: & agreſtem quendam monachum in ędibus Marini Syri repertum, capite trũcat, ſuſpicans eius conſilio Triſagiũ eſſe corruptum. Certatur armis & igne, & res uenit ad ſummũ periculum. Imperator cum uideret nullum amplius remediũ ſupereſſe, ſine corona ad Hippodromiã uenit, & per præcones denũciat ſe Imperio abdicaturũ. Ea re populus cõmotus, mutat ſententiam: & rogat ut coronã retineat, ac in pacem & trãquillitatẽ conſentit. Euagrius libro quarto, capite qnadrageſimoquarto: et Theodoretus libro ſecundo Collectaneorum: & Nicephorus libro decimoſexto, capite quadrageſimoquinto.

*De alio ſchiſmate Romano.*

Feſtus ſenator Romanus, qui Anaſtaſio promiſerat, ſe perſuaſurũ Romano epiſcopo, ut Zenonis ἑνωτικῷ ſeu formulæ concordiæ ſubſcriberet: multis pecunia corruptis effecit, ut Laurentius eligeretur epiſcopus. Verùm cum is non placeret omnibus, quidam ex diaconis Symmachũ eligunt & ordinant. Res abijt in ſeditionem, dimicatur utrinq; pro epiſcopatu, rapinæ & cædes & ſtupra perpetrantur à ſeditioſis per integrũ triennium.

Denique res defertur ad Theodoricum, qui Romæ principatum obtinebat. is utraque parte audita decernit, Symmachum, ut à meliori parte & prius electũ, epiſcopatũ gubernare debere. Laurẽtius itaque Nucerini epiſcopus creatur. Verùm poſt annos quatuor Romani Laurẽtium denuò accerſunt, & apud Theodoricum accuſant Symmachum de multis criminibus: inter quæ etiam illud erat, qnòd adeò iactaret ſuã poteſtatem, ut cum paſcendi oues mãdato, etiam peccandi licentiam accepiſſe uideretur. Has turbas ut iterum ſedaret Theodoricus, Petrum Altini epiſcopum Romã ablegat: ut utroque eiecto, pontificatũ occuperet ipſe: & põtificalibus reditibus interdicit Symmacho. Verùm is conuocata ſynodo ex epiſcopis Italicis, ſuis malis artib' impetrat, ut indicta cauſa & nõ admiſsis accuſatoribns abſoluatnr, & Laurẽtius & Petrus relegentur. Eam ſynodum accuſatores proprio ſcripto impugnarunt, propter ſententiam anteq cognitionem cauſæ latã, quod Ennodius adulator papæ refutare conatus eſt illis ax iomatibus: De papa nemini præter Deum iudicare fas eſt: item, Etiam papa malus, ſuorum maiorum, ac ſacroſanctæ ſedis Romanæ meritis & dignitate ſubleuarur. nam iſta ſedes aut ſauctos accipit, aut efficit. Conſtãt hæc ex Theodoreti libro ſecundo Collectaneorũ, & Sigeberti Chronico: Nicephori libro decimoſexto, capite trigeſimoquinto: Blondi decadis primæ libro tertio, Platina, tomis Cõciliorum.

*De ſchiſmate Romano.*

Anaſtaſius ſecundus, ſine epiſcoporum, presbyterorum & clericorum cõſenſu, Photinũ diaconum Theſſalonicenſem, Acacij aſſeclam, in commnnionẽ recepit. Id uerò illi tam ægrè tulerunt, ut ab Anaſtaſio recederent, eumque pro anathemate haberent. Liber pontificalis.

## DE SCHISMATIBVS SVB Iuſtino & Iuſtiniano.

*Schiſma Conſtantinopoleos & Alexandriæ.*

BAſilides Conſtantinopoleos & Anthimus Alexandriæ epiſcopi turbabant eccleſias ſuas, falſum dogma defendentes: nimirum quòd tantũ una in Chriſto ſit natura. Id uerò malum Iuſtinianus conatus eſt ſanare. Euagrius libro quarto, capite nono. Sed ab uxore Theodora, quæ adhærebat illis, ac de reuocãdo Seuero ipſi perſuaſerat, impeditus aliquandiu eſt. Verùm tandem Imperator eam doctrinã profitentes ab epiſcopatu Conſtantinopolitano & Alexandrino remouit: & lege promulgata, Seuerũ iſtius falſæ doctrinæ autorem anathemate ferit: & ſub graui pœna uetat, ne quis eam amplectatur: & mandat, ut omnes in pace quatuor ſynodos in eccleſia prædicent, primam Nicenam, ſecundam Conſtantinopolitanam, tertiam Epheſinã priorẽ, quartam Chalcedonenſẽ. Euagrius libro quarto, capite 10 & 11.

*Schiſma in Noua Laura.*

In monaſterio quodã Noua Laura dicto monachi Origenis dogmata amplectebantur. Ea re cognita, Euſtochius Hieroſolymorum epiſcopus ad locum illum ſeſe contulit, & cunctos inde eiecit. Illi diſperſi, paſſim ſibi conciliarunt patronos: inter quos memoratur pręcipuus, Theodor' Aſcidas, Cæſariæ Cappadocum metropolis epiſcopus. Poſt diſceptationes, res defertur ad Imperatorem: qui conuocata ſynodo, cauſam curat cognoſci, & legitima ſentẽtia dirimi. Euagrius lib. 4. cap. 38.

*Schiſma Romanum.*

Mortuo Felice papa, diſsidium excitatum eſt inter clerum & ſenatum Roma-

num, cum alij Bonifacium, alij Dioſcorum elegiſſent & ordinaſſent epiſcopum. Sed intra dies 29. eam diſſenſionem mors Dioſcori compoſuit. Liber Pontificalis.

### DE SCHISMATIBVS SVB Tyberio Secundo.

*Tumultus Antiochiæ.*

ANatolius cauſam præbuit publicæ calamitatis Antiochiæ. In amicitiá enim Gregorij eius loci epiſcopi ſeſe inſinuauit, eoq́; aliquandiu uſus eſt familiariter. Fuit autem incantator, ac ſolitus eſt ſacrificare dæmonibus. Eam ob rem comprehenſus cum ſuis ſocijs, & examinatus, execranda ſcelera arte magica perpetrata confeſſus eſt. Cum autem pecunia præfectum Orientis corrupiſſet, & iam dimittēdus eſſet: populus per ſuſpiciones & delationes quorundam, quaſi Gregorius epiſcopus in ſacrificijs Anatolio communicaſſet, inflammatus, ſeditionem mouet, & in eum impetum facit: ac parum abfuit quin interfectus fuiſſet Gregorius. Imperator re cognita, Anatolium ad ſe Conſtantinopolim adduci iubet, ut ex eo inquirat, an epiſcop' eius criminis ſit conſcius & particeps. Verùm ille ualde perculſus, contra ſacerdotem nihil potuit dicere. Ferebatur itaq; ſententia, de exilio multādis ijs qui Anatolio addicti fuiſſent. Ea cum Antiochiæ promulgata eſſet, populus denuò tumultu cōcitato, maleficos illos ad exilium damnatos arripit, & naui imponit, ac uiuos comburit. Contra Imperatorem etiam & Eutychium clamoribus debacchatur, eosq́; proditores fieri incuſat. Ac Eutychium & alios ab Imperatore eò ablegatos interfeciſſet, niſi elapſi eſſent. Anatolius uerò beſtijs in ampbitheatro obiectus, & corpore diſcerpto cruci affixus, & à lupis deuoratus eſt. Euagrius libro quinto, cap. decimooctauo, ubi quædam de Deipara uirgine Maria immiſcet: ſed ut fabuloſa & ſuperſtitioſa, meritò in hiſtoria locum non habent.

*Schiſma inter Rauennatenſem eccleſiam & Romanam.*

Cum Smaragdus exarchus uideret Romanorum ambitionem, de ſupremo in eccleſia Dei accubitu ſeu loco, cogitabat Rauennatem ei præferre: ac eius eccleſiæ epiſcopo Iohanni adiungebat Seuerum Aquileienſem, & alios tres ex Gradatis aquis. Malè id habebat Pelagium & Romanos, ideoq́ue Iohannem ut Schiſmaticum damnant, & eius ſocios deponunt. Annus uix elapſus erat unus, cum illi animum mutār, & ſe inuitos à Romano pontifice deſciuiſſe queruntur. & ſanè facilè ueniam impetraot. & iuſſu pontificis à decem epiſcopis Venetæ prouinciæ in conuentu ad Maranum abſoluuntur, & reſtituuntur in integrum: Sabellicus Enneade octaua, libro quinto.

*Schiſma Hiſtrianorum.*

Meminit Gregorius ſchiſmatis in Hiſtriæ partibus, libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola nonageſimaſexta, & nonageſimaſeptima, & nonageſimaoctaua: ſed quale fuerit, non exponit: niſi quòd indicat, eos ad unitatem Eccleſiæ redijſſe.

*Schiſma Capritanæ inſulæ.*

Inſulæ Capritanæ ſchiſmaticos ad unitatem Eccleſiæ reuerſos eſſe, Gregorius narrat libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola nona.

### SCHISMATA SVB Mauricio.

*Schiſma inter Romanam & Conſtantinopolitanam Eccleſiam.*

DIſſenſio haud leuis orta eſt inter Romanos epiſcopos, & Conſtantinopoleos, propter ambitionem. Iohannes Conſtantinopoleos ſibi titulum arrogabat uniuerſalis patriarchæ, tempore Pelagij, cum conſenſu epiſcoporum Græcorum, & (ut uidetur) Imperatoris Mauricij. Oppoſuit ſeſe ei Pelagius ſecūdus, & conatus eſt epiſcopos impedire Synodum Conſtantinopolim cōuocaturos, recitādo decreta ſua, Quòd nemini fas ſit Synodum conuocare ſine conſenſu Romani pontificis: ſed parū promouit. Succeſſor uerò eius Gregorius id indignius tulit: & multis hinc inde literis ſcriptis, id inceptum dānauit, Antichriſti præcurſorem eſſe dictitans, eum qui uniuerſalis Eccleſiæ epiſcopus dici uellet. Sed tandem cum Iohannes ſubita morte periiſſet, diſsidiū iſtud paulatim ceſſauit. Sigebertus in Chronico, & Simoneta.

*Aruernenſe ſchiſma.*

In Aruernenſi eccleſia Cato presbyter in epiſcopum electus à clero, ſed nondum ordinatus, Cautino archidiacono minatus erat depoſitionem. Ille autem ut huic ægrè faceret, & declinaret periculum, ſeſe coniunxit cū aula Theodoualdi: ac effecit, ut ipſe epiſcopus ordinaretur. Ea res poſtea perpetuæ inimicitiæ origo fuit: neque nunquam Caro potuit flecti, ut illi ſubditus eſſet. Et ſecuta eſt diuulſio fratrum: & alij Catoni, alij Cautino adhæſerunt. & hic quidā illum cum ſuis perſequutus eſt. Gregorius Turonenſis libro quarto Hiſtoriarum, capite ſeptimo.

CAPVT

# CAPVT IX.

## DE SYNODIS.

## DE SYNODIS SVB Anaſtaſio Imperatore.

### SYNODVS RAVENNAS.

DIſsidium in ordinatiõe Symmachi & Laurẽtij ortum, aliquot Synodis laborem facesſit. In prima, quæ Rauennæ coram Theodorico rege celebrata eſt, decreuerunt Symmachum debere papatum obtinere: quia & primò ordinatus, & à maxima parte electus eſſet. Platina, & Liber pontificalis.

### SYNODVS ROMANA
*prima ſub Symmacho.*

PRima Synodus Romæ à Symmacho peracta anno quingenteſimo, uidetur priuata fuiſſe, aut certè ex paucis collecta. In ea enim, ut ſibi clerum reconciliaret, Laurentiũ ſuum competitorem ſeu æmulum, Nucerinæ ciuitati epiſcopum conſtituit. Liber pontificalis, & Cuſpinianus in Aurelij Caſsidori conſulibus.

In hac etiam uidentur canones iſti facti:

1 Vt, ſi quis papa ſuperſtite, pro acquirẽdo pontificatu, cuilibet quolibet modo fauorem ſeu ſuffragium pręſtare conuincatur, loci ſui ordine & cõmunione priuetur.

2 Vt ſi papa pręuentus morte, non poſsit de ſui ſucceſſoris electione decernere, is ordinetur antiſtes, quẽ cunctus clerus, aut certè pars maior elegerit.

3 Vt ſi quis ambientes, uel fautores ambientium, coniuratoresq́; prodiderit, non ſolum purgatus uideatur eſſe, ſi fuerit particeps, uerùm etiã remuneratione dignisſimus ęſtimetur. His decretis ſubſcripſerũt Italiæ epiſcopi 72. quorũ nomina extant in primo tomo Conciliorũ Coloniæ editorũ.

*Secunda Romana ſynodus ſub eodem.*

Sex ſynodos ſub Symmacho celebratas affirmat Iſidorus, in uita eius. Sed in tomis Conciliorũ ſecunda deſideratur, neq; aliàa quid in ea actum ſit, in hiſtorijs indicatur.

*Tertia Romana ſub eodem.*

Huius ſynodi hiſtoria, ſicut & multarũ aliarum, obſcura eſt, ꝓpter actorum defectum. Extat in tomis Conciliorũ fragmentum quoddam, quod tamen ex diuerſis & non cohęrentib. conſutũ eſt mẽbris: ut uix diuinare liceat, quid & quomodo ſit actũ.

Indicatur autem, Flauiano Auieno uiro clariſsimo conſule (qui, iuxta Marianũ Scotũ, fuit anno Domini quingenteſimo uigeſimotertio, & quingẽteſimo uigeſimoquarto: iuxta Haloandrum uerò, 504. & 505) celebrata eſſe. Occaſionẽ prębuit diſsidiũ clericorũ. nam illi receſſerunt à communione Symmachi, propterea quòd ipſius electio celebrata eſſet ſine ſenatus conſenſu, cõtra Baſilij præfecti prætorij & regis Odoacris legati decretũ, tempore Simplicij factũ: & bona quędã Eccleſię, per legitimã ſcripturã uendita, poſſeſſori eripuiſſet. De hac re cũ eſſet tractatũ in ſynodo, decretũ de ordinatione ꝓnunciatur irritũ. Primũ, qa ſit cõtra canones, ut laici electionẽ pontificis in ſuã poteſtatẽ redigãt: Deinde, quia nõ licuerit laico aliquid in eccleſia ſtatuere. Tertiò, quia neq; papa Romanus ſubſcripſerit, neque aliquis aſſenſus ſit metropolitanus. Deinde etiam decernitur, ſcripturã illã eſſe inualidã, quia laici non habeant poteſtatẽ de Eccleſiaſticis facultatibus aliquid diſponendi. Secundò, quia nullius pontificis autoritate firmata ſit. Tertiò, quia nõ liceat alijs epiſcopis ſine conſenſu metropolitani quidq̃ abalienari de bonis Eccleſiaſticis, multo minus ualere factã iſtã alienationẽ ſine conſenſu papæ.

¶ Poſtea canones quoſdam cõdunt. Nimirũ ut nulli Apoſtolicę ſedis pręſuli poſſeſsionẽ Eccleſię, ſiue magnã ſiue paruã, in perpetuũ liceat abalienare, uel commutationis prętextu ad cuiuslibet iura trãsferre.

2 Vt domus Eccleſiaſticas in urbibus cõmutare liceat. 3. Vt nõ liceat presbyteria urbis Romę, titulorũ ſuorũ prædia, ſeu quicquid iuris eorũ fuerit, quolibet alienari cõmento: qui uerò ſecus faciat, ordinis ſui amiſsione plectatur. 4. Vt qui petierit prędiũ eccleſię, & acceperit, aut ſi quis presbyterorũ aut diaconorũ, aut defenſorũ danti ſubſcripſerit, anathemate feriatur. 5. Vt ſi quis anathematis pœnã paruiduxerit, etiã documẽto, quo ſe putat Eccleſię prędiũ poſsidere, fruſtretur: liceatq́; cuilibet Eccleſiaſticę perſonę uocẽ cõtradictiõis afferre, & cum fructibus præteriti temporis eadẽ prædia alienata repoſcere.

*Quarta Romana, ſub eodem.*

Quarta ſynodus à Theodorico rege conuocata eſt, ex epiſcopis Italię, Ligurię, Aemiliæ & Venetiarũ, circiter annũ Domini 504, iuxta Iornandẽ: Ruffo Magno, Fauſto Auieno, uiris clariſſ. conſulibus, decima Calẽdarum Nouembris. Conuenerunt autem epiſcopi 115, iuxta eundem: aut 120, iuxta Iſidorum, ut cõtrouerſiam inter clerum & quoſdam ex Senatu & Symmachum, de qua ſuprà in capite de Schiſmatibus dictũ eſt, cognoſcerent & dirimerent. Patres in initio diſputãt, de eo qui ſynodũ cõuocare debuiſſet: & Theodorico indicãt, eam poteſtatem penes ſolũ pontificẽ Romanũ eſſe, ꝓpter meritũ Petri principis Apoſtolorũ, & autoritatẽ aliorũ Conciliorũ, in quibus ea

poteſtas

poteſtas ipſi ſit tradita. Theodoricus reſpondet: Symmachum literis ad ſeſe datis petijſſe ſynodi collectionem, easq; literas patribus exhiberi curat. Deinde in conſeſſum Symmachus uenit, & gratias agit regi pro conuocatione ſynodi, & teſtatur eam ſeſe diu deſideraſſe: ac poteſtatem ſynodo facit, iuxta Eccleſiaſtica ſtatuta corrigendi, quæcunque uideantur emendatione indigere: ac petit ſe prius reſtitui in integrum, & Petrum Altinum uiſitatorem contra Canones à laicis eccleſiæ præfectum remoueri, q̃ ad aduerſariorum obiecta iubeatur reſpondere. Re deliberata, patres quidẽ ſtatuunt, ea quæ peteret ante omnia fieri debere: ſed tamẽ Regis ſententiã etiã eſſe cognoſcendam. Mittuntur igitur ad Theodoricũ legati. Verùm ille reſpondet: Debere papã prius diſceptare cum ſuis aduerſarijs, & ſe de obiectis criminibus purgare, quàm recipiat patrimonium & eccleſias amiſſas.

¶ In altera ſeſsione, quæ facta eſt in Hieruſalem baſilica Seſſoriani palatij, aduerſarij Symmachi offerunt libellũ. Diſceptatur inter patres, an recipi debeat. alijs aliud uidetur: ſed tandem recipitur. In eo autẽ accuſatores inter alia narrant, adeò eſſe manifeſta Symmachi crimina, ut non opus ſit ea probare. nam coram Theodorico & demõſtrata ea eſſe, & de ipſis conuictum. Sed tamen ſi omnino opus ſit noua probatione, debere ſeruos & mancipia eius examinari: abundè eos teſtaturos eſſe de ipſius impuritate. Patres de his conferunt ſermones: ac uidentur ijs nõ ſatis hæc firma eſſe, quæ ꝓponuntur. Quòd enim dicant, antea conuictum & damnatum eſſe ſententia Theodorici: id nõ eſſe uериſimile. Cur enim ad rei cognitionem rex Synodum conuocaſſet?

Deinde per mancipia & ſeruos examini ſubiectos probare, nõ eſſe permiſſum Canonibus: quibus ſtatuatur, ne ijs quos leges ciuiles uetant accuſare, in iudicio liceat teſtimonium dicere.

Symmachus cum quibuſdam presbyteris ſuis ad patrum conſeſſum tendit, ad obiecta reſponſurus. Sed ab aduerſarijs in itinere ita excipitur, ut uulnera ſecum reportet, etiam cædibus perpetratis.

Synodus poſt dies aliquot per legatos ex eo quærit, num uelit ad iudicium uenire, & cauſam dicere? Sed ille reſpõdet, ſe quidẽ paratũ fuiſſe, innocẽtiã ſuã in iudicio demõſtrare, ſed penè cũ ſuis oppreſſũ eſſe: quare nolle amplius ſe cõmittere periculo. De hac exceptiõe ſeu tergiuerſatiõe ad Theodoricũ patres referũt. is reſpõdet, in ſynodi eſſe arbitrio, in tãto negocio ſequẽda pſcribere, nec aliqd ad ſe pter reuerẽtiã de eccleſiaſticis negocijs ptinere. ac ſi⁹ poteſtati relinquit integrũ, ut uel iudiciũ cõtinuẽt: aut alia quadã ratiõe, cauſa non ad cognitionẽ & ſentẽtiã legitimã deducta, pacẽ in ciuitate cõſtituãt. Hac poteſtate accepta, aſſẽctatores põtificis abijciũt omnẽ curã legitimę dijudicatõis, ac cõtinuò uulnera illa eccleſiæ per ἀμνηστίαν incruſtare incipiunt. & primùm qdẽ Symmachũ reſtituũt in priſtinũ locũ & dignitatẽ, & pronunciãt eum immunẽ & liberum ab omni accuſatiõe: & hortãtur omnes, ut ſacrã cõmunionẽ ab eo percipiãt: & clericos qui ab eo receſſerunt, iubẽt cum eo recõciliari: ac ſine eius cõſenſu miſſas celebrare uetãt, ſub pœna à canonib. aduerſus ſchiſmaticos ſtatuta: & Laurentium Nucerinum, & Petrũ Altinatẽ, qui ſedẽ Apoſtolicã inuaſerãt, cõdemnant. Deinde ad ſenatũ legatos mittunt, ac indicant Deo eſſe cõmiſſam totã diſceptationẽ aduerſus Symmachũ, ac eum abſolutũ, his de cauſis. Prima: Quia nõ ſit fas, ſummũ pontificẽ ab alijs iudicari, quem Deus ſuo iudicio reſeruarit. Secunda: Quia multa in principio eius negocij ꝑpoſterè ſint acta. Tertia: Quia etſi aliquid ſit fortè in Symmacho imbecillitatis, tamen eã B. Petri meritis cõpenſari. Quarta: Quia aliter fieri non potuerit, cum penè omnis populus eius cõmunioni adhæſerit. Quinta: Quia princeps eiuſmodi cõpoſitionem approbarit. Ac rogãt, ne Senatus hanc ſententiã diſcutiat, ſed ut filij obediẽtes amplectãtur, ne nouis tumultib. detur occaſio. Cõſtãt hæc ex Tomis Cõciliorũ, Iornãde, Iſidoro, & Theodori Coll. li. 2.

*Quinta Romana Synodus ſub eodem.*

Cum ad eũ modũ, ut in antecedentib. diximus, Symmachũ abſoluiſſet pſeudoſynodus: presbyteri & clerici Romani, q accuſatores eius fuerãt, edito ſcripto iſtius Cõcilij modũ prępoſterũ, & ſententiã illegitimã oppugnabãt: qđ ſi extaret, hãc hiſtoriã plurimùm illuſtraret. Quantũ aũt licet cõijcere ex fragmẽtis quę in Euodio allegãtur, hæc inter alia reprehenderũt. Primùm, qđ nõ omnes iſti ſacerdotes qui adfuerũt, à rege ſint acciti, ſed à Symmacho: nec omnes conſenſerint in eiuſmodi ſententiã de abſoluẽdo Symmacho. Deinde, q nõ paruerint mãdato Regis de diſcutiẽda cauſa. Tertiò, q ſi nõ liceat iudicare de papa, neceſſe ſit Petrũ & ſucceſſores eius peccãdi licentiã ſuſcepiſſe à Domino, cũ ſedis priuilegijs. Quartò, q falſò aſſeruerint, præſulẽ Apoſtolicæ ſedis nunquã minorũ ſubiacuiſſe ſentẽtiæ. nã certè eum ad iudicium diſtricta conuentione eſſe productũ: & uiros iuſſos eſſe præſentari, qui de eius criminibus teſtarentur. Quintò, quòd non ſit facta inquiſitio, neq; teſtes examinati. Sextò quòd Symmachus detrectarit in iudicio cauſam dicere: cũ tamen

men nec Chriſtũ ipſum, nec Deum, nec Samuelẽ, nec Athanaſiũ, nec alios pios puduerit ſe ſubijcere aliorum legitimo iudicio. Septimò, qđ ſynodus quæ ipſum abſoluit, nouo exemplo ſit cõuocata ab eo, de cuius criminibus debebat fieri cognitio: quẽ non ſit ueriſimile conuocaturum eos, quos ſciat ſibi non fauere. Octauò, quòd Symmachus quater euocatus, iudicia ſpreuerit: & indicta cauſa, derelictis defenſorib⁹ diſceſſerit: & quòd nunquã cum accuſatoribus ſuis aperta pugna conflixerit. Nonò, quòd contra regia decretum, qui uiſitatorẽ cõſtituerat, Symmachum reſtituerint. Decimò, qđ Symmachi exceſſus & ſcelera non ſint punita. Vndecimò, quòd ſententia præpoſtera & impia ſit prolata.

¶ Id uerò ſcriptum ut opprimeret Symmachus, & iniuſtam ſynodi ſententiam cõfirmaret, Euodinum Ticinenſem epiſcopũ curauit refutare: id quod ille quidem conatus eſt, ſed nullis ueris fundamentis aut rationibus. Ac ut autoritate aliorum ſuos aduerſarios protelaret, conuocauit ex iiſdem ſuis adulatoribus ſynodum centum & uiginti epiſcoporum, iuxta Iſidorum in uita eius: aut ducẽtorum & octodecim, iuxta alios: circiter annum Domini quingenteſimumquintum, indictione nona, regnante Theodorico, poſt conſulatũ Auieni. Principiò Euodij libellus profertur, & palàm legitur. Deinde approbatur & confirmatur, ac inter acta quartę & qntę ſynodi refertur, & par reliqs decretis Apoſtolicis haberi iubetur. Tertiò, patres deliberãt de anathematiſandis omnib. illis qui Symmachum accuſaſſent, aut iudicaſſent, aut damnaſſent, & cõtra ſynodi decreta garrijſsẽt, aut ſcripſiſſẽt. Sed Symmachus illis quidẽ agit gratias pro ſua in ſedẽ Apoſtolicã beneuolentia: uerùm pronunciat, ex miſericordia illis ignoſcendum eſſe: & repetitis maiorũ decretis, cauendum ne quis in poſterũ idem affectet. In hanc ſententiam cum alij conceſsiſſent, repetuntur & cõfirmantur hæc decreta. Primùm, quòd non liceat ouibus reprehẽdere paſtorem ſuum, niſi exorbitantẽ à recta fide: nec accuſare de ulla re alia, niſi ꝓ iniuſticia ſua. Secundò, quòd non liceat epiſcopum rebus ſuis ſpoliatum, aut ſede depulſum ui aut dolo, aut quocunq; alio modo ad ſynodum uocare, aut accuſare, aut iudicare, antequam fuerit plenè in integrum reſtitutus. Tertiò, ut aliena inuadens puniatur. Quartò, ut accuſatoribus inimicis, uel de domo inimici prodeũtibus, uel qui cum inimicis immoratur, aut ſuſpecti ſunt, nõ credatur. Quintò, ut prodẽs & ad eccleſiã referẽs ſecretas uel manifeſtas inſidias, Põtifici à quocunq; illatas, honore potiatur: & autor earũ in exiliũ expellatur bonis omnib. exutus.

*Sexta Romana ſynodus. ſub eodem.*

Anno Domini 513. circa Calendas Octobris, iuſſu Theodorici regis Italiæ, celebrata eſt alia ſynodus à Symmacho, iuxta Platinã in uita eius.

Occaſionem præbuerunt regis ſatellites & miniſtri qui, eo nomine qđ ſibi à ſuo domino ex liberalitate donata eſſent, prędia & alia bona eccleſiaſtica rapiebant. Deinde & literæ Orientalium epiſcoporum, materiã ſynodo probatam, quibus cõtra hæreſin Eutychianã & Neſtorianam, in quã Anaſtaſius Imperator inciderat, adeò ut orthodoxos opprimeret & perſequeretur, auxiliũ petierãt. Cõuenerũt aũt epiſcopi ex Italia, Sicilia, Macedonia & Aſia, ut patet ex catalogo ſubſcriptorum. Symmachus aũt non tantũ præſedit, ſed etiam decreta dictauit, quæ ab alijs ſine ulla diſceptatiõe ſicut oracula Dei approbata ſunt, cõmuni acclamatione. Conſtitutiones aũt hic factæ, ſic ſe habent.

¶ Cum ueſtro iudicio ſancimus, ut quicũq; immemor aut memor interitus ſui, res eccleſię delegatas, et Domino oblatas, abſq; proprij epiſcopi iuſſu poſsidẽs, præſumpſerit deinceps tenere, quocunq; in loco & ueritate comperta, res Dei ſeruis ſuis diſsimulauerit aut renuerit reformare, liminibus eccleſiæ ab epiſcopo eiuſdem loci prius arceatur. Indignè enim ad altare Dei ꝓperare permittitur, qui res eccleſiaſticas audet inuadere, aut iniuſtè, id eſt ſine licẽtia epiſcopi poſſidere, aut iniqua uel iniuſta defenſione in eis perdurat. Necatores etiam pauperũ iudicandi ſunt præfixo tenore: etſi non emendauerint uitium, extirpandi. Debet tamen eſſe prouiſio, ut uindictã admonitio manifeſta præcedat: & res uſurpatas iniuſtè qui abſtulit, aut iniuſtè ablatas retinet, æquitatẽ patrocinante legibus reſtituat. Quòd ſi neglexerit, & neceſsitas compulerit, demum prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat. Neque quiſquã per internas res Deũ defenſare nitatur: quia Dei potẽtia cũctorum regnorũ terminos ſingulari damnatione concludit. Quòd ſi præſumpſerit, & ipſius offenſam, & prædictæ damnatiõis periculum ſuſtinebit. Cõpetitoribus etiam huiuſmodi frena diſtrictiõis imponimus, qui facultates Eccleſiæ ſub ſpecie largitatis regiæ, uel cuiuſcũq; poteſtatis, improba ſubreptione peruaſerint. Sera namq; de his rebus pœnitudine cõmouemur, cum iam tranſactis temporibus contra huiuſmodi perſonas, canonum ſuffulti præſidio, ſe ſacerdotes Domini erigere debuiſſent, ut nõ manſuetudo indulgentiæ ad ſimilia perpetranda improborum audaciam adhuc quotidie prouocaret. Nunc tardè iniutiarum me

rum mole depreſsi, dãnis quoq; Dominicis compellentibus excitamur. Quòd ſi is cui res Dei competit, in alijs quàm ubi res agitur, maximè ſolet territorijs commorari: ſacerdotem loci ipſins, ubi habitat ille huiuſmodi prauitate contentus, neglectu perſonæ epiſcopus literis inſtructũ reddat. Tunc antiſtes, ipſius fratris anxietate comperta, ut peruaſorem rerum Dominicarum admonitione corrigat, aut prætaxata Canonica diſtrictione cõdemnet. Vnde & in Canonibus in Gangrenſi eccleſia Apoſtolica autoritate condiris de fructunm oblationibus, quæ miniſtris eccleſiæ debentur, & de his quæ in uſus pauperum conferuntur, ſcriptum habetur: Si quis oblariones eccleſiæ accipere uel dare uoluerit prẹter epiſcopi conſcjentiam, uel eius cui huiuſcemodi ſunt officia commiſſa, nec cum eius uoluerit agerẹ conſilio, anathema ſit. Et iterum in eodem concilio: Si quis oblata Deo dederit uel acceperit prẹter epiſcopum, uel eum qui conſtirutus eſt ab eo ad diſpenſandam miſericordiã pauperibus, & qui dat, & qui accipit, anathema ſit. Valde iniquum ergo, & ingens ſacrilegium eſt, ut quæcunque uel pro remedio peccatorum, uel ſalute, uel requie animarum ſuarum unuſquiſque uenerabili eccleſiæ contulerit, aut certè reliquerit, ab his quib. hæc maximè ſeruari conuenit, id eſt Chriſtianis & Deum timẽtib. hominibus, & ſuper omnia à principibus & primis regionum, in aliud transferri uel conuerti. Propterea, qui hæc non præuiderit, & aliter quàm ſcriprum eſt, prædia eccleſijs tradita petierit, uel acceperit, ant poſſederit, uel iniuſtè defenderit, aut retinuerit, niſi citò ſe correxerit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, ſitque accipienti & danti & poſsidenti anathema, & inſtitutæ pœnæ contuberniũ aſsiduum. Nec aliquio ſe ante tribunal Chriſti obſtaculo muniat, quod à religioſis animabus ad ſubſtanriam pauperum derelicta, contra fas ſine aliqua pietatis conſideratione diſpergit.

Secundò Symmachus dixit: Præſentis definitionis formam; quæ iuxta ſanctorum patrũ eſt ſtatuta ſententias, in omnium eccleſiarum noticiam peruenite decernimus, ne cuiquam pro ſua poſsit ignoratione licere, quod non licet. Et qui talia præſumpſerint, ſciant ſe prætaxato condemnatos eſſe modo. Similiter & hoc ad omnium eccleſiarum noticiam, ueſtra cnnctorum exhortatione & iudicio cenſemus peruenire, & ab omnibus firmiter teneri: quia epiſcoporum res eccleſiæ non dubitantur eſſe, ſi in eotum faculatibus ſimili fuerit crudelitate graſſatum, peruaſores rerum memoratarum, prædictæ Canonum diſtrictionis feriantur uindicta, ut qni moribus proprijs ac nulla conſcientię caſtigatione corrigũtur, ſaltem Eccleſiaſticæ & Canonicæ uindictæ perfodiantur aculeis. Generaliter uerò, quicunque res eccleſiæ confiſcare, aut competere, aut peruadere periculoſa aut ſua infeſtatiõe præſumpſerit, niſi ſe citiſsimè per eccleſiæ, de qua agitur, ſatisfactionem correxerit, perpetuo anathemate feriatur. Similiter & hi qui res eccleſiæ iuſſu uel largitione principnm, uel quorundam potentum, aut quadam inuaſione, aut tyrannica poteſtate retinnerint, & filijs uel hæredib. ſuis (ut à quibuſdam iam factum audiuimus) quaſi hæreditarias reliquerint, niſi citò res Dei, admoniti à pontifice, agnita ueritate reddiderunt, perpetuo anathemate feriantur. Iniquum enim eſſe cenſ mus, ut potius cuſtodes chartarum, quàm defenſores terum creditarum (ut præceptum eſt) iudicemur.

Tertiò Symmachus dixit: Omne quod irreprehenſibile eſt, catholica defendit eccleſia. Non licet ergo Imperatori, uel cuiquam pietatom cuſtodienti, aliquid contra mandata diuina præſumere: nec quicquam quod Euangelicis, Propheticisq; & Apoſtolicis regulis obuiat, agere. Iniuſtum enim eſt iudiciũ: & definitio iniuſta, regio metu uel iuſſu à indicibus ordinatã, non ualet. Nec quicquam quod contra Euãgelicã uel Propheticam aut Apoſtolicã doctrinã conſtitutionemq; eorum, ſiue ſanctorũ patrum actum fuerit, ſtabit: & quod ab infidelibus aut hæreticis factum fuerit, omnino caſsabitur. Hoc poſtremum decretum eſt obſcurius, propter actorũ truncam & mutilam deſcriptionem. Paulus Diaconus lib. 15. in uita Anaſtaſij ſubindicat, in hac Synodo cõmuni indicio reprobata eſſe, quæ aduerſus orthodoxos fuerint præſumpta.

Platina dicit, Eutychianos & Neſtorianos damnatos in hac Synodo eſſe. Idem apparet ex epiſtola Symmachi ad eccleſias per Illyrium, Dardanum & Daciam.

Ac uidetur Anaſtaſius Imperator propter huius ſynodi decreta impugnaſſe Symmachum, eumq; accuſaſſe hęreſeos Manichęorum, & ſeditionis, ut qui cum ſenatu Romano contra ſeſe conſpirauerit. Verùm ille in epiſtola Apologetica, hæc crimina diluit, & in Imperatorem retorquet, affirmãs eum Manichæorum patronum, & orthodoxorum perſequutorẽ eſſe. Epiſtola illa extat inter Orthodoxographa.

## SYNODVS ILERDENSIS.

Synodum Ilerdenſem in Hiſpanijs ſub Theodorico celebratam, Iſidorus meminit, anno 15. Theodorici regis, octauo

Idus

idus Auguſti, ab epiſcopis octo: ut notatur. in libro Conciliorum.

Qua occaſione & quo ordine ac modo omnia ſint acta, ſcriptorũ negligẽtia ignoratur. Decreta iſthic facta, hęc uulgo feruntur.

1 De his clericis qui in obſeſsionis neceſſitate poſiti fuerint, id ſtatutũ eſt, ut qui altari miniſtrant, & Chriſti corpus & ſanguinẽ tradunt, uel uaſa ſacro officio deputata contrectant, ut ab omni humano ſanguine, etiam hoſtili, ſe abſtineant. Quòd ſi in hoc inciderint, duobus annis, tam officio quàm communione corporis Domini priuentur: ita ut his duobus annis, uigilijs, ieiunijs, orationibus & eleemoſynis, pro uiribus quas Dominus donauerit, expientur, & ita demum officio uel cõmunioni reddantur: ea tamen ratione, ne ulterius ad officia potiora prouehantur. Quòd ſi in definito tempore negligentiores circa ſalutem ſuam extiterint, prorogandi ipſius pœnitentiæ tempus in poteſtate maneat ſacerdotis. Diſt. 50. De his clericis qui in obſeſsione.

2 Hi uerò qui male cõceptos ex adulterio fœtus, uel editos necare ſtuduerint, uel in uentribus matrũ potionibus aliquibus colliſerint, in utroque ſexu adulteris, poſt ſeptem annorum curricula communio tribuatur: ita tamen, ut omni tẽpore uitæ ſuæ fletibus & humilitati inſiſtant. Si uerò clerici fuerint, officium eis miniſtrandi recuperare non liceat: attamen in Choro pſallentium, à tempore receptæ communionis interſint. Ipſis autem ueneficis in exitu tãtum, ſi facinora ſua omni tempore uitæ ſuæ defleuerint, communio tribuatur.

3 De monachis id obſeruari placuit, quod ſynodus Agathenſis noſcitur decreuiſſe: hoc tantummodo adijciendo, ut cum pro Eccleſiæ utilitate aliquos epiſcopus probauerit in clericatus officio promouendos, cum abbatis uoluntate debeant ordinari. Ea uerò quæ in iure monaſterij de facultatibus offeruntur, in nullo diœceſana lege ab epiſcopis contingantur. Si autem ex laicis quiſquam à ſe factam baſilicam conſecrari deſiderat, nequaquam eam ſub monaſterij ſpecie, ubi congregatio nõ colligitur, uel regula ab epiſcopo non conſtituitur, à diœceſana lege audeat ſegregare. cap. 27. concilij Agathẽſis, 15. q. 11. cum pro utilitate. 10. q. ſi ex laicis quiſpiam.

4 De his qui ſe inceſtus pollutione commaculant, placuit, ut quouſq; in ipſo deteſtando & illicito carnis contubernio perſeuerant, uſque ad miſſam tantũ catechumenorum in eccleſia admittantur, cum quibus etiã nec cibum ſumere ullum Chriſtianorũ (ſicut Apoſtolus iuſsit) oportet. 35. q. 2. & 4. de his qui uice.

5 Hi qui altari Dei deſeruiunt, ſi ſubitò in flenda carnis fragilitate corruerint, & Domino reſpiciente dignè pœnituerint, ita ut mortificato corpore, cordis cõtriti ſacrificium Deo offerant: maneat in poteſtate pontificis, uel ueraciter afflictos non diu ſuſpendere, uel deſidioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita tamen, ut ſic officiorum ſuorũ loca recipiant, ne poſsint ad altiora officia ulterius promoueri. Quòd ſi iteratò, uelut canes ad uomitum, reuerſi fuerint, & ueluti ſues in uolutabris luti iacuerint, non ſolùm dignitate officij careant, ſed etiã ſanctam cõmunionem, niſi in exitu, nõ percipiant. diſt. 50. hi qui altari ſancto. & 15. q 8. hi qui altario Dei.

6 Qui pœnitenti uiduæ, uel uirgini religioſæ uim ſtupri intulerit, ſi ſe ab eo ſequeſtrare noluerit, pariter à cõmunione Chriſtianorum & conſortio ſegregentur. Si uerò illa quæ uim pertulit, ad ſanctã religionẽ redierit, in illo ſolo ſẽtentia excõmunicationis teneatur, quoadusq; publicè pœniteat.

7 Qui ſacramento ſe obligauerit, ut litigans cum quolibet ad pacem nullo modo redeat: pro periurio, uno anno à cõmunione ſanguinis & corporis Domini ſegregatus, reatum ſuum eleemoſynis, fletibus, & quantis potuerit ieiunijs abſoluat. Ad charitatem uerò, quæ operit multitudinẽ peccatorũ, celeriter uenire feſtinet. 22. quæſt. 4. qui in ſacramento ſe oblig.

8 Nullus clericorum ſeruum aut diſcipulum ſuum ad eccleſiam confugientẽ, extrahere audeat, uel flagellare præſumat. Quòd ſi fecerit, donec dignè pœniteat, à loco cui honorem non dedit, ſegregetur. 17. q. 4. nullus clericor. ſeruũ. & in dec Iuonis lib. 2.

9 De his qui in pręuaricatione rebaptizati, ſine aliqua neceſsitate uel tormẽto delapſi ſunt, placuit, ut circa eos illa Nicenę ſynodi ſtatuta ſeruentur, quę de pręuaricatoribus cenſita eſſe noſcuntur: ut ſeptẽ annis inter Catechumenos orent: & duobus inter Catholicos, & poſtea moderatione & clementia epiſcopi fidelibus in obligatione euchariſtiæ cõmunicent. cap. 11. Nicenæ ſynodi.

10 Qui iubente ſacerdote ꝓ quacunq; culpa Eccleſiam exire contempſerit, pro noxa contumaciæ tardius recipiatur ad ueniam. 11. q. 3. qui iubente ſacer.

11 Si qui clerici in mutuam cædem proruperint, prout dignitas officiorum in tali exceſſu contumeliã pertulerit, à pontifice diſtrictius uindicetur.

12 Qui contra decreta canonũ, indiſcretè clericos uſque nunc ordinauerint, eis dominus uel ſancta & eccleſiaſtica charitas ignoſcat. Amodò uerò ſi in tali auſu proruperint, decretum canonũ, quod circa eorũ

perſonas ſtatutũ eſt, id eſt ut nullũ ordinare iam audeât, obſeruetur: uel, qui deinceps ordiuati fueriut, deponantur. Hi uerò qui tales hactenus ordinati ſunt, nullo tempore promoueanrur.

13 Catholicus, qui filios ſuos in hæreſi baptizandos obtulerit, oblatio illius in eccleſia nullatenus recipiatur.

14 Cum rebaptizatis, fideles religioſi nec in cibo participent.

15 Familiaritatem extranearũ mulierũ, licet ex toto ſancti patres antiquis monitionibus prçceperint Eccleſijs euitandã: id nũc tamẽ nobis uiſum eſt, ut q talis probabitur, ſi poſt primã & ſecundã cõmunionẽ ſe emẽdare neglexerit, donec in uitio perſeuerat, officij ſui dignitate priuetur. Quòd ſi ſe (Deo iuuante) correxerit, ſancto miniſterio reſtauretur.

16 Licet de re huiuſmodi, quam cõſtituere ſalubri ordinatione decernimus, priſca autoritas Canonũ nequaquã ſiluerit, ſed euidenti ſanctione præceperit, ut cuiuſcunq; eccleſiæ põtifici defuncto, non paſsim pro libitu ſuo in earũ rerũ direptionẽ, quas obiens dereliquit, quiſquã irruat, domũq; ſubuertat: ſed ſacerdos q exequiarũ tẽpore eſt, ea omnia quæ ad utilitatẽ & conſeruationẽ pertinent, debeat diligenti circũſpectione munire: tamẽ qa ipſa ſanctio (qđ peius eſt) à multis clericis nũc cognoſcitur uiolari, ita ut nõ iubẽte ſacerdote, expectorato affectu, totaq; diſciplinç ſeueritate poſthabita, immaniter quç in domo põtificali reperiũtur, inuadant & abradant: ideo nũc hæc huius placiti cõſtitutione inter uos cenſoria placuit cuſtodiri, ut defuncto antiſtite, uel etiã adhuc in ſupremis agente, nullus clericorũ cuiuslibet ordinis, officij, gradus ue ſit, qcquã de domo præſumat: uel quod de utilitate inſtrumenti domus eſſe agnoſcitur, id eſt, mobilis & immobilis rei eccleſiaſticæ conetur inuadere, nihil furto, nihil dolo ſupprimens, auferẽs atq; abſcõdens: ſed is cui domus cõmiſſa eſt, ſubiunctis ſibi cõ cõſilio uno uel duobus fideliſsimis clericis, omnia uſq; ad tẽpus pontificis ſubſtituendi debeat cõſeruare: & his qui in domo inueniuntur, clericis conſuetã alimoniã adminiſtrare. Subſtitutus aũt antiſtes, ſuſceptæ ſedis cõmoda ordinabit, uelut Deus imperabit, ut eis uti cũ his debeat, quos cognouerit diſciplinæ & charitati prædeceſſoris ſui fideliter paruiſſe. Quòd ſi quiſquã poſt hæc cuiuslibet ordinis (ut ſuperius dictum eſt) clericus quacunq; occaſione de omni facultate quippiã probatus fuerit abſtuliſſe, uel forſitã dolo aliquo ſuppreſsiſſe, reus ſacrilegij, prolixiori anathemate condemnetur, & uix quoq; peregrina ei cõmunio concedatur: quia durũ eſt, ut hi quos cõſtat in ſeruitio Domini cum primæ ſedis antiſtite deſudaſſe, ab his qui ſuarũ rerũ incubitatores atq; uagantes fuiſſe noſcuntur, deſpecti aliquatenus crucientur. ¶ Sergius in Chriſti nomine epiſcopus, has conſtitutiones, ſecundũ quod nobis cũ fratribus, Deo inſpirante, cõplacuit, relegi, & ſubſcripſi. Iuſtus, in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Iohannes, in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Petrus, in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Marulio, in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Taurus, in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Febrorius, in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Gratus, in Chriſti nomine epiſcopus, directus à domino meo Stephano epiſcopo, his cõſtitutionibus interfui, & ſubſcripſi. 12. q. 2. Hæc huius placiti.

¶ In decreto Gratiani & Iuonis citantur etiam alij canones ex Ilerdenſi concilio: ſed incertum eſt, an in hoc ſiue in alio, ibidẽ alio tempore celebrato, ſint cõpoſiti: quos tamen etiam ſubijciemus.

1 Non oportet à ſeptuageſima uſq; in octauam Paſchæ, & tribus hebdomadibus ante feſtiuitatẽ S. Ioãnis baptiſtæ, & ab Aduẽtu Domini uſq; poſt Epiphaniã, nuptias celebrare. Quod ſi factũ fuerit, ſeparẽtur. 33. q. 4. nõ oportet in 70. Et in decreto Iuonis lib. 6.

2 Si qs in infirmitate poſitus clericus, medicorũ inciſione claudus efficitur, promoueri ad ſacros ordines eũ nõ denegamus. diſt. 55. ſi quis, &c. & in decreto Iuonis lib. 2.

3 Extat etiã 2. q. 4. presbyteri ſi à plebe. & in decreto Iuonis lib. 5. Canon concilij Ilerdenſis de purgatione clericorũ: ſi conuinci nõ potuerunt. Sed quia expreſsè Cæſaris Caroli meminit, huc referri non poteſt.

4 Omnis presbyter qui fontẽ lapideũ habere nequiuerit, uas conueniens ſolũmodo ad baptizandi officiũ habeat, quod extra eccleſiã nõ deportetur. Similiter ad corporale lauandũ, & ad pallas altaris, ppria habeãtur uaſa, in quibus nihil aliud fiat. De conſ. diſtinct. 4. omnis presbyter qui fontem.

*Ex Decretis Iuonis lib. 7. & ex 7. libro uetuſti Codicis librorum ſexdecim, numero 5.*

Vt duobus uel tribus teſtibus teſtimoniũ dicentibus, conſanguinei ſeparentur.

Vt omnis controuerſia quæ de Eccleſiaſt. rebus fit, ſecundũ diuinã legẽ ſub duob. uel trib. teſtibus terminetur. teſtis eſt Dñs, cum dicit: Non unus ſtet cõtra alium, ſed in ore duorum uel triũ teſtiũ ſtet omne uerbum.

*Decreta duo Ilerdenſis concilij, quorum primũ deſumptum eſt ex uetuſto codice librorum 5. capite 134. libri ſecundi.*

Epiſcopi, presbyteri, diaconi relicta, ſi maritum acceperit, in fine non cõmunicet.

Decretum

*Decretum ſecundum, deſumptum ex libro nono, libri ſexdecim librorum, cap. 4.*

Vt in Chriſtiaoorũ nuptijs non ſaltetur.

Quòd non oporteat Chriſtianos euntes ad nuptias, plaudere uel ſaltare, ſed ueoerabiliter cœnare uel prandeıe, ſicut Chriſtianos decet.

## SYNODVS VALENTINA.

VAlentinũ cocilium in Hiſpania, circiter annum 15. Theodorici, à ſex epiſcopis celebratum eſt: ſicut indicat liber Conciliorum, & Iſidorus.

Decreta illhic facta hæc refeıuntur.

¶ Anno decimoquinto Theodorici regis, pridie Nouembıis, in nomine Domini IESV Chriſti, à Valentino in Concilio congregati, dum Eccleſiſticas regulas tractaremus, antiquos canones relegentes, inter cætera hoc eſſe cenſuimus obſeruandũ: ut ſacroſancta Euangelia ante munerũ illationem, in miſſa Catechumenorum, in ordine lectionũ pòſt legantur: quatenus ſalutaria præcepta Domini noſtri IESV Chriſti, uel ſermones ſacerdotis, non ſolũ fideles, ſed etiã Catechumeni ac pœnitente, & omnes qui ediuerſò ſunt, audire licitũ habeant. Sic enim ponrificũ prædicatione audita, nõnullos attractos ad fidem euidenter ſcimus.

2 Hoc etiam placuit, ut epiſcopo ab hoc ſeculo (iubente Domino) accerſito, clerici ab omni omnino ſupellectili, uel quæcunque ſunt in domo eccleſiæ, uel epiſcopi in libris, ſpeciebus, utenſilibus, uaſculis, frugibus, gregibus, animalibus, uel omni omnino re, rapaces manus abſtineãt, & nihil latronũ more diripiant. Qui ſi nec canonũ autoritate prohibiti fuerint, omnia quæ peruaſerint, metropolitani uel omniũ comprouincialiũ ſacerdotũ diſtrictione coacti, in priſtinum ſtatum redintegrare cogantur, ut nihil antiſtiti, uel diſpenſatori futuro, neceſſariorũ ſub hac iuſta conſtitutione depereat. Quod ut confidentius, iuſticia monẽte, ſeruetur, ſecundum Regienſis Synodi conſtituta, epiſcopo è corpore recedente, uicinior illi accedat epiſcopus, qui ex more exequijs celebratis, ſtatim Eccleſiæ ipſius curam diſtrictiſsimè gerat, ne quid ante ordinationem futuri pontificis remanentium clericorũ ſubuerſioni uel direptioni iam liceat, ita ut directis hominib. inſpectio certior, & deſcriptio fideliſsima (ſi fieri poteſt) intra octauas defuncti, ſub diligẽtia pſentis epiſcopi peragatur. ac dehinc ad metropolitani noticiã habita ordinatè deſcriptio deferatur, ut eius electione talis perſona ordinandæ domui Eccleſiaſticę procuretur, quę uel conſueta clericis ſtipendia diſpenſet, & creditarũ ſibi retũ (ſi forſitan tarditas in epiſcopo ordioando ſucceſſerit) metropolitano congruis temporibus reddere poſsit rationem, ut ſub hac ſalubri conſtitutione clerici ſtipendijs ſuis omnino cõtenti, labores nõ diripiant epiſcopi decedentis, & in uacuam eccleſiæ domũ futurus pontifex nõ ſine dolore ſuccedat: ſed magis de prædeceſſoris ſui dimiſſo, poſsit & ipſe gaudere, & alijs miniſtrare.

3 Simili quoq; modo parentibus & propioquis decedentis epiſcopi, ſi inteſtatus obierit, denuncietur, ut ſine metropolitani, uel comprouincialiũ ſacerdotũ cõſcientia, nihil de rebus defuncti occupare pertentent, ne fortè cum hæreditarijs rebus etiam aliqua ad eccleſiã pertinentia uel permixta uſurpent: ſed uſq; ad ordinationẽ futuri expectent anriſtitis, aut certè (ſi longũ fuerit) ad metropolitani (ut dictũ eſt) ordinationem recurrant. Si quis aũt contemptor diuini timoris, contra hęc ſancta Synodica clericus quiſq; uel laicus uenire improba mẽte tentauerit, & cõmunione & conſortio priuetur Eccleſiæ: quia dutũ eſt ut ad illam cõueniat, quam expoliare non metuit, niſi fortè ſpiritu meliore correptus, dum à pręſumptione ceſſauerit, recuperet indulgentiã. Si aũt rationabiliter modeſteq; unuſquiſq; repetit, quod ſibi iure debetur, ei abſque aliqua animaduerſione à metropolitano, uel cui iniunxerit, aur res, aut ratio nõ negetur. Hoc etiã canone omnes ſunt cõſtringẽdi, qui tam in præteritũ, quàm in futurũ, res eccleſię uel epiſcopi uſurpãtes diripuerint.

4 Illud etiã prouido cõſilio decretũ eſt, ut quia ſæpè ſanctorũ antiſtitũ per abſentiã cõmendatoris epiſcopi exequiæ differũtur, ita ut ueneranda pontificis mẽbra dum tardius funerantur, iniuriæ omnino ſubiaceãt: epiſcopus qui poſt mortẽ fratris ad ſepeliẽdum eũ ſolet inuitatus occurrere, infirmom magis & adhuc in corpore poſitũ, admonitus uiſitare nõ differat, ut aut de reuelatiõe cõſacerdotis amplius gaudeat, aut certè de ordinarione domus ſuæ fratrẽ admoneat, eiusq; probabilẽ uoluntatẽ in effectũ tranſmittat, ac recedeotẽ à ſeculo, poſt oblatũ in eius cõmendatione ſacrificiũ Deo, mox ſepulturæ tradat diligentiſsimè, & ſuperius conſtituta canonicè nõ differat adimplere. Si aũt antiſtes repentino obitu deceſſerit, & collimitanei ſacerdotes (ut fieri ſolet) de lõginquo minimè adeſſe potuerint, uno die tantũ cũ ſua nocte exanimatũ corpuſculũ ſacerdotis maneat, nec ſine fratrũ ac religioſorũ frequẽtia, uel pſalleotiũ excubatiõe ſeruatũ, à presbyteris cõ omni dıligẽtia in loco cõditũ ſeorſum, nõ ſtatim humetur, ſed honorificè cõmẽdetur: donec ſine mora inuitato undecũq; põtifice, ſacerdotis corpus ab ipſo (ut condecet) ſolẽniter tumuletur,

ut & iniuriæ tollatur occaſio, & mos antiquus in ſepeliẽdis ſacerdotib. obſeruetur.

5 Hoc etiam placuit, ut uagus atq; inſtabilis clericus, ſiue etiã in diaconi miniſterio, uel presbyteri officio conſtitutus, ſi epiſcopi, à quo ordinatus eſt, præceptis nõ obedierit, ut in delegatis ſibi eccleſia officiũ dependat aſsiduũ, quouſq; in uitio permãſerit, & cõmunione & honore priuetur.

6 Vt nullus alienũ clericũ, ſecundũ decreta canonũ, ſine conſenſu epiſcopi ſui, audeat ordinare: ſed nec ullũ ſanctorũ ſacerdotum quiſpiam ordinet, qui localem ſe futurũ primitùs nõ ſpoponderit, ut per hæc nullus à regula uel diſciplina eccleſiaſtica deuiare ꝑmittatur impunè. Celſinus in Chriſti nomine epiſcopus, ſubſcripſi. Setabius epiſcopus ſubſcripſi. Benagius epiſcopus ſubſcripſi. Ampelius epiſcopus ſubſcripſi. Saluſtius archidiaconus, uicarius domini mei Marcelli epiſcopi, ſubſcripſi.

### SYNODVS CONSTANtinopolitana.

EVphemius cum uideret ſynodi Chalcedonenſis decreta à Petro Alexandrino damnari, magno cũ ueritatis incõmodo, & eccleſiæ perturbatione, Synodũ ex peregrinis epiſcopis coegit, ac in ea ſtatuta illa confirmauit, eorũq; impugnatores damnauit: ut narrat Nicephorus monachus in hiſtoria Eccleſiaſtica. Hac autẽ re Imperator offenſus, Euphemium in exilium expulit. Euagrius libro tertio, capite trigeſimo.

### SYNODVS SIDONENSIS.

ANaſtaſius anno uiceſimo imperij ſui, ſynodum cõuocauit apud Sidonem, ad petitionẽ Xeneæ Hierapoleos epiſcopi.

Occaſionem ei præbuit Imperatoris error & furor, & conſtantiũ doctorũ confeſsio, & reprehenſio eorũ quæ malè ab Imperatore fiebant. Nam cũ Anaſtaſius ſomniaret, diſſidium inter doctores de Chalcedonenſi cõcilio poſſe & ἀμνηστίᾳ & tyrannide ſopiri, cõiunxit ſeſe cum parte hæretica, quæ damnabat uerã ſententiã: & alterã eſt perſequutus, ac eiecit Euphemium Conſtantinopoleos epiſcopũ, & poſtea Macedonium, ꝓpterea quòd nollent damnare decreta Synodi Chalcedonenſis: ac ſubſtituit Timotheum. Cum aũt Flauianus Antiochię & Elias Hieroſolymorũ epiſcopi proteſtarentur, ſe non poſſe ꝓbare Imperatoris factum, quod ſine ulla legitima cognitione & iudicio eccleſię, illos ab officio per uim amouiſſet, aduerſus illos furioſè excanduit: & communicato cũ ſuis adulatoribus & ſeductoribus conſilio, in eũ finẽ hanc Synodũ congregauit, ut decretis Chalcedonenſis Concilij damnatis, Flauianus & Elias in exiliũ pellerentur.

Conuenerunt aũt ex Paleſtina & Oriente epiſcopi circiter octoginta, iuxta Marcellinum, qui omnes partibus Imperatoris & hæreticorũ addicti erãt: quibus præſidebant Sotericus Cæſareę Cappadocię, & Xeneas Hierapoleos epiſcopus. Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoſecundo.

Cum aũt, ut uidetur, etiã Elias & Flauianus eſſent ad ſynodũ citati, in eum ſacrilegum cœtũ recuſarunt uenire: ut refert Coſpinianus ex Marcellino, in Aurelio Caſsiodoro. Ac miſit Elias Sabbam monachũ cum alijs legatis ad Imperatorẽ, cũ huiuſmodi literis: Heremi incolas, & cũ illis Sabbam ſolitudinis caput, Oratores pro eccleſijs ad celſitudinẽ tuã mittimus. Tu uerò, ô Imperator, diuinos eorũ labores atq; ſudores reueritus, finẽ eius qđ cõtra eccleſias ſuſceptũ eſt, bello imponito, neq; cladẽ hãc ulterius ꝓgredi ſinito. Curæ namq; tibi eſſe ut quæ Deo grata ſint facias, qui tibi diadema conceſsit, perſuaſum habeo. Per hos cum Imperator Eliæ æquior eſſet factus, adulatores illi in ſynodo uti foro & aulica aura optimè ſcientes, Chalcedonenſem quidẽ ſynodũ dãnarunt: ſed contra Eliã & Flauianũ nihil tũ quidẽ egerunt. Verùm poſtea delationibus ijs exilium compararunt, quaſi conuicijs proſcidiſſent Imperatorem, & actiones eius deriſiſſent.

### SYNODVS APVD HEracleam.

COnuenerat inter Anaſtaſiũ & Theodoricum de ſynodo cõuocanda, in qua religionis cõtrouerſiæ legitimè cõponerẽtur. Cum aũt de loco eſſet diſceptatio, & Anaſtaſius uellet eã Heracleæ fieri, Theodoricus Vitalianus, ne res impediretur, conſenſit: ac apud Hormiſdã effecit, ut Euodiũ epiſcopũ, & Vitalianũ archidiaconũ eò ablegaret. Venerũt etiã epiſcopi ex diuerſis locis ferè ducenti. Sed illuſi ab Imperatore, & Timotheo Cõſtãtinopoleos epiſcopo, re infecta receſſerunt. Illud uerò neq; Imperatori honorificũ, neq; imperio utile fuit. nam à populo & ſenatu Romano periurij eſt inſimulatus, & Theodoricus accepta occaſione ſæuijt in exercitum eius. Paulus Diaconus libro 15. in uita Anaſtaſij.

### SYNODVS AVRELIANENSIS.

ANno 22. Anaſtaſij, iuxta Bedam & Sigebertum, celebrata eſt prima ſynodus à Francis in oppido Aureliæ. conuocauit eam Clodoueus, ſeu Ludouicus, ut ipſi patres in epiſtola ſua fatentur. Vincentius uerò libro 21. capite 23. aſſerit, à Melanio congregatam eſſe.

Conuenerunt epiſcopi 32. ſeu (ut liber Conciliorũ, & Sledanus in libello de 4. Monarchijs, notant) triginta tres: primas uerò partes in ea obtinuit Melanius, familiaris regis. Oc-

gis. Occaſionē præbuit corruptus eccleſiaſtici regiminis ſtatus, & diſſolurio diſciplinæ propter motus bellicos, & magiſtratus abſentiam, ac præfectorum uegligentiam: ru uidetur colligi poſſe ex epiſtola Clodouei ad Synodum, quæ hoc modo extat in libro Conciliorum.

*Dominis ſanctis & Apoſtolica ſede digniſsimis epiſcopis, Clodoueus rex.*

¶ Enunciante fama, quid actū fuerit, uel præceptū omni exercitui noſtro, priuſquā in patriā Gothorū ingrederemur, Beatitudini ueſttæ præterite non potuit. In primo quoq; de miniſterio Eccleſiarū omniū præcepimus, ut nullus ad ſubtipiendū in aliquo conaretur, neq; de ſanctimonialibus, neq; de uiduis, quæ in religione Domini deuotæ eiſſe probarentur. Simili cōditione & de clericis uel filijs ſupradictorū tam clericorum quàm uiduarū, qui cū illis in domo ipſorū conſiſtere uidebantur. Idē & de ſeruis eccleſiarom, quos de eccleſijs tractos per epiſcoporū ſacramenta conſtiterit, præceptū eſt, obſeruare, ut nullus ex ipſis aliquā uiolentiā uel damnum patiatur. Quod ita ad integrum eſt intelligendū, ut ex his ſupradictis, ſi aliquis uim captiuitatis pertuliſſet, ſiue in eccleſia, ſiue extra eccleſiam, omnino ſine aliqua dilatione præcipiamus eſſe reddendos. De cæteris quidem captiuis laicis, qui extra pacē ſunt captiuari, & fuerint approbati Apoſtoli, aut cui uolueritis, atbitrij ueſtri eſt nō negandū. Nam de his qui in Pace noſtra tam clerici quàm laici ſubrepti fuerint, ſi ueraciter agnoſciria, ueſttas epiſtolas de annulo ueſtro iufrà ſignatas, ſic ad nos omnimodis dirigatis, & à parte noſtra præceptionem latā noueritis eſſe firmandā: ſic tamen populua uoſter petit, ut euicunq; epiſtolas ueſtras præſtare fueritis dignati, cū ſacramento per Deum, & benedictione ueſtra dicere non tardetis, rem iſtā quæ poſcitur ueram eſſe: quia multorum ueritates & falſirates inuentæ ſunt, ut cōprehendantur, ſicur ſcriprum eſt: Perit iuſtus cū impio. Orate pro me domini ſancti, & Apoſtolica ſede papæ digniſsimi.

¶ Decreta autē iu hac ſynodo communi conſilio ſacta ſunt:

1 De homicidis, adulteria & futibus, ſi ad eccleſiam confugerint, id conſtituimus obſeruandū, quod Eccleſiaſtici canones decreuerunt, & lex Romana conſtiruit: ut ab eccleſiæ atrijs uel domo epiſcopi, reos abſtrahere omnino non liceat: ſed nec alteri conſignare, uiſi ad Euangelia datis ſacramentis, de morte & debilitate, & omniū pœnarum genere ſint ſecuri, ita ut ei cui reus fuerit criminoſus, de ſatisfactione conueniat. Quòd ſi quis ſua ſacramenta conuictua fuerir uiolaſſe, reus periurij, non ſolùm à cōmuniohe eccleſiæ uel omuium clericorū, uerumetiā à catholicorū conuiuio ſeparetur. Quòd ſi is cuius reus eſt, noluerir intentione faciente componi, & ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit, ab eccleſiæ clericis non quæratur. 17. q. 4. id conſtiruimus.

2 De raptoribus autem id conſtituendum eſſe cenſuimus, ut ſi ad eccleſiam raptor cū rapta confugerit, & fœminam ipſam uiolentiam pertuliſſe conſtiterit, ſtatim liberetur de poteſtate raptoris: & raptor mortis uel pœnarum impunitate cōceſſa, aut ſeruieudi conditioni ſubiectus ſit, aur redimendi ſe liberam habeat facultatem. ſi uerò quæ rapitur, pattem habere conſtiterit, & puella raptoti conſenſetit, poteſtati patris excuſata reddatut: & raptor patti, ſuperioris conditionis ſatisfactione teneatur obnoxius. 36. q. 1. de taptoribus sutem.

3 Seruus qui ad eccleſiam confugerit, pro qualibet culpa, ſi domino pro admiſſa culpa ſacramentum ſuſceperit, ſtatim ad ſeruirium domini ſui redire cogatur: & poſteaquam dato ſacramento, domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadem culpa qua excuſatur, probatus fuerir pertuliſſe, pro contemptu eccleſiæ & præuaricatione fidei, à communione & conuiuio Catholicorū extraneus habeatur. Si uerò ſeruus pro culpa ſus ab eccleſia defenſatus, ſacramēti Domini clericis exigentibus, de impunitate perceperit, exite nolentē à domino liceat occupari. 17. q. 4. id conſtituimus.

4 De ordinationidus clericorū id obſeruandum eſſe decreuimus, ut nullus ſecularium ad clericatus officium præſumat accedere, niſi ur cum regis iuſsione, aut cum iudicis uoluntate, ita ut filij clericorum, id eſt patrum, auorum ac proauorum, quos in ſuptadicto ordine parentum conſtat obſeruatione ſubiunctos, in epiſcoporum poteſtate & diſtrictione conſiſtant.

5 De obligationibus uel agris, quos Dominus noſter rex Eccleſiæ ſuo munere conferre dignatus eſt, uel adhuc non habentibus, Deo ſibi inſpirante contulerit, ipſorum agrorum uel clericorum immunitate conceſſa, id eſſe iuſtiſsimum definimus: ut in reparationibus eccleſiarum, alimonijs ſacerdotum, & pauperum refectione, uel redemptionibua captiuorum, quicquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur. & clerici ad adiutorium Eccleſiaſtici operis conſtringantur. Quòd ſi aliquis ſacerdotum, ſeu minotis officij, ac hanc curam minus ſolicitus fuerir, ac deuotus extiterit, publicè à comprouiucialibus epiſcopis cōfundatur. Quòd ſi nec ſub tali ſe confuſione correxerit, donec emendar errotē, com-

munione fratrum habeatur indignus, minores uerò (ut dignum eſt) diſtringantur.

6 Si quis ab epiſcopo ſuo, uel de eccleſia, uel de proprio iure crediderit aliquid repetendum, ſi nihil conuicij aut criminationis obiecerit, eum pro ſola cõtentione à cõmunione eccleſiæ non liceat ſubmoueri. 6. q. 7. Si quis ab epiſcopo.

7 Abbatibus, presbyteris, omniq; clero, uel in religionis profeſsione uiuētibus, ſine diſcuſsione uel cõmendatione epiſcoporũ, pro petendis beneficijs ad dominos uenire non liceat. Quòd ſi quiſquam præſumpſerit, tam diu loci ſui honore & cõmunione priuetur, donec per pœnitentiam plenam, eius ſatiſfactionem ſacerdos accipiat.

8 Si ſeruus abſente uel neſciente domino ſuo, epiſcopo tamen ſciente quòd ſeruus ſit, diaconus aut presbyter fuerit ordinatus, ipſo in clericatus officio permanente, epiſcopus eum domino duplici ſatiſfactione compenſet. Si uerò epiſcopus eum ſeruum neſcierit, qui teſtimonium perhibent, ut eum ſupplicauerint ordinari, ſimili redhibitioni teneantur obnoxij. diſtinctione quinquageſimaquarta, Si ſeruus abſens.

9 Si diaconus aut presbyter crimen capitale commiſerit, ſimul & ab officio & communione pellatur. diſtinctione octuageſimaprima. Si diaconus aut.

10 De hæreticis clericis, qui ad fidem catholicam plena fide & uoluntate uenerint, uel de baſilicis, quas in peruerſitate ſua Gothi hactenus habuerunt, id cenſuimus obſeruari: ut ſi clerici fideliter conuertantur, & fidem Catholicam integrè confiteantur, uel ita dignam uitam morum & actuũ probitate cuſtodiant, officium, quo eos epiſcopus dignos eſſe cenſuerit, cum impoſitæ manus benedictione ſuſcipiant: & eccleſias ſimili, quo noſtræ inuocari ſolent, placuit ordine conſecrari.

11 De his qui ſuſcepta pœnitentia religionem ſuæ profeſsionis obliti, ad ſecularia relabuntur, placuit eos & à communione ſuſpendi, & ab omnium catholicorum conuiuijs ſeparari. Quòd ſi poſt interdictum cum eis quiſquam præſumpſerit manducare, & ipſe communione priuetur. De pœnitentia, diſtinctione quinta, De his qui.

12 Si diaconus uel presbyter, pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſsione ſubmouerit, ſic quoq; ſi alij defuerint, & cauſa certæ neceſsitatis exoritur, poſcentem baptiſmum liceat baptizare. diſtinctione 81 ſi diaconus.

13 Si ſe cuicunque mulier duplici coniugio, presbyteri uel diaconi relicta, coniunxerit, aut caſtigati ſeparentur: aut certè ſi in criminum intentione perſtiterint, pari excommunicatione plectantur. diſtinctione uigeſimaoctaua, Si ſe.

14 Antiquos canones relegentes, priora ſtatuta credimus renouãda, ut de his quæ in altari oblatione fideliũ cõferuntur, medietatem epiſcopus ſibi uendicet, & medietatẽ ſibi diſpenſandã ſecundũ gradus clerus accipiat, tam de prędijs ꝓprijs, quàm de omni cõmoditate in epiſcoporũ poteſtate durantibus. 10. q. 1. antiquos canones.

15 De his quæ parochis in terris, uineis, mancipijs atq; peculijs quicunq; fideles obtulerint, antiquorũ canonũ ſtatuta ſeruētur, ut omnia in epiſcopi poteſtate conſiſtant. De his tamen quæ in altari acceſſerint, tertia fideliter epiſcopis deferatur, duæ clericis. Decimæ autē, ſecundum quoſdam, ſingulis annis tertia pars, aut in tertio tota. Sed tamen nos ſequētes Romanos, ſingulis annis quartã partem, aut in quarto anno totã epiſcopi recipiant. 10. q. 1. de his quæ paroch. ex decr. Iuo, libro ſecundo, additio.

16. Epiſcopus pauperibus, uel infirmis, qui debilitate faciente non poſſunt ſuis manibus laborare, uictum & ueſtimentum, inquantum poſsibilitas habuerit, largiatur. diſtinctione 81. epiſcopus pauperibus.

17 Omnes baſilicæ quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, uel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundũ priorũ canonũ regulã, ut in eius epiſcopi, in cuius poſitæ ſunt territorio, poteſtate cõſiſtant 6. q. 7. omnes baſilicę.

18 Nec ſuperſtes frater thorũ defuncti fratris aſcendat, nec ſe quiſquam amiſſæ uxoris ſorori audeat ſociare. Quod q fecerint, Eccleſiaſtica diſtrictione feriantur.

19 Abbates, pro humilitate religionis, in epiſcoporũ poteſtate conſiſtant. Et ſi quid extra regulam fecerint, ab epiſcopis corrigãtur: qui ſemel in anno, in loco ubi epiſcopus elegerit, accepta uocatione, cõueniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia & deuotione ſubiaceant. Quòd ſi quis per contumaciam extiterit indeuotus, aut per aliqua loca uagari, aut peculiare aliquid habere præſumpſerit, omnia quæ acquiſierit, ab abbatibus auferantur, ſecundum regulam monaſterio profutura. Ipſi autem qui fuerant peruagati, ubi inuenti fuerint, cum auxilio epiſcopi, tãquam fugaces ſub cuſtodiam reuocentur. Et reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat, qui in huiuſmodi perſonis non regulari animaduerſione diſtrinxerit, uel qui ſuſceperit monachum alienum. decimaoctaua quæſtione ſecunda, abbates pro humilitate.

20 Monacho orarium in monaſterio uel zonas habere non liceat. uigeſimaſeptima quæſtione prima, monacho orarium.

21 Monachus in monaſterio conuerſus, ſi pellici

pellici poſtea uel uxori fuerit ſociatus, tantę præuaricationis reus, nūquam eccleſiaſtici gradus officium ſortiatur.

22 Nullus monachus congregationis monaſterij derelicta, ambitionis & uanitatis impulſu cellulam conſtruere, ſine epiſcopi permiſsione, uel abbatis ſui uoluntate, præſumat. 18.q.2. nullus monachus.

23 Si epiſcopus humanitatis intuitu, mancipiola, uineolas, uel terrulas clericis uel monachis præſtiterit excolendas, uel pro tempore tenendas, etiamſi longa tranſiſſe annorum ſpacia comprobentur, nullum eccleſia præiudicium patiatur, nec ſecularis legis præſcriptio, quæ eccleſiæ aliquid impediat, opponatur. 16.q.3. ſi epiſcopus.

24 Id ſacerdotibus omnibus eſt decretū, ut ante Paſchæ ſolennitatem, non quinquageſima, ſed quadrageſima teneatur. de conſec. diſt. 3. Sacerdotibus.

25 Vt nulli ciuium Paſchæ, natalis Domini, uel quadrageſimæ ſolennia in uilla liceat celebrare, niſi quem infirmitas probabitur tenuiſſe. de con. diſt. 3. nulli ciuium.

26 Cum ad celebrandas miſſas in Dei nomine conuenitur, populus non ante diſcedat, quàm miſſæ ſolennitas compleatur: & ubi epiſcopus non fuerit, benedictionem accipiat ſacerdotis. de con. diſt. 1. cum ad celebrandas.

27 Rogationes, id eſt litanias ante aſcenſionem Domini placuit celebrari, ita ut præmiſſum triduanum ieiunium in Dominicæ aſcenſionis ſolennitate ſoluatur: per quod triduum ſerui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuerſa conueniat, Quo triduo omnes abſtineant & quadrageſimalibus cibis utantur. de conſ. diſtinct. 3. rogationes.

28 Clerici uerò qui ad opus ſanctum adeſſe contempſerint, ſecundum arbitrium epiſcopi eccleſiaſticam ſuſcipiant diſciplinā. diſt. 91. clerici uerò.

29 De familiaritate extranearum mulierū tā epiſcopi quàm presbyteri, uel diaconi, præteritorū canonum ſtatuta cuſtodiant.

30 Si quis clericus, monachus, uel ſecularis, diuinationem uel auguria crediderit obſeruanda, uel ſortes (quas mentiuntur eſſe ſanctorū) quibuſcunq; putauerint intimandas, cum his qui eis crediderint, ab eccleſiæ cōmunione pellātur. 26.q.5. ſi quis clericus.

31 Epiſcopus, ſi infirmitate non fuerit impeditus, eccleſiæ cui proximus fuerit, die Dominico deeſſe non debet.

¶ Interfuerunt aūt & ſubſcripſerūt, Auentinus Dinienſis metropolis, Adelphius Rauracenſis, Boetius Cadurcenſis, Cyprianus Burdegalēſis metropolis, Cronopius Petragoricenſis, Camilianus Trecaſinus, Euſebi⁹ Aurelianenſis, Euphraſius Aruernorum, Edibius Ambianenſis, Euſtochius Andegauenſis, Epiphanius Namneticēſis, Eraclius Pariſiacenſis, Etilius Vaſionēſis, Gildardus Rothomagēſis metropolis, Leontianus Cōſtantienſis, Lupicinus Engoliſmanus, Lichatedus Lexouienſis, Lupus Sueſsionēſis, Leunianus Siluanectenſis, Licinius Thuronēſis metropolis, Leontius Tholoſanus metropolis, Maurufius Ebroicenſis, Melanius Rhedonenſis, Modeſtus Venetenſis, Melanius Vitomādenſis, Nepos Abrincenēſis, Petrus Xantonēſis, Principius Cenomanēſis, Quintianus Ruthenenſis, Sophronius Nouiomēſis, Theodoſius Antiſiodorenſis, Tetradius Auſciorū, Tetradius Bituricēſis metropolis. Meminerunt huius ſynodi etiā Henricus de Erphordia in uita Anaſtaſij. cap. 49. Vincentius lib. 21. cap. 23. Nauclerus generatione 18. in ſecundo uolumine: autor Epitomes mundi.

## SYNODVS GERVNDENSIS.

Gerundenſe conciliū anno 7. Theodorici regis, 7. idus Iunij, Agapeto conſule habitū, eſſe, liber Conciliorū autumat, ſed apud hiſtoricos altū de ea eſt ſilentiū, circa hoc tēpus. Gratianus quidē ex Gerundēſi concilio allegat canones quoſdā: ſed an hoc uel alio tempore celebratū ſit, non indicat. Decreta, ut uulgo feruntur, ſubijcimus.

1 Vt inſtitutio miſſarum, ſicut in metropolitana eccleſia agitur, ita in Dei nomine in omni Tarraconenſi prouincia, tam ipſius miſſæ ordo, quàm pſallendi uel miniſtrandi cōſuetudo ſeruetur. de con. diſt. 2. inſtitut.

2 Vt expleta ſolennitate Pentecoſtes, in ſequenti ſeptimana à quinta feria in ſabbatum, per hoc triduū abſtinentia celebretur.

3 Item, Secunda litania facienda eſt Calendis Nouembris, ea tamen conditione ſeruata, ut ſi iiſdem diebus Dominica interceſſerit, in alia hebdomada, ſecundum prioris abſtinentiæ obſeruantiam, à quinta feria incipiatur: & in ſabbati ueſpere miſſa facta finiatur: quibus tamen diebus à carnibus & uino decreuimus abſtinendum.

4 De catechumenis baptiſandis id ſtatutum eſt, ut in Paſchæ ſolennitate, uel Pentecoſtes, quanto maioris celebritatis celebritas maior eſt, tanto magis ad baptiſandum ueniāt. Cæteris ſolennitatibus infirmi tantummodo debeant baptiſari, quibus quocunq; tempore conuenit baptiſmum non negari. de con. diſt. 4. de catechumenis.

5 De paruulis, qui nuper è materno utero editi ſunt, placuit conſtitui: Vt ſi infirmi (ut aſſolet) fuerint, & lac maternum non appetant, etiam eadem die qua nati ſunt, ſi oblati fuerint, baptiſentur.

6 De conuerſatione uitæ id ſtatuere placuit,

cuit, à pontifice uſque ad ſubdiaconatum, poſt ſuſcepti honoris officium, ſi quis ex coniugatis fuerit ordinatus, ut ſemper alterius fratris utatur auxilio, cuius teſtimonio uita eius debeat clarior apparere.

7 De his qui ſine uxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito ſecum pro uitæ conuerſatione fratre in teſtimonium, non per quamcunq; fœminei ſexus perſonam eorum ſubſtantia gubernetur, aut per puerum: ſed aut per amicum domum ſuam debeant ordinare, niſi matrem aut ſororem in domo habuerint: ut ſecundum priorum Canonum ſtatuta, per earum perſonas eorum debeat contutari ſubſtantia.

8 Si quis de laicis poſt uxorem, aliam cuiuſcunq; conditionis cognouerit mulierem, in clero nullatenus admittatur.

9 Is uerò qui ægritudinis languore depreſſus, pœnitentiæ benedictionem, quam uiaticum deputamus, per communionem acceperit: & poſtmodum reconualeſcens, caput pœnitentiæ in eccleſia publicè non ſubdiderit, ſi prohibitis uitijs non detinetur obnoxius, admittatur ad clerum. diſtinctione 50. is uerò qui.

10 Item nobis ſemper placuit obſeruari, ut omnibus diebus poſt matutinas & ueſperas oratio Dominica à ſacerdote proferatur. Iohannes in Chriſti nomine epiſcopus ſubſcripſi. Fortunianus epiſcopus ſubſcripſi. Paulus epiſcopus ſubſcripſi. Agricius epiſcopus ſubſcripſi. Emidius epiſcopus ſubſcripſi. Nibridius epiſcopus ſubſcripſi. Orontius epiſcopus ſubſcripſi.

## CAESARAVGVSTANA
*Synodus.*

Iſidorus meminit Synodi Cæſaraugúſtæ ſub Theodorico celebratæ, ab obiter quę dam iſthic decreta perſtringit. Liber uerò Conciliorũ notat id factum eſſe quarto nonas Octobris: & conueniſſe Siradium, Eelphinum, Raticium, Ampelium, Tugentiũ, Lucium, Italium, Splendinium, Valerium, Sympoſium, Caterium.

¶ Decreta facta, & à Lucio relicta ſunt:

1 Vt mulieres omnes eccleſiæ catholicæ fideles, à uirorum alienorum lectione & cœtibus ſeparentur: nec ad ipſas legentes alij ſtudio uel docendi, uel diſcendi conueniãt: quoniam & hoc Apoſtolus iubet. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt, Anathema futuros, qui hanc Concilij ſententiam non obſeruauerint.

2 Item legit: Ne quis ieiunet die Dominica cauſa temporis, aut perſuaſionis, aut ſuperſtitionis. Ne quadrageſimæ diebus ab eccleſijs fideles deſint. Nec habitẽt in latibulis cubiculorum ac montium, qui in ſuſpicionibus perſeuerant: ſed exemplum & præceptum cuſtodiant ſacerdotum, & ad alienas uillas agendorum conuentuum cauſa non conueniant. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt: Anathema ſit, qui hæc commiſerit. de con. diſt. 3. ne quis ieiunet.

3 Item legit: Euchariſtiæ gratiam ſi quis probatur acceptam non conſumpſiſſe in eccleſia, anathema ſit in perpetuum. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt: Placet.

4 Item legit: Viceſimo & primo die, id eſt, à decimoſexto Calendas Ianuarij uſque in diem Epiphaniæ, qui eſt octauo Idus Ianuarij, continuis diebus nulli liceat de eccleſia ſe abſentare, nec latêre in domibus, nec ſedere ad uillam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere, ſed concurrere ad eccleſiam. Quod qui nõ obſeruauerit, de ſuſpectis anathema ſit in perpetuum. Ab uniuerſis epiſcopis dictũ eſt, Anathema ſit.

5 Item lectum eſt: Vt hi qui per diſciplinam, aut ſententiam epiſcopi ab eccleſia fuerint ſeparati, ab alijs epiſcopis non ſint recipiendi. Quòd ſi ſcientes epiſcopi fecerint, non habeant communionem. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt: Qui hoc commiſerit, epiſcoporũ nõ habeat cõmunionẽ.

6 Item legit: Si quis clericus propter luxum, uanitatiſq; præſumptũ, de officio ſuo ſponte diſceſſerit, ac uelut obſeruatorẽ legis, monachũ uideri ſe maluerit eſſe quàm clericum, ità de eccleſia repellẽdum, ut niſi rogando atq; obſecrando plurimis temporibus ſatisfecerit, non recipiatur. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt: Ita fiat.

7 Item lectum eſt: Ne quis doctoris nomẽ ſibi imponat, præter has perſonas quibus conceſſum eſt: ſecundum quod ſcriptũ eſt. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt, Placet.

8 Itẽ dictum eſt: Non uelandas eſſe uirgines, quæ ſe Deo uouerunt, niſi 40. annorũ probata ætate, quã ſacerdos cõprobauerit. Ab uniuerſis epiſcopis dictum eſt: Placet.

## SYNODVS ROMANA
*ſub Hormiſda.*

CVm Heracleenſis Synodus ab Anaſtaſio indicta, eſſet eluſa, Hormiſda Theodorici iuſſu Romæ egit epiſcoporũ cõuentum, & Eutychianæ hæreſeos damnationẽ renouauit: & Seuerũ contra Chalcedonenſem ſynodũ docentẽ, ac negantẽ in Chriſto eſſe duas naturas, humanã & diuinã, eiuſq; ſcripta omnia damnauit. Nicephorus lib. 17. capite nono. ac cum Euodio Ticinenſi, & alio quodam epiſcopo, adhuc tres oratores ex clero ablegauit Conſtantinopolim, ad Ioannẽ epiſcopum, & Imperatorẽ, ut ab errore illos abſterrerent. Verùm ille non modò ipſorũ orationes contempſit, ſed etiã à ſuo cõſpectu eos repulit: ac laceræ & rimoſæ naui impoſitos, redire iuſſit: capitale ſupplici-

ſupplicium cōminans, ſi oſpiam per totam Græciam ad ullam ciuitatem accederent. Paolus Diaconus libro 15. rerum Romanarum, in uita Anaſtaſij; & Blondus decadis primæ libro tertio.

## SYNODI SVB Iuſtino.

### CONSTANTINOPOLITANA Synodus.

Regnante Iuſtino, Cōſtātinopoli à Ioāne Cappadoce, q Timotheo ſucceſsit (iuxta Nicepborū libro 17. cap. 2.) celebrata eſt Synodus, cuius acta poſtea io prima actione quinti Concilij uniuerſalis repetita ſunt.

Cauſam aūt præbuerunt clerus & monachi Antiocheni, qui apud Ioannē accuſarūt Seuerū ſuū epiſcopū, tum de falſa doctrina, tum de inuaſione illegitima miniſterij, tom de perſecutione piorum, tum de bonorum eccleſiaſticorū rapina: & petierūt ſibi à Synodo opem ferri, & Seuerum damnari. Exemplum ſupplicationis ſubijcimus.

¶ Sanctiſsimo ac beatiſsimo archiepiſcopo œcumenico patriarchæ Ioanni, & ſanctæ Synodo cōgregatæ, ſupplicatio à clericis & monachis Apoſtolici throni Antiocheoæ magnæ ciuitatis Catholicæ ſanctæ eccleſiæ Dei. Nunc eſt, ſi quādo fuit, tēpus (beatiſsimi patres) oēs orbis ſanctas Dei eccleſias, tanquā ex uno ore propbeticū illud clamare: Lætentur cœli, & exultet terra, & omuia quę in eis ſunt: quoniā miſertus eſt Deus populi ſui. Quòd enim ſceptra Romanorū piis & à Chriſto amatis Imperatorib. ſint cōmiſſa, ſic & libertas ac fiducia orthodoxā religionē colentib. donata ſit, quomodo non meritò perſuadet fidelibus hāc uocē clamare? At in tā cōmuoi feſtiuitate orbis, una ex omnib. uel admodum cum paucis, eccleſia Antiochena mœſticia & luctu impleta eſt. Lupū enim pro paſtore neſcimus quomodo ſuſcepit, & affligitur. Quā enim Tragœdiā non exceſſerunt ac ſuperarunt mala attentata à Seuero? Qui primū quidē (ut quomodo uixerit prætereamus, ueſtris auribus parcentes) nulli unquā eccleſiæ cōmunicaſſe uidetur: deinde cū calumniæ ſagittis ſagittauit, & præparauit exagitare iuſtiſsimū paſtorē Flauianū, beatiſsimiq; illius ſedē uiolenter & contra Caoooes ſubripuit, & inde mercenarij, oō ſolū non pauit ouile Chriſti, neq; fugit, q amandum erat, ſed ipſe operabatur ea quæ ferarū ſunt, oues iugulando & diſpergeodo. Nouitates aūt & blaſphemias aduerſus Deū fingens, nulli ſanctorū patrū pepercit. Perſeuerat enim tota die, ſic dicendo, abdicās Synodos pro pietate cōgregatas. Nam ſanctā Chalcedooenſem ſynodum anathematizare & impugnare auſus eſt, quę maximè firmauit Symbolū 318. ſanctorū patrū, quæ etiā & ſuſcepit ſanctos patres: inſuper etiā & ſimiliter ſanctos patres qoi in Epheſo contra impiū Neſtoriū cōuenerunt. Bene manifeſtum eſt, quòd & prędictas auertit & odit tanquā huius ſorores, & quot quidē homicidia ſanctorū monachorū fecerit, & cum manibus Iudaicis huiuſmodi iugulationem iniunxerit, neq; nos (ſanctiſsimi) neq; aliorō aliquē latuit. Dirū enim ſpectaculū fuerunt iacentes uiri, qui religioſis certamininib. uſq; ad caniciē certauerūt, nudi & ioſepulti iactati, ultra trecentos exiſtentes, ex ſecnnda Syriorō prouincis nati, canibus & auibus lacerādi proiecti. Similia aūt & ſimiliter miſeranda ſunt, & quæ in xenodochijs, id eſt hoſpitalib. ab ipſo facta ſuot. Vincula enim ædificat ounc, & ita multoa pro fide incarcerando in tenebtis, & flagellādo interficit. Talia, ſanctiſsimi, & circa fontes in Laoro facere pſumpſit: & uenefici js ibidē utens ſceleſtis ſacrificijs dæmones colit, & hoc tota illa magna ciuitas cantat. Neque utiq; ipſis ſanctis altarib. pepercit: neq; ſacris uaſis parcens, alia aūt cōflans, ſimilibus ſuis erogat. Præſumptū eſt aūt ab ipſo & hoc, ô beatiſsimi. nam columbas aureas & argenteas, in formā Spiritus ſancti, ſuper diuina lauacra & altaria appenſas, unà cum alijs ſibi appropriauit, dicens, non oportere in ſpecie columbæ S. ſanctum nomioare. Pecunias quidē & domos, & quæcunq; in optimis fundis erant, exportauit & expendit, & grauiſsimis uſuris eccleſiā obruit. At, beatiſsimi patres, non eſt poſsibile omnia percurrere, quæ ab illo præſumpta fuerunt. Ideo his paucis & magnis cōtenti, deprecamur ueſtrā ſanctā Synodum (etſi ſerò quaſi) ſedare mala, quæ noſtrā eccleſiam occupāt, & totū ferè Orientē: & ab ipſo nequiſsimo uiro nos liberare, exacta ab eo pœna eorum quæ contra diuinos canones & politias legis fecit: prouidentiāq; facere de his rebus quæ relicta ſunt, ſi quid remanſit: perſuadētes pijſsimo ac inuictiſsimo principi, ut mittat aliquos bonis moribus cōprobatos, aliquo ex noſtris ſimul ueniente, qui rebus ſuperſter, ut teneant, & rationē exigant de his quæ principio uſq; nunc fecerūt, & ad multa qoæ ipſi furari ſunt & cuſtodiuot, quę inuenientur, ne totaliter omnia exportentur. Non enim ceſſat bonus homo aduerſus ea quæ ſuot Eccleſiæ Dei, ea qoæ ipſi Eccleſiæ conferunt diſsipando. Cum enim meritò ab omni ſpe Dei ceciderit, ad uiros iniquos, à quibus nutritor, ſpem habet. Rogamus etiam, oratores mittere, & pro fra-

tribus

tribus noſtris, ſiue epiſcopi ſint, ſiue clerici, ſiue monachi, ſiue laici, ut relegati reſtituantur proprijs ciuitatib. & ordinibus. Inſuper in his omnib. ueniā petētes propter dolorē nos occupantē adiuramus ueſtrā beatitudinem, per ſanctā & conſubſtantialē Trinitatem: & pietatē, ac uictoriam, & perſeuerātiā dominorū totius orbis Iuſtini & Euphemię ſemper Auguſtorū, moueri, & nobis opportunè ſuccurrere, & non deſpicere ſupplicationes noſtras. Adducere aūt & hæc omnia ad pios & Chriſtianos Imperatores noſtros, & perſuadere ipſorum ſerenitati, ut omnia bona ſanctiſsimæ Eccleſiæ noſtræ per ipſorum & ueſtrā conſequantur prouidentiam.

¶ Theodoſius Dei miſeratione presbyter Antiochiæ, porrexi. Longinus diaconus ſimiliter porrexi. Stephanus diaconus ſimiliter porrexi. Mauricius ſubdiacon⁹ ſimiliter porrexi. Iulianus Dei miſ. diaconus ſimiliter porrexi. Thomas Dei miſ. diaconus ſimiter porrexi. Ioānes Dei miſ. presbyter ſimiliter porrexi. Andreas ſimiliter porrexi, Iulianus ſimiliter porrexi. Marcellus diacon⁹ ſimiliter porrexi. Sergius miſericors ſimilite porrexi, Moſes Dei gratia presbyter ſimiliter porrexi. Ioānes ὑποδογοῦς ſimiliter porrexi. Ioānes monachus monaſterij B. Maronis porrexi. Iacobus monachus B. Viti ſimiliter porrexi. Conſtantinus monachus ambaſiator ſanctæ memoriæ Aſterij, ſimiliter porrexi. Nonius diacon⁹ monaſterij B. Pauli ſimiliter porrexi. Salomon monachus monaſterij B. Valētini ſimiliter porrexi. Simeō monachus monaſterij B. Agapeti porrexi. Sergius monachus monaſterij B. Simeonis porrexi. Alphius monachus monaſterij B. Iacobi porrexi. Felix monachus B. Ioannis porrexi. Simeō monachus monaſterij Iugaporū B. Pauli porrexi. Paulns monachus monaſterij B. Iſychij porrexi. Dominicus monachus monaſterij B. Dorothei, porrexi.

Obtulerunt etiā archimādritæ Cōſtātinopolitani libellū ſupplicatoriū in hūc modū:

¶ Deo amantiſsimis & ſanctiſsimis patribus epiſcopis, Theophilo, Baſiliſco, Anaſtaſio, Martiano, Theodoto, Ipatio, Theodoro, Ioāni, Pythagoræ, & reliquæ uenerabili Synodo in regia ipſa ciuitate ab Alexādro, Cōſta, Diogene, Euithio, Antonio, Acacio, Ioāne, Domno, Leontio, Ioanne, Polychronio, Anatolio, Martyrio, Dominico, Iuliāo, Alexandro, Iacobo, Chriſtino, Ioanne, Baſilico, Babylo, Ipatio, Marco, & à cęteris preſbyteris & archimandriris uenerabiliū monaſteriorū in à Deo amata Imperiali ciuitate cōſiſtentiū, & torius monachici ordinis.

Curam equidē geſsit neſtra ſanctitas rectæ fidei, & alterius bonæ ordinationis ſanctiſsimarū eccleſiarū, etiā ante noſtram petitionem nouā: ſed quia & nos oportebat partē eſſe eorū quæ ad gloriā Dei expediūt, neceſſariū puraiumus, primùm regratiatī intentioni ſanctitatis ueſtræ, & pio zelo inuictiſsimorū Imperatorū noſtrorū: deinde ſic præſentē innuere petitionē per quā nos oēs & per nos reliquus uenerabiliū monachorum Catalogus, ueluti ex una ſententia petimus, ut ea quæ benè & utilitet mota ſunt in ſanctiſsima magna eccleſia huius regiæ urbis à fideliſsimo populo, & acclamata ad ipſum Chriſto dilectū populū à ſanctiſsimo per omnia archiepiſcopo noſtro œcumenico patriarcha Ioāne, ipſa per uocē ſanctiſsimæ ueſtrę Synodi in ſeriptis autoritatē accipiant: & ſanctæ memoriæ patres noſtri, qui neſcimus quo modo expulſi fuerunt, uidelicet Euphemius & Macedonius, in preſenti iuſtè & canonicè reuocētur, & tradantur Catalogo prædeceſſorū archiepiſcoporum, ibidē in Domino quieſcentiū: ceſſantibus omnib. quę quandocūq; aduerſus ipſos facta fuerūt. Quodq; addatur in ſacris libris ſimul cū ipſis & uenerabile nomē Leonis Romanorū archiepiſcopi, qd omnium eſt, eo quòd oēs ad rectā fidē excitauit. Petimusq; nos ſanctiſsimi, ut & ſanctæ ſynodi pro tēpore congregatæ pro fide, ponantur in ſacris libris: hoc eſt Nicena, quæ exclamauit ſanctū Symbolū, in quo baptiſati ſumus, & baptiſamus: & Conſtārinopolirana, quæ ipſum confirmauit: & Epheſina, quæ ſimiliter confirmauit: atq; etiā Chalcedonenſis, quę ſimiliter ſignauit. Inſuper etiā rogamus addi & hoc, ut & Seuerus impius, qui contra eccleſiaſticam ordinationē dicere auſus eſt, anathematizetur. Similiter aūt expetimus, ut & epiſcopi, clerici, archimandritæ, monachi & laici, expulſi propter cauſam prędictorū ſanctorū epiſcoporū, per noſtrā legationē factā ad ſanctiſsimū archiepiſcopū, ueſtrum œcumenicū patriarchā Ioannē, & ad piiſsimos ac inuictiſsimos Imperatores noſtros, reuocentur & reſtituantur proprio ordini. Et ut in multitudinē ſermonū nō extendamus ſupplicationes, rogamus, & exclamationes totius à Chriſto dilecti populi, & acclamationes factas in prædicta ſanctiſsima magna eccleſia ab ipſo ſanctiſsimo archiepiſcopo & œcumenico patriarcha, per ſacrā uocem ueſtrā & ſubſignationē, ac piam formationē inuictiſsimi Imperatoris noſtri confirmari.

¶ Ioannes archiepiſcopus patribus in Synodo cōgregatis libellos illos unà cum narratione de acclamatione populi exhibuit, & examinare, & deliberare, & cōſtituere quod facto opus ſit, iuſsit. quod poſtquā illi fecerunt, in hunc modum Ioanni reſponderūt.

Viceſima inſtantis menſis Iulij, indict. 11, conſulatu Magni clariſsimi uiri, uniuerſus mona-

monachicus ordo huius à Chriſto amarę Imperialis ciuitatis, q ex diuerſis monaſterije conuenit, hic quidé archimandritarũ, alios uerò reliquorũ libellos portexit huic omni cógregatę noſtræ ſynodo: petiuerũtq; ipſos legi, & capitula in eis contéta, examinata à nobis fini tradere, imò uerò ſub forma ſynodali ponere. Cum itaq; ipſos libellos legeremus, quòs & ſubordinauimus formæ prędictæ hæc continere, in ipſis legimus ptimã petitioné libelli habentis, ut ſanctæ memoriæ Euphemius & Macedonius expulſi, & in exilio mortui, iuſtè & canonicè reuocentur, & tradantur Catalogo prædeceſſorũ archiepiſcoporũ, in Domino ibidé quieſcentiũ, omnib. uscuis manétibus quę cótra ipſos quãdocunq; facta fuerint: ponãturq; in ſacris diptychis ipſorũ uocabula, ſecũdum quòd omnis populus & monachicus ordo ſedulò & multũ exclamauit. Nos aũt ordiné optatũ petitioni imponere ſtudẽtes, quæſiuimus facta in ipſis. Et cũ cognouimus per lectioné, quòd plurima horũ neq; cum diligentia prouenerunt, neq; fideliter, neq; per iuſtitiã memorati patres eiectioné ſuſtinuerunt, neq; tanquã aliquid amouerint de his quæ in recta fide ſeruabantur, neceſſariũ putauimus, petitioni totius populi ſimul cum mulieribus & pueris, ac totius dignitatis ac maliciæ, atq; etiam monachici ordinis, ſedulò clamantium, ſecundum exhibitos libellos cum omni ueritate ſatiafacere: ut ſecundum quod ſanctæ memoriæ Paulus & Ioannes & Flauianus patres huius regię urbis reuocati fuerunt, ſic & ipſi eiuſdem honoris in ſacris libris memoria digni facti ſint. Quæ ergò conſiderauimus & reformauimus: honeſtũ exiſtimauimus ad ueſtram beatitudinem deducere, & per ipſam pijſsimo Imperatori noſtro. Secundum capitulum in libellis continebatur, ut qui propter cauſam prædictorũ patrum (Euphemij dicimus, & Macedonij) banniti fuerant, & fugati, reuerſi reſtituantur proprijs gradibus. Quoniam igitur iuſta petitio eſt, & primæ conſequens, deliberauimus, ut prędicti adinuentur, & adducantur ad pijſsimum & ſereniſsimum Imperatorem noſtrũ. Tertium capitulum in petitione continebatur, ut pro maiori ſcripturarum auctoramento, ſancta & magna Synodus 318. patrum, congregatorũ in Nicea, qui ſanctũ Symbolum fidei diffinierunt & exclamarũt, in quo baptiſati ſumus, & baptiſamus: & quæ in Conſtantinopoli ſub Nectario ſanctæ memoriæ congregata eſt, & prædictum ſanctum Symbolum 318. patrũ confirmauit, ponantur in ſacris diptychis. Quoniam igitur honeſta petitio eſt (quod enim pro utilitate eccleſiaſtici ſtatus factum ſit) dignum iudicauimus, iuxta exclamationes populi, & acclamationem ueſtræ beatitudinis, & ſecundũ porrectum libellum à uenerabilibus archimandritis & monachis, ipſas ſanctas ſynodos in diptychis prædicari. Quartum capitulum in petitione uenerabilium monachorum continebatur, ut nomẽ ſanctæ memoriæ præſulis Romanorum Leonis, in ſacris libris ſimiliter prædicetur, iuxta quòd exclamationes populi ſuprà & ſedulò factę ſunt. Quoniam igitur Chalcedonenſis ſynodus non ſolùm Leonis ſanctæ memorię, uerumetiã & Cyrilli Alexandrinorũ à Deo amati paſtoris memoriam in orthodoxa fide fecit: & Cyrillus quidem Alexandrinus in diptychis prædicatur, Leo autem ſanctæ memoriæ non prædicatur: iuſtum putauimus, ut quod deficit, ſuppleatur. Et qui æqualiter ab hac ſancta Synodo pro ſtatu orthodoxæ fidei honorati ſunt, ſimiliter & in ſacris diptychis pro utilitate & pace Eccleſiæ prædicentur. Quintum capitulum in ipſis petitionibus cõtinebatur, ut attentata contra ſanctam Chalcedonenſem ſynodũ rememorentur, & blaſphema uerba contra ipſam effundãtur, per Seuerũ dicimus (qui eſt in Antiochia) indiſpoſitè & perperã prolata, anathemati ſubijciãtur: ſicut ſedulæ exclamationes populi factæ ſunt. Quoniã igitur oportebat & de iſto formã conuenientẽ eccleſiaſtico ſtatui proferre, neceſſariũ iudicauimus, primùm blaſphema ipſius uerba in medio totius ſynodi legi, ad redargutionem eorũ quæ ab ipſo præſumpta fuerunt. Habẽt itaq; ſic de uerbo ad uerbũ attentata & blaſphemata ab ipſo aduerſus ſanctã Synodũ: Quæ à ſynodo, eo tempore in Chalcedonia congregata, formata fuerunt ac ſtabilita, & eos qui pro ipſa pugnant, anathemarizamus. Hæc eſt illius ſceleſtæ uocis blaſphemia. ſed non ſolùm immanis hæc, uerùm etiã aliæ plurimæ blaſphemiæ in libris ipſius proclamantur in hac regia urbe: quibus Orthodoxiæ amatores incidentes, deridẽt ipſius phreneſim, qui ſpuriè fertur. Quoniã igitur hoc accuſatũ, habet redargutioné non ſolùm ex prædicta uoce, ſed ex eo quod ſcriptum eſt, & ex alijs plurimis blaſphemijs turpiſsimæ ipſius linguæ contra hanc ſanctã Synodũ: idcirco hunc iuſtè perpetuo anathemati & nos ſubmittimus, omni honore, nomine, dignitate & operatione, Chriſtiano aut hieratico conueniente, uel cõuenire ualente, priuantes, & nudum diuinæ communionis ſecundum eccleſiaſticos Canones ſtatuentes, contra quos & blaſphemare ac calumniari ſanctam Chalcedonenſem ſynodum conatus eſt, quę ſpecialiter ſignauit ſymbolum 318. ſanctorũ patrũ qui in Nicea conuenerũt, & quæ immo-

tum ac

tum ac immutilatũ ipſum exiſtere prædicauit: ſicut & ſancti patres qui in Conſtantinopoli, & qui in Epheſo conuenerũt, ſimiliter cõfirmauerunt: cum quibus & ſancta Chalcedonenſis ſynodus ſimilia defendit, & reſplendere ubiq; hoc iuſsit. Quaproptet nõ ſolũ tanquã blaſphemũ, ſed & ranquã calũniatorẽ, & omnibus ſanctis ſynodis pet iſtã ſynodũ iniuriantẽ, prædictũ Seuerum omni honore deſtitutũ eſſe ſtatuẽtes, anathemati ſubiecimus. Hæc à nobis examinata & formata, ad ſanctũ nunciũ ruæ beatitudinis feſtinanter exarauimus, & propria manu ſubſcripſimus, & afferri ſubordinauimus exhibitos uobis libellos ad agnitionẽ ueritatis, ut & hæc per ueſtrã beatitudinẽ ueniant ad potentiſsimũ & ſereniſsimũ Imperatorem noſtrum, & ad pijſsimam & Deo amantiſſimam Auguſtam, & ad glorioſiſsimum ipſorum ac magnum Senatum.

1 SVBSCRIPTIONES.

Theophilus epiſcopus Gnidi, ſubſcripſi relationi. Stephanus epiſcop⁹ Nicomediæ, ſubſcripſi relationi. Baſiliſcus epiſcopus Cyzici, ſubſcripſi relationi. Anaſtaſius epiſcop⁹ Niceę, ſubſcripſi relationi. Martian⁹ epiſcopus Chalcedonenſis, ſubſcripſi relarioni. Theodotus epiſcopus Gangrinorũ metropolitanus, ſubſcripſi relationi. Ipatius epiſcopus Claudiopolitanorũ prouinciæ Honoriadis, ſubſcripſi relationi. Dominicus epiſcopus Tyaneus ſecundæ prouinciæ Cappadociæ, ſubſcripſi telationi. Ioãnes epiſcopus Claudiopolitanorũ, regionis Iſaurotũ, ſubſcripſi telationi. Scholaſticus epiſcopus Nazianzi, ſubſcripſi relarioni. Ioannes epiſcopus Boſphori, ſubſcripſi relationi. Pythagoras epiſcopus Sinopeotũ, prouinciæ Helleſpontiorũ, ſubſcripſi relationi. Andreas epiſcopus Teorũ Honoriadis ꝓuinciæ ſubſcripſi relationi. Theodorus epiſcopus eccleſiæ Adrianopolis, ciuitatis Honoriadis prouinciæ, ſubſcripſi relationi. Thalaſsius epiſcopus Dorylei, ſubſcripſi relationi. Dorotheus minimus epiſcopus Coorũ inſulæ, ſubſcripſi relationi. Ammonius Dei permiſſione epiſcopus Abydenorũ, ſubſcripſi relationi. Euſtatius epiſcopus Philadelphiorũ, ciuitatis prouinciæ Lydorũ, ſubſcripſi relationi. Plato epiſcopus Ctatianorũ ciuitatis, ſubſcripſi. Phocas epiſcopus Dardani, ſubſcripſi. Amantius epiſcopus exiguus Nicopolitanæ ciuitatis Miſiæ ſecũdæ, ꝓpria manu ſubſcripſi. Dominicus epiſcopus nouæ Cæſareę prouincię Bithynię, ſubſcripſi. Ioãnes epiſcopus Phanagorię, ſubſcripſi relationi. Acyla epiſcopus ciuitatis Prymneſiorũ, ſubſcripſi. Stephanus epiſcopus ciuitatis Anaſtaſiopolis Phrygiæ Pacatianę, ſubſcripſi. Pelagius epiſcopus ciuitatis Azanitorũ, ſubſcripſi. Ioãnes epiſcopus Gangrorũ prouinciæ Aſiæ, ſubſcripſi. Dominicus Baſilinopolis ciuitatis, ſubſcripſi. Ioãnes epiſcopus Cõmacorũ, ciuitatis regionis Pamphiliorũ, ſubſcripſi. Ioãnes epiſcopus mettopolitanæ ciuitatis Piſidiorũ regionis, ſubſcripſi. Photinus epiſcopus Homonadorũ, ciuitatis regionis Pãphiliorũ, ſubſcripſi. Conon epiſcopus Adrianæ ciuitatis, ſubſcripſi. Mamas epiſcopus Ariaſſorũ, ciuitatis prouinciæ Phrygiæ, ſubſcripſi. Macedonius epiſcopus Eleuſorũ, ſubſcripſi. Martianus epiſcopus ſanctiſsimę eccleſiæ ciuitatis Maranæ, ſubſcripſi. Antipatrus epiſcopus Trapezuntinus, ſubſcripſi relationi. Gorgonius epiſcopus Vadatæ, ſubſcripſi. Photius epiſcopus Eudoxatorũ prouinciæ Lyciorũ, ſubſcripſi. Ioannes epiſcopus Olympi, ꝓuincię Lyciorũ, ſubſcripſi. Nicolaus epiſcopus S. Dei eccleſię Rhodiapolirarũ, ꝓuincię Lyciorũ, ſubſcripſi. Paulus epiſcopus Cæſareæ Bithyniæ, ſubſcripſi.

Huic aũt patrũ conſilio paruit Ioãnes, ac decreuit ea fieri debere quæ eſſent à monachis & populo poſtulata. Eã ſynodi ſententiam etiã Ioãni Hieroſolymotũ epiſcopo, & Epiphanio Tyri perſcripſit, & alijs qui eam approbarunt, ac ſuis promulgarunt.

SYNODVS EPISCOPORVM
*ſecundæ Syriæ.*

CVm Ioãnes, ut in præcedentibus diximus, Seuerũ dãnaſſet in ſynodo Conſtantinopolitana, eãq; ſenrentiã euulgaſſet, monachi Apameenſes ſynodo epiſcoporũ ſecũdæ Syrię obrulerunt libellũ, in quo conqueruntur, ſe in uia publica à Seuero & ſocijs eius hoſtiliter impetitos, & partim captiuos abductos, partim ueſtib. exutos eſſe. Narranr etiam, quomodo ruſticorum collecta caterua, monaſterium ruptis muris noctu expugnarit, & plurimis interſectis bona monachorum diripuerit.

Deinde etiã Petrũ accuſant, quòd ex monaſterio Dorothei monachos percuſſos in ciuitatẽ traxerit, & carceri incluſerit: itẽ q᷒ Oagrorũ monaſteriũ deſtruxerit, & monachos captiuos abduxerit, & quòd in Lariſſa pugnarit ſagittis, & in domo Antonini monachos interfecerit: quòd cũ meretricibus & inhoneſtis mulieribus rẽ habuerit: quòd cõtra Deũ blaſphemas uoces ediderit, Chriſtũ crucifixũ blaſphemando: quòd mulieres indignas baptizarit. Poſtremò petunt, ut in ſynodum Conſtantinopoleos conſentiant, & Petrum hæreſiarcham deponant.

¶ Patres re examinata per teſtes deprehẽdunt, Petrum Apamearum epiſcopum hæc commiſiſſe.

1 Damnaſſe ſuos anteceſſores, & nomina eorum ex ſacris diptychis expunxiſſe, & aliorum hæreticorum nomina inſcripſiſſe.

a Bla-

2 Blaſphemiæ crimen admiſiſſe,dicēdo ad lectores: Niſi tacebitis,in ſubdiaconos uos ordinabo:& ipſe qui crucifixus eſt,deſcendens non liberabit uos à manibus meis. Itē: Omnes eccleſias & altaria comburet Deus, & faciet uallem unam.

3 Impudicam mulierem,non dignam diuino baptiſmate,introduxiſſe, & ad ſacrum fontem collocaſſe.

4 Stephonam ex monaſterio eduxiſſe, & rem cum ea habuiſſe.

5 Indecenti ueſtitu,& geſtibus impudicis uſum eſſe in diuinis myſterijs.

6 Monaſterium Dorothei expugnaſſe, & meretrices ac ſaltatrices introduxiſſe, ac ui Pſeſam cuiuſdam militis uxorem comprimere tentaſſe.

7 Ob munera & largitiones Antiochū Morepſum ordinaſſe.

8 Monachos in monaſterio Romani docuiſſe,pſalmos anathemarum in ſanctos patres pro pecunia decantare.

Quapropter eum ab officio deponunt,& anathematizant,ac eam ſententiam ad Ioannem patriarchā et ſynodum Conſtantinopolitanam perſcribunt:& acta ſynodi ſuæ mittunt,quæ in ſecundo tomo Cōciliorum primæ actioni quintæ Cōſtantinopolitanæ inſerta ſunt.

## DE CONCILIIS SUB Imperatore Iuſtiniano Magno.

### SYNODUS ROMANA SUB *Bonifacio ſecundo*

BOnifacius Romæ priuatam ſynodum cum ſuo clero celebrauit, in qua Dioſcorum,ſuum competitorem,damnare molitus eſt:ſed quia pleriq; aduerſario eius adhærebant,non poterat in actum producere quod uolebat. quare ſententiam illam chirographo ſuo confirmatam, archiuo incluſit. Iornandes,& Liber pontificalis.

*Alia Synodus,ſub eodem.*

Alia ſynodo congregata in baſilica Petri, idem Bonifacius decretū fecit, Quòd liceat pontifici adhuc inter uiuos exiſtenti,ſucceſſorē ordinare. & ſtatim Vigilium ſuum diaconum elegit ſucceſſorē, ſi uita exceſsiſſet. Hoc chirographia & iureiurando ſacerdotū eſt approbatū & confirmatū. Liber Pontific.

*Alia Romana ſynodus,ſub eodem.*

Paulo'pòſt cū Bonifaciū pœnituiſſet ſuæ ſtulticiæ,q, alteri habenas tradidiſſet, cōuocauit ſacerdotes,ac confeſſus eſt ſe contra dignitatē ſedis Apoſtolicæ,& contra canones egiſſe, q, Vigiliū ſucceſſorē conſtituiſſet:ac facilè ab adulatorib. impetrauit, ut & iuramenta & chirographa reſcinderent,& cōſtitutionem Vulcano traderēt. Liber Pontific.

### SYNODUS TOLETANA *ſecunda.*

ANno quinto Amalrici regis,apud Toletanam urbem concilium ſecundū celebratū eſt,tum propter ueteres canones renouandos,tum nouos ad diſciplinam eccleſiaſticā utiles & neceſſarios inſtituēdos.

Decreta autem iſthic facta in libro Conciliorum hæc referuntur:

¶ De his quos uoluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio uel monachali poſuit,pariter ſtatuimus obſeruandum,ut mox cum detonſi uel miniſterio electorum cōtradiri fuerint,in domo eccleſiæ ſub epiſcopali præſentia à præpoſito ſibi debeant erudiri. At ubi octauumdecimū ætatis ſuæ compleuerint annum,coram totius cleri plebiſq; conſpectu,uoluntas eorū de expetendo coniugio ab epiſcopo perſcrutetur: quibus ſi gratia caſtitatis (Deo inſpirante) placuerit,& promiſsione caſtimoniæ ſuæ abſq; coniugali neceſsitate reſpōderint ſeruaturos:hi tanquam appetitores arctiſsimæ uiæ,leuiſsimo Domini iugo ſubdantur, ac primò ſubdiaconatus miniſteriū, probatione habita profeſsionis ſuæ,à uigeſimo anno ſuſcipiant. Quòd ſi inculpabiliter ac inoffenſe uigeſimum & quintum annum ætatis ſuæ peregerint, ad diaconatus officiū( ſi ſcienter implere poſſe ab epiſcopo comprobentur) promoueri debent. Cauendum tamen eſt his,ne quando ſuæ ſpōſionis immemores,ad terrenas nuptias,aut abortiuos cō cubitus ulrrà recurrant. Quod ſi fortè fecerint,ut ſacrilegij rei,ab eccleſia habeātur extranei. His aūt, quibus uoluntas propria interrogationis tempore deſiderium,nubendi perſuaſerit,conceſſam ab Apoſtolo ſententiam auferre non poſſumus,ita ut cum prouectæ ætatis,in coniugio poſiti,renunciaturos ſe pati conſenſu operibus carnis ſpoponderint,ad ſacros gradus adſpirent.

2 Similiter placuit cuſtodire,ne quis ex eis qui tali educatione imbuitur,qualibet occaſione cogente, propriam relinquēs eccleſiā, ad aliam tranſire præſumat. Epiſcopus uerò qui eum ſuſcipere abſq; conſcientia proprij ſacerdotis fortaſſe præſumpſerit, totius fraternitatis ſe reum eſſe nouerit:quia durum eſt,ut eum quem alius rurali ſenſu à ſqualore infantiæ exuit,alius ſuſcipere ac uendicare præſumat.

3 Illud uerò præterea ſpeciali ordinatione decreuimus,quòd nec antiqua cōcilia in uniuerſis canonibus ſiluerunt,ut nullus clericorum à gradu ſubdiaconatus,& ſuprà in conſortio familiaritatis habeat mulierē, uel ingenuam,uel libertam,uel ancillam: ſed ſi ſunt ei huiuſmodi ſeruitia,matri,uel ſorori, uel alij propinquæ contradat: & quicquid

ſuis manibus perfecerit, proprio Domino deferatur. Aut ſi propinquitatis memoria deeſt, alterius domus adhærentis habitaculum requiratur, dummodò nulla occaſio introeundi domum clerici fœminę permittatur, unde aut laqueum poſsit incurrere, aut noxialis fama innocenti fortaſſe poſsit inuri. Sanè deinceps poſt datam hanc admonitionem, quiſquis earum conſortio frui uoluerit, nouerit ſe non ſolum à clericatus officio retrahi, uel eccleſiæ foribus expelli: ſed etiam omnium catholicorum, clericorum uel laicorum communione priuari, nulla prorſus uel colloquij conſolatione relicta, quatenus malæ conſuetudinis abraſa rubigo, in poſteris radicis ſuæ ueneno ſerpere non poſsit.

4. Si quis ſanè clericorū agellos, uel uineolas, ſeu alia ædificia in terris Eccleſiæ ſibi feciſſe probatur, ſuſtentandæ uitæ ſuæ cauſa, uſq; ad diem obitus ſui poſsideat. Poſt ſuū uerò de hac luce deceſſum, iuxta priorū Canonū conſtitutiones, ius ſuū eccleſiæ ſanctæ reſtituat: nec teſtamētario ac ſucceſſorio iure cuiquam hæredum aut prohæredum relinquat, niſi forſitā cui epiſcopus pro ſeruitijs ac præſtatione eccleſiæ largiri uoluerit.

5. Nam & hæc præcauenda ſalubriter ſancimus, ne quis fidelium propinquam ſanguinis ſui, uſquequò affinitatis lineamenta generis ſucceſsione cognoſcit, in matrimonio ſibi deſideret copulari. quoniam ſcriptum eſt: Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedat, ut reuelet turpitudinē eius. Nec ſine denunciatione ſit ſententiæ. Nam paulopòſt inſe[illegible], & dicit: Anima quæ fecerit de abominationib. iſtis quippiā, peribit de medio populi ſui.

Si quis ergo huius decreti temerator extiterit, ac uetitum uiolare præſumpſeſit, tanto grauiori ſententia mulctandum ſe recognoſcat, quanto eam propinquiorem, cui copulari ſe maluit, ſeriè originis eſſe non ambigit: tātoq; annoſiuri excommunicationis tempore à CHRISTI corpore & fraternitatis conſortio ſequeſtretur, quanto fuerit propinquioris ſanguinis contagione pollutus. Huius inſtitutionis regulam qui ſubſcripſimus, irrefragabili authoritate nos ſpondemus ſeruaturos: Si quis autem tam noſtrûm, quàm uel eorum qui nunc ſanctæ Synodo ex hac prouincia defuerunt, huic tam ſalubri ordinationi obuiare præſumpſerit, uel ſolerter adimplere neglexerit: conuictus, totius fraternæ charitatis aliquandiu habeatur extraneus. Sanè iuxta priorum Canonum decreta concilium apud fratrem noſtrū Montanum, epiſcopum (ſi Dominus uoluerit) futurum pronunciamus. Itaq; ſtatuimus, ut frater & coepiſcopus noſter Montanus, qui in metropoli eſt, ad cōprouinciales noſtros, Domini ſacerdotes, literas de congreganda ſynodo adueniente tempore debeat deſtinare. Nunc ergo in nomine Domini, finitis his quæ in conſolationem uenerunt, gratias agimus omnipotenti Deo: deinde Domino noſtro glorioſo Amalrico regi, diuinam clementiā poſtulantes, ut innumeris annis regni eius ea quę ad cultū fidei proueniūt, peragēdi nobis licentiā præſtet.

¶ Montanus in Chriſti nomine epiſcopus, his cōſtitutionibus acquieui, relegi & ſubſcripſi. Pancarius epiſcopus his conſtitutionibus acquieui, & relegi, & ſubſcripſi. Canonius epiſcopus ſubſcripſi. Paulus epiſcopus ſubſcripſi. Domitian⁹ epiſcopus ſubſcripſi. Marracinus epiſcopus ſubſcripſi. Nibridius in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Agragenſis epiſcopus, hanc conſtitutionē conſacerdotum meorū in Toletana urbe habitam, cùm poſt aliquantū temporis adueniſſem, ſalua autoritate canonū, relegi, probaui, atq; ſubſcripſi. Iuſtus in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Vrgellitanæ epiſcopus, hanc conſtitutionem conſacerdotum meorum, in Toletana urbe habitā, cùm poſt aliquantū temporis adueniſſem, ſalua autoritate priſcorum Canonum. relegi, probaui, & ſubſcripſi.

### SYNODVS CONSTANtinopolitana.

AGapetus Rom. epiſcopus Cōſtātinopolim ad Iuſtinianū ablegatus, à rege Theodato, Anthimū epiſcopū Cōſtātinopoleos arguit & cōuicit, q unā tātū in Chriſto doceret naturā: eumq; ne ſemel quidē in cōſpectū admiſsū, libellis monachorū fidem habēs, epiſcopatu deiecit. Cum autē ille de præpoſtero & illegitimo pceſſu cōquereretur, q cauſa incognita, tantū ob falſas dclat ōes ſit depoſit⁹, & Agapet⁹ eſſet mortuus, conſenſu ſucceſſoris ei⁹ Agathonis ſynodus indicta eſt Cōſtantinopoli ab Auguſta. & cōuenerunt epiſcopi 165, iuxta Panuiniū: qui etiā hāc ſynodū Quintā appellat, ſed errat, ut ex ſequentib. apparebit. Ea aūt ipſum ter citauit, ac iuſsit comparere, & cauſam dicere: & aut obiecta crimina cōfutare, aut pœnitētiæ libellum offerre. quod ſi faceret, promiſit ei reſtitutionem in priorem ſedem Trapezuntis Crimina autem hæc fuerunt:

I. Quòd contra Canones occupaſſet epiſcopatū Conſtantinopoli. II. Quòd Eutychis errorē defenderet. III. Quod Chalcedonēſem ſynodū, affirmātē duas in Chriſto naturas, dānaret: IIII. Quòd ab ea ſynodo damnatos non uitaret, ſed amplecteretur.

Verò ille ſiue malè ſibi cōſcius, ſiue de patrum fide dubitans, ſeſe occultauit, & ad

ſyno-

ſynodum non uenit. Quare patres contra illum, ut contumacem, ſententiam tulerunt, ac omnem ſacerdotalem dignitatem ei abrogarunt. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite nono. Acta huius ſynodi extant in ſecundo tomo Cōciliorum, ſub titulo ſecundæ, tertiæ & quartę actionis Quinti concilij Conſtantinopolitani.

### ALTERA SYNODVS CONſtantinopoleos.

PAulo pòſt altera ſynodus Cōſtantinopoli eſt habita, quam Iuo in Chronico, Ottho Phriſingenſis & alij recentiores Quintā uniuerſalem uocant. Huic præfuerunt, Agathon anteceſſor Syluerij: Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimoſexto. Item Romanus epiſcopus, & Menas Conſtanrinopoleos.

In ea autem tractatum eſt de cauſa Seueri, quē ſub Iuſtino damnauerat ſynodus Conſtātinopolitana, ut ſuprà diximus: & de cauſa Petri Apameæ, quem epiſcopi ſecundę Syriæ depoſuerāt: & de Zoora monacho Syro.

Occaſionem autem præbuerunt monachi Palæſtinæ, & urbis Conſtantinopolitanæ, & ſecundæ prouinciæ Syriæ: qui & Imperatori & ſynodo obtulerunt libellos, in quibus eos accuſarunt de uarijs criminibus, & maximè quòd Chalcedonenſem ſynodū anathematizent, quòd doceant in Chriſto tantum unam eſſe naturam, quòd anabaptizent, quòd omnis generis nefandæ obſcœnitatis perpetrent facinora, q́, à ſe diſſentientes perſecuti ſint, & eiecerint.

Patres lectis libellis & actis ſynodorum ſuperiorum, in quibus de iiſdem actum fuerat, quæ omnia in ſecundo tomo Conciliorum ſub prima actione Quintæ Conſtantinopolitanæ ſic ſatis confuſe referuntur: ſententiam anathematis in eos, ipſorumq́ue libros & aſſeclas promulgant. Et ſimul decernunt, quatuor œcumenica concilia, & Tomum Leonis, in uniuerſis eccleſijs prædicari debere: & in integrum reſtituunt Euphemium, & Macedonium, & Flauianum, eorumq́; nomina in ſacram tabulam referri iubent. Hanc ſententiam aliarum eccleſiarum epiſcopi confirmarunt. Imperator etiam Iuſtinianus legem promulgauit, in qua iubet Seueri ſcripta cōburi: pœnam capitis ſtatuens in eos qui illa reſtituerent. Nicephorus libro 17, cap. 9.

*Conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris contra Antimum, Seuerum, Petrum & Zooram.*

¶ In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar Flauius Iuſtinianus, Alemanicus, Gothicus, Frācus, Germanicus, Atticus, Alanicus, Vandalicus, Africus, pius, felix, glorioſus, uictorioſus, triumphalis, ſemper Auguſtus, Mennæ patriarchæ.

Rem nō inſolitam Imperio & nos facientes, ad præſentem uenimus legem. Quoties enim ſacerdotum ſententia, quoſdā indignos ſacerdotio de ſacris ſedib. depoſuit, quemadmodum Neſtorium, Eutychen, Arrium, Macedonium & Eunomium, ac quoſdam alios ad iniquitatem nō minores illis, toties imperium eiuſdem ſententiæ & ordinationis cum ſacerdotum authoritate fuit. Sicq́ue diuina pariter & humana cōcurrentia, unam conſonantiam rectę ſententijs fecere: quemadmodum & nuper factum eſſe circa Anrimū ſcimus, qui quidem deiectus eſt de ſede huius regiæ urbis, à ſanctæ & glorioſæ memoriæ Agapeto, ſanctiſsimæ eccleſiæ antiquæ Romæ pontifice, eo quòd nullo modo ſibi ipſi conueniens, contra omnes ſacros canones ſe intruſerat: ſed & communi ſententia ipſius ſanctæ memoriæ uiri primùm, deinde etiam ſacræ ſynodi hic celebratæ, condemnatus & depoſitus fuit, eoq́, à rectis dogmatibus receſsit: & quæ prius multoties diligere uidebatur, hæc demum diuerſis luſtrationibus aufugit, ſimulans ſequi ſanctas quatuor ſynodos, trecentorum uidelicet decem & octo patrum in Nicea, & centum quinquaginta in hac felici ciuitate, & in Epheſo primò congregatorum 200, ac 630 uenerabilium patrum in Chalcedone. At quidem nec dogmata ſequi, nec noſtram clementiam & cōdeſcenſum, quem propter ipſius ſalutē habebamus, ſuſcipere uoluit: neque ipſe abdicare authores impiorum dogmatum, qui prius à ſanctis ſynodis percuſsi fuerant: ſed putat oportere ſecundum ipſum, in æquali ducere & condemnatos. Nam ſemel alienis à ſanctiſsima eccleſia intellectibus mancipatus, & à rectis dogmatibus alienatus, meritò ad ipſorum rectitudinem reuerti non ualuit, etiam ad hæc à nobis inuitatus & directus, qui omni ſtudio uſi ſumus ad ipſius ſalutem. Propter hæc igitur omnem ſententiam depoſitionis in ipſum à ſancta ſynodo factam occaſione non liciti, neque à ſanctis canonibus approbati, raptus ſacrarum ſedium huius regiæ urbis, & auerſionis à rectis & ueris dogmatibus, ἀνέμην propter noſtrum ponit Imperium, & contra iſtum præſentem ſcribit legem. Interdicimus ei commorari in hac felici ciuitate, & eius diſtrictu, & in quacunque alia inſigni ciuitate: ſancientes in quiete eſſe, & eos diligere, quibus eundem dignè ſuppoſuit, & non aliquibus communicare, neque eos imbuere perditionem interdictorū dogmatum. Nec utique extra Imperialem confirmationem relinquimus ſententiam iuſtè

contra Seuerũ latam, ac ex omnibus (ut ita dicamus) pontificalibus & patriarchalibus, unà cum monachicis cõſenſibus, prouenientem ſedibus, & anathematiſmũ ipſi inferentem, qui prius contra ſacras ſanctiones, accipiendo ſedem ſanctiſsimæ eccleſiæ Theopolitanorum, ſic uniuerſa conturbauit, ſicque accumulatas turbationes fecit, quòd cõmune quoddam ac abominabile bellum, ſanctiſsimis eccleſijs adinuicem immittat. Et hoc ſæpius ante nos contra ipſum ſcriptum erat, uarijs dogmatum ac à rectitudine alienatis intellectibus ac blaſphemijs uſum fuiſſe, ac uniuerſa cõturbaſſe: & illum, quemcunq; errorem abominabilium hæreſiarcharum & iniquorum dogmatum recipere. Et cum Neſtorius & Eutyches, & uterque horum præceptorum contrarij quodammodo adinuicem eſſe uideantur, ad unum uerò impietatis finem inferunt illorum diuulgatos ſermones, cum in unum formauerint, duobus exiſtẽtibus dogmatibus adiuicem repugnantibus, quorum utrumq; ſimiliter ad animæ perditionem adducit, Neſtorij uidelicet & Eutychis (quemadmodum dicendo narrauimus) quæ ex Arrianorum & Apollinarij contagione conſiſtunt: ipſe paradoxũ quid perpeſſus, in utrumq; ſimiliter incidit: & ibi quidem hoc, ibi autem illud mittẽdo, ſeipſum & ſermones ſuos uiſus eſt conſtituiſſe cõmune receptaculum tantorum delictorum. Sic itaq; & ipſe ſub prædicto anathematiſmo, quem uniuerſus patriarchalis, pontificalis, ac monachicus noſtræ (ut ita dicamus) politiæ cœtus iuſtè in ipſum induxit, de Theopolitana quidẽ eccleſia eiectus eſt. Idcirco thronus de illa ipſum remouit, eo quòd ipſius principatum rectè non acceperat: ſed adhuc uiuente eo, & in ſanctiſsimis eccleſijs cõmorando, qui ante ipſum ſacerdotium habebat, & ab eo poſt ipſum de ſacerdotio exciderat. Nec uerò uſque adhuc ſtetit, ſed & iam ſub cõmuni orthodoxæ ac catholicæ eccleſiæ anathematiſmo factus, multis libris blaſphemijsq; & abominationibus nobis politiã impleuit. quare uniuerſis interdicimus, aliquid de libris ipſius poſſideri. Et ſicut non licet Neſtorij libros ſcribere, uel poſsidere, quia prędeceſſoribus noſtris Imperatoribus in ſuis cõſtitutionibus uiſum eſt ſtatuere, ſimilia dictis à Porphyrio contra Chriſtianos: ſic nec dicta & ſcripta Seueri maneant penes aliquem Chriſtianũ, ſed ſint profana & aliena ab eccleſia catholica, igneq; cõburantur à poſsidentibus: niſi qui ipſa habent, uellent periculũ pati. A nemine ergo ſcribantur, neq; ad pulchritudinẽ, neq; ad uelocitatẽ ſcribentium: ſciendo quòd amputatio manus his qui ſcripta illius ſcribũt, pœna erit. Neque enim uolumus in futuro tempore ex illis blaſphemiam protrahi. Similiter autem & hoc interdicimus, omnino regiam ciuitatem ingredi, aut diſtrictũ eius, nec aliquã aliam de inſignibus: ſed in aliqua ſolitudine & in ſilentio ſedere, & non corrumpere cæteros, neq; in blaſphemiã ipſos adducere, & non ſemper aliquid noui inuenire contra uera dogmata, per quod rurſus nobis cõturbare ſanctiſsimas eccleſias feſtinaret. Nec ſolummodo hunc, ſed & Petrum epiſcopum Apameæ ſimul depoſitum, & ſimiles ipſis, inter quos Seuerũ ſub prædicto anathemate factũ, imperiũ admittit, ſed ſint propria cõtra ipſum ſententiata. Et qui ſub cõmuni anathematiſmo ordinatus eſt, ſub ipſo ſit: & ſententia ſanctiſsimorum pontificum, quæ contra ipſos prouenit, firma permaneat. Neq; uerò permittimus illi hanc regiam urbem habitare, aut ipſius diſtrictum, uel aliquam de inſignibus: ſed quorũ ſecutus eſt errorem, horum imitetur diętã, quoniam longiſsimè abſciſſus eſt. Nam talibus occultari magis q̃ uideri, utilius eſt. Ignoti quidem exiſtentes, ſeipſos lædunt ſolos: publicantes uerò eorũ dogmata, multis ex ſimplicioribus occaſionẽ perditionis præbent. Quod nullo modo fieri in Chriſtiano ouili Dei, & orthodoxo populo iuſtũ eſt, neq; ab Imperio permiſſum eſt. Quoniam uerò & Zooram dignè penitus iudicarunt ſub anathematiſmo eſſe reuerẽdiſsimi, & qui iuſta iudicant epiſcopi, quũ parua quædam taliũ malorum interpoſitio ſit, & quibus dehoneſtatus eſt, omnia uidelicet comprehendẽdo ex memoria quadam abundanti: ſit & Zoaræ interpoſitio quædã uilis huius malæ partis (Antimi dicimus, & Seueri, ac Petri) ordinetur & ipſe inter anathamatizatos, ſacra ſententia ipſum deferente: quã propriã & ipſam in ſeipſa exiſtentẽ, adhuc magis firmiorem Imperium facit, & hunc de hac regia urbe & eius diſtrictu abijcit, & habitationẽ in alijs ciuitatibus ipſi omnino interdicit. Itaque cum illis ſolis habitet & conſulat, qui à nobis antè memorati ſunt, qui ſimilia quidem blaſphemant, ſimilia patiuntur, & ſimiliter in exilio ponũtur. Si quid uerò aliud in ſententia ſanctiſsimorũ epiſcoporum continetur, quæ prædictos deponit & anathematizat, hoc firmius ponimus & diutius, ac Imperialib: noſtris legibus ipſum corroboramus, ac ſi ab Imperio ipſo prouenisſet. Si uerò aliquis ipſorum deprehendatur deręterò facere aliquid pręter cõſtituta, ſciat incidiſſe in legibus Imperialibus, quæ minores pœnas declinantes, ad maiores immittunt indignationes. Interdicimus autẽ & omnibus conantibus catholicam Dei eccleſiam diuellere, ſiue ſecundum Neſtorij hæretici doctrinam, ſiue ſecundum inſenſatã Eutychis tra-

ditio-

ditionem, ſiue ſecundum blaſphemiam Seueri,qui & ſimilia illis intellexit,aut eorum qui illos ſequuntur, ſeditionem immittere ſanctiſsimis eccleſijs, & loqui aliquid de fide:ſed ſancimus, quemlibet talium ſilentiū ducere,& non conuocare aliquos ad ſe,neque accedētes recipere,aut parabaptiſare audere,aut ſacram communionem ſordidare, & ipſam aliquib tradere,aut interdictas doctrinas exponere,ſiue in hac noſtra regia, ſiue in alia:ſed omne ſupportare periculum, ſi quid tale faciet. Interdicimus etiam omnibus,iſtos ſuſcipere.Abijci ergo ipſos ſancimus,de ciuitatibus ab ipſis cōcitatis,ſcientes ultra pœnas iam contentas in noſtris diuinis cōſtitutionibus, quę & domos ipſas in quibus tale quid fit,& campos , ex quib. nutrimenta prębentur,ſanctiſsimis eccleſijs aſsignant,& à poſsidentib. auferūt.Et quia detrimenti cauſa fit ſimplicioribus, ſub ſanctiſsimis uerò & orthodoxis eccleſijs hęc iuſtè ducunt eſſe : hæc pro communi pace ſanctiſsimarum eccleſiarum ſtatuimus,hæc ſententiauimus,ſequentes ſanctorum patrū dogmata,ut omne ſacerdotium imperturbatū decætero nobis permaneat.Quo in pace ſeruato,reliqua nobis exuberabit politia,deſuper pacem habens,quam omnibus magnus Deus & ſaluator noſter Ieſus Chriſtus,Trinitatis unus,unigenitus Dei filius,præbeat ac donet his qui ſincerè ipſum & uerè glorificare,ac adorare digni habiti ſunt. Cuſtodiat itaque beatitudo tua, quæ rectè adnotata ſunt,& mittat ipſa per ſuas Deo dilectas literas omnibus ſanctiſsimis metropolitis ſub ipſa exiſtentibus,quorum cuilibet cura erit,ipſa manifeſta facere ſanctiſsimis eccleſijs ſub ipſis ordinatis,ut neminem ex omnibus lateant, quæ ſacerdotio uiſa ſunt,& ab Imperio confirmata.

## SYNODVS HIEROSOLYMITANA.

Elias Hieroſolymorum epiſcopus,ſententiam ſynodi Cōſtantinopoleos contra Seuerum Petrum & Zooram conuocata ſynodo ſuorum epiſcoporum promulgauit & confirmauit, ut patet ex actione prima ſynodi quintæ Conſtantinopoleos,in ſecūdo tomo Conciliorum.

## SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA QUINTA, *Oecumenica ſeu Vniuerſalis dicta.*

Iuſtinianus anno Imperij ſui uiceſimoquarto,Domini uerò 551,Quintā Cōſtantinopolitanam ſynodum conuocauit ex epiſcopis omnium eccleſiarum.Euagrius libro quarto,capite 38.

Occaſionē præbuerunt falſa dogmata & ſcripta,quę contra quatuor ſynodos uniuerſales à quibuſdā defendebātur: maximè uerò Euſtochij Hieroſolymorū epiſcopi zelus aduerſ⁹ Origenis errores. Nā cū is in Palęſtina in monaſterio Noua Laura dicto, dogmata Origenis à monachis non modò probari, ſed etiam propagari cognouiſſet,adeò acriter ſeſe ijs oppoſuit,ut ueritati cedere nolētes,loco illo eijceret.

Horum autem defenſionem Theodorus cognomine Aſcidas,Cæſareę Cappadocum epiſcopus ſuſcepit,ac fretus gratia Imperatoris (familiaris enim & charus ei erat,propter dexteritatem in expediendis negocijs) cœpit Euſtochium ad aulam accuſare,& clamitare,facinus impium & flagris dignū ab eo commiſſum eſſe.

Iuſtinianus autem, cum præter hoc diſsidium,etiam aliud inter doctores eſſe intelligeret,nimirum de Theodori Mopſueſteni, & Theodoreti & Ibæ ſcripis, paſsim ad inſigniores eccleſiarum doctores ſcripſit,ac iudicia & cenſuras de illis collegit:& tandem ſynodum indixit,in qua communiter de illis rebus in eccleſiæ utilitatem ſtatueretur.

Conuenerunt autem Conſtantinopolim Vigilius Romanus,Apollinarius Alexadrię archiepiſcop⁹, Domnus patriarcha Theopolis,Stephanus Raphiæ epiſcopus, Georgius Tiberiadis,Damianus Sozyſæ,uicem agens Euſtochij Hieroſolymorum,Benignus epiſcopus Heracliæ, Pelagoniæ uicem agens, Helias epiſcopus Theſſalonicenſis,Theodorus epiſcopus Cæſariæ primæ Cappadociæ prouinciæ,Andreas epiſcopus Epheſi, Sextilianus epiſcopus Potynienſis uicem agēs, Primoſus epiſcopus Carthaginis, Megethius epiſcopus Heracliæ Thraciæ, Anaſtaſius epiſcopus Potabiæ uicem agēs , Dorotheus epiſcopus Ancyrę,Ioannes epiſcopus Iliēſis uicem agens,Euprepius epiſcopus Cyziceenæ ciuitatis,Euſebius epiſcopus Tyri,Ioannes epiſcopus Nicomediæ,Stephanus epiſcopus Niceæ,Cōſtantinus epiſcopus Chalcedonenſis,Petrus epiſcopus Tarſi, Iohannes epiſcopus Cyciſſorum uicem agens,Palladius epiſcopus Meliteuæ,Ioannes epiſcopus Cæſariæ Palæſtinæ , Pompeianus epiſcopus Bizacij,Amazonius epiſcopus Aedeſæ,Alexander epiſcopus Gangrorum,Thomas epiſcopus Apamiæ Syriæ,Euphranteus epiſcopus Tyanorū,Theodotus epiſcopus Hetrepoliſyriæ,Boſporius epiſcopus Neocæſeriæ,Ioannes epiſcopus Boſtræ, Philippus epiſcopus Myrorum, Theodorus epiſcopus Seleucię Iſauriæ,Iulianus epiſcopus Sardienſis,Theodorus epiſcopus Gortynę, Euſtachius epiſcopus Damaſci,Theodoſius epiſcopus Rhodi, Firmus epiſcopus Otipaſon Africanæ prouinciæ,Theodorus epiſcopus Antiochiæ Piſidiæ, Phocas epiſcopus Stalienſis,Eulogius epiſcopus Pergæ,Seue-

rianos epiſcopus Aphrodiſiadis, Cyriacus epiſcopus Amidæ, Seuerus epiſcopus Synnadorum, Petrus epiſcopus Sidę, Abrahamius epiſcopus Sergiopolitanus, Augnius epiſcopus Traianopolitanus uicem agens, Ioānes epiſcopus Laodiciæ Phrygiæ Pacatianæ, Iohannes epiſcopus Hadrianopolitanus Thraciæ, Criſcus epiſcopus Cizici, Theodoſius epiſcopus Iuſtinianopolitanus ſecūdæ Cappadociæ, Stephanus epiſcopus Laodiciæ ſiue Theodoriadis, Auxanon epiſcopus Hierapolis Phrygiæ Euſtathius epiſcopus Maximianopolitanus, Aetherius epiſcopus Anazarbi, Dometius epiſcopus Chalcidis, Valeſianus epiſcopus Olbæ Aphricanæ prouinciæ, Diunyſius epiſcopus Seleuciæ Syriæ, Theodorus epiſcopus Diziparon, Seuerus epiſcopus Pompeiopolitanus Paphlagoniæ, Georgius, epiſcopus Iuſtinianus Cypſelon, Romanus epiſcopus Gabalon, Gregorius epiſcopus Iuſtinianopolitanus Armeniæ, Iohannes epiſcopus Nyſæ, Baſilius epiſcopus Iuſtinianopolitanus Camulianoru, Iohannes epiſcopus Baiculorum, Creſconius epiſcopus Zattarenſis pruuinciæ Numidiæ, Sergius epiſcopus Cynon ſecundæ Aegypti, Chriſtophorus epiſcopus Arcadiapolitauus Aſiæ, Theodoſius epiſcopus Bibli, Leontius epiſcopus Arcæ, Iohannes epiſcopus Myrinæ, Alexāder epiſcopus Amphipolitanus, Stephanus epiſcopus Clyſmatis, Thomas epiſcopus Beriſſæ, Ariſtodemus epiſcopus Philomelij, Taliæleus epiſcopus Hadrianopolitanus Piſidiæ, Theoctiſtus epiſcopus Erythron, Diogenianus epiſcopus Sozopolitanus. Baſſus epiſcopus Tamiathenſis, Anatolius epiſcopus Cymæ, Diogenes epiſcopus Aratiæ, Reſtitutus epiſcopus Mileon Africanæ prouinciæ, Theodorus epiſcopus Leontopolitanus Aegyptius Aemilianus epiſcopus Antipyrgi, Canon epiſcopus Megœdenſis, Theoctiſtus epiſcopus Pryſæ, Georgius epiſcopus Ptolemaidis: Soterus epiſcopus Aulonis, Zoſimus epiſcopus Antandri, Cyprianus epiſcopus Coruei, Heliss epiſcopus Diocletianopolitanus, Theonas epiſcopus Cyſſon, Theodorus epiſcopus Zenopolitanus, Aſincretius epiſcopus Lymyron, Gennadius epiſcopus Aradi, Stephanus epiſcopus Botryon, Philippus epiſcopus Phelli, Menas epiſcopus Demyri angelus, Genethlius epiſcopus Dorylaij, Thomas epiſcopus Conſtantinæ, Theodorus epiſcopus Leontopolitanus, Seuerus epiſcopus Taborum, Theoctiſtus epiſcopus Alicarnaſſi, Coſmas epiſcop⁹ Malli, Dionyſius epiſcopus Megarenſis, Callinicus epiſcopus Opyntis, Paſcaſius epiſcopus Aegij, Aeraſinus epiſcopus Cibyræ, Iohannes epiſcopus Neocæſariæ Euphratenſis, Nonus epiſcopus Dauſarorum, Stephanus epiſcopus Balaneon, Themas epiſcopus Circeſij, Anatolius epiſcopus Sebaſtæ, Conſtantinus epiſcopus Midaij, Macarius epiſcopus Prymneſſi, Megalus epiſcopus Miri, Thallelæus epiſcopus Iſindorū, Nicetas epiſcopus Epiphaniæ, Alexander epiſcopus Dionyſi, Pelagius epiſcopus Azonon, Hieron epiſcopus Anaſtaſiopolitanus Phrygiæ, Glaucus epiſcopus Alion, Procopius epiſcopus Antenus, Petrus epiſcopus Dometiopolitanus, Iuannes epiſcopus Coloniæ, Vranius epiſcopus Trallienſis, Ioānes epiſcopus Coraiuntis, Phronimus epiſcopus Synaij, Macedonius epiſcopus Iuſtinianopolitanus Bithyniæ, Ecdicius epiſcopus Tem, Eulogius epiſcopus Danaborum, Theodorus epiſcopus Co adcon, Helpidephorus epiſcopus Anaſtaiiupolitanus Cariæ, Cyriō epiſcopus Dadimorum, Theodorus epiſcopus Laodiceus: Silas epiſcop⁹ Tiberiopolitanus, Diogenes epiſcopus Auguſtopolitanus, Theodorus epiſcopus Ingilū, Iulianus epiſc. Zeugmatis, Dorymenius epiſcopus Adraon, Ioannes epiſcopus Leri, Theodorus epiſcop⁹ Gargaron, Theodorus epiſcopus Comanorum, Rufinus epiſcupus Sebaſtię Armenię, Canon epiſcopus Semneon, Cyriacus epiſcopus Cataiorum, Siſinnius epiſcopus Prępeneti, Iulianus epiſcopus Batnō, Anaſtaſius epiſcopus Rachlæ, Theodorus epiſc. Porchmi, Paulus epiſcopus Stectorij, Stephanus epiſcopus Amaſiæ, Paulus epiſc. Adraſſi, Euander epiſcopus Cnidi, Menas epiſcopus Carpathi. Primaſius Byzancenæ parœciæ. Sabinianus Zaparenę, Protectus Naiſitanus & Paulus ſecundę Iuſtinianę epiſcopi:

In primū conſeſſum uenerūt omnes, exceptis Vigilio Romano, & Primaſio Africaoo, & Sabiniano, Proiecto & Paulo Illyricanis epiſcopis. Pręſedit aūt Eutychius Cōſtantinopoleus patriarcha. Ac primū Imperator per Theodorū uirum ſpectabilem patribus offert ſcriptū, in quo indicat, ob quam cauſam ſynodū conuocarit: & capita deliberationis proponit, nimirū ut decernant, an liceat hęreticos mortuos damnare. deinde ut examineut ſcripta Theodori Mopſueſtiui, Theodureti, & Ibę. Euagrius lib. 4. cap. 38. Nicephorus lib. 17. cap. 27 narrāt, à Theodoro effectū eſſe, ut hæc primùm proponerentur, ut Euſtochio Hieroſolymorū epiſcopo & Ruffo & Cononi monachis, antea in aulā à ſeſe delatis, occaſio eriperetur, Origēis, Didymi, Euagrij, ac ipſius Theodori Cappadocis errores proferendi. Cęterùm exemplum ſcripti Iuſtiniani ſubijcimus.

¶ Imperator Cęſar, Flauius, Iuſtinianus, Alemanicos, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus. Africanus,

canus, pius, felix, inclytus, uictor ac triumphator, ſemper Auguſt': beatiſsimis epiſcopis & patriarchis, Eutychio Conſtantinopolitano, Apollinario Alexandrino, Domno Theopolitano, Stephano, Georgio et Damiano religioſiſsimis epiſcopis, uicem agentibus Euſtochij uiri beatiſsimi archiepiſcopi Hieroſolymitani & patriarchæ, & reliquis religioſiſsimis epiſcopis ex diuerſis prouincijs in hac regia urbe degentibus. Semper ſtudium fuit orthodoxis & pijs Imperatoribus, patribus noſtris, pro tẽpore exortas hæreſes per congregationẽ religioſiſsimorũ epiſcoporum amputare, & recta fide ſincerè prædicata, in pace ſanctam Dei eccleſiam cuſtodire.

Quapropter & Cõſtantinus piæ recordationis Arrio blaſphemante & dicẽte, Nõ eſſe filiũ conſubſtantialẽ Deo patri, ſed creaturã, & ex nõ extantibus factũ eſſe, congregauit Niceæ ex diuerſis diœceſibus 318 ſanctos patres. Et cum ipſe etiã conſilio interfuiſſet, & adiuuiſſet eos qui conſubſtantialẽ filium patri cõfeſsi ſunt, cõdemnata Arriana impietate, ſtudiũ habuit rectã fidem obtinere. Expoſito itaq; ſancto ſymbolo uel mathemate fidei, per hoc ſancti patres cõfeſsi ſunt, cõſubſtantialem eſſe filiũ Deo patri, quod uſq; apud plurimos dubitabatur.

Sed & Theodoſius ſenior, pię recordationis, Macedonio negante deitatẽ ſancti Spiritus, & Apollinario uel Magno eius diſcipulo in dieſpenſatione incarnati Dei uerbi blaſphemantib. & dicentibus, ſenſum humanũ non recepiſſe Deũ uerbum, ſed carni unitũ eſſe, animã rationabilem habenti, cõgregatis in regia urbe 150 ſanctis patribus, cum & ipſe particeps fuiſſet Cõcilij, damnatis pr̨edictis hæreticis, unà cum impijs eorũ dogmatibus, fecit rectã prædicari fidẽ. Secuti enim idem ſancti patres, expoſitã rectam fidẽ à trecentis decem & octo ſanctis patribus explanauerũt de deitate ſancti Spirit', & perfectè de diſpẽſatiõe incarnati Dei uerbi docuerũt.

Iterum Neſtorio impio aliũ dicente Deũ uerbũ, & alium Chriſtũ, & hunc quidẽ natura filiũ Dei patris, illum aũt gratia filium, impie introducente, & ſanctam glorioſam ſemper uirginẽ Dei genitricem eſſe negante, cũ penè omnes Orientales partes ſua impietate adimpleuiſſet idem Neſtorius, Theodoſius iunior piæ recordationis congregauit priorem Epheſinã ſanctam ſynodũ, cui præſidebãt Cœleſtinus & Cyrillus ſancti patres: & directis iudicibus, qui deberent concilio interceſſe, cõpulit & ipſum Neſtoriũ ibi peruenire, & iudiciũ propter eũ procedere. & tali examinatiõe facta, ſecuti idem ſancti patres per omnia ea quæ de fide definita ſunt ab anterioribus ſanctis patribus, condemnauerũt Neſtoriũ unà cum eius impietate. His ita ſubſecutis, cum inſurrexiſſent contra Cyrillum ſequaces Neſtorij impij, feſtinauerunt quantũ in ipſis fuit, reſutare condemnationem contra Neſtoriũ factam: ſed prædictus piæ recordationis Theodoſius, uindicãs ea quæ ita rectè contra Neſtorium & eius impietatem fuerant iudicata, fecit firmiter obtinere contra eum factam condemnationẽ. Et poſt hæc iterum cum Eutyches demens emerſiſſet, negando cõſubſtantialem nobis eſſe carnem Domini, multis interea moris tam Cõſtantinopoli quàm Epheſi, tanta ꝑ illo facta eſt hæreticorũ circumuentio, ut etiam eijceretur propter eum Flauianus religioſæ memoriæ regiæ urbis epiſcopus.

Piæ autẽ recordationis Marcianus congregauit Chalcedone ſanctos patres, & magna contentione inter epiſcopos facta, nõ ſolùm per ſuos iudices, ſed etiã per ſeipſum in concilio peruenit, & ad cõcordiam omnes perduxit. Cui ſancti patres, in omnibus ſecuti ea quæ pro fide definita ſunt à prædictis tribus ſanctis concilijs, & quę iudicata ſunt de hæreticorum damnatione, & impietate eorum, damnauerunt & anathematizauerunt Eutychen dementẽ, & impia eius dogmata, necnon & Neſtorium cum impijs eius dogmatibus. Quomodo item feſtinauerũt quidam defendere Neſtoriũ, & impia eius dogmata? Super hæc autem ijdem in Chalcedone ſancti patres anathematizauerũt eos qui aliud ſymbolũ tradiderunt aut tradunt, præter hoc quod expoſitum eſt à trecentis decem & octo ſanctis patribus, & explanatum à centum quinquaginta ſanctis patribus. His itaq; omnibus per diuerſa tempora ſubſecutis, prædicti piæ recordationis noſtri patres, ea quæ in unoquoq; cõcilio iudicata ſunt, legib. ſuis corroborauerunt & confirmauerunt, & hæreticos qui definitionib. prædictorum ſanctorum quatuor conciliorum reſiſtere, & eccleſias conturbare conati ſunt, expulerunt.

Defuncto autem Marciano diuæ recordationis, cum contentio eſſet per diuerſa loca de Chalcedonenſi ſancto cõcilio, Leo piæ recordatiõis ad omnes ubiq; ſacerdotes ſcripſit, ut unuſquiſq; eorũ propriam ſententiã manifeſtaret de eodem ſancto cõcilio: & cũ alius aliũ epiſcopum nõ expectaſſet, ad hoc quod interrogati ſunt, reſponderũt. Exiguo aũt tẽpore tranſacto, iterũ inſurrexerunt Neſtorij & Eutychis ſequaces, & tantas turbas in ſanctis Dei eccleſijs fecerũt, ut diuiſiones & ſchiſmata in eis fierẽt, & nullã cõmunionem ad ſe inuicẽ eccleſię haberẽt. Nec enim præſumebat aliqs de ciuitate ad ciuitatẽ ueniens cõmunicare, nec clericus ex alia ciuitate in aliam ueniens in eccleſia procedere.

Cum autem ſecūdum ſuam miſericordiam Dominus Deus reipublicæ gubernationem nobis credidit, initium & fundamentū noſtri Imperij, ſecimus coniungete diuiſos ſacerdotes ſanctarum Dei eccleſiarū, ab Oriente uſq; Occidentem: & omnem contentionem amputantes, quæ contra Chalcedonenſem ſanctā ſynodum ab Eutychis & Neſtorij impiorū ſequacibus mouebatur, fecimus prædicare eandem ſanctam ſynodum, cum prædictis alijs ſanctis tribus concilijs in Dei eccleſijs: certò ſcientes, quòd ea quæ ab ea de fide expoſita ſunt, conſonant per omnia alijs tribus ſanctis concilijs. & multis quidē ad eandem ſanctam ſynodum contradicentibus ſatisfecimus: alios aūt qui perſeuerauerunt eidem ſancto concilio contradicentes, expulimus à ſanctis Dei eccleſijs & uenerabilibus monaſterijs, ut cōcordia & pace ſanctarum eccleſiarum & earum ſacerdotum firmiter cuſtodita, una & eadem fides quā ſanctę quatuor Synodi confeſſæ ſunt, in ſanctis Dei eccleſijs prædicetur.

His ita pro firmitate ſanctarum quatuor ſynodorum Deo propitio per nos factis, & obtinentibus in ſancta Dei eccleſia, Neſtorij ſequaces propriam impietatē applicare uolentes ſanctæ Dei eccleſiæ, & non potentes hoc per Neſtorium facere, feſtinauerūt eam introducere per Theodorum Mopſueſtenū doctorem Neſtorij, qui multo peiora Neſtorio blaſphemauit: & ſuper alias innumerabiles ſuas blaſphemias, cōtra Chriſtum Deū noſtrum factas, alium dixit Deum uerbum, alium Chriſtum: necnon & per impia conſcripta Theodoreti, quæ cōtra rectam fidem & Epheſinam primam ſanctam ſynodum, & contra Cyrillum & duodecim eius capitula expoſuit: & inſuper per ſceleratā epiſtolam, quā dicitur Ibas ad Marin Perſam ſcripſiſſe, quæ plena eſt omni impietate Theodori & Neſtorij. Per hanc etenim impiā epiſtolam non ſolum impietatem, ſed etiam ipſas perſonas Theodori & Neſtorij, quas maximè laudat & iudicat eadem impia epiſtola, feſtinauerunt condemnationem liberare, dicentes eam ſuſceptā eſſe à ſancta Chalcedonenſi ſynodo. Hoc autem dicunt non pro defenſione ſanctæ ſynodi: ſed nomine eius, ſicut putant, ſuam impietatem confirmare feſtinantes. Certum autem eſt, quòd impia intentio eſt iſta uindicantium: ut ſi eis eueneriт, non prædicetur Deus uerbum homo factus eſſe, nec ſancta glorioſa ſemper uirgo Maria Deigenitrix prædicetur. Hæc enim Theodorus & Neſtorius in ſuis conſcriptis impiè expoſuerūt: & qui epiſtolam ſcripſit, in ea blaſphemat.

Nos igitur ſequentes ſanctos patres, & uolentes rectam fidem ſine quadam macula in Dei eccleſijs prædicari, & impiorum conatum reſecare, primùm quidem & in ueſtris uos degentes eccleſijs interrogauimus de prædictis impijs tribus capitulis, & ueſtram nobis uoluntatem manifeſtam feciſtis: pro qua & comprobauimus uos, quòd indubitāter & cum omni alacritate rectam fidem cōfeſſi eſtis, & impia condemnaſtis. Quoniam uerò & poſt condemnationem à uobis factam in ijſdem ipſis permanent quidam, eadem impia tria capitula uindicantes: ideo uocauimus uos ad regiam urbem, hortantes communiter cōuenientes, quam habetis pro his uoluntatem iterum manifeſtare. Et Vigilio enim religioſiſſimo papæ antiquioris Romæ, quū perueniſſet ad hanc regiam ciuitatem, de tribus capitulis ſubtiliter omnia manifeſtauimus: & interrogauimus eum, quid ſaperet de hoc. & ipſe non ſemel, nec bis, ſed etiam ſæpius, in ſcriptis & ſine ſcriptis, anathematizauit impia tria capitula. Quòd uerò eiuſdē uoluntatis ſemper fuit de condemnatione trium capitulorum, & per plurima alia declarauit, & per condemnationem Ruſtici & Sebaſtiani, aliquando diaconorū antiquioris Romæ, qui cum primùm ſuſcepiſſent factum ab eo iudicatum, in quo anathematizauit eadem impia capitula, poſtea ſuſceperunt & defenderunt eorum impietatem. ſed etiam Valentiniano epiſcopo Scythiæ, & Aureliano Arelati, quæ eſt prima ſanctiſſimarum Galliæ eccleſiarum, ſcripſit & manifeſtauit de condemnatione iſtorum capitulorum: & præcepit eis, nihil ſuſcipere quod à condemnatis diaconis ſcribitur contrarium prædicto iudicato, & compendioſe dicere ſemper in eadem uoluntate perſeuerauit. Et hæc omnia per ſuum tēpus uobis manifeſta faciemus. Quomodo uerò poſtea, quum perueniſſetis (ſicut dictū eſt) ad hanc regiam ciuitatem, ſcripta facta ſunt ad inuicem, à ueſtra ſanctitate, & à Vigilio religioſiſſimo papa antiquioris Romæ, ut omnes uos uniti conueniatis, & propter illos qui ſiue ex ignorantia ſiue ſciētia impietatem capitulorum defendunt, congruum iudicium eis quæ à ſanctis quatuor ſynodis pro fide definita ſunt proferatis: mandauimus illi etiam per noſtros iudices, & per quoſdam ex uobis, ut unàcum omnibus conueniret, & communiter diſceptaret de prædictis capitulis, ut forma daretur rectæ fidei conueniens: & q<sup></sup>d & ipſum & ueſtram ſanctitatem in ſcriptis interrogauimus de hoc, ut aut tanquam impia capitula ab omnibus condemnarentur: aut ſi putat recta eſſe, apertè ſuam manifeſtaret uoluntatem. Alienum enim eſt à Chriſtianis, cum recta fide, impia ſuſcipere, & non à malis recta diſcernere.

Ille

Ille uerò nobis indicauit, quòd de prædictis tribus capitulis per ſemetipſum faciens pot riget nobis.

Adhortamur igitur etiã uos, de his diſceptare. ſcire etenim uos uolumus, quòd nos ea quæ à ſanctis quatuor concilijs, Niceno, Conſtantinopolitano, Epheſino primo & Chalcedonenſi, de una eademque fide expoſita & definita ſunt, & de eccleſiaſtico ſtatu regulariter diſpoſita, ſeruabimus, & defendimus: & ea quæ ſequimur, & omnia quæ cõſonant iſtis, ſuſcipimus & amplectimur. Quicquid autem non conſonat iſtis, uel à quacunq; perſona ſcriptum inueniatur contra ea quæ de una eademque fide à ſanctis quatuor concilijs, uel uno ex his definita ſunt, hoc tanquam alienum omnino pietatis execramur. Sequimur autem in omnibus ſanctos patres & doctores ſanctæ Dei eccleſiæ, id eſt Athanaſium, Hilarium, Baſiliũ, Gregorium theologum, & Gregorium Nyſenum, Ambroſium, Theophilum, Iohannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Auguſtinum, Proculum, Leonem, & omnia quæ ab his de fide recta & ad condemnationem hęreticorũ conſcripta & expoſita ſunt, ſuſcipimus. In prædictis igitur omnibus permanentes, illos patres & ſacerdotes ſuſcipimus, qui ea quæ à ſanctis quatuor concilijs de fide expoſita ſunt, & à prædictis ſanctis patribus prædicata ſunt, ſeruant & prædicant in ſancta Dei eccleſia. Quoniam uerò hæretici modò, per omnia Theodorũ & Neſtorium & eorum impietatem uindicare uolentes, ſicut prædictum eſt, & ſuſceptam eſſe dicũt à ſancto Chalcedonenſi concilio impiam epiſtolam, quæ ad Marim Perſam ab Iba ſcripta eſſe dicitur: hortamur uos conſiderare ea quæ à Theodoro impiè tam in alijs ſcripta ſunt, quàm in Iudaico ſymbolo, quod & Epheſi & Chalcedone prolatũ, anathematizatum eſt ab utraque ſynodo, cum his qui ita ſapuerunt uel ſapiunt. Conſiderate autem, & quæ de ipſo & eius blaſphemijs ſancti patres conſcripſerunt, & anteceſſores noſtri promulgauerunt, necnon & quæ Eccleſiaſticarum hiſtoriarum ſcriptores de eo expoſuerunt. Ex his etenim omnibus cognoſcetis, quòd ab illo tempore condemnatus eſt tam ipſe, quàm blaſphemiæ eius, à ſanctis patribus: & quòd propter iſtas ſuperioribus temporibus deletũ eſt & nomen eius à ſacris diptychis eccleſię, cuius fuit epiſcopus. Hortamur autem etiam illud diſceptare, quod uanè profertur ab eis qui dicunt, nõ oportere poſt mortem hæreticos anathematizari: & ſequi in hoc doctrinam ſanctorum patrum, qui non ſolú uiuentes hæreticos cõdemnauerunt, ſed & poſt mortem, utpote in ſua impiettate mortuos anathematizauerunt: ſicut eos qui iniuſtè condemnati ſunt, reuocauerunt poſt mortem, & in ſacris diptychis ſcripſerunt: quod factum eſt & in Iohanne & in Flauiano religioſæ memoriæ epiſcopis Conſtantinopolitanis. Scit enim ueſtra reuerentia, quòd poſitum eſt à Domino in Euágelio de ipſo, Quòd qui credit in eum, nõ iudicatur: qui autem non credit in eum, iam iudicatus eſt, quòd non credit in nomine unigeniti filij Dei.

Manifeſtum autem eſt, quòd hoc nõ tantum de uiuis, ſed etiam de his dictũ eſt, qui in ſua impietate mortui ſunt. Inſuper autem hortamur uos inſpicere, & quæ impiè ſcripta ſunt à Theodoreto contra rectam fidem, & Epheſinam primam ſanctam ſynodum, & contra ſanctæ memoriæ Cyrillum, & contra duodecim eius capitula, & quę impiè idem Theodoretus cõſcripſit pro Theodoto & Neſtorio & blaſphemijs eorum contra ſanctæ memoriæ Cyrillum. Examinare autem & de impia epiſtola, quæ dicitur ab Iba ad Marin Perſam ſcripta eſſe: in qua ſcriptor eius abnegat Deum uerbum hominem factum eſſe, & ſanctam glorioſam ſemper uirginem Mariam Dei genitricem eſſe. Condemnat autem eadem impia epiſtola & Epheſinam primam ſanctam ſynodum, tanquam ſine iudicio & quæſtione Neſtorio condemnato, & ſanctæ quidem memoriæ Cyrillum eccleſiæ doctorem hæreticum uocat, & impia dicit duodecim eius capitula: Theodorum autem & Neſtorium & eorum impietatem defendit & laudat. Et quoniã, ſicut dictum eſt, præſumunt quidam dicere, & epiſtolam quæ prædictam impietaté continet ſuſceptam eſſe à Chalcedonenſi concilio: hortamur uos conferre ea quę dicta ſunt ab eodem ſancto concilio in definitione pro fide expoſita, cum his quæ in impia epiſtola continentur, ut undique recta quidem confirmentur, impia autem condemnentur. Omnia igitur prędicta cum omni ſubtilitate diſceptantes, ſicut ſacerdotes decet, in mente habẽtes Dei timorem & futurum iudicium, & nihil pietati & rectæ fidei & ueritati & Dei gloriæ & honori præponentes: in mente autem habentes & Apoſtolicam pronunciationem, quæ contra eos qui contraria rectæ fidei tradunt prolata eſt, manifeſtè dicentem: Quòd licet nos uel angelus de cœlo euangelizauerit uobis prętерquàm quod euágelizauimus uobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & modò iterum dico: Si quis uobis euangelizauerit, præterquã accepiſtis, anathema ſit. Scientes autem & Petri apoſtoli pręceptum, dicentis, Parati ſemper eſtote ad ſatis factionem omni petenti uos rationem de ſpe quæ in uobis eſt: celeri-

ter

ter de his quæ interrogauimus, ueſtram manifeſtare uoluntatem. Quum enim qui de recta fide interrogatus, diu protrahit, nihil aliud eſt niſi abnegario rectæ confeſsionis. In interrogationibus enim & reſponſis quæ de fide ſunt, non eſt primus uel ſecūdus: ſed qui in recta confeſsione paratior inuenitur, acceptabilis apud Deum eſt. Diuinitas uos ſeruet per multos annos, ſancti ac religioſiſſimi patres. Data 3. Nonas Maias, Conſtantinopoli, Imperatoris domini Iuſtiniani anno uigeſimotertio, poſt Conſulatum Baſilij indictione duodecima.

¶ Patres literis Imperatoris lectis, incipiunt tractare de ſententia Vigilij Romani epiſcopi: ac leguntur Eutychij ad Vigilium, & Vigilij ad eundem literæ: ex quibus colligitur, quod ad doctrinam attinet, utroſque conſentire, & approbare doctrinam in quatuor ſymbolis generalibus expoſitam. Deinde quia Vigilius in congreſſum uenire detractauerat, pugnans nimirum de ſuo principatu, ne cogeretur Eutychio Cōſtantinopolitano epiſcopo ſecundus aſsidere, ut indicat Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimoſeptimo: Patres decernūt, ablegandos ad eum eſſe Eutychium, Apollinarium, Domnum, & alios quoſdam inſigniores epiſcopos, qui rogarent eum nomine ſynodi, ut dignaretur in ſynodū coire, & communem deliberationem de tribus capitibus ab Imperatore propoſitis adiuuare. Quum autem à Vigilio per legatos illos ſynodo reſpōſum eſſet, ſe propter ualetudinem aduerſam altero die rem expoſiturum, primus ille conſeſſus diſſolutus eſt.

¶ In ſecundo congreſſu, legati qui ad Vigilium miſsi fuerant, exponunt quid actum ſit: nimirum Vigilium dixiſſe, ſe ideo non poſſe in ſynodum coire, quia plurimi adſint Orientales epiſcopi, pauci uerò Occidentales ſecum ſentientes. Quare ſcripto ſe Imperatori ſuam ſententiam, de propoſitis capitibus propoſiturum: ad quam rem etiā inducias ab eo impetrauerit.

Deinde narrant, quomodo refutauerint Vigilij ſententiam: nimirum quòd non deceat, præſertim cum in doctrina cōſentiant, propter Occidentales differri cōuentum. neque enim in reliquis quatuor ſanctis Concilijs, præter duos aut tres, epiſcopos Occidentales interfuiſſe. Præterea adeſſe aliquot tamen epiſcopos ex Italia, & ex Illyria, itē ex Africa. Quare non debere ipſum à cōgreſſu reliquorum patrū ſe ſubducere, ſed potius cōmunem deliberationem iuuare: quæ poſtea in cōmuni ſcripto non modò Imperatori, ſed etiam uniuerſis eccleſijs proponi poſſit. Quòd ſi putet ſibi integrum & ſecurum non eſſe, propter Imperatorem accedere, ſe apud ipſum ea de re acturos.

Secūdo: Liberius patricius, & Petrus magiſter officiorū, & Conſtantinus quæſtor ſacri palatij, item iudices qui ab Imperatore unà cum Theodoro Cappadociæ, Benigno Heracliæ, & alijs quibuſdam epiſcopis à ſynodo iterū ad Vigilium primo die Maij ablegati fuerant, narrant: ſe ſynodi & Imperatoris uoluntatem Vigilio expoſuiſſe, & poſtulaſſe ut in conſeſſum patrum ueniret. Verùm, eum inter alia efflagitaſſe ſibi inducias concedi: & ut ſolus ſuam ſententiam exponat, liberum relinqui. Se uerò dixiſſe, ipſum ſolum quidem ſæpius in ſcriptis & ſine ſcriptis, tria iſta capitula condemnaſſe: ſed nunc Imperatorem uelle, ut unà cum alijs coeat, quo iudicio celebrato legitimè, commune decretū promulgari queat: & inducias non ſolum eas quas poſtulauerit, ſed etiam longiores, ad eam rem præbere. Sin uerò omnino deneget in congreſſum uenire, oportere tamen alios epiſcopos, propter eandem cauſam conuocatos, de iſtis capitibus in ſynodo tractare. Non enim poſſe eos Dei eccleſiā ulterius in tanta confuſione relinquere, maximè hæreticis calumniantibus, omnes epiſcopos cum Neſtorio conſentire. Ad hæc autem Vigilium conſtanter reſpondiſſe, ſe cum illis cōgredi nolle, ſed pro ſe ſcripto Imperatori ſuam ſententiam indicaturum.

Tertiò: Patres per legatos, Theodorum, Anatolium, Diogenianum, Ammonium & Petrum, rogant Primaſium Bizancenæ epiſcopum in Africa, & Sabinianum Zaparenum, & Preiectum Naiſſitanum Illyriæ epiſcopos, & Paulum ſecundę Iuſtinianæ, ut in conſeſſum ueniant, & iuuent communem deliberationem. Verùm Primaſius reſpondit, ſe abſente papa non uelle adeſſe. Sabinianus uerò dixit; nec ſe poſſe comparere propter abſentiam ſui archiepiſcopi. Preiectus dixit, ſe cum Beneuato archiepiſcopo ſuo collaturum. idem & Paulus prætendit, ſe cum ſuo archiepiſcopo deliberaturum.

¶ In tertia ſeſsione, patres repetunt confeſsionē de ſincera doctrina in quatuor generalibus ſynodis aſſerta & confirmata, in hunc modum: Confitemur nos fidem tenere & prædicare ab initio donatam à magno Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto, ſanctis Apoſtolis, & ab illis in uniuerſo mundo prædicatam, quam & ſancti patres confeſsi ſunt, & explorauerunt, & ſanctis eccleſijs tradiderunt: & maximè qui in ſanctis quatuor ſynodis conuenerunt, quos per omnia & in omnibus ſequimur & ſuſcipimus cū alijs ſanctis patribus: & ſanctas quatuor ſynodos, id eſt trecentos decem & octo ſanctos patres Niceæ congregatos, & centum quinquaginta qui Cōſtantinopoli conue-

conuenerunt, & Epheſi primò ducentos, & Chalcedone ſexcẽtos triginta, & omnia quę à prędictis ſanctis quatuor concilijs pro una eademque fide definita ſunt, ſuſcipimus. Et omnes condemnatos prædictis ſanctis quatuor concilijs, tanquam condemnatos & anathemizatos habemus, unà cum alijs hæreticis.

His ita ſe habentibus, certum facimus, quod omnia quæ à prædictis ſanctis quatuor concilijs, ſicut prædictum eſt, pro recta fide definita ſunt, & de ſtatu eccleſiaſtico regulariter diſpoſita, & ſeruauimus & ſeruamus. Licet enim per diuerſa tempora cõtra exortos hæreticos prædictæ ſanctæ quatuor ſynodi facta ſint, tamen unam eandemq; confeſsionẽ rectæ fidei ſeruauerunt & prędicauerunt. Et ideo omnia quidẽ conſonãtia his quæ à memoratis ſanctis quatuor cõcilijs pro recta fide definita ſunt, ſuſcipimus. Omnia uerò quę nõ cõſonant his quæ definita ſunt ab ijſdẽ quatuor ſanctis concilijs, pro recta fide uel ad iniuriam, uel ad contrarietatem earundẽ quatuor ſynodorum, uel unius ex his, & ad defenſionem hæreticorum, & eorum impietatis ſcripta ſunt, aliena pietatis iudicãtes condemnamus, & anathematizamus. Super hæc ſequimur per omnia & ſanctos patres, & doctores eccleſię, Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium theologum, & Gregorium Nyſenum, Ambroſium, Auguſtinũ, Theophilum, Iohannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leonem, Proculum. Et ſuſcipimus omnia quæ de recta fide & cõdemnatione hæreticorum expoſuerunt. Suſcipimus autẽ & alios ſanctos & orthodoxos patres, qui in ſancta Dei eccleſia rectam fidẽ irreprehenſibiliter uſque ad finem ſuæ uitæ prædicauerunt. Hac igitur recta confeſsione in ſancta Dei catholica & Apoſtolica eccleſia ſeruanda & prædicanda, ſi quis ſemet ipſum ab eius communione ſeparet, cõtraria & ſapiens, talis ſemetipſum alienans rectæ fidei, & hæreticis connumerans, iuſtè à ſancta Dei eccleſia condemnatur, & anathematizatur.

¶ In quarta ſeſsione, Calonymus diaconus & notarius iuſſu ſynodi recitat teſtimonia ex ſcriptis Theodori collecta, & poſtremò eius ſymbolum: in quibus inter alia negat Ieſum Chriſtum uerũ Deum ex uirgine natum eſſe. Symbolum aũt eius ſubijcimus.

*Symbolum impij Theodori.*

Eos qui nunc primùm erudiuntur eccleſiaſticorum dogmatum ſubtilitatem, ſeu ab aliquo hęretico errore tranſire uolunt ad ueritatem, doceri oportet, & confiteri, quòd Credimus in unum Deum patrem ſempiternũ, qui nec pater cœpit eſſe, ſed ſupra conſtitutum ſempiternũ, ſed neq; poſtremò factum patrem, quia ſemper & Deus erat, & pater. Credimus aũt & in unum filium Dei unigenitum, qui eſt de ſubſtantia patris, ut uerè filium, & eiuſdem ſubſtantiæ eſt, cuius & eſt & creditur filius: & in Spiritum aũt ſanctũ, qui ex Dei eſt ſubſtantia, qui nõ filius, Deus aũt eſt ſecundum ſubſtantiam, quia illius eſt ſubſtantiæ, cuius eſt Deus & pater, ex quo ſecundum ſubſtantiã eſt. Nos enim (inquit Apoſtolus) non ſpiritũ huius mundi accepimus, ſed ſpiritũ qui ex Deo, à creatura quidem ipſum ſegregans, omnimodo autẽ Deo coniungens, ex quo ſecundum ſubſtantiam eſt: propria aũt ratione præter omnem creaturam, quam non ſecundũ ſubſtantiam, ſed cauſa opificationis ex Deo eſſe putamus: & neq; filium putantes, neq; per filium eſſentiam accipientem, cõfitemur patrem unum perfectum perſona, & filium ſimiliter, & ſpiritum autem ſanctũ eodem modo: ſalua autem ratione pietatis, nobis patrem & filium & ſpiritum ſanctũ, non tres aliquas ſubſtantias diuerſas putare, ſed unam & eandẽ naturam deitatis cognoſcentes. Oportet autẽ & de diſpenſatione quam pro noſtra ſalute (in ea diſpenſatione quę eſt circa Dominũ Chriſtum) Dominus effecit Deus, ſcire, quòd Deus uerbum hominẽ aſſumpſit perfectum, à ſemine conſtitutũ Abraham & Dauid, ſecundum declarationem Scripturarũ diuinarũ, hoc eſt, conſtitutum natura quod erant illi, quorum de ſemine erat, hominem perfectũ ſecundum naturam, & ex anima intellectuali & carne conſiſtentẽ humana: quem hominem conſtitutũ ſecundum noſtram naturã Spiritus ſancti uirtute in uirginis utero factum, & natũ ex muliere, & factũ ſub lege, ut omnes nos redimeret à legis ſeruitute, quam longè antè ſtatuit adoptionẽ recipientes ineffabiliter coniunxit ſibi. qui mortem quidem eum ſecundũ legem hominũ ſuſtinere fecit, reſuſcitauit aũt ex mortuis, & eduxit in cœlũ, & ſedere fecit in dextera Dei: unde ſuper omnẽ conſtitutus principatum & poteſtatem & dominationem & uirtutẽ, & omne nomen quod nominatur non ſolũ in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, ab omni creatura ſuſcipit uenerationem, ut inſeparabilem ad diuinam naturam habens coniunctionem relatione Dei & intellectu, omni ei creatura uenerationẽ attribuente. Et neque duos dicimus filios, neque duos dominos: quoniam unus filius ſecundum ſubſtantiã Deus uerbum, unigenitus filius patris, cui iſte coniunctus & particeps communionem habet filij nomine & honoris, & Dominus ſecundum ſubſtantiam Deus uerbum, cui coniunctus iſte communionem habet honoris. & ideo nec duos dicimus filios, nec duos dominos, quomodo certo conſtituto

ſecun-

ſecundum naturam domino & filio, inſeparabilem habens ad eum coniunctioné qui pro noſtra adſumptus eſt ſalutecũ, illo honorem & nomiuationem filij & Domini habet, non tanquam noſtrûm unuſquiſq; per ſeipſum ſubſiſtens filius: unde & filij multi, ſecundum beatum dicimus Paulum, ſed ſolum præcipuum habens hoc, ut iu coniunctione ad Deum uerbũ, tam filiatióis quàm dominationis particeps ſit, amputans omnem intellectum dualitatis filiorum & dominorum. Præbet autem nobis in coniunctione ad Deum uerbum, omnem habere eius & fidem & intellectum & uiſionem, pro quibus & uenerationem relatione Dei ab omoi ſuſcipit creatura. Vnum ergo filium dicimus, & Dominum IESVM Chriſtũ, per quem omnia facta ſuot, principaliter quidé Dominum uerbum intelligentes, qoi ſecũdum ſubſtanriam & filius Dei & Dominus eſt. Deinde ſimul mente accipientes ſumptum IESVM, qui eſt de Nazareth, qué unxit Deus ſpiritu & uirtute, ut coniunctioue ad Deum uerbum filiationis & dominationis participem conſtitutum, qui ſecundus Adam à beato uocatur Paulo, eiuſdem quidem naturæ cõſtitutus Adam, & oſtendens nobis futurum ſtatum: & tantam habẽs ad illum differentiam, quanta fiet eius qui ineffabilia præbet futuri ſtatus bona, ad eum qui præſentium triſtium dedit initium.

Simili autem modo & ſecundus homo uocatur, ut ſtatum ſecundũ manifeſtet: quia prioris quidem initium dedit Adam mortalis & paſsibilis, & multorũ pleni dolorum, in quo & demonſtrauit ad eum habere ſimilitudinem: ſecundum autem oſtẽdit Dominus Chriſtus, iſte de cœlis in futuro uiſus, omnes nos in communionem educet ſuam. nam primus dicitur homo de terra terrenus, ſecundus homo cœleſtis de cœlo: id eſt, inde in futuro apparituꝛus, ut omnes ad imitationem adducat ſui. Vnde addit: Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Et quomodo induimus imaginem terreni, induamus & imaginem eius qui de cœlo eſt. ut eo apparente, & eum omnibus uidentibus qui iudicaudi ſunt, in occulto conſtituta diuina natura faciat iudicium. tempora enim ignoraotiæ noſtræ deſpiciens Deus, contrà adnuntiat hominibus, ut omues ubiq; pœnitenriam agant: quoniam ſtatuit diem, in quo iudicet de orbe rerrarum io æquitate, in uiro cui conſtituit fidem præſtare, ſuſcitans eum de mortuis. Iſta eccleſiaſticorum dogmatum doctrina: & omuis qui contraria ei ſapit, anathema ſit.

Patres, eo lecto, prouunciant, à ſathana id compoſitum eſſe: & rectè unà cum autore, à prima ſynodo Epheſiua condemnatum. Quare & ipſi nou tantum id reij ciont, ſed etiam Theodorum Mopſueſtenum, & omnes eius aſſeclas & aſſenſores, & omnia ipſius ſcripta damnant, eo quòd Euangelia reprobet, & myſterium de natiuitate Chriſti iniuria afficiat.

¶ In quinta, Theodotus Diacon' iuſſu patrũ recitat ea quę olim contra blaſphemias Theodori Mopſueſteni à patribus & hiſtoricis ſunt ſcripta, & legibus Imperarorũ ſancita. Et primùm quidem legit ea quæ Cyrillus ex libirs Theodori collegit, & refutauit. II. Libellum ab epiſcopis & clericis Armeniæ Proculo oblatum cõtra Theodorum. III. Quædam ex epiſtola Proculi ad Armenios, contra euudem. IIII. Epiſtolam Cyrilli ad clericos, & Lamponem presbyterum. V. Epiſtolas Cyrilli ad Acacium, & ad Rabulam: & Rabulæ reſponſum ad Cyrillum.

Deinde fragmentum recitat ex hiſtoria Heſychij presbyteri Hieroſolymorum, in hunc modum: Ita Photinum multis & alijs apud eos ſeculis, Theodorus quidam præcipuè imitatus eſt, malicioſus quidem loquendi, & lingua paratiſsimus, & ipſe tamen inſtabilis uolũtate, qui huc & illuc inclinans ferebatur. Clero enim Antiocheno à prima ætate connumeratus, & bene conuerſari pollicitus, ad ſeculares libidinea reuerſus irerum delectabatur. In omnibus autem bonis imirabilis & beatus uir Iohannes Conſtantinopolitanus epiſcopus ſcripſit epiſtolam, quæ uſque adhuc in codicibus legitur, & à peiore ad meliorem pœnitentiam eum transferre præualuit: & iterũ bene conuerſari, iterum in clericatu eſſe cœpit: & Antiochia relicta, in Tharſon trãſmigrauit, ex qua in Mopſueſtiam tranſijt. ordinatus in eam epiſcopus, nondum Deo uolente manifeſtam impietatis illius prædicationem fieri. Prima autem elemẽta ſuæ doctrinæ ex Iudaico uaniloquio incipiens, codicem in prophetiam Pſalmorum couſcripſit, omnes de Domino prædicationes abnegantem. Culpatus uerò & periclitatus, contraria ſibi dixit non ex ooluntate, ſed cõpolſus omnium querimonijs: & codicẽ ipſum delere pollicitus, latenter conſeruabat Iudaicæ impietatis uiaticum. igni uerò ſua commentaria ſimulãs tradere, malicioſè abſcondere illecebram conabatur, tẽpus quidem plurimùm in exigoo loco praua loquens, qui eſſet meritò latebat. Quoniam uerò loquens conſtitutos, uana ſolitus loqui, Doctoris famam conſecutus eſt, paocis quibuſdam apud eum ſtudentibus, qui ueneno dictionum decipiebantur, calicem bibentes uerbis quidem benè compoſitis

colo-

coloratum, blaſphemiis uerò intellectibus & ueneno plenum: ſenectute iam cana debilitatus, ſed minima pietatis ſcintilla, ſi qua fortè in eo fuiſſet, inueterata, libros cõponere aduerſus Domini Dei apparitionem præſumpſit: quotũ multitudinem prætermittentes (nec enim fas eſt impios reuolue re ſermones) unius in præſenti memoriam faciamus. Chriſtum enim IESVM, generis noſtri Saluatorem & Dominum, quẽ ſplendorem paternæ gloriæ & imaginem ſubſtantiæ Paulus uocat, ferre eum omnia dicens uerbo ſuę uirtutis, qui purificationem noſtrorum fecit peccatorum, & ad dexterã paternæ maieſtatis conſedit, de quo ad Corinthios ſcripſit epiſtolam, quòd in eo omnia ſunt creata, quæ ſunt & in cœlis & in terra, uiſibilia & inuiſibilia, & quòd per eũ & in eum creata ſunt omnia, & ipſe eſt ante omnia: hunc non incarnatum uerbum (ſicut Euangelicis uocibus edocti ſumus) ſed hominem per uitæ prouectionem & paſsionum perfectionem coniunctum Deo uerbo ſcripſit ſtultis hominibus: & hæc in myſticis ſermonibus auſus eſt, & illa quidem talia. Sed & ſequaces eius extollebantur, de quibus dicere conuenit: Dicentes ſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Mutauerunt enim uerè & iſti gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem corruptibilis hominis, CHRISTVM non ſicut Deum incarnatum glorificantes, ſed ſicut unum ſimilem nobis hominem iniuriantes.

Tertiò recitantur duo edicta Theodoſij & Valentiniani contra Neſtorium & Theodorum, in quibus non tantum ipſi damnantur, ſed etiam libri eorum legi, poſsideri aut ſcribi prohibentur, imò comburi præcipiuntur: ſectatoribus etiam doctrinæ ipſorum adimitur nomen Chriſtianum, & Simoniani appellari iubentur, ac omnibus conuenticulis eis interdicitur, ſub pœna capitali, & honorum confiſcatione.

Secundo loco Theodoreti quædam ſcripta, quibus defendit Theodorum contra Cyrillum, proferuntur.

¶ Poſt hæc tractatur de obiectionibus quorundam, & primùm de hac. Cyrillus Theodorum appellauit in quodam ſcripto bonum. Item Gregorius Nazianzenus ſcripſit epiſtolas ad Theodorum Mopſueſtenum, eumq́ue commendauit. Ergo nõ eſt damnandus.

Patres reſpondent ad antecedens: Cyrillus in 2. lib. de eo Quòd unus Chriſtus, contra Theodorũ, appellat quidẽ eũ bonũ, ſed non propter doctrinæ puritatem: nam eius errores ibidem refutat.

Deinde lectis literis Gregorij ad Theodorum, & conſideratis circumſtantijs, pronunciant eas non ad Theodorum Mopſueſtenum: ſed partim ad Theodorum Tyanenſem, partim ad Theodorum Trallenſem epiſcopum ſcriptas eſſe.

*Secunda obiectio.*

Mortui non ſunt condemnandi: Theodorus Mopſueſtenus eſt mortuus: Ergo nõ eſt damnandus.

Patres re deliberata, negant maiorem eſſe ueram, & contrarium probant, primùm autoritate Cyrilli, qui in libro Quòd unus ſit Chriſtus, contra Theodorum dicat, ſiue in uiuis ſint, ſiue non, tamen damnandos eſſe hæreticos, & ab illis recedendum, ſine reſpectu perſonarum, quia nocebant. Deinde Sextilianus Africanus epiſcopus, uicem agens Carthaginenſis, profert decretum Concilij Africani, de hæreticis poſt mortem anathematizandis, & Auguſtini epiſtolam ad Bonifacium Comitem, & ex geſtis apud Marcellinum capitulo centeſimo octuageſimoſeptimo, & ex epiſtola ad Catholicos, & ex libro tertio aduerſus Creſconium, ubi dixit etiam de mortuis licere iudicare, ſi ipſorum falſa doctrina & impia facinora Eccleſiæ noceant, & probari poſsint.

Tertiò, Benignus Heracliæ Pelagoniæ epiſcopus, uicem agens Heliæ Hieroſolymorum epiſcopi, eandem ſententiam confirmat exemplis. Nam Eccleſiam Valentinum, Marcionem, Baſilidem, à nulla ſynodo damnatos anathematizare, quia dogma eorum alienum à pietate fuit: & Rabulam Edeſſæ epiſcopum, Theodorum Mopſueſtenum poſt mortem damnaſſe. Item multos Arianos etiam poſt mortem eſſe damnatos, idq́ue ex Athanaſij conſtare ſcriptis. Item, Dioſcorum papam Romanum poſt mortem anathematizatum eſſe annis ſuperioribus: Apollinarium etiã, & Originẽ, & multos alios defunctos adhuc hodie rectè damnari.

*Tertia obiectio.*

Cyrillus in epiſtola ad Iohannem Antiochiæ epiſcopum ſcripſit, non eſſe Theodoro inſultandum, eo quòd mortuus ſit. Ergo, &c.

Patres lecta epiſtola, in quibus ea ſententia contineri dicebatur, reſpondent, apparere ex ſtylo & compoſitione, & reb. ipſis, eam epiſtolam non eſſe Cyrilli, nec reperiri eam in libris Epiſtolarum eius. Imò proferunt ueram & genuinam epiſtolam Cyrilli ad Iohannem Antiochenum, in qua refutat Iohannis Antiocheni ſententiam, qua aſſeruerat Theodori ſcripta cõſonare cum ſcriptis patrum, & poſt mortem damnari non debere:

debere: ac probant eam eſſe ueram, ex alia epiſt. Cyrilli ad Acaciũ Melitenæ epiſcopũ.

*Quarta obiectio.*

Cyrillus in epiſtola aduerſus Synuſiaſtas dixit, nõ oportere inſultare defunctis: Ergo.

Reſpondent patres: Cyrillus ibi dicit, non ſine cauſa oportere ferri aduerſus defunctos, ne inimicitiæ cauſa id fieri uideatur: ſed dogmatica quæſtione propoſita, licet defuncti ſint illi qui impiè ſenſerunt, tamen non oportet tacere. ſed quæ illi malè dixerunt, redarguenda ſunt: quia ueritas cuique chara eſſe debeat, ac neceſſe ſit uana dicentibus reſiſtere.

*Quinta obiectio.*

Cyrillus in epiſtola ad Proculum ſcripſit, Theodorum Mopſueſtenum mortuum, & ſcripta eius non eſſe anathematizanda. Ergo.

Reſpondent patres, eſſe fallaciam à dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter. Nam propter tumultus qui uidebantur inde orituri, illum tale conſilium dediſſe: quo motus Proculus Orientalibus ſcripſerit, ſi uelint omnino perſonæ Theodori parcere: oportere tamen eos ſcripta eius damnare & comburere. Sed illos hoc conſilium reiecisse, & blaſphemias Theodori defendiſſe, quaſi patrum ſcriptis conſentientes. His autẽ excitatum Cyrillum, libros aduerſus Theodorum & blaſphemias eius edidiſſe, eumq́; etiam defunctum demonſtraſſe hæreticum, impietate & blaſphemijs Paganos & Iudæos uincentem.

Deinde oſtendunt, iſtarum omnium obiectionum fundamentũ ſeu maiorẽ non eſſe ueram: ille non eſt damnandus, ad quem aliqui excellentes & ſinceri doctores aliquando ſcripſerunt literas. nam fieri poſſe ut ex ignorantia, uel præſumptione, uel etiam quadam diſpenſatione pro ipſis ſcribatur. In eam ſententiam proferunt argumenta ab exemplis contrarijs, ſeu ab inſtantia deducta.

Baſilius & Athanaſius ſcripſerunt literas ad Apollinarium, & tamen non probauerunt eius errorem: imò Athanaſius poſt mortem Apollinarij eum damnauit integris libris editis. Leo aliquando ad Eutychen ſuſcepit, & in reſcripto ſuo ipſum commendauit, & tamen poſtea eum & cauſam ipſius anathematizauit.

*Sexta obiectio.*

Ioannes Conſtantinopolitanus etiam in literis ſuis ad Theodorum laudauit eundẽ. Ergo non eſt damnandus.

Reſpondent Patres: ſuppoſititiam eſſe epiſtolam, quam proferãt eius defenſores. nam eam quę à Ioanne ad Theodorum, cum à ſolitaria uita receſſiſſet, ſcripta ſit, multorum uerſuum fuiſſe: nec tum Ioannem blaphemias illas, à Theodoro poſtea conſcriptas, ſciuiſſe.

*Septima obiectio.*

Theodorus in cõmunione & pace Eccleſiarũ defunctus eſt. Ergo non eſt damnandus.

Patres negant Antecedens, & opponunt hunc ſyllogiſmum. Ille in communicatione & pace Eccleſiæ moritur, qui uſque ad mortem ſyncera Eccleſiæ dogmata docet & ſeruat. Sed Theodorus uera Eccleſiæ dogmata neque docuit, neque ſeruauit uſque ad finem. Ergo, non eſt in pace Eccleſiarum mortuus.

Minorem probant, primùm ex eius blaſphemijs: deinde ex Gregorij Nyſeni epiſtola ad Theophilum, in qua dicit, in Eccleſia Dei nullum eſſe eiuſmodi dogma, colentium duos filios. Tertio, autoritate patrũ, qui eos non ſuſceperunt, qui dixerunt aut ſcripſerunt, Theodorum conſonantia Athanaſio, Baſilio, Gregorio, & alijs in ſuis libris expoſuiſſe. Quarto, ex actis ſynodi Mopſueſtenæ, in quibus narratur, nomen Theodori ex ſacris diptychis ſeculo ſuperiori eiectum eſſe.

Poſtremo loco Photinus diaconus legit quædam excerpta ex ſcriptis Theodoreti, contra duodecim capitula Cyrilli, & ex epiſtola eiuſdem ad monaſteria, & ex colloquio contra Cyrillum Conſtantinopoli habito pro Neſtorio. Item ex epiſtola eius ad Andream Samoſatenum epiſcopũ, & ex epiſtola ad Neſtorium. Item ex epiſtola ad Ioannem Antiochiæ, uiuo Cyrillo adhuc ſcripta: & ex epiſtola ad eundem Ioannem poſt mortem Cyrilli ſcripta. in quibus omnibus non tantum ſuum errorem aſſeruit, & Neſtorium defendit, ſed etiam uirus ſuæ amarulentiæ in Cyrillum euomuit. Quod ut fiat planius, fragmentum poſtremæ epiſtolæ ad Ioannem ſubijcimus.

¶ Sero tandem & uix malus homo defunctus eſt: boni uerò & benigni ante tempus inde demigrant, mali uero in multa tẽpora uitam producunt. & arbitror omnium diſpenſatorem bonorum, prouidentem celerius quam tempus eſt humanis tribulationibus, eos abducere, & tanquam uictores liberare luctationibus, & in meliorem uitam transducere, quæ uita præmium propoſitum eſt his qui pro uirtute luctantur, ſine & triſtitia & ſolicitudine libera. maliciæ uerò amatores & operatores diutius cõcedit præſenti uita frui, ut aut ſatietatem comparent malignitatis, & uirtutẽ per ea diſcãt: aut pœnas ueniant & in hoc ſeculo ꝑ moleſtia ſuorũ morũ, longo tempore amaris & malis uitæ præſentis fluctibus æſtuãtes. Illũ uerò miſeriu, nec ad ſimilitudinem aliorũ dimiſit

noſtrarum

noſtrarum animarum gubernator diutius eorum potiri, quæ uidentur eſſe delectabilia: ſed creſcentem quotidie uiri malignitatem ſciens, & corpori eccleſiæ nocentem quaſi quandam peſtem amputauit, & abſtulit opprobrium à filijs Iſrael. Et lætificauit quidem ſuperſtites illius diſceſſio: contriſtauit uerò forſitan mortuos. & timor eſt ne prægrauati Dei conuerſatione, iterum ad nos remittant: uel illos diffugiat qui eum abducunt, ſicut ille tyrannus Cyniciliciam. * Procurandum igitur eſt, & oportet tuam ſanctitatem maximè hanc ſuſcipere feſtinantiam, & iubere collegio apportantium lapidem aliquem maximum & grauiſsimum ſepulchro imponere, ne iterum huc perueniret, & inſtabilem uoluntatē iterum demōſtraret. inferis noua dogmata adferat, ibi diu noctuq; ſicut uult ſermocinetur. Nō uerò timemus, ne & illos diuideret aduerſus pietatem publicè obloquens, & morte circundans naturam immortalem. Lapidabunt enim eum non ſolùm qui diuina eruditi ſunt, ſed etiam & Nebrot & Pharao & Sennachiſim, & ſi quis eorū ſimilis eſt Dei impugnator. Sed uerò ſine cauſa multa loquar, ſilet uerò miſer inuitus: egredietur uerò ſpiritus Dei, & reuertetur in puluerem ſuum, in illo die peribunt omnes cogitationes. Iſte uerò & aliud habet ſilentium: nū data uerò illius facta alligant linguam, obſtruunt os, frenant ſenſum, ſilere faciunt, in tertiam inclinare cogunt. Ideò plango, miſerum, & ploro: nec uerò puram mihi delectationem fecit mortis Dei nunciatio, ſed dolore permixtam. Lætor uerò & iucundor, eiuſmodi peſtilentia commune Eccleſiæ uidens liberatum. Contriſtor uerò & ploro, cogitans quòd nec requiem malorum miſerabilis ſuſceperit, ſed maiora & peiora pertentans defunctus eſt: ſomniauit uerò (ſicut dicunt) & regiam urbem perturbare, & pijs iterum dogmatibus repugnare, & tuam ſanctitatem accuſare, utpote ea colētem. ſed uidit Deus, & non deſpexit: immiſit uerò ſimum in os eius, & frenū in labia eius, & auertit eum in terra, ex qua ſumptus eſt. Fiat uerò orationibus tuæ ſanctitatis, ut miſericordiam & ueniam conſequatur, & uindicet immenſa Dei clementia illius malignitatem.

Rogo uerò tuā ſanctitatē, ſoluere nobis animæ tumultus: plurimæ uerò & diuerſæ famæ circumſonant & nos, & perturbant communes calamitates adnunciantes. quidā uerò & tuam reuerentiam proficiſci dicūt ad comitatū ſine uoluntate. Et uſq; nūc deſpiciebā, utpote falſa iſta quæ diuulgantur. quoniā uerò uidi ſola eadē quę omnes dicentes, neceſſariū exiſtimaui ueritatem à tua diſcere ſanctitate, ut uel rideamus, utpote falſa, aut ut uera meritò lugeamus. Et iterum poſt mortē B. Cyrilli, idem Theodoretus in allocutione dicta Antiochiæ, præſente domino inſultans morti Dei, hæc dicit:[Nemo neminem iam cogit blaſphemare, ubi ſunt dicētes, quòd Deus eſt & qui crucifixus eſt? non crucifigitur Deus, homo crucifixus eſt IESVS Chriſtus qui ex ſemine eſt Dauid, filius Abrahæ. homo eſt qui mortuus eſt, IESVS Chriſtus, Deus uerò uerbum reſuſcitauit ſuum templū, qui eſt ex Dauid. ſicut Dauid eſt homo, hominem generat: qui uerò natura filius Dei eſt, hic eſt Deus uerbū. Chriſtus uerè eſt filius Dauid: ſed templum eſt filij Dei, non iam eſt contentio. Oriens & Aegyptus ſub uno iugo eſt: mortua eſt inuidia, & cum ea obruta eſt contentio: requieſcant Theophatiæ.

His conſideratis, patres laudant Synodi Chalcedonenſis ſapientiam & induſtriam, quòd Theodoreti blaſphemias non modò deprehenderit: ſed etiam non prius Theodoretum ſuſceperit, quàm Neſtorium & eius falſa dogmata, quæ antea defenderat, anathematizaſſet. & ipſi ſua etiam ſententia condemnant ſcripta Theodoreti, quæ contra rectam fidem, & duodecim Cyrilli capita, & ſanctam Epheſinam primam ſynodum, & quæcunq; alia ad patrocinandum Theodoro & Neſtorio edidiſſet: ut indicat Euagrius libro quarto, capite trigeſimooctauo.

¶ In ſexta ſeſsione primùm recitatur epiſtola Ibæ ad Marin Perſam, quæ præter hiſtoricam narrationem de ſynodo Epheſina contra Neſtorium inſtitūta, etiam de reconciliatione Cyrilli & Ioānis quędā continet: & diſertè dicit, Neminem nunc amplius eſſe qui dicat, In Chriſto unam naturam eſſe deitatis & humanitatis: ſed omnes confiteri, templum, & in eo inhabitantem, unum filium Dei Ieſum Chriſtum.

Secundò prælegitur epiſtola Proculi ad Ioannem Antiochenum, in qua indicat, apud ſe Ibam accuſatum eſſe per clericos Edeſſenos, & monachos & primates quoſdā, quòd Neſtorij dogmata amplectatur, & quędam capitula Theodori in Syrorum linguā tranſtulerit, in quibus hi aſſerantur errores: Duos eſſe filios, unum quidem ante ſecula, alterū uerò ex Maria, ex coitu natum. Et præcipit Ioanni ut Ibam acceſſat, & moneat, ut Tomo ſuo ad Armenios ſcripto ſubſcribat, & capitula illa à ſe tranſlata damnet, & ſcandalum datum compenſet, & in errorem inductos ea ratione in uiā reducat.

Tertiò, Theodorus Cæſareæ Cappadociæ epiſcopus, Andreas Epheſi, Megethius Heracliæ Thraciæ, Euſebius Tyri, ſurgētes,

breuiter totam fermè hiſtoriã certaminum de epiſtola Ibæ, in hunc modum referunt.

Commonemus ueſtram ſanctitatem ſubtiliter ſcientem, quòd antequam ſancta ſynodus Chalcedonæ congregaretur, multis uicibus dinoſcitur Ibas accuſatus, propter impia capitula & dogmata inſerta epiſtolæ, quam ipſe ad Marin Perſam ſcripſiſſe dicitur. Et primò quidem aliqui clerici eccleſiæ Edeſſenæ ciuitatis, & militantes, cum ad regiam urbem perueniſſent, interpellauerunt piæ recordationis Theodoſium, & Proculum ſanctæ memoriæ epiſcopum Conſtantinopolitanæ urbis, aduerſus eundem Ibam, eo quòd dicebatur Neſtorij defendere impietatem, capitula impia Theodori tranſtuliſſe lingua Syrorum, & ubique tranſmiſiſſe: de quibus etiam ſcripſit ſanctæ memoriæ Proculus, ſicut cognouiſtis, ad Ioannem epiſcopum Antiochiæ, ut compelleret Ibam recedere ab impietate Neſtorij, capitulorumque Theodori, de qua accuſabatur. Cum uero à ſcriptis Proculi religioſiſsimæ memoriæ nulla emendatio pro querimonijs accuſatorum facta eſt, defuncto Iõanne interpellauerunt Domnum eius ſucceſſorem, iterum Ibam accuſantes. quoniam uero non eos Domnus ſuſcepiſſet, iterum ijdem accuſatores occupata regia urbe de ijſdem interpellauerunt memoratum piæ recordationis Theodoſium, & Flauianum ſanctæ memoriæ, epiſcopum Conſtantinopolitanæ urbis factum per Proculum ſanctæ memoriæ: & precibus ſuſceptis, tam diuinæ recordationis Theodoſius, quàm Flauianus ſanctæ memoriæ, delegauerunt examinationem, de quibus Ibas accuſabatur, Photio epiſcopo Tyri, Eurychio epiſcopo Berytiorũ ciuitatis: & deputati ſunt executores cauſæ ab Imperatore quidem diuinę recordationis Theodoſio, Damaſcius tribunus, Imperialibus literis hoc ei permittentibus: à Flauiano uerò ſanctæ memoriæ, Elogius, diaconus Conſtantinopolitanæ ſanctæ eccleſiæ, cum eius literis ad Photium & Euſtathium. qui executores cum ad Tyrum perueniſſent, deduxerunt Ibam & eius accuſatores Photio & Euſtathio epiſcopis. Accuſatores igitur Ibæ tam alias blaſphemias, quàm impiam epiſtolam, ad eliminandum eundem Ibam, propoſuerunt: quæ, ſuper alijs inſertis ei blaſphemijs, ſanctum quidem Cyrillum hæreticum uocat, & impia eius duodecim capitula. Primam uerò Epheſinam ſanctam Synodum reprobat, tanquam ſine examinatione & quæſtione Neſtorio ab ea condemnato. Ibas igitur propoſitam ſuper his accuſationẽ effugiẽs & ſatisfaciens inquit: nihil eiuſmodi de ſancto Cyrillo dixiſſe. per quam, Orientalibus unitos eſſe. Impia uerò epiſtola, per illa quæ in ea continentur, per unitatem ſcriptam eſſe oſtenditur. Apparet igitur Ibas per hoc, quod dicit nihil aduerſus Cyrillum per unitatem dixiſſe, abnegans epiſtolam. Photius uerò & Euſtathius non eiuſmodi abnegatione contenti, perſpexerunt per ſuam definitionem, Ibam ad Edeſſam peruenire, & manifeſtè in Eccleſia anathematizare Neſtorium & impia eius dogmata, quæ impia epiſtola uindicabat: & Epheſinam primam ſynodum ab eadem impia epiſtola reprobatam ſuſcipere, tanquam è Spiritu ſancto congregatam, & æqualem eam habere ſanctæ ſynodo trecentorum & octo ſanctorum patrum. Cum hæc ita iudicata eſſent, & finem non ſuſcepiſſent, ſicut eſt inuenire ex his quæ per ea mora ſunt: eijcitur Ibas ab epiſcopatu, nec non etiam Domnus Antiochiæ epiſcopus, accuſati tanquam ſanctum Cyrillum, & ab eo prædicatam rectam fidem, iniuriantes & reprobantes: & in loco quidem Domni ordinatur Maximus, & in loco uerò Ibæ Nonnus Edeſſenæ eccleſiæ à Maximo ordinatur. Inde ſanctiſsimis epiſcopis in uniuerſalem ſanctam Synodum Chalcedone conuocatis, non uocatus eſt Ibas, ſed Nonnus in ſancta Synodo conſedit, ut Edeſſenæ eccleſiæ epiſcopus: qui etiam poſtea cum ſua Oſrhoenna Synodo ad Leonem piæ recordationis, interrogantem de Chalcedonenſi concilio, & alijs quibuſdam reſcribens, pars fuit eorum qui Encyclicas epiſtolas ſcripſerunt. Per pronunciatam igitur de fide definitionem à ſancto Chalcedonenſi concilio, cauſa de Iba mouetur, & priori uice in his quæ contra eum mouebantur, uolens quærimonias eorum de quibus accuſabatur euitare, ipſe quidem uſus eſt iudicio Photij & Euſtathij: accuſator uerò geſtis apud eos habitis, nec non impia epiſtola etiam apud Chalcedonenſem ſynodum recitata. Iterum effugiens Ibas, de ea accuſationem ſtatim per ea recitatam, nulla interlocutione de hoc facta, ſubſapiens, idem Ibas dixit: Iubeat ueſtra clementia literas recitari clericorum Edeſſenæ ciuitatis, ut cognoſcatis quòd alienus ſum eorum quæ mihi inſeruntur. ac utitur literis magis clericorum Edeſſenę ciuitatis, ubiq; timens pro impia epiſtola accuſationem. Et quòd ueritatem docuimus, cognoſcit ueſtra ſancta Synodus, in memoria tenens etiam alis, & maximè geſta Chalcedone confecta. Mirari igitur eſt, quomodo his ita ſubſecutis, & manifeſta impietate conſtituta, quæ in epiſtola continentur quam etiam ipſe Ibas abnegauit, defendere

defendere iſtam aliqui conantur nomine ſancti Chalcedonenſis concilij, nõ tanquam pro illa curam habentes, ſed ſuam confirmantes impietatem. Aſtutia uerò hæretica utentes, ex interlocutionibus de Iba factis, in geſtis apud Chalcedonenſem ſanctã Synodum habitis, una quidem ſiue ſecunda utuntur prolata quaſi pro epiſtola ad Marin Perſam ſcripta. Tentant uerò etiam alias falſas interpretari.

Neceſſariũ igitur eſſe putauimus, ueſtrę beatitudini etiam hæc ſcienti manifeſta facere, quæ ad hoc pertinent: illo certo conſtituto, quòd in concilijs non unius uel ſecundi interlocutionem attendere oportet, ſed hæc quæ communiter ab omnibus uel amplioribus definiuntur: uerumetiam ſi aliquis ſubtiliter, & ea quæ uno uel ſecundo quaſi pro eadem epiſtola dicta ſunt, planiſſimam in ipſis inueniet epiſtolæ eiectionẽ. Cum uerò etiam ipſi cõprobaſſent iudiciũ Photij & Euſtathij, nihil aliud eſt quàm condemnare impiam epiſtolam. Nam aduerſus eam & quæ in ea continentur pronunciatũ eſt Photij & Euſtathij iudiciũ, per quod iuſſus eſt Ibas ſuſcipere Epheſinam primã S. ſynodum, ab impia epiſtola reprobatã: & anathematizare autorem malignæ impietatis Neſtorium, & ſequaces eius, quos defendebat eadem impia epiſtola. Hoc uero iudiciũ Photij & Euſtatij etiã omnes epiſcopi ſecuti, perſpexerunt ipſum anathematizare Neſtorium, & impia eius dogmata. Iuuenalis uerò Hieroſolymitanæ ciuitatis epiſcopus, ut de hæreſi pœnitentiã agentẽ Ibã, ueniam & clementiam maximè propter ſenectutẽ meruiſſe interlocutus eſt, ſecundũ Eccleſiæ traditionẽ: quam interlocutionem ita apertè prolatã aduerſus impiã epiſtolã, malè interpretari non recuſauerunt eius defenſores. Thalaſsius Cæſareæ primæ Cappadociæ epiſcopus apertè oſtendit in ſua interlocutione, quòd nunquam ſuſcepiſſet Ibam, niſi pollicitus eſſet anathematizare: eaq; ab accuſatoribus eius in ſcriptis aduerſum eum depoſita ſunt. Certum uerò eſt, quòd accuſatores Ibæ epiſtolã protulerunt ad Marin Perſam, ſcriptam in eius accuſationem. Ioãnes uerò Sebaſtiæ epiſcopus, & Seleucus Amaſiæ, & Conſtantius Melitinę, & Patricius Tyanẽſium, & Petrus Gangrorum, & Atarbius Trapezuntenſium, uicem agens Dorothei in eo Cæſariæ, omnes metropolitani pariter, ſimul interlocuti ſunt: & quòd abnegauit Ibas illa quę ei inferebantur ab aduerſarijs eius, quorũ pars magna eſt epiſtola, perſpexerunt. Habet autem interlocutio ſic.

Definitio religioſiſsimorũ epiſcoporum Photij & Euſtathij, innocentẽ oſtendit reuerendiſsimum Ibam. Similiter uerò & abnegatio eius, promptiores noſtros ad ſuſcipiendũ eum conſtituit. Placet uerò ſemper Chriſti miſericordia. Si igitur & Iuuenalis, tanquam ab aliqua hæreſi pœnitentiam agentẽ Ibam ſuſcipi perſpexit, & Thalaſsius, & nominati metropolitani, tanquã in geſtis apud Photium habitis abnegantẽ ea quæ ab aduerſarijs eius inferebantur, id eſt prolatã ad accuſationem eius epiſtolã ad Marin Perſam ſcriptam, & omnes religioſiſsimi epiſcopi perſpexerunt eum anathematizare Neſtorium qui ab epiſtola defenditur: quomodo præſumunt iſtius defenſores, calumniari interlocutionẽ Eunomij, quaſi partẽ quidẽ condẽnatam epiſtolæ, partẽ aũt comprobantẽ, cũ tota epiſtola impietatis plena eſt. Vnde & Ibas eam abnegauit, eo quòd dicit, Qui poſt unitatẽ non inuenior dixiſſe aliquid aduerſum ſanctũ Cyrillum: nec nõ etiã Photio & Euſtathio ad eiuſmodi abnegationem dicentibus, quòd ſufficit abnegatio hęreſeos ad pietatem. Si uerò aliquis concedat, prout illi dicunt, priora quidẽ epiſtolæ impia eſſe, ultima uerò recta eſſe, nec ſic epiſtolæ effugiet debitã ſibi cõdemnationẽ. In omnibus enim hæreſibus, licet contigerit quædam hæreticos recta dicere, non ideo impia condemnatione liberantur. hic uerò nullam partem epiſtolę apparet Eunomius cõprobaſſe. Contrarius enim utiq; per hoc ipſe ſibi inueniretur, eadem collaudans & uituperans. Habet autem interlocutio Eunomij ſic.

Ex recitatis oſtenditur reuerendiſsimus Ibas innocens eſſe. de quibus enim uiſus eſt inculpari tanquã malè dixiſſet ſancto Cyrillo, in poſterioribus rectè confeſſus, recuſauit illa de quibus inculpatus eſt. Vnde & ego, ſi anathematizet Neſtoriũ & Eutychen, & impia eorũ dogmata, & cõſentiat eis quę religioſiſsimo epiſcopo Leoni ſcripta ſunt, & huic uniuerſali Synodo, dignũ eſſe epiſcopatu iudico. Ex his Eunomius oſtenditur, quòd eiuſmodi fecit interlocutionem, geſta apud Photiũ & Euſtathiũ habita attendens, in quibus apparet Ibas cõfeſſus, quòd ante unitionẽ quidẽ factã inter beatũ Cyrillum & Orientales, cum alijs ei maledixit: poſt unitionem uerò non inueniuntur (ſicut dixit) dixiſſe aliquid aduerſus ſanctum Cyrillum. Qui uerò dicunt, priora quidẽ epiſtolæ impia eſſe, ultima eſſe recta, calumniatores demõſtrantur. Poſteriora enim inſerta epiſtolæ maiori impietate plena ſunt, ſanctæ memoriæ Cyrillum & ſimilia ei ſapientes iniuriantia, & omnino impiã ſectã Neſtorij uindicantia. Propter hæc enim omnes ſimul epiſcopi cõſonanter poſt factas interlocutiões exclamauerunt: Neſtoriũ modò anathematizet,

tizet, dogma eius modò anathematizet: & ſic Ibas Neſtorio anathematizato, & Eutyche & impijs eorum dogmatibus, recipiatur. Nec non etiam anathematizatis omnibus non ita ſapientibus ſicut ſapit ſancta Synodus, ſic ſuſceptus eſt. Oſtéditur igitur Ibas etiá inde, quòd nō ſolú abnegauit, ſed etiá anathematizauit epiſtolá contrariá per omnia conſtitutá expoſitæ definitioni à ſancto Chalcedonenſi concilio, ſicut & ueſtra beatitudo per inquiſitionem inueniet.

Quartò repetuntur, & coram Synodo leguntur acta primæ Epheſinæ, de epiſtolis Cyrilli & Chalcedonenſis concilij, de epiſtola Leonis ad propoſitam cōtrouerſiá de epiſtola Ibæ facientia. & tandè inſtituta collatione epiſtolæ Ibæ, & decretorū ſynodi Chalcedonenſis, pronunciant patres, eá cōtrariá eſſe definitioni fidei quá Chalcedonéſis ſynodus promulgauit. Ideoq; oportuiſſe Ibam anathematizare Neſtoriū, cuius falſa dogmata prius ille ſua impia epiſtola defenderat: & ſubſcribere decretis eius ſynodi, nec obſtare quòd unus aut alter diuerſum forte cenſuerit. Et ſua quoq; autoritate, epiſtolá illá unà cū autore, ité Neſtoriū & Theodorū anathematizant, apertè affirmantes, eos qui epiſt. illá amplectantur, negare Deū uerbū hominem factū eſſe, dánare Chalcedonéſem & reliquas tres generales ſynodos, eijcere Cyrillū, eſſe hęreticos & blaſphemos.

¶ In ſeptima ſeſſione, Conſtantius quæſtor palatij Imperatoris nomine, offert ſynodo ſcriptum Vigilij aduerſus Ruſticū & Sebaſtianū, & alios quoſdá: & epiſtolá eiuſdé ad Valétinianū Scythiæ epiſcopū, & aliá ad Aurelianū Arelatenſem. Vnde cognoſcát, Vigiliū ſemp impietaté 3 capitulorū, de quib. hactenus in Synodo tractatū eſſet, dánaſſe.

Deinde offert etiá epiſtolam Iuſtini Imperatoris ad Hypatium, ut ſynodus cognoſcat, etiam Imperatoris Iuſtiniani patrem piè de his rebus ſenſiſſe: quæ omnia à ſynodo ſuſcepta, palam à notario recitantur.

¶ In octaua ſeſſione, ea quæ hactenus deliberata ſunt, communi conſilio promulgantur in hunc modum.

Magno Deo & Saluatore noſtro IESV Chriſto, ſecundum parabolá in Euangelijs dictam pro uniuſcuiuſq; uiribus talenta diſtribuente, & operam eorū opportuno tempore exigente, ſi is qui creditum ſibi unum talentū ſine diminutione ſeruauit, eo quòd non operatus eſt, & amplificauit hoc quod ſibi creditū eſt, condemnatur: quanto maiori & horribiliori iudicio ſubiacet, qui non ſolum de ipſo neglexerit, ſed etiam alijs ſcandali & perturbationis cauſam præbuerit? Cum ſit omnibus fidelibus manifeſtū, quòd quando de fide ratio moueatur, non ſolum impius condénatur: ſed etiá ille qui poteſt quidē prohibere impietatem, negligit uerò aliorū correptionem? Et nos igitur, quibus regere eccleſiam Domini creditū eſt, timentes maledictionem quæ imminet his qui negligéter opera Domini faciunt, feſtinamus bonū fidei ſemé purū conſeruare ab impietatis zizanijs, quæ ab inimico inſeminátur. Quoniam igitur uidebamus, quòd Neſtorij ſequaces conati ſunt per Theodorū impiū, qui Mopſueſtiæ fuit epiſcop9, & impia eius conſcripta, & inſuper per ea quæ impiè Theodoretus conſcripſit, & per epiſtolá ſcelera tam quæ ab Iba dicitur ad Marin Perſam ſcripta eſſe, ſuam impietaté Dei eccleſię applicare: ideo ad eorū quæ mouebantur correctionem ſurreximus, & pro Dei uoluntate, & iuſsione pijſsimi Imperatoris, uocati ad hác regiá urbé cōuenimus. Et quia cōtingit Vigilium religioſiſsimum in hac regia urbe degenté omnibus intereſſe, quæ his tribus capitulis annotata ſunt, & tam ſine ſcriptis quàm in ſcripturis eas ſæpius cōdemnaſſe: poſtea tamen & conſenſit in ſcriptis in cōcilio conuenire, & diſceptare unà nobiſcū de his tribus capitulis, ut definitio cōmuniter ab omnibus nobis præbeatur fidei: rectè cōueniens pijſsimus Imperator, ſecundū quòd inter nos placuit, tam ipſum quàm nos hortatus eſt cōmuniter conuenire, eo quòd ſacerdotes decet communibus quæſtionibus finem cōmunem imponere. Vnde neceſſariò petiuimus, ipſius reuerentiam ſcriptas ſuas promiſsiones adimplere nec enim iuſtū eſſet, amplius ſcandalum pro tribus iſtis capitulis creſcere: & Dei eccleſiam conturbari. & pro his ad memoriam eius perduximus magna illa Apoſtolorum exempla, & patrū traditiones. Licet enim ſancti ſpiritus gratia & circa ſingulos Apoſtolos abūdaret, ut non indigerent alieno conſilio ad ea quæ agenda erant: nō tamé aliter uoluerunt de eo quod mouebatur, ſi oporteret gentes circuncidi, definire: priuſquá cōmuniter congregati diuinarum Scripturarū teſtimonijs unuſquiſq; ſua dicta confirmauerunt. Vnde cōmuniter de eo ſententiam protulerunt, ad gentes ſcribentes: Viſum eſt Spiritui S. & nobis, nihil aliud imponere uobis oneris præterquá hæc neceſſaria, ut abſtineatis ab immolatis ſimulacrorū, & ſanguine ſuffocato, & fornicatione. Sed & ſancti patres qui per téporа in ſanctis quatuor cōcilijs cōuenerunt, antiquis exemplis utentes, cōmuniter de exortis hęreſibus & quæſtionib. diſpoſuerūt, certò cōſtituto, quòd in cōmunibus diſceptationib. cū proponuntur quæ ex utraq; parte diſcutienda ſunt, ueritatis lumé tenebras expellit mendacij. nec enim poteſt in cōmunib. de fide diſceptationib. aliter ueritas manifeſtari, cū unuſquiſq; ꝓximi adiutorio indiget. ſicut in ꝓuerbijs dicit Salomō: Frater fratri

adiuto-

adiutoriū pſtās exaltabitur ſicut ciuitas monita, ualer uerò ſicut regoō fundamentum. Et iterum in Eccleſiaſte dicit: Optimi duo quàm unus, quib. eſt merces bona in labore ipſorum. Sed etiam ipſe Dominus dicit: Amen dico uobis, ſi duo ex uobis conuenerint ſuper terrā, de omni re quácunq; petierint, continget uobis à patre meo qui in cœlis eſt. Vbicunque enim fuerint duo aut tres collecti in nominē meo, ego cum eia ſum in medio ipſorum. Cum autem ſæpius & à nobis omnibus inuitatus, & inſuper glorioſiſsimis iudicibus miſsis ad ipſum à pijſsimo Imperatore, promiſit per ſeipſum de eiſdem tribus capitulis ſenrenriam proferre: huiuſmodi reſponſo audito, Apoſtoli nos admonitiones in corde habentes, Quod unuſquiſq; pro ſe rationem reddet Deo: timentes autem & iudicium imminens eis qui uel unū ex minimis ſcandalizant, quanto magis Imperarorem ita Chriſtianiſsimū & populos & Eccleſias toras: & quòd dictum à Deo ad Paulum, Ne timeas, ſed loquere, & ne taceas, quoniā ego ſum tecum, & nemo poterit nocere tibi: congregati ante omnia compendioſe confeſsi ſumus, nos fidem illam tenere quam Dominus noſter IESVS Chriſtus uetus Deus tradidit ſanctis ſuis Apoſtolis, & per eos ſanctis eccleſijs, & qui poſt illos fueronr ſancti patres & doctores eccleſiæ creditis ſibi populis tradiderunt. Tenere autem & ſeruare & prædicare ſanctis Eccleſijs confeſsi ſumus hanc fidei confeſsionem, quam latius expoſuerunt trecenti decem & octo ſancti patres Niceæ congregati, qui ſanctum mathema ſiue ſymbolum tradiderunt: inſuper autem & 105 in Conſtantinopoli collecti expoſuerunt, qui eandem fidei confeſsionem ſecuti ſunt, & eam explorauerunt: & 200 ſanctorū patrū prius Epheſi collectorū pro eadē fide conſenſum, & quæ à ſexentis triginta Chalcedone congregatis definita ſunt pro unā eadēq; fide, quā & ipſi ſecuti prædicauerūt: eos autem qui pro tempore condemnati uel anathematizati à catholica eccleſia & prædictis quatuor cōcilijs ſunt, confeſsi ſumus condemnatos & anathematizatos habere.

Cumque hæc ita confeſsi ſumus, initium fecimus examinationis trium capitulorum, & propoſuimus prius de Theodoro Mopſueſteno: & cum in medio prolatæ ſunt blaſphemiæ codicibus inſertæ, mirati ſumus Dei in his patientiam, quòd non diuino igni ſtatim incenſa eſt lingua & mens quæ hæc eructauit. & nunquam conceſsiſſemus procedere lectorem prædictarū blaſphemiarum, pro ſola memoria illatum indignarionē Dei timentes: utpote unaquaque blaſphemia magnitudine impietatis antecedentem ſuperante, & mentem auditoris funditùs per mouente: niſi eos qui talibus blaſphemijs gloriantur, uideremus indigere confuſione, per manifeſtationem earum eis inferenda, ut nos oēs zelo blaſphemiarum contra Deū expoſitarū incenſi, & in medio lectionis, & pòſt ipſas inclamationes & anathematiſmos cōtra Theodorū ut uiuentē & præſentē faceremus: Propitius ſis Domine, dicentes, nec dæmones auſi ſunt talia contra te loqui. O' intolerabilē linguā illam, ô prauitatem uiri: ô altā illam manum, quā extendit cōtra creatorē ſuum. Scripturas ſeire miſer ille pollicitus, non meminit Hoſeæ prophetæ dicentis: Væ illis quoniā exilierūt a me, infoelices facti ſunt: qui impij fuerunt in me, iniqua locuti ſunt aduerſum me: & aduerſum me ex cogitantes locuti ſunt peſsima. ideo cadent intra mea, propter improbitatē linguæ ſuæ. hic contemptus eorum, in ſinu eorum: quia tranſierunt teſtamentum meum, & aduerſus legem meam impie egerunt.

Iſtis Theodorus impius meritò ſubijcitur. Prophetias enim quæ de Chriſto ſunt reijciens, feſtinauit diſpenſationis pro noſtra ſalute magnū myſteriū, quantū ad ſe pertinet, reprobare: fabulas tantúmodo ad riſum propoſitas gentib. diuina eloquia multis modis conatus oſtēdere, & contēpſit tamē alias propheticas pronunciationes contra impios factas. & quod dixit diuinus Abba, cū de his qui mēdaciter docent, ô qui docuit proximū ſibi euerſionem turbidā, & inebriat eū, ut inſpiciat ſpeluncas eorū: id eſt tenebroſas & omnino à luce alienas doctrinas eorū. & qd oportet multa dicere? cū liceat uolentibus codices impij Theodori præ manib. accipere, uel quæ ex impijs codicib. eius geſtis apud nos habitis inſerta ſunt, impia capitula, & inuenire nimiam inſaniam nefandi illa quæ dixit. Vlterius enim procedere & iterū memoria repetere nefanda illa ueremur quæ recitata nobis ſunt, & quædā à S. patribus contra illū, & oēs hæreticos ſuperantē eius inſaniā cōſcripta, & inſuper hiſtoriæ & leges imperiales illius impietatē ab initio diuulgantes. & quoniā poſthæc omnia impietatis illius defenſores iniurijs contra creatorē ſuum dictis, gloriātes dicebāt, non oportere eū poſt mortē anathematizare, licet cognoſceremus eccleſiaſticā de impijs traditionē, qd & poſt mortē hæretici anathematizātur: tamē neceſſariò putamus & de hoc perſcrutari. Et fertur in geſtis, quomodo diuerſi & poſt mortē anathematizati ſunt: & per multa manifeſtatō eſt apud nos, quòd qui hæc dicunt, nullā curā Dei iudiciorū faciunt, nec Apoſtolicarum pronūciationū, nec paternarū traditionū: libenter utiq; interrogemus eos, quid dicant de Domino, dicente de ſeipſo, quòd qui crediderit in eum, nō iudicetur: qui autē non crediderit in eū, iam iudica

tus eſt, quia non crediderit in nomine unigeniti filij Dei. & Apoſtolo clamante, licet uel angelus de cœlo euangelizauerit uobis præterquã euangelizauimus uobis, anathema ſit. Sicut prædiximus, & nunc iterũ dico: Si quis uobis euangelizauerit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Domino enim quòd iam iudicatus eſt dicẽte, & Apoſtolo etiã angelos, ſi docerent præter quod euangelizauimus, anathematizante, quomodo præſumunt dicere, qui omnia audent de uni⁹ tantũ modo hæc dicta eſſe, aut ignorãt, magis aũt ſcientes ignorare confingũt, quòd iudiciũ anathematis nihil aliud eſt niſi ſeparatio à Deo: quòd impius licet nõ uerbo ab aliquo ſuſcepiſſet, tamen anathema reipſa ſibi infert per ſuam impietatẽ, ſemetipſum à uera uita ſeparans. Quid aũt dicũt & ad Apoſtolũ, iterũ dicentẽ: Hæreticũ hominẽ poſt unam & ſecundã correctionẽ euita, ſciens quoniam peruerſus eſt huiuſmodi homo, & peccat, & eſt à ſemetipſo damnatus? quib. conſonantia ſanctæ memoriæ Cyrillus in libris quos contra Theodorũ ſcripſit, ita dicit: Euitandi ſunt illi, qui tã peſſimis culpis detinentur, ſiue in uiuis ſunt, ſiue non. A' nocente enim ſemper reſurgere neceſſariũ eſt, & non perſonam magis reſpicere, ſed ad hoc qđ Deo placet. Et iterũ idẽ ſanctæ memoriæ Cyrillus, ſcribens ad Ioannem epiſcopum Antiochiæ, & congregatã ibi ſynodum, de Theodoro, utpote unà cum Neſtorio anathematizato, ita dicit:

Erat igitur neceſſariũ, clarã propterea ducere feſtiuitatẽ, expulſa certè omni uoce à quocunq; dicta, quæ conſonat Neſtorij blaſphemijs. Proceſſit uerò aduerſus oẽs qui eadẽ ſapiunt, uel ſapuerunt aliquando, quod abſolutè nos & ueſtra ſanctitas dixit: Anathematizamus illos qui dicunt filios duos, & duos Chriſtos. Vnus enim, ut dictũ eſt, prædicatur à nobis & uobis Chriſtus, & filius & Dominus unigenitus, ut homo, ſecũdum uocem ſapiẽtiſſimi Pauli. Sed etiam in epiſtola ad Alexandrum & Martinianũ, & Ioannem & Paregoriũ & Maximũ, presbyteros & patres monachorũ, & eos qui cũ ipſis erant ſolitariam uitam exercentes, ita dicit:

Iam quidem & ſancta Synodus Epheſi ſecundum Dei uoluntatem congregata contra Neſtorianã perfidiã, iuſta & ſubtili prolata ſententia: & aliorũ uaniloquia qui uel poſtea futuri ſunt, uel iam fuerunt, eadem illi ſapientes, & dicere uel ſcribere tale aliquid præſumentes, unà cum ipſo condẽnauit, æqualem cõdemnationẽ eis imponens. Conſequens enim erat, uno ſemel pro ſuis tam profanis uaniloquijs cõdemnato, non cõtra unum tantũ uenire, ſed (ut ita dicam) cõtra omnẽ eorũ hęreſin ſiue calumniam, quã fecerunt contra piæ eccleſiæ dogmata, duos colentes filios, & diuidẽtes indiuiduum, & anthropolatriæ crimẽ inferentes cœlo & terrę. Adorat enim nobiſcum ſupernorũ ſpirituũ ſancta multitudo unũ Dominũ IESVM Chriſtum. Sed etiam Auguſtini religioſæ memoriæ, qui inter Africanos epiſcopos ſplenduit, diuerſæ epiſtolæ recitatæ ſunt, ſignificantes quòd oportet hæreticos & poſt mortem anathematizari. Talẽ autem Eccleſiaſticã traditionem, & alij Africani reuerẽdiſſimi epiſcopi ſeruauerunt. Sed & Romana ſancta Eccleſia quoſdam epiſcopos & poſt mortẽ anathematizauit, licet pro fide in uita ſua non eſſent accuſati, & utrumq; apud nos habita geſta ſignificant. Sed quoniã euidentiſſimè ueritatẽ impugnantes Theodori, & ipſius impietatis diſcipuli, quædam uerba ſanctæ memoriæ Cyrilli & Proculi ferre conantur, quaſi pro Theodoro ſcripta, opportunũ eſt ꝓpoſitis aptare uerba Prophetę dicẽtis: quia rectæ ſunt uiæ Dñi, & iuſti ambulant in eis: impij aũt infirmabuntur in eis. Nam & iſti malè excipientes ea quę benè & opportunè à S. iſtis patribus ſcripta ſunt, & excuſantes excuſatiões in peccatis, hæc uerba ꝓferunt: Apparent enim patres non liberantes anathemate Theodorum, ſed diſpenſatiuè talibus quibuſdam utentes uerbis, propter defenſores Neſtorij & impietatis, & huiuſmodi errore eos abſtrahentes ad perfectum deducerent, & docerent non ſolum diſcipulũ impietatis Neſtorium addicere, ſed etiam doctorẽ Theodorũ. Itaq; & in ipſis diſpenſationis uerbis ſuam patres intentionẽ oſtendũt, de eo qđ oportet anathematizari Theodorum, ſicut per plurima in geſtis apud nos habitis demõſtratũ eſt: ex hiſq; ad condemnationẽ Theodori & impietatis, Cyrillus & Proculus ſanctæ memoriæ ſcripſerunt: & talem diſpenſationẽ in diuina Scriptura eſt inuenire. Ad hoc & Paulus apoſtolus in principio prædicationis feciſſe oſtenditur, propter eos qui ex Hebræis erant Timotheum circumcidens, ut per hanc diſpenſationẽ & condeſcenſionẽ ad perfectũ eos deduceret. unde poſtea interdicens circumciſionẽ, ad Galatas ita ſcripſit: Ecce ego Paulus dico uobis, qui ſi circumcidimini, Chriſtus uobis nihil prodeſt.

Inuenimus aũt & illud, quod ſolent hæretici facere, & à Theodori defenſoribus factũ. quædam enim ex his quæ ſancti patres ſcripſerunt circumcidentes, quædã uerò falſa ex ſemetipſis componentes & confingentes, Cyrilli ſanctæ memoriæ epiſtolam conabantur quaſi ex teſtimonio patrũ prędictũ impiũ & Theodorũ anathemate liberare: in quibus & ipſis ueritas demonſtrata eſt, his quidem quę circumciſa erant per ſequentiã

anteriorem

anteriorum & poſteriorum perlectis, mendacij aut falſitatis per collationem eorum quæ uera erant per omnia conuicto. In omnibus autem iſtis qui talia uana loquuntur, ſecundum quod ſcriptum eſt, Confidunt falſis & loquuntur uana: quia concipiunt dolorem, & pariunt iniquitatem, telam araneæ texentes. his ita de Theodoro & eius impietate diſcuſsis, pauca, & ex his quæ impiè à Theodoreto conſcripta ſunt contra rectam fidem & duodecim capitula ſancti Cyrilli, & contra Epheſinam primam ſynodum, nec non quædam ad defenſionem Theodori & Neſtorij impiorum ab eo conſcripta, ad ſatisfactionem legentiũ in geſtis apud nos confectis recitari & inſeri perſpeximus, ut ſciant omnes quòd iuſte iſti eijciuntur & anathematizantur.

¶ Tertio loco epiſtola, quam dicitur Ibas ad Marin Perſam ſcripſiſſe, ad examinationem propoſita, neceſſarium eſſe perſpeximus & eam recitari. Statim igitur ex ipſa lectione impietas ei inſerta, omnibus manifeſtata eſt: & oporteret quidem uſq; ad hoc quæſtione facta, condemnationem & anathematiſmum prædictorum trium capitulorum facere: ſed quia Theodori & Neſtorij impiorum defenſores alio modo machinabantur confirmare eorũ perſonas & impietatem, & dicebant iſtam impiam epiſtolam, quæ laudat & defendit Theodorum & Neſtorium, & eorum impietatem, ſuſceptam eſſe a ſancto Chalcedonenſi concilio: neceſſarium eſſe putauimus, per omnia oſtendere, liberam eſſe ſanctam ſynodum ab impietate quæ in epiſtola continetur, ſo quod qui talia dicũt, non fauore ſancti concilij hoc faciunt, ſed ut per eius nomen ſuam impietatem confirmarent. & oſtendebatur in geſtis, quod & anterioribus temporibus accuſatus eſt Ibas propter eandem impietatem, quæ & in epiſtola continetur, primò quidem apud Proculum ſanctæ memoriæ epiſcopum Conſtantinopolitanum, poſtea uerò apud Theodoſium piæ recordationis, & Flauianum, qui poſt Proculum epiſcopus ordinatus eſt, qui & cauſæ examinationem delegauerunt Photio epiſcopo Tyri, & Euſtathio epiſcopo Berytiorũ ciuitatis. poſtea uerò inculpatus idem Ibas ab epiſcopatu deiectus eſt. His ita ſubſecutis, quomodo præſumunt aliqui dicere, iſtam impiam epiſtolam ſuſceptá eſſe à ſancto Chalcedonenſi concilio? tamen ne quæcunque remaneret occaſio eis qui tales calumnias applicant ſancto Chalcedonenſi concilio, recitari perſpeximus ea quæ apud ſanctas ſynodos, Epheſinam primam & Chalcedonenſem pro epiſtolis ſanctæ memoriæ Cyrilli & religioſæ memoriæ papæ antiquioris Romæ Leonis mota ſunt. & cum ex his accepiſſemus, quòd non aliter oportet ſuſcipi quæ ab aliquo ſcribuntur, niſi prius rectæ fidei ſanctorum patrum conſonare demonſtrentur: interlocuti ſumus, recitari & definitionem quæ de fide expoſita eſt a ſancto Chalcedonenſi concilio, ut conferantur quæ in epiſtola & quæ in definitione continentur: quo facto demonſtratum eſt, contrariam per omnia epiſtolam eſſe his quæ in definitione continentur. Nam definitio quidem conſonat his quæ iudicata ſunt pro una eademq; fide tam a trecentis decem & octo ſanctis patribus, quàm à centum quinquaginta, & his qui prius Epheſi conuenerunt. Impia autẽ epiſtola illa continet, quæ Theodorus & Neſtorius hæretici blaſphemauerunt, & defendit eos, & doctores ſibi adſcribit: ſanctos autem patres hæreticos uocat. Illud autem omnibus facimus manifeſtum, quòd nec patres interlocutionem unius uel ſecundi quibus utuntur Theodori & Neſtorij ſequaces, prætermittere ſuſtinuimus: ſed & iſtis & alijs omnibus interlocutionibus in medio prolatis, & his quæ eis continentur conſideratis inuenimus, quod non aliter paſsi ſunt prædictum Ibam ſuſcipere, priuſquam exegiſſent eum, Neſtoriũ & impia eius dogmata, quæ in epiſtola uindicantur, anathematizare. & hoc fecerunt tam alij religioſi epiſcopi prædicti ſancti cõcilij, quàm illi duo quorum interlocutionibus quidam uti conantur. Hoc enim & in Theodoreto obſeruauerunt & exegerunt, eum anathematizare ea pro quibus accuſabatur. Si igitur Ibam non alio modo ſuſcipere ſuſtinuiſſent, niſi impietatem quæ in epiſtola continetur condemnaſſet, & ſubſcripſiſſet definitioni quæ pro fide à ſancto concilio data eſt: quomodo conantur dicere, ſuſceptam eſſe impiam epiſtolam ab eodem ſancto concilio? quæ enim, ut uere dicamus, participatio eſt iuſtitiæ & iniquitati? & quæ ſocietas eſt luci cum tenebris? quæ autem conuentio eſt Chriſti cum Belial? aut quæ pars eſt fideli cum infidele? quæ autem eſt commixtio templo Dei cum idolis?

Repetitis igitur omnibus quæ apud nos acta ſunt, iterum confitemur, quòd ſuſcipimus ſanctas quatuor Synodos: id eſt, Nicenam, Conſtantinopolitanam, Epheſinam primá, & Chalcedonenſem. & quæ pro una eademq; fide definierunt, prædicabimus & prædicamus: eos autem qui hęc non ſuſcipiũt, alienos Catholicæ eccleſię iudicamus.

Condemnamus autem & anathematizamus unà cum omnibus alijs hæreticis

qui condemnati & anathematizati ſunt à prædictis ſanctis quatuor concilijs, & à ſancta catholica & Apoſtolica eccleſia, & Theodorum qui Mopſueſtiæ epiſcopus fuit, & impia eius conſcripta, & quæ impiè Theodoretus conſcripſit contra rectam fidem, & contra duodecim capitula ſancti Cyrilli, & contra Epheſinam primam Synodum, & quæ ad defenſionem Theodori & Neſtorij ab eo ſcripta ſunt. Super hæc anathematizamus & impiam epiſtolam, quam dicitur Ibas ad Marin Perſam ſcripſiſſe, quæ denegat Deum uerbum de ſancta Dei genitrice & ſemper uirgine Maria incarnatũ hominem factum eſſe: & ſanctæ memoriæ Cyrillũ, qui rectè docuit, tanquam hæreticum, & ſimiliter Apolinario ſcribendum criminatur: & inculpat quidem Epheſinam primam ſynodum, tanquam ſine examinatione & quæſtione Neſtorio ab ea depoſito: & duodecim ſancti Cyrilli capita, impia & contraria rectę fidei uocat: defendit autem Theodorum & Neſtorium, & impia eorũ dogmata & conſcripta. Prædicta igitur tria capitula anathematizamus: id eſt, Theodorum impium Mopſueſtenum cum nefandis eius conſcriptis, & quæ impiè Theodoretus conſcripſit, & impiam epiſtolam quæ dicitur Ibæ, & defenſores eorum, & qui ſcripſerunt uel ſcribunt ad defenſionem eorum, uel recta ea dicere præſumunt, uel omnino impietatem eorum nomine ſanctorum patrum aut ſancti Chalcedonenſis concilij defenderũt, aut defendere conantur. His ita cum omni ſubtilitate diſpoſitis, in memoria tenentes promiſsiones de ſancta Eccleſia factas, & qui dixit, Quòd portæ inferni non præualebũt aduerſus eam: id eſt, hæreticorum mortiferæ linguæ: recordantes autem, & quæ per Oſeam de ea prophetata ſunt, in quibus dicit: Et ſponſabo te mihi in fide, & cognoſces Dominũ: hæreticorum quidem effrenatas linguas, & eorum impijſsima conſcripta, & eoſdem ipſos hæreticos qui uſq; ad mortem in ſua impietate permanſerunt, patri mendacij diabolo connumeratis illis dicemus: Ecce omnes uos ignem accenditis, & conualeſcere facitis flammam ignis, ambulabitis in lumine ignis ueſtri, & per flammam quam accenditis.

Nos autem mandatum habentes per doctrinam rectam exhortari populum, & loqui in cor Hieruſalem, id eſt Dei eccleſiam, meritos eminere quidem in iuſticia, feſtinamus uindemiantes fructum uitæ, & illuminantes nobis ipſis lumen ſcientiæ ex diuinis Scripturis & patrũ doctrina, neceſſarium eſſe putauimus capitulis comprehendere & prædicationem ueritatis, & hæreticorum necnon eorũ impietatis condemnationem.

¶ Si quis non confitetur patris & filij & ſpiritus ſancti unam naturam ſiue ſubſtãtiã, & unam uirtutem & poteſtatẽ, Trinitatem conſubſtantialẽ, unam Deitatem in tribus ſubſiſtentijs ſiue perſonis adorandam, talis anathema ſit. Vnus enim Deus & pater, ex quo omnia: & unus Dominus IESVS Chriſtus, per quem omnia: & unus Spiritus ſanctus, in quo omnia.

2 Si quis non confitetur Dei uerbi duas eſſe natiuitates, unam quidẽ ante ſecula, ex patre ſine tempore incorporaliter: alteram uerò in ultimis diebus eiuſdem ipſius qui de cœlis deſcendit, & incarnatus de ſancta glorioſa Dei genitrice & ſemper uirgine Maria, natus eſt ex ipſa, talis anathema ſit.

3 Si quis dicit, alium eſſe Deum uerbum qui miracula fecit, & alium Chriſtum qui paſſus eſt, uel Deum uerbum cum Chriſtum eſſe * naſcenti de muliere, uel in ipſo eſſe ut alterum in altero, ſed non unum eundemq; Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, Dei uerbum incarnatum & hominem factum, & eiuſdem ipſius miracula & paſsiones, quas uolũtariè carne ſuſtinuit, talis anathema ſit.

4 Si quis dicit, ſecundũ gratiam, uel ſecũdum operationem, uel ſecundum dignitatem, uel ſecundum qualitatem honoris, uel ſecundum autoritatem, aut relationem, aut effectum, aut uirtutem unitionem Dei uerbi ad hominem factam eſſe, uel ſecundũ bonã uoluntatem, quaſi quod placuit Deo uerbo homini, eo quòd benè uiſum eſt ei de ipſo, ſicut Theodorus inſaniens dicit: uel ſecundum homonymiam, per quam Neſtoriani Deum uerbũ filium & Chriſtum uocantes, & hominem ſeparatum Chriſtum & filium nominantes, & duas perſonas euidenter dicentes per ſolam nominationem & honorẽ & dignitatem, & adorationem unã perſonã & unũ filium & unum Chriſtum cõfingunt dicere: ſed non confitetur unitatẽ Dei uerbi ad carnem animatam anima rationali & intellectuali, ſecundum compoſitionem ſiue ſecundum ſubſtantiam factam eſſe, ſicut ſancti patres docuerunt: & ideo unã eius ſubſiſtentiam compoſitam, qui eſt Dominus noſter IESVS Chriſtus, unus de ſancta trinitate, talis anathema ſit. Cum enim multis modis unitas intelligitur, qui impietatem Apollinarij & Eutychetis ſequuntur, interemptionem eorum quæ conuenerunt colentes, unitionem ſecundum confuſionem dicunt. Theodori autem & Neſtorij ſequaces, diuiſione gaudentes, affectualem unitatem introducunt. Sancta uerò Dei Eccleſia utriuſq; perfidiæ impietatẽ reijciens, unitionem Dei uerbi ad carnem ſecundũ ſubſiſtentem unitionẽ, unitio uerò per compoſitionem myſterio Chriſti non

ſolum

ſolum inconfuſe ea quæ conuenerunt conſeruat, ſed nec diuiſionem ſuſcipit.

5 Si quis unam ſubſiſtentiam Domini noſtri Ieſu Chriſti ſic intelligit, tanqoam ſuſcipientem plurimarum ſubſiſtentiarum ſignificationem, & per hoc introducere cooatur in myſterio Chriſti duas ſubſtantias, ſeu duas perſonas, & duarum perſonarum quas introducit unam perſonam dicit ſecundum digoitatem & honorem & adorationem, ſicut Theodorus & Neſtorius inſanientes conſcripſerũt, & calumniantur ſanctã Chalcedonenſem ſynodum, utpote ſecundum iſtum impium intellectum, unius ſubſiſtentiæ utentem uocabulo: ſed non confitetur Dei uerbum carni ſecundum ſubſiſtentiam unitum eſſe, & propter hoc unam eſſe ſubſiſtentiam ſeu unam perſonam: & ſic, & ſecundum Chalcedonenſe concilium unam ſubſiſtentiam Domini noſtri IESV Chriſti confeſſum eſſe, talis anathema ſit: nec enim adiectionem perſonæ uel ſubſiſtentiæ ſuſcepit ſancta Trinitas ex incarnato uno de ſancta trinitate Deo uerbo.

6 Si quis abuſiuè, ſed non uerè, Dei genitricem dicit ſanctam, glorioſam, ſemper uirginem Mariam, uel ſecundum relationẽ quaſi homine puro nato, ſed non Deo uerbo incarnato, & nato ex ipſa: referenda autem (ſicut illi dicũt) hominis natiuitate ad Deum uerbum, eo quòd cum homine erat naſcente, & calumniatur ſanctam Chalcedonenſem ſynodum tanquam ſecundum iſtum impium intellectum, quem Theodorus execrandus adinuenit, Dei genitricẽ uirginem dicentem: uel omnis qui genitricem uocat, aut Chriſto contrariam, ſi Chriſtus Deus non eſſet, ſed non propriè & uere Dei genitricem ipſam confitetur, eo quòd ipſe qui ante ſecula ex patre natus eſt Deus uerbum, in ultimis diebus ex ipſa incarnatus & natus eſt, & ſic piè & ſanctam Chalcedonenſem ſynodum Dei genitricem eam eſſe confeſſam, talis anathema ſit.

7 Si quis in duabus naturis dicens, non ut in Deitate & humanitate unum Dominũ noſtrum IESVM Chriſtum cognoſci confitetur, ut per hoc ſignificet differentiam naturarum, in quibus inconfuſa ineffabilis unitio facta eſt, neque Deo uerbo in carnis naturam transmutato, neque carne in uerbi naturam tranſducta: manet uerò utrumq; hoc quod eſt natura, etiam facta unitate ſecundum ſubſiſtentiam, ſed pro diuiſione per partem talem excepit uocem in myſterio Chriſti: uel numerum naturarum confitendo, in eodem Domino noſtro IESV Chriſto Deo uerbo incarnato, non intellectum, tantummodo differentiam excipit eorum quibus & compoſitus eſt, non interemptam propter unitatem. Vnus enim ex utroque, & per unum utraque: ſed hoc numero utitur, ut ſeparatim unaquaque natura ſuam habente ſubſiſtentiam, talis anathema ſit.

8 Si quis ex duabus naturis deitatis & humanitatis confiteus unitatem factam eſſe: uel unam naturam Dei uerbi incarnatam dicens, non ſic ea excipit ſicut patres docuerunt, quòd ex diuina natura & humana unitione ſecundum ſubſiſtentiam facta unus Chriſtus effectus eſt, ſed ex talibus uocibus unam naturam ſiue ſubſtantiam Deitatis & carnis Chriſti introducere conatur, talis anathema ſit. Secundum ſubſiſtentiam enim dicentes unigenitum Dominum uerbum carni unitum eſſe, non confuſionem aliquam naturarum in ſe inuicem factam eſſe dicimus: ſed magis permanente utraque, hoc quod eſt, unitum eſſe carni Deum uerbum intelligimus: propter quod & unus eſt Chriſtus Deus & homo, idem ipſe conſubſtantialis patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialis nobis idem ipſe ſecundum humanitatem: æqualiter uerò & eos qui per partem diuidunt uel incidunt, & eos qui confundunt diuinæ diſpenſationis myſterium Chriſti, reijcit & anathematizat Dei eccleſia.

9 Si quis in duabus naturis adorari dicit Chriſtum, ex quo duæ adorationes introducuntur, ſeparatim Deo uerbo, & ſeparatim homini: uel ſi quis ad interemptionem uel confuſionem deitatis & humanitatis, uel unam naturam ſiue ſubſtantiam eorum quæ conuenerunt introducens, ſic Chriſtũ adorat, ſed non una adoratione Deum uerbum incarnatum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei Eccleſiæ traditum eſt, talis anathema ſit.

10 Si quis non confitetur dominum noſtrum IESVM Chriſtum, qui crucifixus eſt carne, Deum eſſe uerum, & Dominum gloriæ, & unum de ſancta Trinitate, talis anathema ſit.

11 Si quis non anathematizat Arrium, Eunomium, Macedonium, Apolinarium, Neſtorium, Eutychen, & Origenem, cum impijs eorum conſcriptis, & alios omnes hæreticos qui condemnati & anathematizati ſunt à ſancta catholica & apoſtolica eccleſia, & à prædictis ſanctis quatuor concilijs, & eos qui ſimilia prædictis hæreticis ſapuerunt, uel ſapiunt, & uſque ad mortem in ſua impietate permanſerunt, uel permanent, talis anathema ſit.

12 Si quis defendit impium Theodorum Mopſueſtenum, qui dixit a[illegible] um eſſe Deum uerbum, & alium Chriſtum à paſsioni

à paſsionib. animæ & deſiderijs carnis moleſtias patientem, & à deterioribus paulatim recedentem: & ſic ex profectu operum melioratum, & à conſociatione immaculatum factum, & tanquam purum hominem baptizatum eſſe in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & per baptiſma ſancti ſpiritus gratiam accepiſſe, & adfiliationem meruiſſe, & ad ſimilitudinem Imperialis imaginis in perſonam Dei uerbi adorari, & poſt reſurrectionem immutabilem cogitationibus & impeccabilem omnino factum fuiſſe. Et iterum dixit idem impius Theodorus, talem factam eſſe unitionem Dei uerbi ad Chriſtum, qualem dixit Apoſtolus de uiro & muliere: Erunt duo in carne una. Et ſuper alias innumerabiles blaſphemias auſus eſt dicere, quòd poſt reſurrectionē cum inſufflaſſet Dominus diſcipulis, & dixiſſet, Accipite ſpiritum ſanctum: nō dedit eis ſpiritum ſanctum, ſed figuratim tantummodo inſufflauit. iſte enim & confeſsionem quam fecit Thomas cum palpaſſet manus & latus Domini poſt reſurrectionē, Dominus meus & Deus meus, inquit, non eſſe dictū à Thoma de Chriſto: nec enim dicit Theodorus Deum eſſe Criſtum, ſed ad miraculū reſurrectionis ſtupefactum Thomam glorificaſſe Deum, qui Chriſtum reſuſcitauit. &, quod peius eſt, etiam interpretatione quam in actus Apoſtolorum ſcripſit Theodorus, ſimilem fecit Chriſtum Platoni & Manichæo & Epicuro & Marcioni, dicens, quòd ſicut illorum unuſquiſque ex dogmate quod inuenit, ſuos diſcipulos fecit uocari Platonicos & Manichæos & Epicureos & Marcioniſtas: ſimili modo & cum Chriſtus dogma inueniſſet, ex ipſo Chriſtianos uocari.

XIII. Si quis igitur defendit prædictum impium Theodorum, & impia eius conſcripta, in quibus tam prædictas quàm alias innumerabiles blaſphemias effudit contra magnū Deū & Saluatorem IESVM Chriſtum, ſed non anathematizat eum, & impia eius conſcripta: & omnes qui ſuſcipiunt uel defendunt eum, & dicunt orthodoxè eum expoſuiſſe, & qui ſcripſerunt pro eo, & eadem illi ſapuerunt, uel ſcribunt pro eo uel impijs conſcriptis, & eos qui ſimilia illi ſapiūt, uel aliquando ſapuerunt, & uſque ad mortem permanſerunt uel permaneant in tali impietate, talis anathema ſit.

XIIII. Si quis defendit impia Theodori ſcripta, quæ contra rectam fidem, & contra primam Epheſinam ſanctam Synodum, & ſanctum Cyrillum, & duodecim capitula expoſuit, & omnia quæ cōſcripſit pro Theodoro & Neſtorio impijs, & pro alijs qui eadem prædictis Theodoro & Neſtorio ſapuerunt, defendens eos & eorum impietatem, & propter hoc impios uocans doctores Eccleſiæ qui unitatem ſecundum ſubſiſtentiam Dei uerbi ad carnē confitentur, ſed non anathematizat ea, & eos qui ſimilia eis ſapuerunt uel ſapiunt: inſuper autem & omnes qui ſcripſerunt contra rectam fidem, & ſanctum Cyrillum, & duodecim capitula, & uſq; ad mortem in tali impietate permanſerunt, talis anathema ſit.

XV. Si quis defendit epiſtolam quam dicitur Ibas ad Marin Perſam hæreticum ſcripſiſſe, qui abnegat quidem Deum uerbum de ſancta Dei genitrice & ſemper uirgine Maria incarnatū hominem factum eſſe: dicit autem purum hominem ex ipſa natum eſſe, quem templū uocat, ut alius ſit Deus uerbum, & alius homo: & ſanctum Cyrillū, qui rectam fidem annorum Chriſti prædicauit, tanquam hæreticum, & ſimiliter Apollinario impio ſcripſiſſe criminatur, & inculpat primam Epheſinam ſanctam Synodum, tanquam ſine examinatione & quæſtione Neſtorium condemnantem, & duodecim capitula ſancti Cyrilli, quæ impia & contraria rectæ fidei uocat eadem impia epiſtola, & defendit Theodorum & Neſtorium & impia eorum dogmata & cōſcripta.

XVI. Si quis igitur memoratam impiam epiſtolam defendit, (& non anathematizat eam) rectam eſſe, uel partem eius, & eos qui ſcripſerunt uel ſcribunt pro ea, uel pro impietate quæ in ea continetur, & præſumunt eam defendere, uel inſertam ei impietatem nomine ſanctorum patrum, uel ſancti Chalcedonenſis cōcilij, & in his uſq; ad mortem permanent, talis anathema ſit.

Cum igitur hæc ita rectè confeſsi ſimus, quæ tradita nobis ſunt tam à diuinis ſcripturis, quàm à ſanctorum patrum doctrina, ab his quæ definita ſunt de una eademque fide à prædictis ſanctis quatuor Concilijs, facta aūt nobis & condemnatione cōtra hæreticos & eorū impietatem, nec nō etiā cōtra eos qui defendunt uel defenderūt prædicta impia tria capitula, & permanſerunt in ſuo errore, uel qui permaneant, ſi quis conatus fuerit contra hæc quæ piè diſpoſuimus uel tradere, uel docere, uel ſcribere, ſiquidem epiſcopus uel clericus ſit iſte, tanquam aliena ſacerdotibus & ſtatu Eccleſiaſtico faciens, denudabitur epiſcopatu uel clericatu: ſi autem monachus uel laicus ſit, anathematizabitur.

Huic decreto ſubſcripſerunt epiſcopi omnes circiter CLV. quorum nomina ſuprà recenſuimus. & hactenus quidem de prima actione.

¶ In ſecunda actione, Imperator Synodo obtulit

obtulit libellos ab Eulogio, Conone, Cyriaco, & Pancratio monachis Hieroſolymitanis cõtra Origenis Adamantij dogmata, & ſectatores eius: adiunxit etiam ſcripta Vigilij papæ, in quibus ille cenſuit Origeni ſtudiũ fuiſſe Græcis nugis & Manichæis zizanijs Apoſtolorum purã & ſinceram deprauare doctrinã, & flagitauit ut ſynodus ſuã de illis diceret ſententiam. Euagrius lib. 4. capite trigeſimooctauo.

Synodus lectis libellis, & cunctis diligenter examinatis, non tantum Origenis, ſed etiam Didymi, & Euagrij, & Theodori Aſcidæ blaſphemias (qui dixerat: Si nunc Apoſtoli & martyres miracula edunt, & in tãto ſunt honore, ſi in reſtitutione & inſtauratione rerum Chriſto æquales non fuerint, qualis eorum reſtitutio futura eſt?) condemnauit, & ad Imperatorem ea de re ſcripſit miſsis actis cum capitulis, quæ Origenis ſectatores profeſsi fuerant, nimirum hæc: Cœlum, ſolem, lunam, ſtellas, & aquas quæ ſupra cœlos ſunt, animatas & rationales quaſdam uirtutes eſſe. Præterea quòd in reſurrectione corpora hominũ rotunda & orbiculari ſpecie excitabũtur. Et quòd omniũ impiorum hominũ, ipſorumq́; etiam dæmonum tormẽta finem habebunt. Quodq́; impij & dæmones in priorẽ ſuum ordinem & ſtatum reſtituentur. Inſuper quòd pro dæmonibus quoq; Chriſtum crucifigi, atq; idipſum ſæpius ſeculis futuris pati oportebit à ſpiritibus malignitatis, qui in cœleſtibus ſunt. Exemplum anathematum refert Nicephorus libro decimoſeptimo, capite uigeſimooctauo, in hunc modum.

Si quis dicit, aut ſentit, hominũ animas ueluti prius extantes, intellectuales mẽtes ſine naturas, & ſanctas uirtutes præexiſtere, contemplatione uerò diuina ſatiatas, atq; in deteriꝰ prolapſas, & quòd in eis charitas Dei refrixerit, inde ψυχὰς, id eſt animas quaſi refrigeſcẽtes nominatas, & pœnæ gratia in corpora demiſſas eſſe, anathema ſit.

Si quis dicit, aut ſentit, animam Domini præexiſtere, unitamq́; eſſe Deo uerbo ante incarnationem & natiuitatem ex uirgine, anathema ſit.

Si quis dicit aut ſentit, prius formatum eſſe corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti in utero uirginis ſanctæ, & deinceps unitũ eſſe ei Deum uerbum, atq; animã, ut quæ prius extiterit, anathema ſit.

Si quis dicit, aut ſentit, omnibus cœleſtibus ordinibus aſsimilatum eſſe Dei uerbũ, ita ut ipſi Cherubin factus ſit Cherubin, & ipſi Seraphin factus Seraphin, omnibusq́ue adeò ſupernis uirtutibus prorſus eſſe exæquatum, anathema ſit.

Si quis dicit, aut ſentit, in reſurrectione rotundæ & orbicularis figuræ hominum corpora exuſcitatum iri, neq; cõfitetur erectos nos excitatum iri, anathema ſit.

Si quis dicit, cœlũ, & ſolem, & lunam, & ſtellas, & aquas quæ ſupra cœlos ſunt, animatas quaſdam eſſe & materiales uirtutes, anathema ſit.

Si quis dicit, aut ſentit, Dominum Chriſtum in ſeculo futuro ꝓ dæmonibus, quemadmodum & pro hominibus, crucifixũ iri, anathema ſit.

Si quis dicit, aut ſentit, uirtutem Dei terminatam eſſe, eamq́; tantũ in creatione cõdidiſſe, quantum cõplexa ſit, anathema ſit.

Si quis dicit, aut ſentit, temporanea eſſe dęmonum & impiorum hominum tormenta, finemq́; ea tempore aliquo habitura, ſiue reſtitutionẽ dęmonum aut impiorum hominum futuram, anathema ſit.

Anathema ſit Origenes, qui & Adamantius dictus eſt, & hæc promulgauit, unà cũ deteſtandis eius & execrãdis dogmatibus, & homines omnes qui hęc ſentiunt aut aſſẽrunt, aut aliqua ex parte quocunq; prorſus tempore ea defendere audẽt, in Chriſto Ieſu Domino noſtro, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

¶ De hac ſynodo Gregorius libro tertio, epiſtola trigeſimaſeptima ſic ſcribit: Quòd autem ſcripſiſtis, quia epiſtolã meã reginę Theodolindæ tranſmittere minimè uoluiſtis, pro eo quòd in ea quinta ſynodus nominabatur, ſi eam exinde ſcãdalizari poſſe credidiſtis, rectè factum eſt, ut minimè trãſmitteretis. Vnde nunc ita facimus, ſicut uobis placuit, ut quatuor ſynodos ſolũmodo laudaremus. De illa autem ſynodo quæ in Cõſtantinopoli poſt modũ facta eſt, quæ à multis Quinta nominatur, ſcire uos uolo, quià nihil cõtra quatuor ſanctiſsimas Synodos conſtituerit uel ſenſerit: quippe quia in ea de perſonis tantummodo, nõ autẽ de fide aliquid geſtũ eſt, & de his perſonis de quibus in Chalcedonenſi concilio nihil continetur, ſed poſt expreſſas ſynodos ſeu canones facta contentio & extrema actio de perſonis uentilata eſt. Nos tamẽ ſicut uoluiſtis ita fecimus, ut einſdem ſynodi nullam memoriam faceremus. Et libro ſecundo, epiſtola trigeſimaſexta: Nã in ſynodo, in qua de tribus capitulis actum eſt, apertè liquet, nihil de fide cõuulſũ eſſe, uel aliquatenus immutatũ: ſed ſicut ſcitis, de quibuſdam illic ſolummodo perſonis eſt actitatũ: quarum una, cuius ſcripta euidenter à rectitudine catholicæ fidei deuiabant, non iniuſtè damnata eſt.

## SYNODVS MOPSVESTENA.

MOpſueſtię ſynodus prouincialis celebrata eſt iuſſu Imperatoris Iuſtinia-

ni,eo tempore cũ adhuc Conſtantinopoli Quinta uniuerſalis haberetur.

Cauſam præbuit Imperator,qui iuſsit inquiri,quomodo & quando nomen Theodori Mopſueſteni ſacris diptychis expunctũ ſit: ut patet ex epiſtola Imperatoris ad Coſmam,quæ ſic habet·

¶ Coſmæ ſanctiſsimo epiſcopo Mopſueſtiæ. Significamus tuę ſanctitati, quòd iuſſimus Iohanni beatiſsimo metropolitano Anazarbenę ciuitatis,colligere omnes prouincię epiſcopos,& peruenire in ueſtrã ciuitatem,& ſubtilem inquiſitionem facere, conuenientibus omnibus apud uos conſtitutis ſenioribus hominibus, ſiue clericis ſiue laicis:& diſcere ab illis,ſi cognoſcunt ex quo ablatum eſt nomen Theodori à ſanctis diptychis.Si uerò non meminerint de tempore,& quando hoc ipſum factũ eſt: & hoc ipſum confiteantur,quòd non cognoſcunt nomen Thsodori in ſanctis diptychis inſertum,uel prædicatũ ipſum in eccleſia. Oportet igitur proferri & ipſa ſacra diptycha, ut omnes cognoſcant religioſiſsimi epiſcopi, quo ordiue nomina epiſcoporum in diptychis recitantur: & hoc ipſum manifeſtum uos facere per ſuggeſtionem ueſtram, & cõfsſsiones.geſtis igitur interuenietib.recipiẽtes,& ueſtris cõiungentes ſuggeſtionibus, ſubſcribite omnes collecti epiſcopi,& ſic dirigite unam quidem ad nos,alterã uerò ad ſanctiſsimum Papam.& hoc uerò fiat manifeſtum in confeſsionibus eorum, ut unuſquiſque dicat & manifeſtet,quot eſt annorum . Et ex epiſtola ad Iohannem, ab eodem in hunc modum:Significamus tuę ſanctitati,colligere omnes religioſiſsimos epiſcopos,qui de tua ſynodo ſuut,& peruenire in Mopſueſtenam ciuitarem , & requiſitionem ſubtilem facere conuenientibus uniuerſis ibi conſtitutis ſenioribus hominibꝰ,ſiue cleticis ſiue laicis,& diſcere ab ipſis ſi cognoſcunt tempus,ex quo ablatum eſt nomen Theodori ſacris diptychis. Si uerò non meminerint ex quo hoc factũ eſt,confiteantur hoc ipſum quòd non cognoſcunt inſertum aut prædicatum in ſanctis diptychis nomen Theodoti : & proferantur uobis & ipſa diptycha,ut cognoſcatis quis ꝑ illo inſertus eſt:& tales confeſsiones geſtis recipientes,& ueſtris ſuggeſtionibꝰ cõiungenres,ſubſcribat & rua ſanctiras in ipſis,& cæteri religioſiſsimi epiſcopi:& ſic dirigite unam quidem ad nos,alreram uerò ad ſanctiſsimum Papam.& hoc tamen manifeſtũ fiar,& unuſquique eorum qui cõfitenrur, dicant & manifeſtent,quot eſt annorum:& uos uerò in proprijs confeſsionibus ſignificate de prædicto capitulo,& quę pro Theodoro inſertum inuenitis . Scripſimus autẽ & Marthanio uiro magnificio pro hoc, ut ſine ulla dilarione iſta agerẽrur,& nobis mitterentur legi.

Conuenerunt autem Iohannes Iuſtinopolitanæ epiſcopus,Thomas Egeæ,Stephsnus Caſtabalorũ , Nicetas Epiphaniæ, Audreas Flauiadæ, Procopius Hirenopoleos,Orbicius Alexandriæ,Anroninus Roſeorum,Coſmas Mopſueſtiæ epiſcopi.

Facta autem accurata & diligenti inquiſitione,& teſtimonijs ſingulorum epiſcoporum & presbyterorum & clericorum, & uirorum laudabilium, comitum Palatinorũ, præfectorum,laisorum quorundam fidedignorũ ,cognitis & collectis , Impetatori in hunc modum reſpondent.

¶ Pijſsimo & Chriſtianiſsimo noſtro principi,meritò diuinitùs honoraro,Flauio Iuſtiniano,Auguſto & Imperarori : Iohannes,Thomas,Stephanus,Nicetas,Andreas Procopius,Vrbicius,Antonius,& Coſmas, humiles epiſcopi ueſtræ ſecundæ Cilicum prouincię. Semper quidem pro pietate ad Deum pertinente labores ueſtræ Chriſtianitatis mirati ſumus:& mercedẽ uobis ſtudij,quod circa meliora & optima humanorum habetis,reddituram eſſe credimus cœleſtis regni participationem. nihilominus autem & nuuc ſentẽtiam pijſsime ueſtram circa ſanctam uniuerſalis Eccleſię pacẽ conſiderantes,ex his quæ de Theodoro olim Mopſueſtenæ ciuitatis epiſcopo piè nobis directa ſunt à ueſtra Chriſtianiſsima ſerenitate,ſuperlaudamus,& miramur circa recta dogmata zelum inuictiſsims tuum. Acceſſimus enim ad Mopſueſtenam ciuitatem uniuerſi,qui per ueſtram ſecundam Ciliciã ſacerdorium ſumus ſortiti,Marthanio uiro magnifico nobis ea quę agunrur complenre,cum hoc ueſtra pietas iuſsiſſet:& religioſiſsimos eius clericos aduocauimꝰ ,nec nõ etiam clariſsimos & laudabiles huius habĩratores , electis ab ipſis his qui ętate prouecti fuerunr,hoc quod iuſtè à Chriſtianiſsimis uobis pręceptum eſt interrogabamus, quando Theodorus prior ſacris diptychis eiectus eſt:ſed etiã quis loco illius inſcriptꝰ eſt.iſta uerò eos dicere adhortabamur, ſanctis & adorandis propoſitis Euangelijs.Illi uerò nobis fidem eorum quę dicenda erant per uenerabilia iuramenta adfirmantes , & ætatem ſuam explanantes, ignorare dicebant,ex quo Theodori ueruſti uocabulum ſacris diptychis delerum eſt . Cyrillus autẽ ſanctę memoriæ Alexandrinæ magnæ ciuitatis pontifex,in illius loco inſertus eſt: iſta uerò,re etiam ipſa præ manibus habentes ſacra diptycha,reſte Deo , inuenimus. Sanctæ enim memoriæ pontificum memoratæ Mopſueſtenæ ciuitatis nomina recitã

tes,

tes, Theodori quidem nullam memoriam inſertam eſſe reperimus. Cyrillum uerò unà cum ſanctis qui ad Deum antè abierunt conſcriptum, cum nullus Cyrillus Mopſueſtenæ fuiſſet ciuitatis epiſcopus: in fine uerò connumerationis Theodorum conſcriptum eſſe iuniorem inuenimus, qui ex Galatia ortus, unus noſtri factus concilij ante tres annos defunctus eſt. Omnia igitur geſtis inſerentes, & humili huic ſuggeſtioni coniungentes, manifeſta ea quæ mota ſunt uobis Chriſtianiſsimis fecimus, orantes magnum & ſaluatorem Deum, ut nobis & paci ſanctarum eccleſiarum te longæuum, & ueſtram Chriſtianiſsimam ſerenitatem cuſtodiat. Ioannes miſericordia Dei epiſcopus ueſtræ Iuſtinopolitanæ metropolis, ſubſcripſi. Thomas miſericordia Dei epiſcopus ueſtrę Egeę ciuitatis ſuggerens, ſubſcripſi. Stephanus miſericordia Dei epiſcopus Caſtabalenæ ciuitatis, referens ſubſcripſi. Niceta miſericordia Dei epiſcopus Epiphaniæ ciuitatis, ſuggerens ſubſcripſi. Andreas miſericordia Dei epiſcopus ueſtræ Flauiadeæ ciuitatis, ſuggerens ſubſcripſi. Procopius miſericordia Dei epiſcopus ueſtræ Iurepolitanę ciuitatis, ſubſcripſi. Vrbicius miſericordia Dei epiſcopus ueſtri Alexandrini oppidi, ſuggerens ſubſcripſi. Antonius miſericordia Dei epiſcopus ueſtræ Roſeæ ciuitatis, ſuggerens ſubſcripſi. Coſmas miſericordia Dei epiſcopus ueſtræ Mopſueſtenæ ciuitatis, ſuggerens ſubſcripſi.

De eadem etiam re ad Vigilium ſcribunt in hunc modum: Decebat uerò, cum primam ſacerdotis dignitatē ſortiti eſtis ſanctiſsimi, ea quæ ad ſanctarum eccleſiarum ſtatum reſpiciunt, manifeſta ueſtræ diuinitùs honoratę beatitudini fieri: hoc bene & Chriſtianiſsimus noſter Imperator conſiderans, & ad ueſtram ſcientiam quædā quæ de Theodoro quondam Mopſueſtenæ eccleſiæ epiſcopo mota ſunt, iuſsit referri. Pijſsimis uerò ad nos literis uſus, hortatus eſt ad Mopſueſtenam ciuitatem conuenire, quæ una ſecundæ Ciliciæ eſt, & cum ſubtilitate perſcrutari, quando Theodorus, qui olim prædictæ ciuitatis fuit epiſcopus, ſacris diptychis eiectus eſt: & manifeſta ea tam eius tranquillitati, quàm ueſtræ diuinitùs honoratæ facere beatitudini. Statim igitur Mopſueſtiam accedētes, religioſiſsimū congregauimus clerum, & fidelem eius populū, eligētes eos qui ſeniores ſunt, qui & retinere forſitā memoria poſſent ſubtilitatē eius quod quærebatur: & diuina & adoranda eis proponētes, ut ſuſpicionē ſui teſtimonij emundarēt, dicere inuitauimus, ſi ſciunt, quo tēpore Theodori antiqui nomē ſacris eiectū eſt diptychis. illi uerò multos annos, & ſuam excedentes memoriam eſſe iurauerunt, ex quo nulla eiuſdē Theodori memoria ſacris diptychis inſertur. Cyrillum autem religioſæ memoriæ Alexandrinæ ciuitatis pontificem in eius loco inſcriptum eſſe, quæ ex patribus ſuis audiſſe adſeruerūt: ſed eorum quæ dicebantur ſubtilitatē inueſtigantes, & per ipſa uenimus ſacra diptycha, & mortuorum epiſcoporū connumerationem conſiderabamus: & Theodori quidem in antiquioribus temporibus nullam memoriam inuenimus. In ipſo uerò fine ſacrorum diptychorū Theodorus ſcriptus eſt, quem omnes nuper quidem mortuum eſſe dixerunt: ex Galatia uerò ortū eſſe prouincia. hunc & nos omnes ueſtri Concilij partem factum, ante triennium mortuum eſſe cognoſcimus. Hæc ita ſe habere, ipſa geſta uobis ſanctiſsimis manifeſtent, quæ humili ſuggeſtioni coniungentes ad ſcientiā ueſtram deſtinauimus: ſed fecim⁹ diuinitùs inſpiratos uos religioſiſsimis & Deum placātibus ueſtris orationibus nos humiles ſuffulcire. & ſubſcripſerunt epiſcopi in ea.

Integra acta Quintæ Conſtantinopolitanæ inſerta ſunt.

## SYNODVS AVRELIANENnenſis ſecunda.

Liber ſecundus Conciliorum Colonię impreſſorum, aſſerit, circa tēpus Vigilij papæ, iuſſu regis Childeberti, anno eius regni uigeſimoſecundo, in Aurelianenſi urbe conueniſſe epiſcopos, Honoratum Bituricenſem, Aſpaſium Meldenſem, Agrippinum Eduorum, Aſclepium presbyterum, uices Adelphij Rauracenſis agentem, Præſidonium presbyterū pro Artemio epiſcopo, Cronopium Eloſatenſem, Caliſtū, Clarentium, Eleutherium Antiſiodorenſem, Aethereum Carnotenſem, Eumerium Nannetenſem, Emelium Pariſienſem, Euſebiū, Flauium Rothomagenſem, Laurentium presbyterum pro Gallo epiſcopo Auernorum, Importunum epiſcopum, Iniurioſum epiſcopum Turonenſem, Iulianū Viennenſem, Innocentium, Leontium Aurelianenſem, Lupicinum Engoliſmenſem, Lautonem Conſtantinenſem, Orbatum presbyterū pro Leone epiſcopo Senonenſi, Marcum, Marcellum, Perpetuum Abrincenſem, Pręſidium Conuenarum, Paſsiuum Sagienſem, Procuſeianum Aucienſem, Suſtratium Cadurcenſem, Elediū presbyterum pro Sebaſtio epiſcopo.

De occaſione autem & proceſſu iſtius

ſexto.& conueniſſe, Arcadium Bituricenſem,Agrippium Heluorum, Albinum Andegauenſem ,Antoninum Aurelianenſem, Auolum presbyterum pro Agricola Cabilonenſi, Aetherium Carnotenſem, & quoſdam alios Galliæ epiſcopos,quorum nomina ſubijcit.

¶ Canones autem iſthic conſtitutos,hos recenſet.

1 Vt unuſquiſque metropolitanos in prouincia ſua cũ comprouincialibus ſuis, ſingulis annis ſynodale debeat opportuno tempore habere concilium. Quòd ſi illum infirmitas aut neceſsitas certa tenuerit, ut ad conſtitutum locũ adeſſe non poſsit, ad ſuam ciuitatem ſuos euocet fratres: ut ſi intra biennium definitum ,temporum tranquillitate conceſſa, admonitis comprouincialibus,à metropolitano ſynodus indicta non fuerit, metropolitanus ipſe pro euocationis tarditate anno integro miſſas facere non præſumat. Quòd ſi euocati, non corporali infirmitate detenti, adeſſe ſuæ euocationi diſtulerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt. Qui tamen & hanc excuſationem ſibi nouerint eſſe ſublatam , ſi abſentiam ſuã per uigorem ſortis crediderint excuſandam.

2 Vt nullus clericorum, à ſubdiacono & ſuprà, quos uxores in propoſito ſuas accipere inhibetur, propriæ (ſi fortè iam habeat) miſceatur uxori. Quod ſi fecerit,laica communione contentus,iuxta priorum Canonum ſtatuta ab officio deponatur. Quem,ſi ſciens epiſcopus ſuus in hac utilitate permixtionis uiuentem , ad officium poſtea admiſerit: & ipſe epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit à ſuo officio ſequeſtratus.

3 De metropolitanorum uerò ordinationibus id placuit, ut metropolitani à metropolitanis omnibus (ſi fieri poteſt) præſentibus cõprouincialibus ordinentur, ita ut ipſi metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis conſuetudo requirit. Ipſe tamen metropolitanus à comprouincialibus epiſcopis (ſicut decreta ſedis Apoſtolicæ continent) cum conſenſu cleri uel ciuium eligatur. De comprouincialibus uerò ordinandis cum conſenſu metropolitani, cleri, uel ciuium, iuxta priorum Canonũ ſtatutã, electio & uoluntas requiratur.

4 Licet iam multa, quæ obſeruari debeant, multis canonicis ſententijs fuerint ſtatuta: tamen quod agnoſcitur ſæpe tranſcendi, conuenit replicari. Ideoque ſtatuimus, ut ne quis antiſtitum, clericorum ue omnium, licentiam habeat intra domum ſuam, ullam , abſque propinquis mulieribus , quas priores Canones eloquuntur ,habere perſonam. Quibus etiam id ſpecialiter inhibetur, ut ſi quis clericorum ſuſpicionem aduerſam, aut obloquutionem populi de muliere quacunque fortaſsis incurrerit, eam ſtatim, ſi intra domum habet, abijciat. Si certè extranea & ſui iuris eſt,ita omnibus conditionibus ſtudeat obuiare, ut infamia, quæ excitata eſt, abrogetur. Quilibet ille antiſtitum uel clericorum , qui quod ſcriptum eſt uitare noluerit, pro inobedientia, triennij ex communicatione mulctetur. Quòd ſi de adulterij permixtione fuerit comprobatus ,in regradatione honorum , priorum Canonũm ſtatuta ſeruentur, in quibus cõmunionibus metropolitanus à comprouincialibus ſuis metropolitano cum reliquis comprouincialibus diſtringatur.

5 Si quæ oblationes in quibuslibet rebus atque corporibus collatæ fuerint baſilicis in ciuitatibus conſtitutis, ad poteſtatem epiſcopi redigantur. Et in eius ſit arbitrio, quid in reparatione baſilicæ, aut ob ſeruantium ibi ſubſtantiæ deputetur. De facultibus uerò parochiarum uel baſilicarum, in pagis ciuitarum conſtitutis, ſingulorum locorum conſuetudo ſeruetur.

6 De clericorum præmittenda conuerſione, id omnimodis obſeruetur, ne ullis ex laicis ante annualem conuerſionem uel ætatem legitimam , hoc eſt, uiginti quinque annorum diaconus, & triginta presbyter ordinetur: ita ut de ipſis quoque, qui ordinandi ſunt, clericis, regulari cuſtodiatur ſtudio, ne aut duarum uxorum uir, aut renuptæ maritus , aut pœnitentiam profeſſus, aut ſenius corpore, aut qui publicè aliquando arreptus ſit, ad ſupraſcriptos ordines promoueantur. Quòd ſi ſciens epiſcopus contra hæc ſtatuta agendum eſſe crediderit , is quidem qui ordinatur, ſuſcepto iuxta anteriores Canones priuatur officio : ſed ille pro ordinationis temeritate ſex menſibus à celebrandis officijs ſequeſtretur. Quòd ſi miſſas intra ſtatutum tempus facere præſumſerit, anno integro omnium fratrum charitate priuetur. De quorum promotionibus ſi quis clericus aut ciuis teſtis extiterit , quorum teſtimonio dum creditur, frequenter pontificis ignorantia præuenitur: quum agnitum fuerit, ordinationem illicitè celebratã, anno integro à communione pellatur. Qui ſi in infirmitate deciderit, ei uiaticum non negetur.

7 Clerici uerò, qui quum uxores non habuerint, benedictione ſuſcepta, coniu-

gia crediderint eligenda, qui uolentes abſque ulla reclamatione in ætate fuerint legitima ordinati, cum ipſis mulieribus quas acceperunt, excommunicatione percellantur. Quòd ſi inuitus uel reclamans fuerit ordinatus, ab officio quidem deponatur, ſed non à communione pellatur. Epiſcopus autem, qui inuitum aut reclamantem præſumpſerit ordinare, annuali pœnitentię ſubditus, miſſas facere non præſumat. De adulterijs aũt honoratorum clericorum id obſeruandum eſt, ut ſi quis adulteraſſe confeſſus fuerit, uel conuictus, depoſitus ab officio, communione conceſſa, in monaſteriũ toto uitæ ſuæ tempore trudatur. Diſtinctiõe ſeptuageſima quarta, epiſcopus qui inuitum. & diſtinctione octuageſimaprima, ſi quis cleric. ad. & in decret. Iuonis, libro tertio.

8 Si quis clerus fucum aut falſitatem admiſerit, quia capitalia etiã ipſa ſunt crimina, communione conceſſa, ab ordine degradetur. De periurio uerò id cenſuimus obſeruandum, ut ſi quis clericus in cauſis quæ ſub iureiurando finiẽdæ ſunt, prębuerit iuramenta: & pòſt, rebus euidentibus detegitur peieraſſe, biennij tempore à communione pellatur.

9 De his qui ex concubinis filios habent, & uxores legitimas pòſt habuerint, aut defunctis uxoribus, ſibi concubinas publicè crediderint ſociandas, id obſeruandum eſſe cenſuimus: ut ſicut eos qui iam ſunt clerici per ignorantiam ordinati, non remouemus, ita ſtatuimus ne ulterius ordinentur.

10 De inceſtis coniunctionibus ita quę ſunt ſtatuta ſeruentur, ut hi, qui aut modò ad baptiſmum ueniunt, aut quibus patrum ſtatuta ſacerdotali prædicatiõe antea in noticiam non uenerunt, ita pro nouitate conuerſionis ac fidei ſuæ credidimus conſulendum, ut contracta hucuſque huiuſmodi cõiugia non ſoluantur: ſed in futurum, quod de inceſtis coniunctionibus in anteriorib⁹ canonibus interdictũ eſt, obſeruetur: id eſt, ne quis ſibi ſub coniugij nomine ſociare præſumat relictam patris, filiam uxoris, relictam fratris, ſororem uxoris, conſobrinã aut ſobrinam, relictam auunculi uel patrui. Quòd ſi qui in hoc inceſti adulterio potius quàm coniugio fuerint, ſociatique diu, ſe non ſequeſtrauerint, à communione eccleſiaſtica repellantur. Illud etiam adijciendum eſſe credidimus, ut in epiſcopi diſcuſſione conſiſtat, de his qui in ciuitate ſua ac territorio conſiſtunt, & tali ſunt ordine ſociari, utrum ignoranter ad illicita coniugia uenerint, an per contumaciam ſunt, quę interdicta, præſumpſerint: quia ſicuti his qui per ignorantiam lapſi ſunt, ſubuenitur: ita illis quibus prius patrum ſtatuta in noticia uenerunt, quique etiam contra ſacerdotum interdicta in tali permixtione uerſantur, priorum Canonum in omnibus ſtatuta ſeruentur, ut non prius ad communionem recipiantur, quàm inceſti adulterium (ſicut ſcriptum eſt) ſeparatione ſanauerint. quia in lege Domini manifeſtè legitur: Maledictus qui dormit cum uxore patris ſui, cum priuigna, uel uxoris ſuę ſorore, & reliqua his ſimilia. Quo fit, ut quos Deus maledixit, nos niſi emendatos benedicere non poſsimus.

11 Si qui clerici miniſteria ſuſcepta quacunque occaſione agere, ſicut & reliqui detrectant, & excuſationem de patrocinijs quorumcunque, ne officium impleant, prętendunt, ac ſacerdotes ſuos ſub huiuſmodi cauſa æſtimant per obedientiam contemnendos, inter reliquos clericos canonicos, ne à licentia alij uitiẽtur, nullatenus habeantur, neque ex rebus eccleſiaſticis cum canonibus ſtipendia aut munera ulla percipiant.

12 De agellis uerò, cæterisque facultatibus eccleſiaſticis, à ſacerdotibus non alienandis, nec per contractus inutiles obligandis priorum Canonum ſtatuta ſeruentur, ut nobis per nullos contractus res eccleſiaſticas alienare, aut inutiliter liceat obligare. Ea etiam quæ de reb⁹ eccleſiaſticis ab anteceſſoribus alienata, uel quibuſcunque inſtrumentis inutiliter in diſpendium eccleſiæ obligata noſcuntur, & intra trecennaria tempora repetitio ſuppetit, quæ acta ſunt, ſuffragante iuſticia per publicum aut clericorum iudicium reuocentur. Quòd ſi is qui rem eccleſiaſticam tenet, admonitus iudicium declinarit, quouſque aut ad diſcuſſionem ueniat, aut rem eccleſticam reſtituat, communione priuetur.

13 De mancipijs Chriſtianis, quæ in Iudæorum ſeruitio detinentur, ſi eis quod Chriſtiana religio uetat, à dominis imponitur, aut ſi eos de eccleſia èxcuſatos tollãt pro culpa quæ remiſſa eſt, & affligere aut cædere fortaſſe præſumpſerint, & ad eccleſiam iteratò confugerint, nullatenus à ſacerdote reddantur, niſi precium offeratur ac detur, quod mancipia ipſa ualere pronunciauerit iuxta taxationem. Chriſtianis quoque omnibus interdicimus, ne Iudæorum coniugijs miſceantur: quæ ſi fecerint, uſque ad ſequeſtrationem, quiſquis ille eſt, communione pellatur. Item Chriſtianis cõuiuia interdicimus Iudæorum: in quibus ſi fortè fuiſſe probantur, annuali ex

commu-

communicationi pro huiuſmodi contumacia ſubiacebunt.

14 De miſſarum celebritate, in præcipuis duntaxat ſolennitatibus, id obſeruare debemus, ut hora tertia miſſarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas cōpetentes ipſo officio expedito, ſacerdotes poſsint ad ueſpertina officia, id eſt in ueſpertino tempore cōuenire: quia ſacerdotem ueſpertinis officijs ad eccleſiā, talibus præcipuè diebus, nec decet deeſſe, nec conuenit.

15 Epiſcopus in diœceſes alienas, ad alienos clericos ordinandos, uel conſecranda altaria, accedere non debet. Quod ſi fecerit, remotis his quos ordinauerat, altaris tamen conſecratione manente, trāſgreſſor canonum anno à miſſarū celebritate ceſſabit. De his uerò clericis qui ſub qualibet occaſione aut conditione in aliorum ciuitatibus uel territorijs crediderint immorādū, nec ad ullum clericatus honorem abſq; ſui epiſcopi ſcripto atq; conſenſu habeant promoueri. Verum etiam presbytero, diacono, uel ſubdiacono, ſine epiſcopi ſui literis ambulanti, iuxta ſtatuta priora communionē nullus impendat.

16 De raptu uirginum conſecratarum, ſeu in propoſito ſub deuotione uiuentiū, id ſtatuimus: ut quicunq; ſacratæ uel deuotę, id eſt religionem profeſſę, uim inferre prępumpſerit, a communione eccleſiaſtica uſq; ad exitum repellatur: uiatico tantum ei, infirmitatis periculo reſeruato. Quòd ſi quę rapta dicitur, cum raptore habitare conſenſerit, & ipſa cōmunicatione ſimili feriatur: quę & formam de pœnitentibus ac uiduis, in propoſito manentibus definitam, ſub diſtrictione eccleſiaſtica conſeruet. Quòd ſi quis ſacerdos ſciēs huiuſmodi perſonis cōmunicauerit, anno integro pacem eccleſiaſticam non habebit.

17 De munificentijs uerò ſacerdotū id obſeruandum, quòd ſicut, ſi quid præſenti tempore à clericis decedentibus munificētiæ habetur, uel poſsidetur, deinceps à ſucceſſoribus nullatenus auferatur: ita qui deceſſorum largitatibus gaudēt, officia eccleſiæ, & obedientiā & affectum ſacerdotibus prębeant. De quibus tamen munificentijs quæ præſenti tempore ab his (ſicut dictum eſt) poſsidentur, ſi pro opportunitate epiſcopo placuerit, quod uoluerit commutare ſine accedente diſpendio, in locis alijs cōmutetur. De munificentijs uerò præſentibus, quas unuſquiſq; clericus pro ſua gratia eorum obſequijs exiſtimat conferenda, ſicut in arbitrio dantis eſt, ut tribuere quib. uoluerit debeat: ita ſi inobedientia uel contumacia in aliquo accipiētis extiterit, culpa agnita, in arbitrio ſit præſentis, utrum uel qualiter debeat reuocare.

18 De his uerò clericorū perſonis quæ de Ciuitatenſis eccleſiæ officio, monaſterij uel diœceſis, uel baſilicis in quibuſcūque locis poſitis, id eſt, ſiue in territorijs, ſiue in ipſis ciuitatibus ſuſcipiuntur ordinandæ, in poteſtate ſit epiſcopi, ſi de eo quod antè de eccleſia habebant, eos aliquid aut nihil exinde habere uoluerit: quia unicuiq; facultas ſuſcepti monaſterij, diœceſis uel baſilicę debet plena ratione ſufficere.

19 Si quis ſuperbia elatus, officiū ſuum indignatione quacūque implere noluerit, iuxta ſtatuta priora à cōmunione retentus, & ab ordine depoſitus tam diu habeatur, quàm diu (ſicut ſcriptum eſt) pœnitentiæ ſuppletione ſatisfecerit præſente pōtifice. Tamen illis regulariter, iuxta charitatē integram, & quæcunq; illis ſtipendiorum iuxta conſuetudinem debentur, pro qualitate temporis ſunt miniſtranda. De quibus ſi querela procedat, officium agens, recurrat ad ſynodum.

20 Si quis clericorum circa ſe diſtrictionem epiſcopi ſui putat iniuſtam, iuxta antiquas conſtitutiones recurrat ad ſynodum.

21 Si qui clericorum (ut nuper in multis locis per ſuperbiam, diabolo inſtigante actum fuiſſe perpatuit) rebelli authoritate ſe in unum coniuratione intercedente collegerint, & aut ſacramenta inter ſe data, aut chartulam conſcriptam fuiſſe patuerit, nullis excuſationib. hæc præſumptio præualeat: ſed res detecta, quum in ſynodum uentum fuerit, in præſumptores, iuxta perſonarum & ordinum qualitatem, à pontificibus qui tunc in unum collecti fuerint, uindicetur. quia ſicut charitas ex præceptis dominicis corde, non chartulæ conſcriptione uel cōiurationibus exhibenda: ita quod ſupra ſacras admittitur Scripturas, autoritate & diſtrictione pontificali eſt reprimēdū. 11.q.1.ſi quis clericorum.

22 Si quis ſacerdos res eccleſiæ debitas uel proprias horrēda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à poteſtate ex competitione perceperit, ſi eas non reſtituerit, nullis rebus excuſetur. Sed etſi agnito iure eccleſiaſtico, nō ſtatim eccleſię uel ſacerdoti reformauerit, ut ipſum ius agnoſcere poſſit, & in iudicium electorum uenire diſtulerit, tam diu à communione eccleſiaſtica ſuſpendatur, quàm diu reſtitutis rebus, tā eccleſiā quàm ſacerdotē reddat idemnē. Similis etiā de his qui oblatiōes defunctorū legaliter dimiſſas, quolibet ordine aſsignare tardauerint, uel detinere prǽſumpſerint, diſtri-

ſuggerere audeat, quàm ea quæ ad emendationem uitæ, ad ſerenitatem regulæ, ad animæ remedium pertinēt, finiantur. In decret. Iuonis lib. 4.

2 Placuit etiam, ut ſacrum quis pontificij honorem non uotis quærat, ſed meritis, nec diuinum uideatur munus comparare rebus, ſed moribus: atque eminentiſsimæ dignitatis apicem omnium conſcendat electione, non paucorum fauore. Sit in eligendis ſacerdotibus cura præcipua: quia irreprehenſibiles eſſe conuenit, quos præeſſe neceſſe eſt corrigendis. Diligenter itaque quiſque inſpiciat prædium Dominici gregis, ut ſciat, quod meritum conſtituendi deceat eſſe paſtoris. Epiſcopatum ergo deſiderans, electione clericorum uel ciuium, conſenſu etiam metropolitani eiuſdē prouinciæ, pontifex ordinetur. Non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate ſubdola ad conſcribendum decretum alius horteturpræmijs, alius timore compellat. Quod ſi quis fecerit, eccleſiæ, cui indignus præeſſe cupit, communione priuabitur.

3 Obſeruandum, ne pallis uel miniſterijs diuinis defunctorum corpuſcula obuoluantur: & ne à potentibus ſeculi, clerici contra epiſcopos ſuos ullo modo erigantur.

4 Qui regulam eccleſiæ petunt à regibus, & horrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, irrita habeantur quæ obtinent: & à communione eccleſiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

5 De opertorio Dominici corporis, ſeu palla altaris, nunquam ſacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur: quia ſacro uelamine uſibus ſuis reddito, dum honorantur corpora, altaria polluuntur.

6 Si quis Iudaicæ prauitati, iugali ſocietate coniungitur, & ſeu Chriſtiana Iudæo, ſiue Iudæus Chriſtianæ mulieri conſortio miſceatur carnali, quicunque horum tantum nefas admiſiſſe dinoſcitur, à Chriſtianorum cœtu atque conuiuio, & à communione eccleſiæ, cuius ſociatur hoſtibus, ſegregetur.

7 Ne ad nuptiarum ornatum miniſteria diuina præſtentur, ne dum improborū contactu, pompaque ſecularis luxuriæ polluuntur, ad officium ſacri myſterij uideantur indigna.

8 Ne Iudæi Chriſtianis populis iudices præponantur.

9 Ne parochiam cuiuslibet epiſcopi, alterius ciuitatis epiſcopus canonum temerator inuadat: & uæſanæ cupiditatis facibus inflammatus, ſuis quoquo modo non contentus, rapiat alienam.

10 Ne ullus epiſcopus alterius clericū, cōtra uoluntatem epiſcopi ſui ſuſcipere audeat, aut ſacerdotio prærogare.

11 Si quis relictam fratris, ſororem uxoris, priuignam, conſobrinám ue relictam, id eſt, patrui uel auunculi, carnalis contagij macula crediderit uiolandam, & auſu ſacrilego authoritatē diuinæ legis ac iura naturæ præruperit, & cui charitatis ac pij affectus ſolatia exhibere debuerat, ſuorum hoſtis ac pudicitiæ expugnator uim inferre tentauerit, Apoſtolicæ conſtitutionis ſententia feriatur. & quàm diu in tanto uerſatur ſcelere, à Chriſtiano cœtu atque conuiuio & eccleſiæ communione priuabitur.

12 Quum presbyteri atque diaconi, ſublimi dignitatis apice prærogentur, actibúsque omnino ſeculi renuncient, & ad ſacrum miniſterium electi repudient: & quiſquis eſt presbyter atque diaconus, diuino munere benedictione percepta, uxoris ſuæ prius, frater illicò efficiatur, & coniugis: attamen quoſdā reperimus ardore libidinis inflammatos, abiecto militiæ cingulo, uomitum priſtinum & inhibita rurſus coniugia repetiiſſe, atque inceſti quodammodo crimine clarum decus ſacerdotij uiolaſſe, quod nati etiam filij prodiderunt. Quod quiſquis feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum (quā admiſſo iam crimine perdidit) dignitate priuabitur.

13 Si quis cuiuſcunque eccleſiæ manuſcula quælibet ſub ſacramenti ſcriptura collata, nefaria calliditate fraudauerit, inuaſerit, retinere tentauerit, atque ſuppreſſerit: & non ſtatim, à ſacerdote commonitus, collata reddiderit, ab eccleſiæ catholicę cōmunione pellatur.

14 Si quis ex presbyteris aut diaconis, qui neque in ciuitate, neque in parochijs, canonicus eſſe dignoſcitur: ſed in uillulis habitans, in oratorio ſancto deſeruiens, celebret diuina myſteria, feſtiuitates præcipuas, Domini natale, Paſcha, Pentecoſten, & ſi quæ principales ſunt feſtiuitates reliquæ, nullatenus alibi, niſi cum epiſcopo ſuo, in ciuitate teneat. Quicunque ſunt etiam ciues natu maiores, pari modo in urbibus ad pontifices ſuos in prędictis feſtiuitatibus ueniant. Quod ſi qui improba temeritate contempſerint, eiſdem feſtiuitatibus, quibus in ciuitatibus adeſſe deſpiciunt, communione pellantur.

15 Epiſcopus, presbyter atque diaconus,

tam

tam ſancta conſcientia reſplendeat,ut effugiant probitate actuum maledicorũ obloquia,& teſtimoniũ in ſe diuinum implere contendat,quo Dominus ait: Sic luceat lumen ueſtrũ coram hominibus ,ut uidentes ueſtra bona opera, glorificẽt patrem ueſtrũ qui in cœlis eſt.

16 Igitur autoritate canonica, aliqua manſura in ea conſtitutione ſanximus, ut fugiatur ab his extranearum mulierum culpãda libertas:& tantum cum auia,matre, ſorore uel nepte, ſi neceſsitas compulerit, habitent. De quibus omnibus (ut priorum canonum ſeries cõtinet)nefas eſt aliud quàm natura conſtituit ſuſpicari. In cubiculo etiam horum atque cellario, uel familiari quolibet ſeruitio,neque ſanctimonialis ulla,neque extranea mulier, neque ancilla ullo modo admittatur. Quòd ſi quis, præceptorum Dei immemor,crediderit contemnendum, ſciat ſe authoritate canonica communionis ſine dubio iacturam ſubire. Quòd ſi antiſtes culpã hanc in presbytero aut diacono ſuo diſtringere canonico rigore noluerit,ipſe ſeueritate ſententiæ, uel ſe ueritatis ſententia feriatur.

¶ Honoratus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Bituricæ ſubſcripſi. Gallus in Chriſti nomine epiſcop⁹ eccleſiæ Aruernẽſis ſubſcripſi. Gregorius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ, conſenſi & ſubſcripſi. Hilarius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Gabolitanæ, cõſenſi & ſubſcripſi. Ruricius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Lemouicenſis,conſenſi & ſubſcripſi.Nicetius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Treuerorum, ſubſcripſi. Deuterius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſię Lotenenſia, ſubſcripſi. Dalmatius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Ruthenenſis,ſubſcripſi. Flauius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Remenſis, Deo propitio ſubſcripſi. Lupus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Catalaunenſis, ſubſcripſi. Domitianus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Tongrorum,quod eſt Traiectum ſubſcripſi. Venantius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Veronenſis,ſubſcripſi. Grammaticus epiſcopus eccleſię Metenſis ſubſcripſi. Deſiderarus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Virdunenſis ſubſcripſi. Superius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Auenticorum, ſubſcripſi.

### AVRELIANENSIS SYNOdus quarta.

TEmpore Childeberti regis, & Pelagij primi Romani epiſcopi, alia apud urbẽ Aurelianẽſem celebrata eſt ſynodus, ab epiſcopis eius prouincię.

¶ Canones conſtituuntur ſequentes:

1 Placuit, ut ſanctum Paſcha ſecundum laterculum Victoris, ab omnibus ſacerdotibus uno tempore celebretur. Quæ feſtiuitas annis ſingulis ab epiſcopo Epiphaniarum die in eccleſijs denuncietur. De qua ſolennitate quoties aliquid dubitatur, inquiſita uel agnita per metropolitanos, à ſede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur.

2 Hoc etiam decernimus obſeruandum, ut Quadrageſima ab omnibus eccleſijs æqualiter teneatur. Neque quinquageſimã aut ſexageſimam ante Paſcha quilibet ſacerdos præſumat indicere. Sed neque per ſabbata abſque infirmitate quiſquam ſoluat quadrageſimale ieiunium, niſi tantum die Dominico prandeat. Quod fieri ſpecialiter patrum ſtatuta ſanxerunt. Si quis hanc regulam irruperit, tanquam trangreſſor diſciplinæ à ſacerdotibus cenſeatur.

3 Quiſquis de prioribus ciuibus Paſcha extra ciuitatem tenere uoluerit, ſciat ſibi à cuncta ſynodo eſſe prohibitum. Sed principales feſtiuitates ſub præſentia epiſcopi teneant, ubi ſanctum decet tenere conuentum. Tamen ſi aliquis certa neceſsitate adſtringatur,ut hoc implere non poſsit, ab epiſcopo poſtulet commeatum. Quòd ſi hoc poſtulare deſpexerit,& eundem locũ idem in feſtiuitate præſentibus tenere uoluerit, ſuſpendatur.

4 Vt nullus in oblationibus ſacri caliɔis, niſi quod ex fructu uineæ ſperatur, & hoc ſine aqua mixtum, offerre præſumat: quia ſacrilegium iudicatur, aliud offerri, quàm quod in mãdatis ſacratiſsimis Saluator inſtituit.

5 Id etiam regulare eſſe perſpeximus decernendũ, ut epiſcopus in ciuitate, in qua decreto eligitur ordinandus, in ſua eccleſia,cui præfuturus eſt, conſtituatur. Sanè ſi ſubitò neceſsitas temporis hoc implere non patitur,licet melius eſſet in ſua eccleſia fieri,tamen aut ſub præſentia metropolitani, cut certè cum eius authoritate intra prouinciam omnino à comprouincialibus ordinetur.

6 Parochiani clerici à pontificibus ſuis neceſſaria ſibi ſtatuta canonum legẽda percipiant, ne ipſi uel populi, quæ pro ſalute eorum decreta ſunt, excuſent poſtmodum ignoraſſe.

7 Vt in oratorijs Domini, clericorum nemo contra uotum epiſcopi, ad quem territorij ipſius priuilegium noſcitur pertinere, peregrinos clericos intromittat, niſi forſitan quos probatos ibidem diſtrictio põtificis obſeruare pręcepit.

8 De

8 De his qui poſt baptiſmi ſacramentum ad hæreſis lapſum (carne ſuadente) deſcendunt, & agnoſcentes reatum, ad unitatem fidei catholicæ uenire deſiderant: in epiſcoporum poteſtate conſiſtat, quum eos uiderint dignam pœnitentiam agere, quando uel qualiter communioni priſtinæ reformentur.

9 Vt epiſcopus, qui de facultate propria eccleſię nihil relinquit, de eccleſię facultate ſi quid aliter quàm canones eloqnũtur, obligauerit, uendiderit, aut diſtraxerit, ad eccleſiam reuocetur. Sanè ſi de ſeruis eccleſiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneãt its, ut ab officio eccleſiæ non recedant.

10 Si quis epiſcoporum ſciens aut bigamũ, aut inter nuptæ maritum, ad officium Leuiticæ dignitatis ſiue presbyterij, cõtra ius canonum, promouere pręſumpſerit, ſciat ſe uni' anni ſpacio ab omni officio ſacerdotij eſſe ſuſpenſum. Qui ſi forte ſententiæ ſubiacere cõtempſerit, à cõmunione eius uſque in aliam ſynodum ſe fraternitas uniuerſa ſuſpendat: illi uerò qui illicitè promoti ſunt, degradentur.

11 Si quid abbatibus, aut ſacris monaſterijs, aut parochijs pro Dei contemplatione oblatũ fuerit, in ſua proprietate hoc abbates uel presbyteri minimè reuocabunt, nec alienari à cunctis fratribus debet quacunq; occaſione. Quibus ſi fuerit neceſſarium ut ſtatuta conuellant, nõ aliter ualeat, niſi fuerit ſui epiſcopi ſubſcriptione firmatum.

12. Si inter epiſcopos de rebus terrenis aut poſſeſſionibus ſub repetitione, aut retentationis titulo naſcatur cõtentio, impleto anni ſpacio pro ſtudio charitatis, quæ cunctis debet rebus temporalibus anteferri, per epiſtolas fratrũ affectuoſe admoniti, aut inter ſe, aut in præſentia electorum iudicum, negocium ſanare feſtinent. Quòd ſi diſtulerint, donec ipſa cauſatio abrogetur, à charitate fratrũ, qui diſtulerint, habeatur extraneus: quia iniuſtum eſt, ut qui cunctis pręſunt, inter ſe quacunque occaſione diſſentiant.

13 Si quis iudicum clericos de quolibet corpore uenientes, atque altario mancipatos, uel quorum nomina in matricula eccleſię tenentur inſcripta, publicis actionibus applicare præſumpſerit, ſi à ſacerdote admonitus emendare noluerit, agnoſcat ſe pacẽ eccleſię non habere. Similiter & ad nullam adminiſtrationem pontificis, presbyteros atque diaconos ideo excuſatos eſſe decreuimus: quia quod lex ſeculi etiam paganis ſacerdotibus & miniſtris antè præſtiterat, iuſtum eſt ut erga Chriſtianos ſpecialiter conſeruetur.

14 Quæcunque eccleſijs à pontificibus ſub competenti ac iuſto documento fuerint derelicta ab hæredibus legitimis, dignum eſt ut pro Dei contemplatione ſeruentur.

15 Si quis poſt acceptum baptiſmi ſacramentum ad immolata dæmonibus ſumenda, tanquam ad uomitũ refertur, ſi commonitus à ſacerdote, ſe corrigere ex hac præuaricatione noluerit, à communione catholica pro emendatione ſacrilegij ſuſpẽdatur.

16 Si quis Chriſtianus (ut eſt gentilium cõſuetudo) apud cuiuſcunque feræ uel pecudis exta, inuocatis inſuper nominib' paganorum, fortaſſe iurauerit: ſi ſe ab hac ſuperſtitione cõmonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, à conſortio fideliũ uel eccleſiæ communione pellatur.

17 Vt ſacerdotes ſiue diaconi, cum coniugibus ſuis non habeant commune m lectum, nec cellulam, ne propter ſuſpicionẽ carnalis conſortij religio maculetur. Quod qui fecerint, iuxta priſcos canones ab officio degradentur.

18 Vt quicunque clericus aliquid de iure eccleſiaſtico, ſeu uerbo ſeu per ſcripturam acceperit ad utendum, & poſtmodùm alienare quacunque occaſione uoluerit, nõ ualebit: quia ſecundum canonum inſtituta, proprietatem Eccleſiæ non uiolat in alios quamlibet longa poſſeſsio. Sed in pontificis poteſtate conſtat, qualiter pro conſeruãdo iure eccleſiaſtico, rẽ poſſeſſam inter clericos debeat communicare.

19 Quicunque pro deuotione ſua oblationis ſtudio aliquid in campellis, uel in uineolis, etiam abſque ſcriptura probatur eccleſiæ contuliſſe, ſi poſtmodum ipſe uel hæredes eius quacunq; occaſione auferre à iure hoc eccleſię, uel alienare uoluerint, quoadusq; à tali intentione diſcedãt, aut per uaſa reſtituant, aut certè à communione eccleſiaſtica ſuſpendantur.

20 Vt nullus ſecularium perſonarũ, prætermiſſo pontifice ſeu præpoſito eccleſiæ, quenquam clericorũ pro ſua poteſtate conſtringere & diſcutere audeat, uel damnare. Sed & clericus, ſi pro cauſæ appetitione cuiuſcunq; fuerit ab eccleſiaſtico ordine cõmonitus, ſe ad audientiam ſpondeat affuturũ, & reſpondere nulla calliditate diſsimulet: ſed quæcunq; cauſatio quoties inter clericum & ſecularem uertitur, abſque presbytero aut archidiacono, uel ſi quis eſſe prępoſitus eccleſiæ dinoſcitur, iudex publicus audire negocium non præſumat. Sanè ſi cauſam habentibus placuerit ire ad iudicium, fortè ex uoluntate communi, permittente præpoſito eccleſiæ, clerico licentia tribuatur.

21 Si quis neceſsitatis impulſu ad eccleſiæ ſepta cõfugerit, & ſacerdote uel præpoſito eccleſiæ prætermiſſo atq; contempto, eum quiſq; de locis ſacris uel altari ſeu ui ſeu dolo abſtrahere aut ſolicitare fortè præſumpſerit, ut inimicus eccleſiæ, ab eius liminib⁹ arceatur, quouſque iuxta pontificis diſtrictionem digna pro indigna pœnitentia emẽdaſtio ſubſequatur: eo tamẽ qui abſtractus eſt, prius eccleſiæ reſtituto.

22 Vt nullus per imperium poteſtatis, filiam competere audeat alienam, ne coniugium (quod contra parentum uoluntatem piam copulatur) uelut captiuitas iudicetur: ſed ſicut eſt prohibitũ, abnuatur. Si qui perpetrauerint, excommunicationis ſeueritas pro modo piaculi imponatur. Item ſeruo ſeculari, ſacerdotum prædas uel captiuitates exercere non liceat: quia iuſtum eſt, ut quorum domini redemptionis debent præſtare ſuffragium, per ſeruorum ſuorum exceſſum diſciplina eccleſiaſtica non maculetur.

23 Quæcunq; mancipia ſub ſpecie coniugij ad eccleſię confugerint ſepta, ut per hoc credant poſſe fieri cõiugia, minimè eis licẽtia tribuatur, nec talis coniunctio à clericis defenſetur: quia probatum eſt, ut ſine legitima traditione coniuncti, pro religionis ordine ſtatuto temporo ab eccleſiæ communione ſuſpendantur, ne in ſanctis locis talis coitus miſceatur. De qua re decernimus, ut parentibus aut proprijs dominis (prout ratio poſcit) perſonarum accepta fide reſtituti, ſub ſeparatione promiſsioni reddantur. Poſtmodum tamen à parentibus atque dominis libertate cõceſſa, ſi uoluerint, eos propria uoluntate coniungant.

24 Si quis clericus aut laicus ſub potentũ nomine atq; patrocinio, res ad ius eccleſiæ pertinentes, contẽpto põtifice, petere ſeu poſsidere præſumpſerit, primùm admoneatur, quę abſtulit ciuiliter reformare: aut certè iudiciũ ſacerdotis ſeu iudicis oppariri, ut poſcit ſacra religio. Quòd ſi in peruerſionis pertinacia ſubſiſtit, tam diu ab eccleſiæ liminibus arceatur, donec cũ ſatisfactione iuſtiſsima, peruaſa aut occupata reſtituat.

25 Si quæ parochię in potentatuum dominibus conſtitutæ ſunt, ubi obſeruantes clerici ab eccleſia ciuitatis admoniti, ſecundũ qualitates ordinis ſui fortaſſe, quod eccleſię debẽt, ſub ſpecie Domini domus implere neglexerint, corrigantur ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam. Et ſi ab agentibus poteſtatem, uel ab ipſis rei dominis de agendo officio eccleſiæ ab aliquo prohibentur, autores nequitiæ à ſacris ceremonijs arceantur: donec ſubſequuta emẽdatione, in pace eccleſiaſtica ſacris ceremonijs miſceantur.

26 De inceſtis coniunctionibus id ſtatuimus obſeruandum, ut ſi quis poſt ſynodũ Aurelianenſem, ante hoc triennium conſtitutam, licitatori iura præſumpſerit, circa eũ ſecundum ſtatuta Epaunenſium canonum à ſacerdotib⁹ eccleſiæ ſeueritas retineatur. Aurel. 3. cap. 10. Epau. cap. 30.

27 Quiſquis homicidium uoluntate commiſerit, ita ut occidere, audeat innocẽtem, ſi à principibus aut à parentibus quacũq; re ſe reddiderit abſolutum, modus pœnitentiæ diſtringendi in ſacerdotis poteſtate cõſiſtat.

28 Si quæ mulieres fuerint prolapſæ in adulterium cum clericis, diſtrictione adhibita, mulieres ipſæ, prout ſacerdoti uiſum fuerit, diſtrictioni ſubiaceãt: & à ciuitatibus, ut ſacerdos præceperit, propellantur.

29 Cùm prioribus canonibus iam fuerit definitum, ut de mancipijs Chriſtianis, quę apud Iudæos ſunt, ſi ad eccleſiam confugerint, & redimi ſe poſtulauerint, etiamſi ad quoſcunque Chriſtianos refugerint, & ſeruire Iudæis noluerint, taxato & oblato à fidelibus iuſto precio, ab eorum domino liberentur: itidẽ ſtatuimus, ut tam iuſta conſtitutio ab omnib⁹ catholicis obſeruetur.

30 Hoc etiam decernimus obſeruandum, ut ſi quicunq; Iudæus proſelytum (qui aduena dicitur) Iudæum facere præſumpſerit, aut Chriſtianum factũ ad Iudaicã ſuperſtitionem adducere: uel ſi Iudæus Chriſtianã ancillam ſuam, ſibi crediderit ſociandã: uel ſi de parẽtibus Chriſtianis natum, Iudęum ſub promiſsione fecerit libertatis, mãcipiorum amiſsione mulctetur. Ille uerò qui de Chriſtanis natus, Iudæus factus eſt, ſi ſub conditione fuerit manumiſſus, ut in ritu Iudaico permanens habeat libertatẽ, talis cõditio non ualebit: quia iniuſtum eſt ut ei libertas maneat, qui de Chriſtianis parẽtib. ueniens, Iudaicis uult cultibus adhærere.

31 De genere ſeruili id decreuimus obſeruandum, ut deſcendẽs inde poſteritas, ubicunque, quamuis poſt longa ſpacia temporum, reperiatur in loco cui autores eius cõſtat fuiſſe depoſitos, ſtudio ſacerdotis, in ea quæ conſtituta eſt à deuotis cõditione permaneat. Cui pręcepto ſi quis ſeculariũ, humanæ cupiditatis impulſu, crediderit obuiandum, quouſque ſe corrigat, ab eccleſia ſuſpendatur.

32 Si quis in agro ſuo aut habet, aut poſtulat habere diœceſim, primùm & terras ei diſponat ſufficiẽter, & clericos, qui ibidẽ ſua officia impleant, ut ſacratis locis reuerẽtis condigna tribuatur.

33 Quiſquis agellum eccleſiæ in die uitæ ſuæ, à quocunq; ſacerdote, cui poteſtas eſt, acceperit poſsidendum: quæcunq; ibi pro

fecerint,

feccrint, alienandi nullam habeat poteſtaeem, nec ibi parentes ſui ex ea re aliquid exiſtimenr uindicandum.

34 De ſubſtituendo antiſtite, ſi fortaſsis mora extiterit, & uoluntate deceſſoris antè fuerit res errata, quàm ſucceſſor accedit Eccleſiæ, non impediat ſucceſſorem. Si quiſpiam clericorum aliquid de facultate illa præſumpſerit, in poteſtate ſit aduenientis epiſcopi, utrum ſua debeat uoluntate adire, an reijcere deceſſori: nec Eccleſiæ in obiecto ueniant tempora legibus conſtituta, dum non extitit perſona quæ de utilitate Eccleſiæ cogitarit.

35 Si quis epiſcopus, alterius eccleſiæ clerico, de facultatibus ſuę eccleſię aliquid ſub titulo quocunq; donauerit, poſt eius obitũ, qui acceperit, ad Eccleſiæ ius de cuius facultate diſceſſerat, reuertatur: quia iniquũ eſt, ut ſub hac ſpecie damnũ Eccleſia, quæ multis ſubuenit, patiatur.

36 Placuit præterea, ut cuncti metropolitani de comprouincialibus ſuis in prouincia ſua annis ſingulis ſynodum debeant congregare, ut dum in unum ſe fraternitas iungit, ſemper & cenſura teneatur, & charitas.

37 Quapropter (auxiliante Domino) quę ſynodus ſancta conſtituit, decernimus, ut à cunctis fratribus hæc definitio ſancta conſeruetur. Quod ſi quiſq; perſpicit ſalubriter inſtituta, & indecenter tranſgredi quacunq; occaſione tentauerit, nouerit ſe Deo & cunctæ fraternitati culpabilem eſſe futurum: quia iuſtum eſt, per unitatem antiſtitũ ut Eccleſiaſtica fulgeat diſciplina, & inconuulſa maneat conſtitutio ſacerdotum.

*Nomina epiſcoporum, qui ſubſcripſerunt.*

Aſpaſius epiſcopus eccleſiæ Eloſenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Alitius epiſcopus eccleſiæ Vaſenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Agricola epiſcopus eccleſiæ Cabilonenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Cyprianus epiſcopus eccleſiæ Telonenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Daniel epiſcopus eccleſiæ Pictauienſis, conſenſit & ſubſcripſit. Dalmatius epiſcopus eccleſiæ Ruthenicæ, conſenſit & ſubſcripſit. Euarius epiſcopus eccleſiæ Antipolitanę, conſenſit & ſubſcripſit. Aetherius epiſcopus eccleſiæ Antiſiodorenenſis, cõſenſit & ſubſcripſit. Eleutherius epiſcopus eccleſiæ Antiſiodorencnſis, conſenſit & ſubſcripſit. Euantius epiſcopus eccleſiæ Gabalitanæ, conſenſit & ſubſcripſit. Eumerius epiſcopus eccleſiæ Namnetenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Flauius epiſcopus eccleſiæ Rothomagenenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Gallicanus epiſcopus eccleſiæ Ebtedunenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Gallus epiſcopus eccleſiæ Aruernicæ cõſenſit & ſubſcripſit. Heracleus epiſcopus eccleſiæ Tricarſtinenſis conſenſit & ſubſcripſit. Iniurioſus epiſcopus eccleſiæ Turonicæ, conſenſit & ſubſcripſit. Leontius epiſcopus eccleſiæ Burdegalenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Maximus epiſcopus eccleſiæ Aquenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Prætextatus epiſcopus Eccleſiæ Aptenſis, conſenſit & ſubſcripſit, Placidus epiſcopus ecclaſiæ Matiſconenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Roricius epiſcopus eccleſiæ Lemouicenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Ruſus epiſcopus eccleſiæ Vaſaticenſis, conſenſit & ſubſcripſit. Vindemialis epiſcopus eccleſiæ Arauſicenſis, conſeuſit & ſubſcripſit.

## AVRELIANENSIS SYNOdus quinta.

SVb eodem Pelagio primo, fermè ijdem, ſed tamen paulo plures epiſcopi, iuſſu regis Childeberti, anno eius trigeſimo octauo, in Aurelianenſem urbem congreſsi, hos canones condidiſſe dicuntur.

1 Primùm itaque neſariam ſectam, quam autor malè ſibi conſcius, & à uiuo ſanctæ fidei catholicæ fonte diſcedens, ſacrilegus quondam condidit Eutyches, uel ſi qua à uenefico ſimiliter impio ſunt prolata Neſtorio: quas etiã ſectas ſedes Apoſtolica ſancta condemnat, ſimiliter & nos eaſdem cũ ſuis autoribus & ſectatoribus execrantes, præſentis conſtitutionis uigore anathematizamus atque damnamus, Apoſtolum fidei ordinẽ in Chriſti nomine prędicantes.

2 Nullus ſacerdotum, quenquam rectæ fidei hominem, pro paruis & leuibus cauſis à communione ſuſpendat: præter eas culpas, pro quibus antiqui patres ab Eccleſia arceri iuſſerunt, committentes.

3 Vt nullus epiſcoporum, presbyterorũ, diaconorum, extranearum mulierum intra domum pręſumat habere ſolatium, quibus etiam utilitate ſua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis feminis indicentes, ſimiliter prohibemus, ne ſub conceſſa ſibi licentia parentali, ex earum ſequipedis, memoratorum uita uel opinio polluatur. Quod ſi epiſcopus nunc ueritis uti ſub quadam præſumptione uoluerit, anno uno à metropolitano, uel à cõprouincialibus ſuis ab officio ſuſpendatur. Clerici uerò à proprijs epiſcopis, modo qui ſuprà ſcriptus eſt, corrigantur.

4 Si quis clericus poſt acceptam benedictionem cuiuslibet loci uel ordinis, ad coniugalem torum, iam ſibi illicitum, denuò redire pręſumſerit: uſque in diem uitæ ab honore accepti ordinis, & (ſicut habent antiquorum patrum canones) ab officio deponatur, ei tantummodo communione conceſſa.

5 Vt nullus clericum ſeu lectorem alienũ,

ſins ſui conceſsione spiſcopi, uel promouere, uel ſibi quibuslibet condirionibus audeat uendicare. Quòd ſi quis hanc conſtitutionem fuerit quacunque præſumptione tranſgreſſus, memoratas perſonas ab his, cum quo ſunt, debitas, ſeu Eccleſiaſtico iuri ſeu proprio reuocatas, quia illicita uocatione diſceſſerant, & ab honore uel officio ſuſcepto, iuxta arbitriũ ſui pontificis ſuſpẽdantur. Epiſcopus uerò qui ordinauerit, ſex menſibus miſſas facere non præſumat.

6 Vt ſeruum, qui libertatem à dominis proprijs non acceperit, ut etiam iam libertum, nullus epiſcoporum abſque eius uoluntate tamen cuius ſeruus eſt, & eum abſoluiſſe dinoſcitur, clericum audeat ordinare. Quod ſi quiſquã fecerit, is qui ordinatus eſt, à domino reuocetur: & ille collator ordinis, ſi ſciens feciſſe probatur, ſex menſibus miſſas tantũ facere non præſumat. Si uerò ſecularium ſeruus eſſe cognoſcitur qui ordinatus eſt, benedictione ſeruata, honeſtum in ordine Domino ſuo impendat obſequium. Quòd ſi ſecularis dominus amplius eum uoluerit inclinare, ut ſacro ordini inferre iniuriam uideatur, duos ſeruos (ſicut antiqui canones habent) epiſcopus qui eũ ordinauit, domino ſeculari reſtituat: & epiſcopus eum quem ordinauit, ad eccleſiam ſuam reuocandi habeat poteſtatem.

7 Et quia plurimorũ ſuggeſtione cõperimus, eos qui in eccleſijs iuxta cõſuetudinẽ à ſeruitio fuerint abſoluti, pro libito quoruncũq; iterum ad ſeruitiũ reuocari: impiũ eſſe tractauimus, ut quod in Eccleſia Dei conſideratione à uinculo ſeruitutis abſoluitur, irritum habeatur. Ideo pietatis cauſa, communi conſilio placuit obſeruandum, ut quæcunq; mancipia ab ingenuis dominis ſeruitute laxantur, in ea libertate maneant, quam tunc à dominis perceperunt. huiuſmodi quoq; libertas, ſi à quocunq; pulſata fuerit, cum iuſticia ab eccleſijs defendatur: pręter eas culpas, pro quibus leges collatas ſeruis reuocare iuſſerunt libertates.

8 Vt in ciuitate, ubi pontifex iure humanæ conditionis obierit, nullus epiſcopus ante ſubſtitutionẽ deputati per ordinẽ ſucceſſoris, aut in ciuitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat conſecrare, uel quicquã de rebus eccleſiæ præter humanitatẽ pręſumat auferre. Quòd ſi quiſquam temerario auſu ſtatuta tranſcenderit, cõuentus ab inſtituto pontifice, uerecũdiæ ſuæ cõſulens, ſine dilatiõe ablata reſtituat. Si uerò ſiue uoluntatis arbitrio, uel quorũcunq; precibus actus, quamcunq; perſonã ꝓmouere, aut cõtra interdictũ ire pſumpſerit, anno integro miſſas facere non pſumat.

9 Nullus ex laicis, abſq; annua conuerſatione præmiſſa, epiſcopus ordinetur, ita ut intra anni ipſius ſpacium, à doctis & probatis uiris, diſciplinis & regulis ſpiritualibus plenius inſtruatur. Quòd ſi hoc quiſquam epiſcoporũ tranſcendere quacunq; conditione pręſumpſerit, anno integro ab officio uel charitate fratrũ habeatur extraneus.

10 Vt nullũ epiſcopatũ per præmia aut cõparatione liceat adipiſci, ſed uolũtate regis iuxta electionẽ cleri ac plebis, ſicut in antiquis canonibus continetur ſcriptũ, conſenſu cleri ac plebis à metropolitano, uel quem uice ſua permiſerit, cum cõprouincialibus pontifex conſecretur. Quòd ſi quis hanc regulam huius ſanctæ conſtitutionis per coẽptionem exceſſerit, eũ qui per pręmia ordinatus fuerit, ſtatuimus remouendum.

11 Item (iuxta quod antiqui Canones decreuerunt) nullus inuitis detur epiſcopus, ſed nec per oppreſsionẽ potẽtiũ perſonarũ, ad cõſenſum faciendũ ciues aut cleri (quod dici nefas eſt) inclinentur. Quod ſi factum fuerit, ipſe epiſcopus qui magis per uiolentiã, quàm per decretũ legitimũ ordinatur, ab indepto pontificatus honore in perpetuum deponatur.

12 Nulli uiuenti epiſcopo alius ſuperponatur, aut ſuperordinetur epiſcopus, niſi forſitã in ei' loco quẽ culpa capitalis deiecerit.

13 Ne cui liceat res uel facultates eccleſiæ, aut monaſterijs, uel xenodochijs pro quacunq; eleemoſyna cum iuſticia delegatas, retentare, alienare atq; ſubtrahere. Quod ſi quiſquã fecerit, tanquam necator pauperũ, antiquorũ canonũ ſententijs conſtrictus, ab eccleſię liminib. excludatur, quã diu ab ipſo ea quæ ſunt ablata uel retentata reddãtur.

14 Vt nullus epiſcoporũ, aut cuiuslibet ordinis clericus, uel alia quęcũq; perſona, quibuslibet cõditionibus, ſeu in uno regno ſeu in alio poſitus, alterius cuiuſcunq; eccleſiæ res aut petat, aut præſumat accipere. Quod ſi fecerit, tam diu habeatur à cõmunione altaris, uel omniũ fratrum ac filiorũ charitate ſuſpenſus, donec ipſi eccleſiæ, cuius directo ordine res eſt ablata, reſtituatur.

15 De xenodochio uerò, quod pijſsimus rex Childebertus & cõiugalis ſua Vltrotho regina in Lugdunenſi urbe (inſpirante Domino) cõdiderunt, (cuius inſtitutionis ordinẽ uel exſcriptionẽ, petentibus ipſis, manuũ noſtrarũ ſubſcriptione firmauimus) uiſum eſt nobis ꝑ Dei contẽplatione, iunctis nobis in unum, permanſura autoritate decernere, ut quicquid præfato xenonochio, aut per ſupradictorũ regum oblationẽ, aut per quoruncũq; fidelium eleemoſynã collatum aut conferendũ eſt, in quibuſcunq; rebus atq; corporibus, nihil exinde ad ſe quolibet tempore antiſtes eccleſiæ Lugdunẽſis reuocet,

reuocet, aut ius eccleſię transferat: ut ſuccedentes ſibi per temporũ ordinẽ ſacerdotes, non ſolum de facultate xenodochij ipſius, aut de conſuetudine uel inſtitutione nihil minuant: ſed dent operã, qualiter res & ipſius ſtabilitas, in nullã partẽ detrimentũ aut diminutionẽ aliquã patiatur: prouidentes ad intuitũ retributionis æternæ, ut ꝓpoſiti ſemper ſtrenui ac Deũ timẽtes decedẽtibus ſubſtituantur: & cura ægrotantiũ ac numerus, uel exceptio peregrinorũ, ſecundũ indictam inſtitutionẽ inuiolabili ſemper ſtabilitate permaneat. Quòd ſi quis quolibet tẽpore contra conſtitutionẽ noſtrã uenire tẽtauerit, aut aliquid de conſuetudine uel facultate xenodochij ipſius abſtulerit, ut xenodochiũ (quod auertat Deus) eſſe deſinat, ut necator pauperum irreuocabili anathemate feriatur.

19 Quiſquis etiam aut maiorũ aut mediocrium perſonarũ, quodcũq; muneris uel facultatis ſacerdotibus, aut eccleſijs, aut quibuslibet locis ſanctorum, ſtudio mercedis cum iuſticia pro Dei contemplatione contulerit: & hæc ipſa quę à parentibus donata noſcuntur, poſtmodũ quis auferre præſumpſerit, ſuperiori ſententia, ut necator pauperum, communione priuetur.

17 Placuit etiam, ut ſi quæcunq; perſona contra epiſcopũ, uel autores eccleſię ſe propriũ crediderit habere negociũ, prius ad eũ recurrat charitatis ſtudio: ut familiari additione commonitus, ſanare ea debeat, quæ in quęrimoniã deducuntur. Quã rem ſi differre uoluerit, tunc demũ ad metropolitanĩ audientiã ueniatur. De qua re cum literas ſuas metropolitanus ad comprouincialẽ epiſcopũ dederit, & cauſa ipſa inter utroſq; quacunq; occaſione amicis medijs non fuerit definita, ut ipſi metropolitano neceſſarium ſit in eodẽ negocio iterare ſcriptum: & ſecundò admonitus, aut mittere aut uenire diſtulerit, tunc à charitate metropolitani ſui nouerit ſe eſſe ſuſpenſum, donec ad præſentiam eius ueniens, cauſæ ipſius de qua petitur, reddiderit rationẽ. Quòd ſi patuerit epiſcopum ipſum contra iuſticiã fatigatũ, is qui eum iniuſta interpellatione pulſauit, anni ſpacio à cõmunione eccleſiaſtica ſuſpendatur. Si uerò metropolitanus à quocũq; comprouinciali epiſcopo bis fuerit in cauſa propria appellatus, & eũ audire diſtulerit, ad proximã ſynodũ, quæ conſtituetur, negociũ ſuũ in conciliũ licentiã habeat exerendi: & qcquid ꝓ iuſticia à comprouincialibus ſuis ſtatutũ fuerit, ſtudeat obſeruare.

18 Etiã hoc decreto decreuimus, ut ſi quis de prouincialib. epiſcopis à metropolitano ſuo ad conſiliũ intra ſuã prouinciã fuerit euocatus, & præter euidentẽ infirmitatẽ ad cõcilium uenire diſtulerit: atq; de ſynodali conuentu, antequã cuncta conueniant, ſine cõmeatu cõcilij ipſiꝰ deſcendere fortaſſe prę ſumpſerit, ſicut eſt præcedentibus regulis ſtatutũ, ſex menſibus à miſſarum officio ſuſpendatur. Quòd ſi quẽ à concilio quæcũq; neceſsitas illata abſtulerit, à metropolitano ſuo ueniam poſtulans, ad miſſarum faciendarum gratiam reuocetur.

19 Quæcunq; etiã puellæ ſeu propria uoluntate monaſterium expetunt, ſeu à parẽtibus offeruntur, annũ in ipſa ueſte, qua intrauerimus, permaneant. In his uerò monaſterijs, ubi non perpetuò tenentur incluſæ, trienniũ in ea qua intrauerint, ueſte permaneant: & poſtmodũ ſecundũ ſtatuta monaſterij ipſius in loco, quo elegerint permanere, ueſtimenta religionis accipiant. Quæ ſi deinceps ſacra relinquẽres loca, propoſitũ ſanctum ſeculi ambitione tranſcenderint: illæ quæ in domibus proprijs, tam puellæ quàm uiduæ commutatis ueſtibus conuertuntur, cũ his quibus coniugio copulantur, eccleſiæ cõmunione priuentur. Sanè, ſi culpam ſequeſtratione ſanauerint, ad cõmunionis gratiam reuocentur.

20 Id etiã miſeratione tua cõdiximus cuſtodiri, ut qui pro quibuſcunq; culpis in carceribus deputantur, ab archidiacono ſeu à prępoſito eccleſiæ diebus ſingulis Dominicis requirantur, ut neceſsitas uinctorũ ſecũdum præceptũ diuinũ miſericorditer ſubleuetur: atq; à pontifice, inſtituta fideli & diligenti perſona, quę neceſſaria ꝓuideat, cõpetens uictus de dono eccleſiæ tribuatur.

21 Et licet (propitio Deo) omniũ Domini ſacerdotũ, uel quorũcunq; hæc cura poſſet eſſe fideliũ, ut egentibus neceſſaria debeant miniſtrari: ſpecialiter tamẽ debilibus id pietatis cauſa conuenit, ut unuſquiſq; epiſcoporũ incolis, quos infirmitatẽ incurriſſe rã terrorij ſui quàm ciuitatis agnouerint, de domo Eccleſiæ iuxta poſsibilitatẽ uictui & ueſtitui neceſſaria ſubminiſtret, ut non eis deſit miſericordiæ cura, quos per durã infirmitatẽ intolerabilis conſtringit inopia.

22 His quoq; Deo propitio conſtitutis, quod præcipuè in omnibus patrũ concilijs habetur ſcriptũ, congrua definitione ſancimus, ut intra anni circulũ unuſquiſq; metropolitanus epiſcopus, functis in unũ locum comprouicialibus ſuis, intra prouinciã ſuã ſtudeat habere conciliũ, ut aut, ſi qua acceſſerint, charitatis emendentur ſtudio: aut ſi pax regalis uel diſciplina in cunctis (Deo adiuuante) permãſerit, autore bonorũ omnium Deo, de charitate & præſentia gratulentur. Hæc ergo (Deo propitio) conſtanter & unanimiter definita ſeruantes, etiã præteritorum ſtatuta canonũ his decernimus, ut

(Chriſto autote) deinceps inconuulſa uniuerſa ſeruentur: ut manente concordia, quę diuina inſpitatione ſalubriter in præſenti tempore definita ſunt, amodò & habeant uigorem, ac cuſtodianr charitatem.

23 De ſeruis uerò, pro quolibet cauſa ſi ad eccleſię ſepta confugerint, id ſtaruimus obſeruandũ, ut ſi quid in antiquis conſtitutionibus tenetut ſcriptũ, pro cõceſſa eulpa, datis à domino ſacramentis, quiſquis ille fuerit, egrediatur, de uenia iam ſecnrus. Enimuerò ſi immemor fidei dominus tranſcendiſſe cõuincitur qđ iurauit, ut is qui ueniã acceperat, probetur poſt modũ pro ea culpa qualicunq; ſupplicio cruciatus, dñs ille qui immemor fuit datæ fidei, ſuſpenſus ſit ab omniũ communione. Iterum, ſi ſeruus pro uenia, datis ſacramẽtis, à domino, iam ſecurus exire noluerit, ne ſub rali cõtumacia requirens locũ fugæ, domino fortaſſe depereat, egredi nolentẽ, à domino eũ liceat oeeupare, ut nullam quaſi propter rentationẽ ſerui, quibuslibet modis moleſtiã aur calũniam patiarur eccleſia: fidẽ tamẽ dominus quã pro conceſſa uenia dedir, nulla temeritate tranſcendat. Quòd ſi gentilis dominus fuerit, aut alterius ſectæ, qui à conuentu eccleſiæ ꝓbatur exrraneus: is qui ſeruũ repetit, perſonã requirat bonæ fidei Chriſtianũ, ut ipſe in perſona Domini pro ſeruo præſtet ſacramentum: quia ipſi poſſunt ſeruare quod ſacrum eſt, qui poſt tranſgreſsionem eccleſiæ metuunt diſciplinam.

Gregorius Turonẽſis in libro de Vitis patrũ, cap. 6. inquit: Apud Aurelianẽſem urbẽ, inctiminato ab iniquis Marco epiſcopo, & in exiliũ truſo, magnus epiſcoporũ conuentus eſt aggregatus, Childeberto rege iubẽte: in qua ſynodo cognoſcentes beati epiſcopi hoc eſſe uacuũ, quod contra eũ ſuetat muſsitatũ, eũ ciuitati & cathedrę ſuæ reſtituunt. Sed an hæc in una aliqua ex ſynodis Aurelianẽſibus, quas hactenus recẽſuimus, an in diuerſa facta ſint, non ſatis conſtat.

## SECVNDA SYNODVS TVronenſis.

Circa epiſcopatũ Pelagij primi, anno 6 regni Arithberti, habita eſt ſynodus in Turonica ciuitate. Cõuenerũt aũt ad eã, Prætexratus Rothomagenſis, Felix Bituricenſis, Dominicanus Tungrenſis, & quidã alij epiſcopi: & facta deliberatione, ſequentes condiderunt canones.

1 Placuit, ut bis ad ſynodũ annis ſingulis metropolitanus & comprouiciales ſui, in locum quẽ deliberatio metropolitani elegerit, Deo propitiante cnoueniant: aut ſi neceſsitas fuerit ineuitabilis, ſicut præcepit autoritas, uel ſemel in anno, ſine cuiuslibet excuſatione perſonę, id eſt regię uel priuatę, ſine cuiuſcunq; utilitatis obſtacnlo, pręter infirmitatis certiſsimæ labore præuentum nullius occaſione uelaminis habeat unuſquiſq; cõcurſum: ſed (ſicut dictũ eſt) neq; per impedimentũ ordinationis regię, neque ſub occaſiõe utilitatis, aut cauſę proprię debeat à cõcilio ſeparari, Apoſtolo prædicãte: Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an ꝑſecutio? an fames? an nuditas? an periculũ? an gladius? & reliqua. Non debet ſpirituali operi etiã Regalis præferri præceptio, cùm primũ in Eccleſia ſit mandatũ: Diliges dominũ Deũ tuũ, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tora uirtute tua. Vnde non debet prætepto Domini perſona cuiuslibet hominis anteponi, neq; debet terrenæ cõdirionis actio uel perſonæ terrere, quos Chriſtus ſpe crucis armauit. Si quis epiſcopus (ut ſuperius dictũ eſt) ad ſynodũ uenire diſtulerit, uſq; ad maiorẽ ſynodũ à fratribus & cõprouincialibus maneat excõmunicatus, nec eũ ex alia pronincia ullus epiſcopus interea cõmunicare præſumat. Ipſe enim ſuæ diuiſionis pręparat inſtrumenta, qui cũ ſuis fratribus in membris Eccleſiæ non concordat.

2. Itẽ decernitur proprer illud cœleſte mãdatũ, Pacẽ meã do uobis, ut põtificalis affectus inter conſacerdotes inuiolabiliter conſeruetur. Verùm ſi pro peccatis (ut aſſolet) ex cauſa liuor emerſerit, ut pendente certamine ſibi inuicẽ reconciliari nõ poſsint, electis ab utraq; parte fratribus, id eſt presbyteris, ꝓpondetãre dulcedine litis iacula finiãt, & uota pacis acquirãt. Nã qua fronte feſtucã de alterius oculo uelit eruere, qui in ſuo trabẽ non reſpicit imminentẽ? Aut quid in alijs arguit, à quo uitij fons inundat? Si qui aũt ab utraq; parre (ut dictũ eſt) electis presbyteris, atq; mediantib. ſe fratribus, hoc eſt ſuis mẽbris, recõciliari neglexerit, tũ ad ſynodũ uenerit, non ſolũ reatũ corã ea epiſcopus ſe cognoſcat incurrere: uerum etiã tõgruę pœnitentiæ intelligat uindictã ſubire. Opportunũ namq; eſt illũ animaduerſioni ſuccũbere, qui intelligẽdo peccauit: & quod docere debuit, in ſeſe neglexerit.

3 Vt corpus Domini in altari, nõ in armario, ſed ſub crucis tirulo componatur.

4 Vt laici ſecus altare, quo ſancta myſteria celebrãtur, inter clericos tam ad uigilias quàm ad miſſas, ſtare penitùs nõ pręſumãt: ſed pars illa quæ à cãcellis uerſus altare diuiditur, choris tãtũ pſallẽtiũ pateat clericorũ. Ad orãdũ & cõmunicãdũ laicis & feminis, ſicut mos eſt, pateant ſancta ſanctorũ.

5 Vt unaquęq; ciuitas panperes & egenos incolas alimentis congruentibus paſcat, ſecundũ uires, ut tam uicini presbyteri, quàm ciues omnes ſuum pauperem paſcant: quo

fiet, ut

fiet, ut ipſi pauperes per ciuitates alienas non fatigentur.

6 Vt nullus clericorũ uel laicorũ, præter epiſcoporum epiſtolia facere præſumat.

7 Vt epiſcopua nec abbatẽ, nec archipreſbyterũ, ſine omniũ ſuorũ compresbyterorũ & abbatũ cõſilio, de loco ſuo præſumat eijcere, neq; per prẹmiũ aliũ ordinare, niſi facto cõcilio tam abbatũ quàm presbyterorũ ſuorum. Quẽ aũt negligentia eijcit, cum omnium presbyterorum conſilio reſutetur.

8 Quicunq; epiſcopus illũ, quem alter epiſcopus excõmunicatum habet, poſtquã fuerit de ipſius excõmunicatioue cõmonitus, cõmunieare præſumpſerit, uſq; ad ſynodum excommunitatus habeatur.

9 Adijcimus etenim, ne quis Britãnũ aut Romanum in Armorico, ſine metropolitani aut comprouincialiũ uoluntate uel literis, epiſcopum ordinare præſumat. Quòd ſi quis iſti contraire tentauerit, ſententiam in anterioribus eanonibus obſeruet, & etiã à charitate uſq; ad maiorẽ ſynodum ſe cognoſcat eſſe remotum. Quia meritò à charitate noſtra, uel noſtris Eccleſijs ſegregantur, qui patrum ſtatuta contemnunt.

10 De familiaritatibus mulierũ licet crebriua ſit in canonibus replicatũ: attamẽ neceſſe eſt, ut ſicut ſecta uirgulta, quæ male pullulauerant, rurſus fidei falce ſuccidũtur, etiã radicitùs eruũtur: nullus deinceps clericorũ pro occaſione neceſsitatis faciendæ ueſtis, aut cauſa ordinãdę domus, extraneã mulierẽ in domo ſua habere præſumat. Et cũ iubeamur uictũ aut ueſtitum artificiolo quęrere, & manibus proprijs laborare, quid opus eſt in domo ſerpentem includere pro ueſte, quæ multiformem ueſtem non propterea deponit ut nudetur, ſed ut ſe gratiorem, dum remouetur, oſtendat?

11 Nullus ergo clericorum, nõ epiſcopus, non presbyter, non diaconus, non ſubdiaconus, quaſi ſanctimonialẽ, aut uiduam, uel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo ſua ſtabilire præſumat, quæ & ipſa extranea eſt, dum non eſt mater, aut ſoror, aut filia, quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum dignoſcitur ſubiecta dominatui. Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus aut ſubdiaconus, de hac re ſtatuta patrum uel noſtrà temerare præſumpſerit, excommunicetur.

12 Si quis epiſcopus ad diſtringendum eos qui in hac facilitate perdurant, negligens apparuerit, ſicut in ipſa ſancta baſilica eſt publicè recitatum, ex conſenſu cõmuni atque totius populi, ſententiam prædeceſſorum canonum ſe incurrere omnino cognoſcat: ſic tamen, ut tam metropolitanus ſuis comprouincialibus, quàm cõprouinciales metropolitano ſuo, ſi reſiſtere aut contemnere epiſcopum clerici ſui præſumpſerint, dent omnino ſolatium. Et quia dixit ſancta Scriptura, Frater fratrem adiuuans exaltabitur: quicunq; pro cauſa Dei, fratri ſuo ſolatium commonitus dare diſtulerit, uſque ad ſynodum remoueatur. Nam ſi epiſcopus ſe contemni ſentiens, fratres ſuos in ſolatio ſuo non commouerit, ipſe ſciat qualiter reddat Domino rationem.

13 Epiſcopus coniugem ut ſororẽ habeat, & ita ſancta gubernatione gubernet domũ omnẽ, tã Eccleſiaſticã quàm propriã, ut nulla de eo ſuſpicio quaqua ratione conſurgat. Et licet (Deo propitio) clericorum ſuorum teſtimonio uiuat, quia cũ illo tam in cella quàm ubicunq; fuerit, ſecũ habitent, eũq; ſequantur & presbyteri & diaconi, uel deinceps clericorũ turba iuniorum (Deo adiutore) conuerſantur: ſic tamen propter zelotem Deum noſtrum, tam longè abſint manſionia propinquitate diuiſi, ut nec hi qui ad ſpem recuperandam clericorum ſeruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur.

14 Epiſcopum, epiſcopam non habentẽ, nulla ſequatur turba mulierũ: licet ſaluetur uir per mulierem fidelem, ſicut & mulier per uirum fidelẽ, ut Apoſtolus ait. Nam ubi talis cuſtodia neceſſaria non eſt, quid eſt neceſſe ut miſeria proſequatur, unde fama cõſurgat? habeant miniſtri eccleſiæ, utiq; clerici, qui epiſcopo ſeruiunt, & eũ cuſtodire debent, licentiam, extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eiicere.

15 Et ne occaſio famam laceret honeſtatis, quia aliqui laici, dum diuerſa perpetrant adulteria, hoc quod de ſe ſciunt, in alijs ſuſpicantur, ſicut ait Seneca: Peſsimũ in eo uitium eſt, qui in id quo inſanit, cæteros putat furere. Vt ergo ipſi putãdi, aut certè æſtimandi locus amputetur, nullus ſacerdotũ ac monachorũ colligere alium in lecto ſuo præſumat. Nec liceat monachis cellas habere communes, ubi aut bini maneant, aut peculiares reponi poſsint: ſed ſchola labore communi conſtruatur, ubi omnes iaceant, aut abbate aut præpoſito imminente, ut dum duo uel tres uiciſsim & legant & excubent, alij conſolentur: ut non ſolum ſit cuſtodia corporum, ſed & ſurgat prolectione aſsidua profectus animarum.

16 Si qui in monaſterio conuerſi ſunt, aut conuerti uoluerint, nullatenus exinde habeant licentiã euagandi, nec (quod abſit) ullus eorum coniugem ducere, aut extranearum mulierũ familiaritatẽ habere. Nam ſicut ſuprà dictum eſt, Si uxorem duxerit, excommunicetur: & de uxoris male ſociatæ conſortio, etiã iudicis auxilio ſeperatur.

Quòd ſi iudex ad hoc ſolatium dare noluerit, excommunicetur. Qui infelix monachua rali cõiunctione fœdatus, ſi per cuiuſcunq; parrocinium ſe conarua fuerir defenſare, & ia qui in hac pertinacitate perdurar, & ille qui eum exceperit ad defenſandum, ab eccleſia ſegregentur, donec reuertatut ad ſepra monaſterij, & indictam ab abbate, quàm diu pceprũ ei fuerir, agat pœnitẽriã, & poſt ſatisfactioné reuertarur ad gratiam.

17 Vr muliet intra ſepta monaſterij nullatenua inrroire permirtatur. Si abbaa in hac parte, aut præpoſirus negligena apparuerir, qui eam uiderir, & non ſtarim eiecerir, excommunicerur.

18 De ieinnijs uerò antiqua à monacbia inſtitura conſeruentur, ut de Paſcha uſque Quinquageſimam, exceptis rogarionibua, omni die frarribua prandium præparerur. Poſt Quinquageſimam, rota hebdomoda exactè ieiunenr. Poſtea uſque ad calendaa Auguſti, ter in ſeptimana ieiunent, ſecunda, quarta & ſexta die: excepria hia qui aliqua infirmirare conſtricti ſunt. In Auguſto, quia quotidie miſſæ ſanctorum ſunr, prandium habeant. In Septembri tota, & Nouembri, ſicut prius dictum eſt, ter in ſeptimana. De Decembri uſq; ad natalem Domini, omni die ieiunent. Er quia inrer naralem Domini & Epiphaniam, omni die feſtiuitares ſunr, iremq; prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad ealcandã Gentiliũ conſuerudiné, patres noſtri ſtaruerunt, priuaras in calendis Ianuarij fieri litaniaa, ur in Eccleſia pſallatur, & hora 8. in ipſis calẽdis Circũciſionia miſſa Deo propirio celebretur. Poſt Epiphaniã uerò uſq; ad Quadrageſimam rer in ſeptimana ieionenr.

19 Itemque pro reuerentia Diui Marrini, uel cultu ac oirrure, id ſtaruimua obſeruandum, ut tam in ipſa baſilica ſancta, quàm in eccleſija noſtris iſte pſallendi ordo ſeruerur, ur in diebua æſtiuia ad matutinum ſex Antiphonæ binia Pſalmia explicenrur. Toro Auguſto manicationea fianr, quia feſtiuirarea ſunt, & miſſæ. Septembri, ſeprem Anriphonæ explicentur binis Pſalmis: Octobti, octo rernia Pſalmia: Nouembri, nouem rernia Pſalmia. Decembri, decem rernis Pſalmis: Ianuario & Februario, itidem uſque ad Paſcha. Sed ur pòſsibilitas habet, qui facir ampliua pro ſe, & qoi minua, ut potuerir: ſupereſt ur uel duodecim pſalmi expediantur ad maturinum, quia patrũ ſtatuta præceperunr, ur ad ſextã ſex Pſalmi dicantur, cum alleluia: & ad duodecimam doodecim, itemq; cum alleluia: quod etiã (angelo oſtendenre) didicerunt. Si ad duodecimã duodecim Pſalmi, cur ad matutinũ non, itemque uel duodecim explicentur? Quicũq; minus quàm 12. Pſalmoa ad matutinum dixerit, ieiunet uſque ad ueſperam, panem cum aqua manducer, & non illi ſir altera in illa die ulla refectio. Et qui hoc facere contempſerir, una hebdomada panẽ cum aqua manducet, & ieiuner omni die uſque ad ueſperum.

20 Archipteabyteri uerò uicani, & diaconi & ſubdiaconi, nõ quidem omnes, ſed plurea in bac ſuſpicione tenẽtur à populo, quòd com coniugibus ſuia maneant. Pro qua re hoc placuit obſeruare, ut quotieſcũque archipreabyrer ſeu in uico manſerit, ſeu ad uillam ſuam ambulauerit, unus lectorum canonicorum ſuorum, aut certua aliqois de nomero clericorum cum illo ambulet: & in cella, ubi ille iacer, lectum habeat pro teſtimonio. Seprem tamen inter ſubdiaconoa & lectores uel lacicos habear conceſſoa, qui uiciſaim ſeptimanaa ſuas cum illo facere omnino procurent: & qui diſtulerir, fuſtigetur. Etſi in hoc presbyter negligens inuentua fuerit, quòd non hoc ſic implere contendar, triginta diebus communione priueror, donec pœnitenriã agat, & ſic reuertatur ad gratiam. Reliqui presbyteri & diaconi ac ſubdiaconi uicani, hoc ſtudeanr, ur mancipiola ſua ibi manean, obi uxorea ſuæ: illi ramen ſegregatim ſolitarij in cella iaceanr, & orent, & dormiant. Nam qui uxores non habent, in parre de mancipiolis ſuis habeanr cellulaa ſegregarim, ubi & ipſi quidem orent ſegregati, & dormiant. Nam ſi inuentos fuerit presbyrer cum ſua presbyrera, aut diaconua cum ſua diaconiſſa, aut ſubdiaconus cum ſua ſubdiaconiſſa, annum integrum excommunicatua babeatur & depoſitus ab omni officio clericali, inrer laicos ſe obſeruare cognoſcat: quo ramen permiſſo, inter lectores, in pſalenrium choro colligatur. Il i uerò archiepreabyteri, qui talem cautelam ſuper iuniores ſuoa habere noluerint, & non eoa habuerint ſtudio diſtringendi ab epiſcopo ſuo in ciuirare retruda tur in cella, ibiq; menſe integro panem cum aqua manducenr, pœnitenriã agant pro ſibi cre o clero: qa nulli clericorũ, iuxta ſententiã canonũ, cũ cõiuge ſoa manere permittitur. Et quia hęreſis presbyterorũ à quod resby tero primùm ſutrexit, etiã quòd nul us potuir æſtimare, quòd auderet i le qui corpus Domini conſecrat, ralia perpe rare, niſi tempore nouiſsimo ꝑ peccatis noſt is iſta ſu rexerũr. Si illi diaconi omni ſente a epiſcoporũ dãnati ſũt, & hęretici reputa acſi rales diaconi illi ſubiaceãr maledict , quos patrũ ſtarura pro hac cauſa da narũt: uid illi infelicea presbyteri, qu tali ſunt peccaro ſubiecti, ut alioa trahant in precepa ſe

cum, qui eos tali ordine uiuere cernunt? Et qui deberent eſſe forma præcepti, ipſi inueniantur in urna peccati? Rectius eſt, ut caput morbidum, ſi curari non poteſt, amputetur, quàm grex pro eodem inficiatur. Talis ergo ſacerdos & paſtor non debet à populo uenerari, ſed renui, qui non formam diſciplinæ, ſed uitij docet, dum ſeipſum non corrigit.

21 Et quia in ſententia papæ Innocentij ad Victricium epiſcopum Rothomagenſem lata, legitur ſcriptum de uirginibus, quæ Chriſto ſpiritualiter nupſerunt, & uelari à ſacerdote meruerunt, ſi poſtea nupſerint, quòd uix etiam ad agendam pœnitentiam mereantur accedere, qua ſic dicit: Si enim de omnibus hæc ratio cuſtoditur, ut quæcunque (uiuente uiro) altari nupſerit, habeatur adultera: quanto magis & illa damnanda eſt, quæ antè immortali ſponſo ſe coniunxerat, & poſtea ad humanas nuptias tranſmigrauit? Et adiecit: Hæ uerò quæ necdum ſacro uelamine tectæ ſunt, tamen in propoſito uirginali ſemper ſe manere ſimulauerunt, licet uelatæ non ſint, ſi poſtea nupſerint, his agenda aliquanto tempore pœnitentia eſt, quia ſponſio earum à Deo tenebatur. Nam ſi inter homines ſolet bonæ fidei contractus nulla ratione diſſolui: quanto magis iſta pollicitatio quam cum Deo pepigerunt, ſolui ſine uindicta non poteſt? Poſt hoc de uiduis adiunxit: Nam ſi Paulus apoſtolus, quæ à propoſito uiduitatis diſceſſerunt, dixit eas habere damnationem, ubi ait, Quia primam fidem irritam fecerunt, &c. quis ſacerdotum contra decreta talia, quæ à ſede Apoſtolica proceſſerunt, agere præſumat? uel quis (quod peius eſt) contra ſententiam, quam uas electionis Paulus apoſtolus (Spiritu ſancto miniſtrante) promulgauit, aliud conſcribere ulla ratione præſumat? cum dicat ipſe per Spiritum ſanctum: Qui prædicauerit præter id quod prædicauit, anathema ſit. Et quorum autoritas ualere poſsit, niſi quos ſedes Apoſtolica ſemper aut intromiſit, aut apocriſos fecit? Et patres noſtri hoc ſemper cuſtodierunt, quod eorum præcipit autoritas. Nos ergo hoc ſequamur, uel quod apoſtolus Paulus, uel papa Innocentius ſtatuit: ita duntaxat, ut nullus ſacratam Deo uirginem, neque ſi in honore Chriſti ueſtem mutauit, tam uiduam quàm puellam, aut rapere aut cōpetere, aut ſibi coniugem ſociare præſumat: quia etiam & lex Romana conſtituit, ut quicunque ſacratam Deo uirginem, uel uiduam fortaſſe rapuerit, ſi poſtea eius deuinctione conuenerit, capitis ſententia feriatur. Item: Si quis, non dicam rapere, ſed attentare matrimonio iungendi cauſa, ſacratas uirgines uel uiduas auſus fuerit, capitis ſententia feriatur. Cùm etiam in Chronicis habeatur de uirginibus Gentiliū tempore, quæ ſe deæ Veſtæ ſacrauerant, pòſt miſſo propoſito, & corrupta uirginali gratia, legali ſententia uiuas in terra fuiſſe defoſſas. Si phana colentes, tali ſunt ſententia condemnatæ: quanto magis quæ in honorem Redemptoris ſui ſe ueſte mutauerint, & perſeuerare noluerint, grauem debent expectare ſententiam? ſicut in Arelatenſi ſynodo habetur inſertum: De puellis, quæ ſe uouerunt Deo, & præclari nominis decore floruerūt, ſi poſt 25. præſertim annos ætatis ad terrenas nuptias ſponte tranſierint, id cuſtodiendum eſſe decreuimus, ut cum his quibus ſe alligauerunt, cōmunione priuentur: ita ut eis poſtulantibus, pœnitentia nō negetur, cuius pœnitentiæ cōmunio multo tempore differatur, cùm etiā id in antiquis Mileuitanis canonibus fuerit ſtatutū. Item placuit, ut quicūq; epiſcoporū neceſsitate periclitantis pudicitiæ uirginalis (cùm uel petitor potens, uel raptor aliquis formidatur, uel ſi aliquo etiam mortis ſcrupulo periculoſo cōpuncta fuerit, ne non uelata moriatur, aut exigentibus parentibus, aut his ad quorum curam pertinet) uelauerit uirginem, ſeu uelauit intra 25 annos ætatis, nō ei obſit Conciliū, quod de iſto annorum numero conſtitutū eſt. Nos uerò quos lex perimi iubet, ſi cupiunt audire præconem, uolumus (ſi conuertantur) ut uiuant. Nam tunc perimendi ſunt oris gladio, & à communione priuādi, ſi relicta ſibi decreta ſeniorum obſeruare noluerint, & paſtorem ſuū audire deſpexerint, & ſe parare nouerint. Qui ergo in hac pertinacia perdurare uoluerint, & plus in uolutabro malæ conuerſationis permanere, quàm ſe de uetito coniugio ſeparare, perenni excommunicatione damnentur. Et quicunque epiſcoporum, aut presbyterorum, uel diaconorum, aut ſubdiaconorum, ab omnibus epiſcopis excommunicatus habeatur, & excludatur ab excuſationis adinuentione, quā modò aliquæ dicere meditantur, quod propterea ſe ueſte mutauerint, ne eas inferiores perſonæ macularent: cùm non ſolùm Domini glorioſæ memoriæ Childebertus & Clotharius reges, conſtitutionē legū de hac re cuſtodierint & ſeruauerint, (quā nūc Dominus Charibertus rex, ſucceſſor eorū, præcepto ſuo roborauit) ut null' illā nec puellā, nec uiduā, abſq; parentū uoluntate tradere aut accipere præſumat. Quęcunq; enim timet uiolētiā, & uult habere maritū, refugiat ad eccleſiā, donec propinqui poſsint eam Principis imperio, aut ſacerdotis uel eccleſiæ beneficio li-

berare & defenſare, ac cõdigno ſociare marito. Nã quæ ſe ueſte motauerit abſq; dolo, in eo propoſito quod diſpoſuit, perſeuerare procuret. Illud uerò quod aliqui dicunt, uidua quę benedicta nõ fuit, quare non debet maritũ accipere, cũ omnes ſciant quòd nunquã in canonicis libris legitur benedictio uidualis: quia ſolũ propoſitũ illi ſufficere debet, ſicut in Epaunenſibus canonib. à papa Auito, uel omnibus epiſcopis conſcriptũ eſt. Viduarũ cõſecrationẽ (quas diaconas uocant) ab omni religione noſtra penitùs abrogamus. Et expreſsius decretũ eſt in ſynodo Arelatenſi, profeſſas uiduas, ſi in incontinentia perſtiterint, cũ raptoribus eſſe dãnandas: In Prophetis legitur, quia de alienigenis, cõtra interdicta Dei, Hebræi ſortiti fuiſſent uxores, populũ Dei à gentibus ſuperatũ. Pòſt, prædicante propheta, quia dimiſère filios, & ſeparauerũt ſe ab illicitis cõiugijs, ſtatim uictoriã fuiſſe ſecutam. Quicũq; ergo de laicis ingenuus, cũ talibus excommunicatis participare præſumpſerit, excommunicatũ ſe eſſe cognoſcat. capite 12. 27. quæſtione. 1. quæ Chriſto. capite 13. 27. quæſtione 1. hæ uerò.

22. De inceſtis uerò cõiunctionibus cenſuimus, ſtatuta canonũ uetera non irrumpi. Satis enim facimus, ſi in hac parte ſtatuta priſca ſeruemus. Sed propterea fuit iterare neceſſarium, quia dicunt plures, quaſi illud per prædeceſſorũ negligentiã ſacerdotũ illis nõ fuiſſet apertũ. Sed reuerà mentiũtur, cum ſciamos tales ac tantos uiros nullatenus huic negligentiæ ſubiacuiſſe: ſed hoc, quod Scripturę ſanctę teſtantur, aſsiduè prędicaſſe. Propterea placuit etiã de uoluminibus librorũ pauca perſtringere, & canonibus inſerere, ut ſcripta lectio de alijs libris in unũ, recitetur ad populũ. Sic enim Dominus locutus eſt: Cuſtodite leges meas atq; iudicia, quæ faciens homo uiuet in eis. Ego Dominus: Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui nõ accedat, ut reuelet turpitudinem eius. Ego Dominus: Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non diſcooperies. mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris patris tui nõ diſcooperies: turpitudo enim patris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ ex patre, ſiue ex matre, quæ domi uel foris genita eſt, non reuelabis. Turpitudinem filiæ filij tui, uel neptis ex filia, non reuelabis: quia turpitudo tua eſt. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & eſt ſoror tua, non reuelabis. Turpitudinem ſororis patris tui, non diſcooperies: quia caro eſt patris tui. Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis, eo quòd ſit caro matris tuæ. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad uxorem eius qui tibi affinitate coniungitur. Turpitudinẽ nurus tuæ non reuelabis, quia uxor filij tui eſt, nec diſcooperies ignominiã eius. Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudo fratris tui eſt. Turpitudinem ſororis tuæ & filię eius non reuelabis. Filiam filiæ eius, & filiam filiæ illius non ſumes, ut reueles ignominiam eius: quia caro illius ſunt, & talis coitus inceſtus eſt. Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius. Cum uxore proximi tui non coibis, nec ſeminis commixtione maculaberis. Maledictus homo qui faciet ſculptile & conflatile, abominationem Domino, opus manuum artificum, ponetque illud in abſcondito: & reſpondebit omnis populus, & dicet, Amen. Maledictus qui non honorat patrem ſuũ, & matrem: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus eſt qui errare facit cæcũ in itinere: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli ac uiduæ: & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus, qui dormit cum uxore patris ſui, & reuelat operimentum lectuli eius: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui dormit cum ſorore ſua, filia patris ſui, ſiue matris ſuæ: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui dormit cum ſocru ſua: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus, qui clam percuſſerit proximũ ſuum: & dicet omnis populus, Amen. Itemq; ait ſacra ſententia legum, quæ in hac explicatione omni homini tam docto quàm indocto aperta eſt, ut quiſquis aut ſororem, aut filiam, aut certè gradu conſobrinam, aut fratris uxorem, ſceleratis ſibi nuptijs iunxerit, huic pœnæ ſubiaceat, & de tali conſortio ſeparetur, & reliqua. Item alia: Quæcunque mulier ſororis ſuæ maritum poſt mortem illius acceperit, uel ſi quis ex uiris, mortua uxore, ſororem eius alijs nuptijs ſibi coniunxerit, nouerit tali conſortio ſe eſſe notabilem. In ſynodo Aurelianẽſi, quã inuictiſsimus rex Clodoueus fieri ſupplicauit, ſic decretum eſt: Ne ſuperſtes frater torum defuncti fratris aſcendat, ne ue ſibi quiſpiam amiſſæ uxoris ſororem audeat ſociare. Quod ſi fecerint, Eccleſiaſtica diſtrictione feriantur. In Epaunenſibus canonibus à papa Auito uel reliquis epiſcopis conſtitutum eſt: Inceſtis coniunctionibus nihil prorſus ueniæ reſeruamus, niſi cum adulteriũ ſeparatione ſanauerint. Inceſtus uerò, nec ullo cõiugij nomine prędicandos, pręter illos quos dinumerare funeſtum eſt, hos

eſſe

eſſe cenſuimus. Vt ſi quis relictam ſratris, quæ penè ptius ſoror extiterat, carnali coniunctione uiolauerit: ſi quis inſuper germanam uxoris ſuæ acceperit: ſi quis nouercam duxerit: ſi quis cõſobrinę, ſobriuęq́; ſe ſociat, ab Eccleſia ſegregetur. Qđ ut à præſenti tẽpore prohibemus, ita ea quę ſunt anterius inſtituta, uõ ſoluimus, ue quis relictę auunculi miſceatur, aut patrui, aut priuignæ concubitu polluatur. Sanè quibus cõiunctio illicita interdicitur, habebũt ineũdi melioris cõiugij ſacultatẽ. In canonib. etiã Aruernẽſibus à beatiſsimis patrib. ſic habetur inſertũ: Si quis relictã ſtatris, ſororẽ uxoris, priuignã, cõſobrinam 'ue relictã: id eſt, patrui, uel auunculi, catnalis contagij macula crediderit uiolandã, & auſu ſacrilego autoritatẽ diuinę legis ac iuta naturę p̃ruperit, & cui charitatis ac pij affectua ſolatia exhibere debuerat, ſuorum hoſtis ac pudicitię expugnator, uim inferre tentauerit, Apoſtolicæ cõſtitutionis ſentẽtia feriatur. Et quãdiu in tanto uerſatur ſcelere, à Chriſtiano cœtu atq; conuiuio, & Eccleſiæ communione priuabitur. Nos hoc, quod patres noſtri ſtatuerũt, in omnibus roboramus: quia præcepto Domini, & Apoſtolo prædicante docemur, ut à nobis filij noſtri ſeueritate potius corrigantur, quàm ignaua tepiditate ad perpetrãda grauiora laxentur, ubi ait: Quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in charitate & ſpiritu manſuetudinis? Omnino auditur inter uos fornicatio: & talis fornicario, qualis nec inter gentes, ita ut nxorẽ patris ſui aliquis habeat. Et uos inflati eſtis, & non magis luctũ habuiſtis, ut tollatur de medio ueſtrûm qui hoc opus fecit. Ego quidẽ abſens corpore, præſens autẽ ſpiritu, iam iudicaui, ut prę ſens, eum qui ſic operatus eſt, in nomine Domini noſtri IESV Chriſti, congregatis uobis & meo ſpiritu, cũ uirtute Domini noſtri IESV Chriſti, tradere huiuſmodi hominem Satanæ, in iuteritũ carnis, ut ſpiritus ſaluus ſit in die Domini noſtri IESV. Ergo quia dixit Apoſtolus, Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti: nõ nos præſumptuoſos exiſtimet homo, ſi ſequentes Apoſtolũ, quenquã sb Eccleſia ſegregamus, donec reminiſcatur & reuertatur ad uitam, quã per Dominũ noſtrũ IESVM Chriſtũ & baptiſmũ meruit habere perpetuam: ne iam, peccato facienre, aut diabolo perſuſdente, perdat & baptiſmi gratiam, & uitam æternam.

23 Enimuerò quoniã cognouimus nõnullos inueniri ſequipedas erroria antiqui, qui calen. Ianuarij colunt, cùm Ianus homo gentilis fuerit, rex quidẽ, ſed deus eſſe uon potuit. Quiſquis ergo unũ Deũ patrẽ, regnantem cum filio & ſpiritu ſancto credit: certè hic nõ poteſt integer Chriſtianus dici, quia aliqua de gentilitate cuſtodit. Sunt etiã qui in feſtiuitate cathedræ diui Petri apoſtoli cibos mortuis offerunt: & poſt miſſas, redeuntes ad domos proprias, ad gentilium reuertuntur errores: & poſt corpus Domini, ſacratas dæmoni eſcas accipiunt. Conteſtamur illã ſolicitudinẽ tã paſtores qnàm preſbyteros gerere, ut quemcunq; in hac ſatuitate perſiſtere uiderint, uel ad petras, aut arbores, aut ad fontes deſignata loca gentiliũ perpetrare, quæ ad eccleſiæ rationẽ non pertinent, eos ab eccleſia ſaucta autoritate repellant: nec participare ſancto altari permittãt, qui gẽtiliũ obſeruationes cuſtodiũt. Quid enim dæmonibus cum Chriſto commune, cum magis ſumendo iudicium delicta uideatur addere, quàm purgare?

24 Et licet Ambroſianos habeamus hymnos in canone: tamẽ quouiã reliquorũ ſunt aliqui, qui digni ſunt forma, cantare uolumus libenter & amplecti eos, præterea quorum actorum nomina non fuerint in limine prænotata: quoniam quæ fidem conſtituerunt, diceudi rationi uon obſtant.

25 Illud quoq;, quanquã priori canonica ſit autoritate præfixũ, quod dũ intra ſe ſæuiunt Dñi noſtri, ac malorũ hominũ ſtimulo cõcitantur, & alter alterius rea rapida cupiditate peruadit: ne iſta caduca actione, quæ inter ſe aguntur, Eccleſiaſtica iura cõtingere aut cõtaminare pręſumãt, inuiolabiliter obſeruandũ cenſemus: ut quicunq; tam eccleſiæ quàm epiſcopi res proprias (quæ & ipſæ eccleſiæ noſcuntur eſſe, quas pontifex actoribus eccleſiæ dignoſcitur aſsignaſſe) uel abbatum aut monaſteriorũ ſiue presbyterorũ quaqua temeritate peruadere, cõpetere uel cõfiſcare pręſumpſerit, tunc reſeruato correctionis hoc loco, adhuc presbyter eiuſdẽ eccleſiæ, cuius intereſt, peruaſorẽ cõuenit admonere: & ſi reſtitutionẽ diſtulerit, adhuc quaſi filius ab omnib. fratribus ad reddẽdũ miſsis epiſtolis cõpellatur. Qui ſi ptinaciter in peruaſiõe perſtiterit, & ſe tollere poſt tertiã cõmonitionem de re illa aut eccleſiæ aut propria noluerit: conuenit omnes omnino una cõniuentia ſimul cum noſtris abbatib. ac presbyteris uel clero, qui ſtipendijs ex ipſo alimẽto paſcuntur, (quia arma nobis nõ ſunt alia) auxiliãte Chriſto, circũſepto clericali choro, necatori paupetũ, qui res peruadit eccleſię, Pſal. 108. dicatur: ut ueniat ſuper eum illa maledictio, quę ſuper Iudam uenit: qui dum loculos faceret, ſubtrahebat pauperum alimenta: ut non ſolũ excommunicationis, ſed etiã anathema moriatur, & cœleſti gladio feriatur, qui in deſpectu Dei & Eccleſiæ & pontificum in hac peruaſione p̃ſumit aſſurgere. Illud etiã annecti placuit, ut qui de fratrib. ad dandũ ſolatiũ uenire pro

certa infirmitatis neceſsitate non potuerit, abbates & presbyteros in uice ſua transmittat. Qui ſi præter certam infirmitatis excuſationem cõmonitus, aut uenire, aut tranſmittere noluerit, remotum ſe à fratrum charitate eſſe cognoſcat.

26 Placet itaque, ac omnibus nobis conuenit obſeruare, ut quia nonnulli memores ſui, per quaslibet ſcripturas pro captu animi, de facultatibus ſuis Eccleſijs contuliſſe probantur, quod à diuerſis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illi pertineat ad ruinam: nec intueri corde poſsint diem iudicij, dum nimiæ cupiditatis delectantur ardore. Quicunq; ergo immemor interitus ſui, res eccleſijs (ut ſuprà diximus) delegatas, iniuſtè poſsidens, præſumpſerit retinere: & ueritate comperta, res Dei ſeruis ſuis diſsimulauerit reformare, ab omnibus eccleſijs ſegregatus, à ſancta communione habeatur extraneus: nec aliud mereatur habere remedium, niſi cum culpam propriam rerum emendatione purgauerit. Indignè enim ad altare Domini propinquare permittitur, qui res eccleſiaſticas & audet rapere, & iniuſtè poſsidere, ac in iniqua defenſione perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi ſunt, qui eorum taliter alimenta ſubtraxerint. Sacerdotalis tamen debet eſſe prouiſio, ut uindictam admonitio maniſeſtè præcedat, ut res uſurpatas ſi iniuſtè quis tulerit, adhibita æquitate reſtituat. Quod ſi neglexerit, & neceſsitas compulerit, poſtea prædonem ſacerdotalis diſtrictio maturata percellat: neq; quiſquam per interregna res Dei nitatur deſenſare, quia Dei potentia cunctorum regnorum terminos ſingulari dominatione concludit.

27 Vt iudices aut potentes, qui pauperes opprimunt, ſi commoniti à pontifice ſuo, ſe non emendauerint, excommunicentur.

28 Cauta enim eſt in ſalute prouiſio, ad effugiendum culpam delicti, aditum delinquendi repellere. Nullus epiſcoporum de ordinationibus clericorum præmia præſumat exigere: quia non ſolũ ſacrilegũ, ſed & hæreticum eſt, (ſicut in dogmatibus eccleſiaſticis habetur inſertũ) ad ordinandum clericum, per ambitionem (ad imaginem Simonis Magi) pecuniam offerre ſacerdoti. quia dicitur: Gratis accepiſtis, gratis date. Et cum talis ſit qui gratiam Dei à ſacerdote æſtimat precio comparari, qualis ille qui uendit, uterque uſque ad ſynodum ab eccleſia ſegregetur.

¶ Notaui ſub die 15. Decembris, anno ſexto, regni Domini noſtri Chariberti glorioſiſsimi Regis. Prætextatus, etſi peccator, in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Rothomagenſis, hunc conſenſum noſtrum ſecundum patrum ſtatuta, relegi, conſenſi, & ſubſcripſi, ſub die decimaquinta Calendis Decembris, Turonis. Germanus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Felix Bituricenſis eccleſiæ epiſcopus, peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Caletricus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Domitianus Tungrenſis eccleſię epiſcopus, peccator, cõſenſi & ſubſcripſi. Victurius peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Domnulus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Leudebandus peccator, conſenſi & ſubſcripſi.

### SYNODVS PARRHISIenſis.

PArrhiſij, tempore Pelagij primi, ut refertur in tomo ſecundo Conciliorum, conuenerunt quidam Galliæ epiſcopi, & nouẽ condiderũt Canones, in hunc modũ.

1 Placet, ut omnibus nobis conuenit obſeruare, ut quia nonnulli memores ſui, per quaslibet ſcripturas pro captu animi, de facultatibus ſuis eccleſijs aliquid contuliſſe probantur: quod à diuerſis Deum minus timentibus, eatenus mortifera calliditate tenetur, ut aliorum oblatio illis pertineat ad ruinam: nec intueri corde poſſunt diem iudicij, dum nimiæ cupiditatis delectentur ardore. Quicunque ergo immemor interitus ſui, res eccleſię (ut ſuprà diximus) delegatas, iniuſtè poſsidens, præſumpſerit retinere: & ueritate comperta, res Dei ſeruis ſuis diſsimulauerit reformare, ab omnibus eccleſijs ſegregatus, à ſancta communione habeatur extraneus, nec aliud mereatur habere remedium, niſi culpam propriam rerum emendatione purgauerit. Indignè enim ad altare Domini properare permittitur, qui res eccleſiaſticas & audet rapere, & iniuſtè poſsidere, ac in iniqua defenſiõe perdurat. Necatores enim pauperum iudicandi ſunt, qui eorũ taliter alimenta ſubtraxerint. Sacerdotalis tamẽ debet eſſe prouiſio, ut uindictam admonitio maniſeſta præcedat: ut ſi res uſurpatas iniuſtè quis tulit, adhibita æquitate reſtituat. Quòd ſi neglexerit, & neceſsitas compulerit, poſtea prædonem ſacerdotalis districtio maturata percellat, neque quiſquam per interregna res Dei deſenſare nitatur: qui Dei potentia, cũctorum regnorum terminũ ſingulari dominatione concludit. Quod ſi præſumpſerit, & ipſius offenſam, & prædictæ damnationis periculum ſuſtinebit. Competitoribus etiam huiuſmodi ſren[illegible]m d[illegible]ictionis imponimus, qui ſacultates eccleſię [illegible]b ſpecie largitatis regiæ, improba ſurreptione peruaſerint. Sera namque de his rebus pœnitudine cõmouemur, cum iam anteactis tẽporibus contra huiuſmodi perſo-

nas

nas, Canonũ ſuffulti præſidio, ſe ſacerdotes Domini erigere debuiſſent, ne manſuetudo indulgentiæ ad ſimilia perpetranda, improborum audaciam adhuc quotidiè prouocare: ſed nunc tardè iniuriarum mole depreſsi, damnis quoq; dominicis compellentibus, excitamur. Quòd ſi is cui res Dei competit, in alijs quàm ubi res agitur, maximè ſolet territorijs commorari, ſacerdotem loci illius ubi habitat epiſcop', illi huiuſmodi priuatæ cõtemptus neglecta perſona, literis mox reddat inſtructũ: tunc antiſtes, ipſius fratris anxietate cõperta, aut peruaſorẽ admonitione corrigat, aut Canonica diſtrictione condemnet. Accidit autẽ, ut temporibus diſcordiæ ſupra permiſsionem bonæ memoriæ Clodouæi regis, res eccleſiarum aliqui cõpetiſſent, ipſasq; res inuaſatas, improuiſa morte collapſi, proprijs hæredibus reliquiſſent: placet & hos quoq;, niſi res Dei, admoniti à pontifice, agnita ueritate reddiderint, ſimiliter à ſanctæ cõmunionis participatione ſuſpendi: quoniam res Dei, quæ anteceſſores eorũ immatura morte credendi ſunt peremiſſe, non debent filij ulterius poſsidere. Iniquum eſſe cenſemus, ut potius cuſtodes chartarũ, per quas aliquid eccleſijs à fidelibus perſonis legitur derelictum, quàm defenſores rerum creditarum (ut pręceptum eſt) iudicemur.

2 Et quia epiſcoporũ res propriæ, Eccleſiarũ res eſſe noſcuntur, ſi in eorum facultatibus ſimili fuerit facultate graſſatũ, peruerſores rerum memoratarũ, canonũ diſtrictione feriãtur: ut dum uindicta corrigit, qui nõ motibus proprijs, ac nulla cõſcientiæ caſtigatione corripitur, ſaltẽ regulę obtundatur aculeis. Perpetuo enim anathemate feriatur, qui res confiſcare, aut cõpetere, aut peruadere periculoſa infeſtatiõe pręſumpſerit.

3 Et quia exempla boni operis, à pontificibus debent primùm (Chriſto opitulante) procedere, nullus epiſcopus res competat alienas: aut ſi competitas aut à ſe, aut ab anteceſſore ſuo fortè quis poſſedit, domino proprietatis poſſeſsionem propriam, abſq; præiudicio liberalitatis regiæ, integra reformatione reſtituat: ut quia Deus dona improbat iniquorum, non ad iudicium ſuum, Eccleſiæ res exteras derelinquat.

4 Conuenit etiam uniuerſis fratribus, ut non ſolum præſentium rerum actus, ſed & animarum quoq; debeant præparare remedia. Nullus ergo illicita coniugia, contra pręceptum Domini, ſortiri pręſumat: id eſt, fratris relictam, nec nouercam ſuam, relictamq; patrui, uel ſororem uxoris ſuæ ſibi audeat ſociare, neq; auunculi quoque, quæ relicta eſt, neq; nurus ſuę uel materterę coniugio potiatur. Pari etiã conditione à coniugio amitę priuigniæ, ac filię priuignæ coniunctionibus præcipimus abſtinere.

5 Sacrarum etiam uirginum neq; per raptum, neq; per competiones aliquas, quiſquã coniugia ſortiatur. Similiter de earum cõiunctionibus abſtinendũ, (& hi qui eas rapere aut competerẽ uoluerint, à communione ſunt remouendi) quæ ueſtium commutatione, tam uiduæ quàm puellæ, religionẽ, pœnitentiam aut uirginitatem publica declaratione fuerint profeſſę. Quòd ſi contra dicta quis uenerit, & ſacerdotem ſuũ audire neglexerit, & in pręſenti à communione catholicę Eccleſię habeatur extraneos, & perpetuo anathemate feriatur.

6 Et quia utilium rerum cœpit cauſa tractari, hoc uniuerſitas præcauere quoq; debet, tam ſacerdotes quàm principes, omniſque populus, ut nullus res alienas competere à regis audeat poteſtate. Nullus uiduam, neque filiam alterius extra uoluntatem parentum, aut rapere præſumat, aut regis beneficio æſtimet poſtulãdam. Quòd ſi fecerit, ſimiliter ab Eccleſiæ communiõe remotus, anathematis dãnatione plectatur.

7 Et quia uniuerſis ſacerdotibus ita conuenit, ut ſi quis de eis pro contemptu canonum, aut peruaſione rerum eccleſiaſticarum, à communione eccleſiæ aliquem fortaſſe ſuſpenderit, à nullo penitùs epiſcopo recipi præſumatur. Quod ſi factum fuerit, is qui eum contra indicta receperit, à fratrum ſuorum erit cõcordia ſeparatus, & æterni iudicis in futurum (ut confidimus) iracundiam ſuſtinebit.

8 Et quia in aliquibus rebus conſuetudo priſca negligitur, ac decreta canonũ uiolantur, placuit ut iuxta antiquã conſuetudinẽ, Canonũ decreta ſeruentur. Nullus ciuibus inuitis ordinetur epiſcopus, niſi quem populi & clericorũ electio pleniſsima quæſierit uoluntate: non principis imperio, neq; per quamlibet conditionem, contra metropolis uoluntatem, epiſcoporum comprouincialium ingeratur. Quòd ſi per ordinationem regiam honoris iſtius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præſumſerit, à comprouincialibus loci ipſius epiſcopus recipi nullatenus mereatur, quem indebitè aſſumptum agnoſcunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta præſumpſerit, ſit à fratribus omnibus ſegregatus, & ab ipſorum omnium charitate remotus. Nam de actis ordinationibus pontificum ita conuenit, ut coniuncti metropolitanus cum ſuis comprouincialibus epiſcopis, uel quos uicinos epiſcopos eligere uoluerit, in loco ubi conuenerit, iuxta antiqua ſtatuta canonum, omnia cõmuni conſilio & ſententia decernantur.

De genera-

De generalibus ſeruis, qui ſepulchris defunctorum pro qualitate ipſius miniſterij deputantur, hoc placuit obſeruari, ut ſub qua ab actoribus fuerint cōditione dimiſsi, & ſiue hæredibus, ſiue eccleſiæ pro defenſione fuerint deputati, uoluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conſeruari. Quòd ſi eccleſia eos de fiſci functionibus in omni parte defenderit, tā illi quàm poſteri eorum eccleſiæ defenſione in omnibus potiantur, & occurſum impendant. Et quia huic definitioni cuncti fratrum intereſſe minimè potuerunt, hoc omnis congregatio ſacerdotum Chriſto propitiante decreuit, ut conſtituto præſens à quantis oblata fuerit, ſubſcriptionibus tamen eorum debeat probari, quatenus in hoc quod ab uniuerſis obſeruādū eſt, uniuerſitas debeat cōſentire.

*Subſcriptiones epiſcoporum.*

Probianus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Bituricenſis, conſenſi & ſubſcripſi. Prætextatus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Rothomagenſis, conſenſi & ſubſcripſi. Chardaricus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Domitianus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Chaletricus peccator, cōſenſi & ſubſcripſi. Eufronius peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Edibios peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Felix peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Ferrocinctus in Chriſti nomine epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Gonothigernus peccator, cōſenſi & ſubſcripſi. Leontius in Chriſti nomine epiſcopus, conſenſi & ſubſcripſi. Germanus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Laſciuus peccator, conſenſi & ſubſcripſi. Paternus peccator, conſenſi & ſubſcripſi.

ALTERA PARRHISIENſis Synodus.

IN eodem uolumine fragmentū quoddā alterius Parrhiſienſis Synodi, habitæ regnante Childeberto, proponitur, in qua de geſtis Saphorici epiſcopi, olim propter ſua quædam ſcelera damnati, & in monaſteriū incluſi, repetita eſt inquiſitio.

SYNODVS GRADENSIS.

SYnodus Gradenſis collecta eſt ex epiſcopis uiginti, iuſſu Pelagij ſecundi, anno Domini 580. iuxta Sabellicum Enneade octaua, libro quinto. In ea autem patres Pelagij diplomate recitato, patriarchatus Aquileienſis Gradum tranſlatus eſt, omniū conſenſu, propter incurſiones uarias Barbarorum: & Helias ex Aquilaienſi antiſtite Gradenſis eſt renunciatus. Id decretum etiam à Tyberio Auguſto confirmatum eſt, ut ſcribit Matthæus Palmerius.

SYNODVS BRENNIACENSIS.

CHilpericus apud uillam Brennacum, ex epiſcopis Galliæ coegit ſynodum, hanc ob cauſam.

Leudaſtes Comes, adiuncto ſibi Ricalpho presbytero Gregorij Turonenſis, homine peruerſo, & ſuo epiſcopo aduerſante, detulerat Gregorium apud Chilpericum, quaſi dixiſſet reginam Fredegundam adulterium cum epiſcopo Bertranno cōmiſiſſe.

Cum patres conſediſſent, unà cum Rage Bertrannus Burdegalenſis epiſcopus cauſam proponit, & Gregorium Turonenſem ob falſum crimen accuſat. Ille uerò negat: & publico rumore populi probar ſe innocētem eſſe, nec talia dicere ulla ratione potuiſſe. Rex reſpondet, ſe teſtibus probare poſſe. Verùm ſynodū debere prius ſuam proferre ſententiam, an contra epiſcopum teſtes admitti debeant, an uerò ſoli aſſertioni epiſcopi credendum.

Patres mirantur Regis patientiam & prudentiam: & reſpondent, non poſſe perſonæ inferiori contra epiſcopum teſtanti, tutò fidem adhiberi. Sed debere Gregorium in tribus altaribus miſſas dicere, ſeq; iuramēto de obiecto crimine purgare. Quod cum feciſſet, ſynodus in accuſatorem epiſcopi pœnā excommunicationis ſtatuit: & epiſtolam ea de re ad alios epiſcopos, qui non adfuerāt, tranſmiſit. Turonenſis libro quinto, capite quadrageſimonono.

SYNODVS TOLETANA.

REcaredus rex Hiſpanorum, Toletano conuentu duorum & ſexaginta antiſtitum induſtria Hiſpalenſis epiſcopi facto, Arianam hęreſin abdicauit, & orthodoxam fidem cum tota gente Veſigottorum complexus eſt, circa annum Domini 545. Imperij uerò Mauricij duodecimo: ut referunt Sigebertus in Chronico, Henricus de Erfordia, Blondus decadis primæ libro octauo, Sabellicus Enneadis octauę lib. quinto. ſeu octauo Mauricij, ſecundum Bedam. Ioannes de Oppido, uidetur ſub Tyberium eam referre.

SYNODVS CONSTANTInopoleos.

COnſtātinopoli celebrata eſt Synodus imperante Mauricio. Cauſam prębuit Gregorius Antiochenus, quem Aſterius Orientis princeps, & ciues quidam nobiliores Antiocheni accuſauerant de adulterio, & quòd annonæ fertilitatem & copiam labefactaſſet. Res erat initiò commiſſa Ioanni Aſterij ſucceſſori: ſed coram illo ſeſe purgauit Gregorius, de crimine ob annonam. de altero uerò crimine appellauit ad Imperatorem & Synodum.

Genuecati

Conuocati itaq; ſunt patiarchæ, metropolitani, comprouinciales. Gtegorius uſus Euagrij opeta, in ſenatu epiſcoporum ſuam cauſam agit, & de obiectis ſeſe plenè purgat. Actore non probante quod obiecerat, reus abſoluitur: & accuſatot iuxta leges Impenales netuis cæſus, & in ciuitate circumductus, in exilium pellitur. Euagrius libro ſexto, capite ſeptimo.

In eadem etiam ſynodo Ioannes Cōſtantinopolitanus epiſcopus, Oecumenici epiſcopi nomen ſibi cooſenſu patrum artogauir: ut patet ex Gregorij libro quatto, indictione decimatertia, epiſtola trigeſimaſexta.

Quod poſterius decretū Pelagius ſecundus irritum fecit: & miſſo archidiacono, miſſarum 'ſolennia Conſtantinopoli celebrare prohibuit. Idem libro quatto, indictione decimatertia, epiſtola trigeſimaoctaua. Et poſtea Gregorius io citatis epiſtolis, ut impiū & Anrichriſtianum oppugnauit: & Alexandrino & Antiocheno & alijs epiſcopis præcepit, ne illam Conſtantlnopoleos epiſcopi ſuperbiam ullo modo approbatent. Meminit etiam huius ſynodi Blondus, decadis ptimæ libro octauo.

SYNODVS HISPA-
*lenſis.*

QVinto anno Reccaredi, Hiſpaoiæ regis, Hiſpali in ſyoodum coioerunt Leandet, Agapius, Stephanus, Baſilius, Velatus, Fintitio & Petrus: & de dectetis ſuis ad Pegaſium epiſcopum in hunc modum perſcripſerunt.

¶ Domino ſancto & reuerentet à oobis honorando, chariſsimo fratri Pegaſio epiſcopo, Leander, Ioannes, Agapius, Stephanus, Baſilius, Velatus, Fintitio & Petrus, epiſcopi, qui unà io utbe Spalenſi aſſuimus, ſanctitatem toam charitatis ſtudio ſalutantes, ptecamut Dominum, qui nos de ſalute mutua uel uiſione lætificare dignetut, te læ tum multo conſeruet in tempore.

*Capitulum primum.*

Intetea conſidentibus nobis in eccleſia Spalenſi, ſancta Hieruſalem, bteuem mancipiorum eccleſiæ, quæ liberaſſe uiſus fuerat deceſſor tuus ſanctæ tecordarionis Gaodentius epiſcopus, ueſtri nobis diacooi obtulerunt: & non ſolum quæ liberauerat, ibidem relegimns, ſed etiam quæ ptoximis ſuis de familijs eccleſiæ donauetat, in eadem breui inuenimus annotata. Qua de re caoonom ioſtituta cooſuluimus, ſi talis libertas aut ttaoſactio potniſſet eſſe ſtabilis. Comperimus autem in canone, ut epiſcopns qui res proprias, excepto ſilijs & nepotibus, alteri, & non eccleſiæ ſuæ, dimiſerit: quicquid de eccleſiæ rebus aut donauit, aut uendidit, aut quoquo modo ab eccleſia tranſtnlit, irritum haberetut. Et ideo ſi præceſſoris tui Gaudentij epiſcopi eccleſia ueſtra non poſſidet, liberi qui ab eo facti ſunt, non ſunt legitimè abſoluti. Cęterùm ſi res illius in compenſationem eccleſiæ ueſtræ deſetuiunt, illi prorſus maneant liberi. Nam (ut dictum eſt) ſi ptæſtitum de tebus ſuis non fecir, tale damnum utiq; ferre non debuit. Propterea ergo de uno conſenſu omnes ſignificamus, magis humanius quàm ſeuerius cogitantes, ut hi quos conſtat tali cōditione fuiſſe liberatos, in iure eccleſiæ maneant ut idonei: & peculium ſuum oon alijs perſonis, ſed tantū filijs ſuis derelinquant. Ipſis quoque filijs & oepotibus, cum peculijs ipſorū quaſi idoneis, in iute eccleſiæ permanentibus, in extraneam eis non liceat perſonam quippiam ttanſmittere. Si qui eorum ſine hærede deceſſerint, peculium eorum ſanctæ proficiat eccleſiæ.

2 Ea uerò maocipia quæ memotatus de iute eccleſiæ ſublata, ſuis ptoximis contulit, ſi ſimilia de ptoprio ſuo eccleſiæ ipſi non compenſauit, eccleſia ueſtra abſq; aliqua oppoſitione recipiat. Hanc fotmam non ſolū ueſtra, hoc eſt Aſtigitana ſetuabit eccleſia: ſed & omnes qui per omnem Bœticam ptouinciam tali conditiooe uel ſorte de iure eccleſiæ commeatuot, pari ſententiæ ſubiacebunt. Durum eſt enim, atq; irreligioſum, ut epiſcopus, qui Eccleſiaſticis ſtipendijs uiuit, & ptoptietatem ſuam lucris eccleſiæ minimè confert, aliotum oblationes à iure Eccleſiaſtico priuet.

3 Intet cætera uerò cognoſcite, à nobis hoc defioitum pto abolendis maculis clericorum: quia quidam epiſcoporum, non obſeruantes nupet edictum concilij Toletani decretū, minus ſoliciti in ſubiectis exiſtunt. placuit ptoiode, ut ſi presbyter, diaconi uel clerici conſortia extranearum fœminarum, uel ancillarum familiaritatem per ſacerdotis ſui admonitionem à ſe minus remouerint, ſeculi iudices eaſdem mulieres cum oolnntate & petmiſſu epiſcopi compteheoſas, in ſuis lucris uſurpent: ut uitium hoc, dum ſacetdos inhibere non præualet, poteſtas iudicialis coetceat: dato tamen ab eiſdem ludicibus ſacramento epiſcopo, ut eas clericis nulla arte reſtituant. Quòd ſi reſtituerint, ipſi iudices ſeotentia excommunicationis feriantur. Mulieribus oerò illis, iuxta priores canones à ſacetdote diſtractis, ptecium earum indigentibus diſpenſetut. Quæ ſtatuta manu noſtra ſubſcripſimus, Data ad ſanctitatem neſtram die ſecnndo nonas Nouembtis, anno quinto glorioſi domini noſtri Reccaredi regis, Aera 628. Leandet eccleſiæ ſanctæ Spalenſis epiſcopos, hanc con-

ſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi. Ioannes epiſcopus Agabrenſis, hanc conſtitutionem confirmaui, & ſubſcripſi. Agapius eccleſiæ ſanctæ Cordubenſis epiſcopus, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi. Stephanus epiſcopus Eliberitanus, hanc conſtitutionem firmaui, & ſubſcripſi. Baſilius epiſcopus Ilipenſis, hanc conſtitutionem firmaui & ſubſcripſi. Velatus epiſcopus Tuccitanus, hanc conſtitutionem firmaui & ſubſcripſi. Petrus epiſcopus Iliberitanus, hanc conſtitutionem firmaui & ſubſcripſi. Fintitio epiſcopus Italicenſis, hanc conſtitutionem firmaui & ſubſcripſi.

## TOLETANA TERTIA SYNODVS,

*Sub Pelagio ſecundo.*

ANno quarto regis Richaredi ſeu Ricaredi, tertia Toletana ſynodus celebrata eſt, Anno imperij Mauricij octauo, iuxta Bedam: Domini uerò 545, iuxta Sigeberti Chronicon.

Conuenerunt epiſcopi iuſſu regis ſatis multi, quorum nomina poſtea ſubijciemus.

Occaſionem præbuit conuerſio Richaredi, qui hactenus fuerat Arianus: nunc uerò agnita ueritate, orthodoxam fidem amplecti, eamq; per totum ſuum regnum promulgare in uotis habebat.

Cum patres conſediſſent, Rex initium ſynodi fecit, in hunc modum loquens: Non incognitum reor eſſe uobis, reuerendiſsimi ſacerdotes, quòd propter inſtaurandam diſciplinæ eccleſiaſticæ formam, ad noſtræ uos ſerenitatis præſentiam euocauerim: & quia decuſſis retrò temporibus hæreſis imminens in tota eccleſia catholica agere ſynodica negocia denegabat, Deus, cui placuit per nos eiuſdem hæreſis obicem depellere, admonuit inſtituta de more eccleſiaſtico reparare. Ergo ſit uobis iucunditatis, ſit gaudij, quòd mos canonicus proſpectu Dei per noſtram gloriam ad paternos reducitur terminos. Prius tamen admoneo pariter & adhortor, ieiunijs uos & uigilijs atq; orationibus operam dare, ut ordo canonicus, quem à ſacerdoralibus ſenſibus detraxerat longa ac diuturna obliuio, quam ætas noſtra ſe neſcire fatetur, diuino dono uobis rurſus pateſiat. Adhæc autem gratias Deo agentes, & religioſiſsimo principi, uniuerſo concilio in laudibus acclamante, triduanum eſt exinde prædicatum ieiunium. Sed cum die octaua iduum Maiarum in unum cœtum Dei ſacerdotes adeſſent, & oratione præmiſſa, unuſquiſq; ſacerdotum competenti loco reſediſſet, ecce in medio eorum affuit sereniſsimus princeps, ſeq; cum Dei ſacerdotibus orationi communicans, diuino deinceps flamine plenus, ſic ad loquendum exorſus eſt, dicens: Non credimus ueſtram latêre ſanctitatem, quanto tempore in errore Arianorum laborarit Hiſpania, & non multos poſt deceſſum genitoris noſtri dies, quibus nos ueſtra beatitudo fidei ſanctę catholicæ cognouit eſſe ſociatos, credimus generaliter magnum & æternum gaudium habuiſſe. & ideo uenerandi patres, ad hanc uos peragendam congregauimus ſynodum, ut de omnibus nuper aduenientibus ad Chriſtum, ipſi ęternas Domino gratias deferatis. Quicquid uerò uerbis apud ſacerdotium ueſtrum nobis agendum erat de fide atque ſpe ueſtra, quam gerimus, in hoc Tomo conſcripta atq; allegata, nota facimus. Relegatur ergo in medio ueſtri, & in iudicio ſynodali examinata per omne ſucciſiuũ tempus gloria noſtra, & eiuſdẽ fidei teſtimonio declarata clareſcat. Suſceptus eſt autẽ ab omnibus Dei ſacerdotibus, offerente rege, ſacroſanctæ fidei tomus: & pronunciante notario clara uoce, recenſitus eſt ita.

2 Quamuis Deus omnipotens, pro utilitatibus populorum, regni nobis cultum ſubire tribuerit, & moderamen gentium nõ paucarum regiæ noſtræ curæ commiſerit, meminimus tamen nos mortalium conditione perſtringi: nec poſſe felicitatem futuræ beatitudinis aliter promereri, niſi nos cultui ueræ fidei deputemus: & conditori noſtro ſalutis confeſsione, qua dignus eſt ipſe, placeamus. Pro qua re, quanto ſubditorum gloria regali extollimur, tanto prouidi eſſe debemus in his quæ ad Deum ſunt, uel noſtrã ſpem augere, uel gentibus nobis à Deo creditis conſulere. Cæterùm quid pro tantis beneficiorum collationibus omnipotentiæ diuinæ ualemus tribuere, quando omnia ipſius ſunt, & bonorũ noſtrorum nihil egeat: niſi ut in eum ſic tota deuotione credamus, quemadmodum per Scripturas ſacras ſeipſum intelligi uoluit, & credi præcepit? id eſt, ut confiteamur eſſe patrem, qui genuerit ex ſubſtantia ſua filium ſibi & coęqualem & coæternum? Non tamen ut idem ipſe ſit natus & ingenitus: ſed perſona alius ſit pater, qui genuit: alius ſit filius, qui fuerit generatus: unius tamen uterque ſubſtantiæ in diuinitate ſubſiſtat. pater, ex quo ſit filius, ipſe uerò ex nullo ſit alio: filius, qui habeat patrem, ſed ſine initio, & ſine diminutione, in ea qua patri coæqualis & coæternus eſt, diuinitate ſubſiſtat: ſpiritus quoque ſanctus confitendus à nobis eſt & prædicandus, à patre & filio procedere, & cũ patre & filio unius eſſe ſubſtantiæ: tertiam uerò in Trinitate ſpiritus ſancti eſſe perſonam, qui tamen communionem habet cum patre & filio diuinitatis eſſentia. Hæc enim ſancta Trinitas, unus Deus eſt, pater & filius & ſpiritus ſanctus: cuius

uius bonitate hominis licet bona ſit condita creatura, per aſſumptam tamen à filio humani babitus formam, à damnata progenie reformamur ad beatitudinem priſtinam. Sed ſicut ueræ ſalutis indicium eſt, trinitatem in unitate, & unitatem in trinitate ſentire: ita erit conſummata iuſticia, ſi eandem fidem intra uniuetſalem eccleſiam teneamus: & Apoſtolicam unitatem, in Apoſtolico poſiti fundamento ſeruemus. Tamen uos Dei ſacerdotes meminiſſe oportet, quantis bucuſq; eccleſia Dei catbolica pet Hiſpaniaa aduerſæ partia moleſtijs laborauerit, dum & catbolici conſtantet fidei ſuæ tenerent ac defendetent ueritatem, & bæretici pertinaciori animoſitate propriæ niterentur perfidiæ: me quoq;, ut reipſa conſpicitis, calore fidei accenſum in boc Domioua excitauit, ut depulſa obſtinatione infidelitatia, & diſcordiæ ſubmoto furore, populum qui ſub nomine teligionis famulabatur errori, ad agnitionem fidei & eccleſiæ catbolicæ conſortium reuocarem. Adeſt enim omnia gens Gotthorum ioclyta, & ferè omnium gentiom genuina uitilitate illuſtrata, quæ licet ſuorum prauitate doctorum à fide hactenua uel unitate eccleſiæ catholicæ fuerit ſegregata, toto nunc tamen meo aſſenſui concordans, eiua eccleſiæ communiomi participarur, quæ diuerſarum gentium multitudinem matetno in ſinu ſuſcipit, & charitatis uberibua nutrit. De qua, propheta canente, dicitur: Domus mea, domus orationis uocabitut omnibus gentibus. Nec enim ſola Gottborum conuerſio ad cumulum noſtræ mercedia acceſsit: quinimo & Sueuorum gentis infinita multitudo, quam præſidio cœleſti noſtro regno ſubiecimua, alieno licet uirio in hæreſim deductam, noſtro tamen ad ueritatia originem ſtudio reuocauimus. Proinde, ſanctiſsimi patrea, has nobiliſsimas geotes, quæ Dominicis luctis per nos applicatæ ſunt, quaſi ſanctum & placabile ſacrificium, per ueſtras manus æterno Deo offero. Erit enim mihi immarceſsibilis corona uel gaudium in retributione iuſtorum, ſi hi populi, qui noſtra ad unitatem eccleſiæ ſolertia tranſcurteriot, fundati ioeadem & ſtabiliti permaneãt. Sicut enim diuino nutu noſtræ cutæ fuit, hos populos ad unitatem Chriſti & eccleſiæ pertrabere: ita ſit ueſtrę docibilitatis, eos catholicis dogmatibus inſtruere, quo in tota cognitione ueritatia ioſtructi, nouerint ex toto & ſolido errotes petnicioſos reſpuere, & ueræ fidei tramitem ex charitate retinere, uel catholicæ eccleſiæ communionem deſiderio auidiore complecti. Cæterùm, ſicut facilè ad ueniam perueniſſe confido, quod neſcia hucuſq; tam clariſsima etrauerit gena: ita grauius eſſe non dubito, ſi agnitam ueritatem dubio corde teneat, atq; à patenti lumine (quod abſit) oculoa ſuos auertat. Vnde ualde peroeceſſarium eſſe perſpexi, beatitudinem ueſtram in unum conuenire, habens ſententiæ Dominicæ fidem, qua dicit: ubi fuerint duo uel tres collecti in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. Credo enim, beatam ſanctæ Trinitatis diuinitatem huic ſancto intereſſe concilio. Et ideo, tanquam ante conſpectum Dei, ita in medio ueſtri fidem meam protuli, cooſcius admodum ſententiæ diuinæ, dicentia: Non celaui miſericordiam tuam, & ueritatem tuam à congregatione multorum. Vel apoſtolum Paulum, Timotheo diſcipulo præcipientem, audiui: Certa bonum certamen fidei, apprehende uitam æternam, in qua uocatus es, confeſſus bonam confeſsionem coram multis teſtibus. Vera eſt enim Redemptotis noſtri ex euangelio ſenteotia, qua cõfiteotem ſe coram bominibus, confiteri dicit coram patre: & negantem ſe, eſſe negaturum. Expedit enim nobis, id ore profiteri quod credimus corde, ſecundũ cœleſte mandatum, quo dicitur: Corde enim creditur ad iuſticiam, ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Proinde, ſicut anathematizo Arrium cum omnibus dogmatibus & complicibus ſuis, qui unigenitum Dei filium à paterna degenerem aſſerebat eſſe ſubſtantia: nec à patre genitum, ſed ex oihilo dicebat eſſe creatum: uel omnia concilia malignantium, quæ aduerſus ſanctam ſynodum Nicenam extiterunt: ita in honorẽ & in laudem Dei, fidem ſanctam Niceni obſeruo concilij, & bonoro ea quæ contra eundem rectæ fidei peſtem Arrium, trecentorum decem & octo ſancta epiſcopalis ſcripſit Synodus. Amplector itaq; & teneo fidem centum quinquagiota epiſcoporum Conſtantinopoli congregatorum, quæ Macedonium ſpiritus ſancti ſubſtantiam minorantem, & à patria & filij unitate & eſſentia ſegregantem, iugulo ueritatis interemir. Primæ quoq; Epheſinæ ſynodi fidem, quæ aduetſus Neſtorium, eiusq́ue doctrinam lata eſt, credo pariter & honoro. Similiter & Chalcedonenſia concilij fidem quam plenam ſanctitate & eruditione aduetſua Eurychen & Dioſcorum protulit, cum ommi eccleſia catholica reuerenter ſuſcipio. Omnium quoq; orthodoxorum uenerabilium ſacerdotum concilia, quæ ab ipſis ſuprà ſcriptis quatuor ſynodis, fidei puritate non diſſonanr, pari ueneratione obſeruo. Properet ergo reuerentia ueſtra, fidem hanc noſtrã canonicia applicare monimentis, ut ab epiſcopis uel religioſis & gentis noſtræ primoribus ſolertet fides, quam in eccleſia catholica crediderunt, legatut. Quam

renouatam, & apicibus uel eorum ſuperſcriptionibus roboratam, futuris olim temporibus in teſtimonium Dei atq; omnium fidelium reſeruate: ut gentes, quas in Dei nomine regia poteſtate præcellimus, & quæ relicto antiquo errore per unctionem ſacroſancti chriſmatis, uel manus impoſitionem paracletum intra Dei Eccleſiam perceperũt ſpiritum, quem unum & æqualem cum patre & filio confitentes, eiusque dono in ſinu eccleſiæ ſanctæ catholicæ collocatæ ſunt. Q[uo]d ſi eorum aliqui hanc crudelitatem & ſanctã confeſsionem noſtram minimè credere uoluerint, iram Dei cum anathemate æterno ſuſcipiant, ut de interitu ſuo fidelibus gaudium, infidelibus ſint in exemplum. Huic uerò confeſsioni meæ, ſanctarum Scripturarum & Conciliorum conſtitutionibus conſentiens, teſtimonio diuino tota cordis ſimplicitate ſubſcripſi.

*Tractatus Chalcedonenſis Concilij.*

¶ Ego Recharedus rex, fidem hanc ſanctam & ueram confeſsionem, quam unà per totum orbem catholica confitetur eccleſia, corde retinens, ore confirmans, mea dextera Deo protegente ſubſcripſi. Ego Badda glorioſa regina, hanc fidem quam credidi & ſuſcepi, manu mea de toto corde ſubſcripſi. Tunc acclamatum eſt in laudibus Dei, & in fauore principis ab uniuerſo concilio: Gloria Deo patri, & filio, & ſpiritui ſancto, cui cura eſt pacem & unitatem eccleſiæ ſanctæ catholicæ prouidere. Gloria Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui precio ſanguinis ſui eccleſiam catholicam ex omnibus gentibus congregauit. Gloria Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui tam illuſtrem gentem unitati fidei ueræ copulauit, & unum gregem & unum paſtorem inſtituit. Cui à Deo æternũ meritum, niſi uero catholico Reccaredo regi? Cui à Deo æterna corona, niſi uerò orthodoxo Reccaredo regi? Cui præſens gloria & æterna, niſi amatori Dei Reccaredo regi? Ipſe nouarum plebium in eccleſia conquiſitor. Ipſe mereatur ueraciter Apoſtolicum meritum, qui Apoſtolicum impleuit officium. Ipſe ſit Deo & omnibus amabilis, qui tam mirabiliter Deum glorificauit in terris, præſtante Domino noſtro, qui cum patre Deo uiuit & regnat in unitate ſpiritus ſancti, in ſecula ſeculorum.

*Item fidei confeſsio epiſcoporum, presbyterorum, uel primorum Gothicæ gentis, qui infrà ſubſcripſerunt.*

¶ Præcipiente autem uniuerſo uenerabili concilio, atque iubente, unus epiſcoporum catholicorum, ad epiſcopos & religioſos clericos, uel maiores natu ab hæreſi Ariana conuerſos, eiuſmodi allocutione exorſus eſt, dicens: Officij noſtri cura, & fideliſſimi ac glorioſiſsimi Principis admonione compellimur, diligenter à ueſtra charitate perquirere, uel quid damnetis in hæreſi, aut quid intra ſanctam catholicam credatis eccleſiam. Nam ſicuti (dicente Pſalmiſta) didicimus, incipiente Domino in confeſsione: Optimum eſt, & ueſtræ ſaluti conueniens, palàm confiteri quod creditis, & ſub auditu uniuerſorum anathematizare quod reſpuitis. Tunc prorſus optimè poteritis Euangelicæ & Apoſtolicæ ſedis fidei participes fieri, ſi eandem fidem catholicam, ex confeſsione catholica incipiatis, uel propria ſubſcriptione firmetis: & ſicuti Deo iam de bona conſenſione cogniti eſtis conſcientia, ita & proximos uos fidei ſanctę aſtipulatione monſtretis. Eo itaque fiet, ut & uos Chriſti eſſe corporis membra ſignificetis: & noſtra exiguitas nihil dubium, nihil infidũ unquam de ueſtra ſuſpicetur fraternitate, dum patuerit uos peſtem Arrianæ perfidiæ cum omnibus dogmatibus, regulis, officijs, communione, codicibus condemnare: ut deteſtandæ hæreſeos expoliati contagione, innouati quodammodo, intra eccleſiam Dei ſplendido habitu ueræ fidei clareatis. Tunc epiſcopi omnes unà cum clericis ſuis, primoresq; gentis Gothicæ, pari conſenſione dixerunt: Licet hoc, quod paternitas atque fraternitas ueſtra à uobis cupit audire uel fieri, iam olim conuerſionis noſtræ tempore egerimus, quando ſequuti glorioſiſsimum dominum noſtrum Reccaredum regem, ad eccleſiam tranſiuimus, & perfidiam Arrianam cum omnibus ſuperſtitionibus ſuis anathematizauimus, pariterque abiecimus, nunc tamen propter charitatem & deuotionem, quam uel Deo uel eccleſiæ catholicæ ſanctæ meminimus nos debere, non tantum hæc eadem quæ petitis, promptiſsimè agere properamus: ſed & ſi qua adhuc congrua fidei eſſe perſpicitis, ac nobis charitate perſuadetis, faciemus. Nos etenim ſemel rectæ fidei amor in eam fidei deuotionem aduexit, ut omne quod nobis fraternitas ueſtra patefecerit, teneamus, & libera fateamur confeſſione. Omnis ergo qui fidem & communionem ab Arrio uenientem, & uſq; ad nos retentam adhuc tenere deſiderat, & de tota cordis intentione non damnat, anathema ſit. Quicunque filium Dei Dominum Ieſum negauerit à paterna ſubſtantia ſine initio genitum, & æqualem patri eſſe, uel conſubſtantialem, anathema ſit. Quicunque Spiritum ſanctum non credit, aut non crediderit à patre & filio procedere, eumque non dixerit coæternum eſſe patri & filio, & coeſſentialem, anathema ſit. Quicunque in patre & filio & ſpiritu ſancto, & perſonas

nō diſtinguit, & unius diuinitatis ſubſtantiam non agnoſcit, anathema ſit. Quicunque filium Dei, Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, & ſpiritum ſanctum, iuxta deitatem eſſe patre minorem aſſeruerit, & gradibus ſeparauerit, creaturamque eſſe dixerit, anathema ſit. Quicunq; patrem & filium & ſpiritum ſanctum unius ſubſtantiæ, omnipotentiæ & æternitatis eſſe non crediderit, anathema ſit. Quicunq; neſcire filium Dei, quod Deus pater ſciat, dixerit, anathema ſit. Quicunq; initium filio Dei & ſpiritui ſancto deputauerit, anathema ſit. Quicunque filium Dei, ſecundum diuinitatem ſuam, uiſibilem aut paſsibilem auſus fuerit proferre, anathema ſit. Quicunque ſpiritum ſanctum, ſicut patrem & filium, uerum Deum & omnipotentem eſſe non credit, anathema ſit. Quicunque aliam fidem & cōmunionem catholicā habet, præterquā in eccleſia uniuerſali, quam Niceni & Conſtantinopolitani & primi Epheſini & Chalcedonenſis concilij decreta tenent, pariter & honorant, anathema ſit. Quicunque patrem & filium & ſpiritum ſanctum honore & gloria & diuinitate ſeparat aut diſiungit, anathema ſit. Quicunque filium Dei & ſpiritum ſanctum cum patre non crediderit eſſe glorificandos & honorandos, anathema ſit. Quicunque non dixerit, Gloria patri & filio & ſpiritui ſancto, anathema ſit. Quicunque rebaptiſandi ſacrilegum opus, eſſe bonum credit, aut crediderit agere, & egerit, anathema ſit. Quicunq; libellum deteſtabilem, duodecimo anno Leobigildi regis à nobis editum, in quo continetur Romanorum ad Arrianam hæreſim traductio: & in quo Gloria patri per filium, in ſpiritu ſancto: & in quo malè à nobis inſtituta continentur: hunc libellum ſi quis pro uero habuerit, anathema ſit in æternum. Quicunque Ariminenſe concilium ex toto corde non reſpuerit & damnauerit, anathema ſit.

Confitemur enim, nos ex hæreſi Arriana toto corde, tota anima, & de tota mente noſtra ad eccleſiam catholicam fuiſſe conuerſos. Nulli dubium ſit, nos noſtroſq; deceſſores erraſſe in hæreſi Arriana, & fidem Euangelicam atque Apoſtolicam nunc intra eccleſiam catholicam didiciſſe. Proinde fidem ſanam, quam præfatus religioſiſsimus Dominus noſter patefecit in medio concilij, & manu ſua ſubſcripſit, hanc & nos tenemus, hanc confitemur pariter & ſuſcipimus, hanc & populis prædicare atque docere permittimus. Hæc eſt uera fides, quam omnis eccleſia, dum per totum mundū tenet, catholica eſſe creditur & probatur. Cui hæc fides non placet, aut non placuerit, anathema ſit, maranatha, in aduētu Domini noſtri IESV Chriſti. Qui fidem ſpernit Niceni concilij, anathema ſit. Qui fidem concilij Conſtantinopolitani centum quinquaginta epiſcoporum ueram eſſe non dixerit, anathema ſit. Qui fidem Epheſinæ ſynodi primæ & Chalcedonenſis non tenet, & ea non delectatur, anathema ſit. Qui concilia omnium orthodoxorum epiſcoporū, conſona concilijs, Niceno, Conſtantinopolitano, primo Epheſino & Chalcedonenſi, non recipit, anathema ſit. Proinde & damnationem hanc perfidiæ communionis Arrianæ, & omnium conciliorum hæreſim Arrianam fouentiū, cum anathemate eorum, manu propria ſubſcripſimus. Conſtitutiones uerò ſanctorum conciliorum, Niceni, Epheſini, Conſtantinopolitani uel Chalcedonenſis, quas gratiſsima aure audiuimus, & cōſenſione noſtra ueras eſſe probauimus, de toto corde, & de tota anima & de tota mente noſtra ſubſcripſimus: nihil ad cognitionem ueritatis lucidius arbitrantes, quàm quæ ſupradictorum Conciliorum continēt autoritates. De trinitate autem & unitate patris & filij & ſpiritus ſancti, nihil his uerius, nihil lucidius unquam poteſt uel poterit demonſtrari. De myſterio incarnationis unigeniti filij Dei, pro ſalute humani generis, quo & uera probatur humanæ naturæ ſine peccati cōtagione ſuſceptio, & permanentis incorruptæ in eo diuinitatis plenitudo, dum & natura utraq; non deperit, & una ſit ex utraq; Domini noſtri IESV Chriſti perſona, ſatis planè in his Concilijs probatur patefieri ueritas, quę à nobis creditur, omni remota dubitatione. Qui unquam hanc fidem ſanctam deprauare, corrumpere, mutare tentauerit, aut ab eadem fide uel cōmunione catholica (quam nuper ſumus, Deo miſerante, adepti) ſeſe ſeparare uel diſſociare uoluerit, ſit Deo & uniuerſo mundo, crimine infidelitatis in æternum obnoxius. Floreat autem ſancta catholica eccleſia per omnem mundū pacatiſsimè, & emineat doctrina, ſanctitate & poteſtate. Si qui intra eam fuerint, communicauerintque, hi audient, ad dexteram patris poſiti: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod uobis paratum eſt ab origine mūndi. Si qui autem ab ea receſſerint, eiuſq; detraxerint fidei, & communionem reſpuerint, hi audient ex ore diuino in die iudicij: Diſcedite à me maledicti, neſcio uos: ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Sint ergo damnata in cœlo & in terra, quæcunq; per hanc catholicam fidem damnantur: & ſint accepta in cœlo & in terra, quæcunque per hanc fidem accipiuntur, regnante Domino noſtro IESV Chriſto: cui

cum patre & ſpiritu ſancto eſt gloria in ſecula ſeculorum.

TRACTATVS SYMBOLI FIDEI *Chalcedonenſis Concilij.*

¶ Suffecerat quidem ad pleniſsimam pietatis agnitionem & confirmationem, cautiſsimum hoc diuinæ gratiæ ſymbolum. Anaſtaſius in Chriſti nomine epiſcopus, anathematizans hæreſim Arriani dogmatis ſuperius damnatam, fidem hanc ſanctam catholicam, quam in eccleſia catholica uenićа credidi, manu mea de toto corde ſubſcripſi. Murila in Chriſti nomine epiſcopus, anathematizo hæreſim Arriani dogmatis. Vuiligitcus in Chriſti nomine epiſcopus, anathemat. Sumnila in Chriſti nomine epiſcopus, anathemat. Cardingus in Chriſti nomine epiſcopus ciuitatis Tudenſis, anathemat. Beccila in Chriſti nomine epiſcopus ciuitatis Lucenſis, anathemat. Arbitrus in Chriſti nomine epiſcopus ciuitatis Porrugalenſis, anathemat. Eruiſcius in Chriſti nomine epiſcopus ciuitatis Dertoſanæ, anathemat. Similiter & reliqui presbyteri & diaconi, ex hæreſi Arriana conuerſi, ſubſcripſeſunt. Signum Guſsini uiri illuſtris proceris. Fonſa uir illuſtriſsimus, anathematiſans ſubſcripſi. Afrila uir illuſtriſsimus, anathematizans ſubſcripſi. Abila uir illuſtris, anathematizans ſubſcripſi. Flauius uir illuſtriſsimus, ſubſcripſi. Similiter & omnes ſeniores Gotthorum ſubſcripſerunt.

Poſt confeſsionem ergo & ſubſcriptionem omnium epiſcoporum, & totius gentis Gothicę ſeniorum, glorioſiſsimus dominus noſter Reccaredus rex, pro reparandis ſimul & confirmandis diſciplinæ eccleſiaſticæ moribus, Dei ſacerdotes taliter affatus eſt dicens: Regia cura uſque in eum modum protendi debet & dirigi, quouſq; plenam conſtituerit ætatis & ſcientiæ capere rationem. Nam ſicut in rebus humanis glorioſius eminet poteſtas regia, ita & proſpiciendæ commoditati comprouincialium, maior debet eſſe & prouidentia. At nunc beatiſsimi ſacerdotes, non in eis tantummodo rebus diffundimus ſolertiam noſtrã, quibus populi ſub noſtro regimine poſiti, pacatiſsimè gubernentur & uiuant: ſed etiam in adiutorio Chriſti extendimus nos ad ea quæ ſunt cœleſtia excogitare, & quæ populos fideles efficiant ſatagimus non neſcire. Cæterùm ſi totis nitendum eſt uiribus, humanis moribus modum ponere, & inſolentium rabiem regia poteſtate refrenare, ſi quieti & paci propagandæ opem debemus impendere: multo magis eſt adhibenda ſolicitudo, deſiderare & cogitare diuina, inhiare ad ſublimia, & ab errore retractis populis, ueritatem eis ſerenæ lucis oſtendere. Sic enim agit, qui multiplici dono ſe à Deo remunerari confidit. Sic enim agit, qui ſuper id quod ei committitur, auget, dum illi dicitur: Quicquid ſupererogaueris, ego cum rediero reddam tibi. Ergo, quia iam fidei noſtræ & confeſsionis formam plena ſerie ueſtra beatitudo recenſuit, ſimul & ſacerdotum, noſtrorumque procerum fides atque confeſsio ſanctitati ueſtræ perpatuit: hoc adhuc neceſſariò pro firmitate catholicæ fidei noſtra Deo ſupplex inſtituere decreuit authoritas, ut propter roborandam gentis noſtræ nouellam conuerſionem, omnes Hiſpaniarum & Galliciæ eccleſiæ hanc regulam ſeruent, ut omni ſacrificij tempore ante communicationem corporis Chriſti, & ſanguinis, iuxta Orientalium patrũ morem, unanimiter clara uoce ſacratiſsimum fidei recenſeant ſymbolum, ut primùm populi, quam credulitatem teneant, fateantur: & ſic corda fide purificata, ad Chriſti corpus & ſanguinem percipiendum exhibeant. Dum enim hæc conſtitutio fuerit perenniter conſeruata in Dei eccleſia, & fidelium ex ſolido corroboratur credulitas, & perfidia infidelium confutata, ad id quod repetitum ſæpius recognoſcit, faciliмè inclinatur, nec ſe quiſquam iam de ignorãtia fidei excuſabit à culpa, quando uniuerſorum ore cognoſcit, quid catholica teneat & credat Eccleſia. Omnibus ergo capitulis, quę adhuc per ueſtram ſanctitatem regulis eccleſiaſticis adijcienda ſunt, hoc pro fidei ſanctæ reuerentia & firmitate proponite, quod ue proferendo ſymbolo noſtra, Deo docente, decreuit ſerenitas. Decæterò autem prohibentibus inſolentium moribus, mea uobis conſentiente clementia, ſententijs terminate diſtrictioribus, & firma diſciplina quæ facienda non ſunt, prohibete: & quæ fieri debent, immobili conſtitutione firmate.

DECRETA CONCILII.

*Capitulum primum.*

¶ Poſt damnationem hæreſis Arrianæ, & fidei ſanctæ catholicæ expoſitionem, hoc ſanctum præcepit Conciliũ, ut quia à nonnullis uel hæreſis uel gentilitatis neceſsitate, per Hiſpaniarum eccleſias canonicus prętermiſſus eſt ordo, dum & licentia abundaret tranſgrediendi, & diſciplinæ optio negaretur, dum omnis exceſſus hæreſis probaretur patrocinio, & abundantia mali temporis procul eſſet diſtrictio diſciplinæ. At nũc pace eccleſiæ Chriſti miſericordia reparata, quod priſcorum Canonum autoritas prohi

bet,

bet, ſit reſurgente diſciplina inhibitum, & agatur omne quod præcepit fieri. Permaneant in ſuo uigore Conciliorum omnium conſtituta, ſimul & ſynodiræ ſanctorũ præſulum Romanorum epiſtolæ. Nullus deinceps ad promouendos honores eccleſiaſticos contra canonũ ſtatuta aſpiret indignua. Nihil ex hoc fiat, quod ſancti patres, ſpiritu Dei pleni, ſanxerũt debere non fieri. Et qui præſumpſerit, ſeueritate priorum canonum diſtringatur.

2 Pro reuerentia & exaltatione ſanctiſsimæ atq; intemeratiſsimæ Chriſti fidei, propter corroborandas & ſulciẽdas hominum inualidas mentes, quæ frequenter, partim ignorantiæ uitio (quo naturaliter ab ipſis uitæ auſpicijs naſcimur obtenebrati) à uia ueritatis aberrare ſolent, partim edurationis infelici corruptela deprauatæ, nũnunquam quod recta ratio monet, & naturalis docet inſtinctus, & ſequi ueritatis puritas exhortarur, non ſine graui animæ diſpendio deſpicantur. Hinc ubi anima rationalis, nobile Dei plaſma & egregium artificiũ, ſanctiſsimæ trinitatis habẽs in ſe ueſtigia, ad ſui creatoris amorem per ueram intelligentiam deberet eleuari, ignorantiæ tenebris obuoluta, ad hęreſis prauitatem deflexa, ſui creatoris uerum cultum deſerit, dijs alienis inſeruiens. Hia igitur inrommodis ocrurrendi cauſa, ut erroris nubes longè repellantur, & ueritatis ac unicę fidei ſplendor illureat, hominumque mentibus ueritatis & uiæ infallibilis pulrhritudo inferatur, per quam totus animę affectus in Deum ſuum eleuetur, & illius rapta deſiderio, prudenti indagine oculorum acies ad lumẽ ueritatis extinguibile (quæ Deus eſt) prorſus ſe conuertat, ſine cuiua obtentu nihil aliud agit mẽs quàm cæcutire, quàm aberrare, quàm à felicitatis ſcopo dimoueri: conſultu pijſsimi & glorioſiſsimi Reccaredi regis conſtituit ſynodus, ut per omnes errleſias Hiſpaniæ & Galliciæ, ſecundum formam Orientalium ercleſiarum, concilij Conſtantinopolitani, hoc eſt centum quinquaginta epiſcoporũ, ſymbolum fidei recitetur: & priuſquam Dominica dicatur oratio, uoce clara prædicetur, quo fides uera manifeſta ſit, & teſtimonium habeat, & ad Chriſti corpus & ſanguinẽ prę libandum pectora populorum fide purificata acredant.

3 Hæc ſancta Synodua nulli epiſropo-rum lirentiam tribuit, res alienare ercleſiæ: quoniam & antiquioribus canonibus hoc prohibetur. Si quid uerò, quod utilitatem non grauet eccleſię, pro ſuffragio monachorum, uel eccleſijs ad ſuam parochiam pertinentium dederint, firmum maneat. Peregrinorum, uel clericorum, & egenorum neceſsitati, ſaluo iure eccleſiæ, præſtare permittuntur pro tempore, quæ potuerint. in decret. Iuonis, libro ſecundo.

4 Si epiſcopus unam de parorhianis eccleſijs ſuis monaſterium dirare uoluerit, ur in ea monachorum regulariter congregatio uiuat, hoc de conſenſu concilij ſui habeat licentiam fariendi. Qui etiam, ſi de rebua eccleſiæ pro eorum ſubſtantia aliquid, quo detrimentum eccleſiæ non exhibear, eidem loco donauerit, ſit ſtabile. Rei enim bonæ ſtatuendæ, ſanctum Concilium dat cõſenſum. 12. q. 2. ſi epiſcopus.

5 Compertum eſt à ſancto concilio, epiſcopos, presbyteros & diaconos uenientea ex hæreſi, carnali adhuc deſiderio uxoribus copulari. Ne ergo deræterò hoc fiat, præcipitur, quód & Canonibus prioribus continetur, ut non liceat eia uiuere libidinoſa ſorietate: ſed manente inter eos coniugali lege, communem utilitatem habeant, & non ſub uno conclaui maneant. Vel certè, ſi ſuffragatur uirtus, in alia domo ſuam uxorem faciat habitare, ut caſtitas apud Deũ & apud hominrs habeat teſtimonium bonum. Si quis uerò poſt hanc conuentionem obſrœnè cum uxore elegerit uiuere, ut nec Lector habeatur. Qui uerò ſemper ſub Canone ercleſiaſtico iacuerint, ſi contra ueterum imperata in ſuis cellulis mulierum, quæ infamiæ ſuſpicionem poſſunt generare, rouſortium habuerint: illi canonicè quidem diſtringantur, mulieres uerò ab epiſcopis uenundentur, & prerium ipſum pauperibus erogetur.

6 De libertis autem hoc præcepit ſancta ſynodus, ut ſi qui presbyteri uel diaconi ab epiſcopia ſacti ſunt, ſecundum modum quo Canones antiqui dant licentiam, ſint liberi: & tamen à patrocinio eccleſiæ, tam clerici quàm ab eis progeniti, non recedant. Ab alijs quoque libertati traditi, & ercleſijs commendati, patrocinio epiſcopi colligantur: & ne cuiquam donentur, à principe hoc epiſcopus poſtulet. 12. q. 2. de libertis autem.

7 Pro reuerentia Dei & ſacerdotum id uniuerſa & ſancta cõſtituit ſynodus, ut quia ſolent crebrò menſis ocioſæ ſabulæ interponi, in omni ſarerdotali conuiuio lectio Scripturarum diuinarum miſceatut. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum, & fabulæ non nereſſariæ prohibentur. diſtinctione quadrageſimaquarta, pro reuerentia Dei.

8 Iubente autem atq; conſentiente domino Reccaredo rege, id præcepit ſacerdotale conciliũ, ut clericos ex ſamilia fiſci null9 audeat à Principe donatos expetere: ſed tradito capitia ſui tributo, eccleſię Dei, cui ſunt al

ligari uſqnedum uiuunt, regulariter adminiſtrent.

9 Decreto huius Concilij hoc ſtatuitur, ut eccleſiæ quæ fuernnt in hæreſi Arriana, nunc autem ſunt catholicæ, ad eos epiſcopos cum ſuis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipſæ, in quibus ipſæ eccleſiæ fundatæ ſunt, pertinere uidentur.

10 De conſulto caſtitatis, quod maximè hortamento Concilij proficere debeat: annuente glorioſo domino noſtro Reccaredo rege, hoc ſanctum affirmat Concilinm, ut uiduæ, quibus placuerit, teneant caſtitatem: & nulla uidua ad nnptias iterandas ui uenire cogatur. Quòd ſi priuſquam profiteantur continentiam, nubere elegerint, illis nubant, quos propria uolnntate uoluerint habere maritos. Similis conditio & de uirginibus habeatur, nec extra uolnntatem parentum uel ſuam maritos cogantur accipere. Si quis uerò propoſitum caſtitatis uiduæ uel uirginis impedierit, à ſancta communione, & liminibus eccleſiæ habeatur extraneus. 32. quæſtione 2. hoc ſanctum conſit.

11 Quoniam comperimus per quaſdam Hiſpaniarum eccleſias, non ſecundum Canonem, ſed fœdiſsimè pro ſuis peccatis homines agere pœnitentiam, ut quoties peccare libuerit, toties à presbyteris ſe recõciliari expoſtulent: & ideo pro coercenda tam execrabili præſumptione, id à ſancto Concilio iubetur, ut ſecundum formam Canonũ antiquorum detur pœnitẽtia: hoc eſt, ut prius eum quem ſui pœnitet facti, à communione ſuſpenſum, faciat inter reliquos pœnitentes ad manus impoſitionem crebrò recurrere. Expleto autem ſatisfactionis tempore, ſicuti ſacerdotalis cõtemplatio probauerit, eum communioni reſtituat. Hi uerò qui ad propria uitia, uel infra pœnitentiæ tempus, uel poſt reconciliationem relabuntur, ſecundum priorum Canonum ſeueritatem damnentur.

12 Quicunque ab epiſcopo uel presbytero, ſanus uel infirmus, pœnitentiam poſtulat, id ante omnia epiſcopus ſeruet & presbyter, ut ſi uir eſt ſiue ſanus, ſiue infirmus, prius eum tõdeat, aut in cinere & cilicio habitum mutare faciat: & ſic pœnitentiã ei tradat. Si uerò mulier fuerit, non accipiat pœnitentiã, niſi prius aut uelata fuerit, aut mutauerit habitum. Sæpius enim laicis, cum fœminis tribuendo deſidioſe pœnitentiam, ad lamentanda rurſus facinora poſt acceptã pœnitentiam relabuntur.

13 Inolita præſumptio uſqueadeò illicitis auſibus aditum patefecit, ut clerici concleri cos ſuos, relicto pontifice ſuo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde ſtatuimus, ut hoc decœterò non præſumatur. Si quis hoc præſumpſerit facere, & cauſam perdat, & à communione efficiatur extraneus. 11. q. 1. inolita præſumtio.

14 Conuentus noſter hoc Canonibus inſerendũ præcepit, ut Iudæis non liceat Chriſtianas habere uxores, uel concubinas, neq; mancipium Chriſtianum in uſus proprios comparare: ſed & filios, qui ex tali cõiugio nati ſunt, aſſumendos eſſe ad baptiſmum. Nulla officia publica eis iniungantur, per quæ eis occaſio tribuatur Chriſtianis pœnã inferre. Si qui uerò Chriſtiani ab eis Iudaiſmi ritu ſunt maculati, uel etiam circumciſi, non reddito precio, ad libertatem & religionem redeant Chriſtianam. diſt. 54. nulla officia publica.

15 Si qui ex ſeruis fiſcalibus fortaſſe eccleſias cõſtruxerint, eaſq; de ſua paupertate dotauerint, has procuret epiſcopus prece ſua autoritate regia confirmari.

16 Quoniam penè per omnem Hiſpaniam ſiue Galliciam idololatriæ ſacrilegium inoleuit, hoc cum conſenſu glorioſiſsimi Principis ſancta ſynodus ordinauit, ut omnis ſacerdos in loco ſuo, unà cum iudice territorij ſacrilegiũ memoratum ſtudioſe perquirat, & exterminate inuentum nõ differat. Omnes uerò qui ad talem errorem concurrunt, ſine diſcrimine, qua poterũt animaduerſione coerceant. Quod ſi neglexerint, ſciant ſe utriq; excommunicationis periculum eſſe ſubituros. Si qui uerò domini extirpare hoc malum de poſſeſsione ſua neglexerint, & familiæ prohibere noluerint, ab epiſcopo & ipſi à communione pellantur.

17 Cum multæ querelæ ad aures ſancti Concilij deferrentur, inter cætera tantæ crudelitatis opus eſt nunciatum, quantum conſidentium aures ſacerdotum non poſſent ſuſtinere: ut in quibuſdam Hiſpaniæ partibus filios ſuos parentes interimant, fornicarionis auidi, pietatis alieni. quibus ſi tædiũ eſt filios numeroſos alere, prius ſeipſos debent caſtigare à fornicatiõe. Nam dum cauſa propagandæ prolis ſortiuntur coniugia, parricidio & fornicationi tenentur obnoxij: qui filios necando proprios, docent, ſe non pro filijs, ſed pro libidine uxores duxiſſe. Proinde tantum nefas ad cognitionem glorioſiſsimi domini noſtri Reccaredi regis perlatum eſt, cuius gloria dignata eſt iudicibus earundem partiũ imperare, ut amouendũ tantum facinus diligenter cũ ſacerdote procurẽt, & adhibita ſeueritate prohibeant. Ergo & ſacerdotes locorum eorundem, in quibus ſceleris huius immanitas peragitur, ſancta Synodus præcipiendo cõuenit, ut idem ſcelus cum iudice curioſius quærant, & ſine capitali uindicta acriori diſciplina prohibeant.

18 Præ-

18 Præcepit hæc ſancta & uniuerſalis ſynodus, ut ſtante priorum authoritate canonum, quæ bis in anno præcepit congregari Concilia, conſulta itineris longitudine & paupertate eccleſiarum Hiſpaniæ, ſemel in anno, in loco quem metropolitanus elegerit, epiſcopi congregentur: iudices uerò locorum, aut actores fiſcalium patrimoniorũ, ex decreto domini noſtri Reccaredi regis ſimul cum ſacerdotum conſilio, autumnali tempore, die Calendarum Nouembrium in unum conueniant, ut diſcant quàm piè, iuſtè & humaniter cum populis agere debeant, nec iniuſtis uectigalibus & immoderatis exactionibus ipſos premant: ſed potius per miſerationem compatientes, à grauaminibus defendant, ut bonos populi tutores facere decet: nec in angarijs, aut in operationibus ſuperfluis, ſiue priuatum opprimant, ſiue fiſcalem grauent. Sint etenim proſpectores epiſcopi, ſecundum regis admonitionem: qualiter iudices cum populis agant, ut ipſos præmonitos corrigant: aut inſolentias eorum, principum auribus innoteſcant. Quòd ſi correptos emendare nequiuerint, & ab eccleſia & à communione ſuſpendant. A' ſacerdote uerò & ſenioribus deliberetur, quid per prouincias in ſuo detrimento præſtare debeant iudices, ſi ad concilium non uenerint. Concilium uerò non ſoluatur, niſi prius locum elegerint, quo ſuccedente tempore iterũ ad concilium cõueniatur: ut iam non neceſſe habeat metropolitanus epiſcopus pro congregando concilio literas deſtinare, ſi in priore concilio tempus omnibus denuncietur, & locus.

19 Sic quidam contra Canonum authoritatem, eccleſias quas ædificauerint, poſtulant conſecrari, ut dotem quam eidem eccleſiæ contulerunt, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & taliter in præterito corrigatur, ut & in futuro ne fiat prohibeatur: ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquam, ad epiſcopi ordinationem & poteſtatem pertineant. 10. q. 1. ſic quidam contra. & in decret. Iuonis, libro ſecundo.

20 Multorum querela hanc conſtitutionem exegit, quia cognouimus epiſcopos per parochias ſuas non ſacerdotaliter agere, ſed crudeliter deſæuire. Et dum ſcriptum ſit, Forma eſtote gregi, non ut dominantes in clero: exactiones diœceſi ſuæ, uel damna infligant. ideoque cenſemus, excepto quòd ueterum cõſtitutiones à parochijs habere iubẽt epiſcopos, ut alia quæ illis huc uſque præſumpta ſunt, denegentur: hoc eſt, neq; in angarijs presbyteri aut diaconi, neq; in aliquibus fatigentur indictionibus, ne uideamur in eccleſia Dei exactores poti' quàm Dei pôtifices nominari. Hi uerò clerici tam locales quàm diœceſani, qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanum deferre non differant: & metropolitanus non moretur eiuſmodi præſumptiones coercere. 10. quæſtione tertia, quia cognouimus.

21 Eccleſiarum ſeruos, & epiſcoporum, uel omnium clericorum, à iudicibus uel actoribus publicis in diuerſis angarijs fatigari dolemus. Propter quod, omne concilium à pietate glorioſiſsimi domini noſtri popoſcit, ut tales deinceps auſus inhibeat: ſed ſerui ſupraſcriptorum officiorum, in eorum uſibus, uel eccleſiæ, laborent. Si quis uerò iudicum aut actorum, clericum aut ſeruum clerici uel eccleſię, in publicis ac priuatis negocijs occupare uoluerit, à communione eccleſiaſtica (cui impedimentum facit) efficiatur extraneus. 12. quæſtione 2. eccleſiarum ſeruos.

22 Qui diuina uocatione ab hac uita recedunt, cum pſalmis tantummodo, & pſallentium uocibus debere ad ſepulchra deferri. Nam funebre carmen, quod uulgo defunctis cantari ſolet, uel in pectorib. ſe aut proximos aut familias cædere, omnino prohibemus. Sufficiat autem, quòd in ſpe reſurrectionis Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum. Prohibet enim nos Apoſtolus ſanctus, lugere defunctos, dicens: De dormientibus autem nolo uos contriſtari, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad uitæ huius plorauit ærumnas reſuſcitandum. Si enim poſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere agere non moretur, à religioſis tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum. 13. q. 2. qui diuina uocat.

23 Irreligioſa conſuetudo eſt, quam uulgus per ſanctorum ſolennitates agere conſueuit. Populi qui debent officia diuina attendere, ſaltationibus turpibus inuigilant, cantica non ſolùm mala canentes, ſed & religioſorum officijs perſtrepentes. Hoc etenim ut ab omni Hiſpania depellatur, ſacerdotum & iudicũ à concilio ſancto curę committitur. De conſuetud. diſtinct. 3. irreligioſa conſuetudo eſt.

### EDICTVM REGIS DE CON*firmatione Concilij.*

¶ Glorioſiſsimus dominus Reccaredus rex, uniuerſis ſub regimine noſtrę poteſtatis conſiſtentibus. Amatores nos ſui diuinus faciens ueritas, noſtris principaliter ſenſib. inſpirauit, ut cauſa inſtaurãdæ fidei ac diſciplinæ eccle

eccleſiaſticæ, epiſcopos omnes Hiſpaniæ noſtro præſentari culmini iuberemus. Præcedente autem diligenri & cauta deliberatione, ſiue quæ ad fidē conueniunt, ſeu quæ ad motum correctionem reſpiciunt, ſenſus maturitate & intelligētiæ grauitate cōſtant eſſe digeſta. Noſtra proinde authoritas hoc omnibus hominibus ad regnum noſtrū pertinentib. iubet, ut ſi qua definita ſunt in hoc ſancto concilio, acto in urbe Toletana, anno regni uoſtri feliciter quarto, nulli contemnere liceat, nullus præterite præſumat. Capitula enim, quæ noſtris ſenſibus placita, & diſciplinæ congrua, à præſenti conſcripta ſunt ſynodo, in omni autoritate, ſiue clericorum, ſiue laicorum, ſiue quorumcunq; omnium obſeruentur & maneant: id eſt, De obſeruatione priorum canonum: De ſymbolo proferendo à populis in eccleſia: De epiſcopis, ut eis nō liceat alienare res eccleſię, ut epiſcopo liceat unam de parochianis eccleſijs monaſterium facere, ut epiſcopis & presbyeris & diaconis ex hæreſi conuerſis iam non liceat miſceri uxoribus: uel quòd hi qui ſemper catholici fuerint, in cellulis ſuis cum mulieribus extraneis non morentur: quòd liberti ab epiſcopis uel ab alijs facti, & eccleſijs cōmendati, permanere debeāt liberi: quod lectio in omnibus ſacerdotalibus menſis legi debeat: quòd clericos ex familijs fiſci noſtri, unquam nullus agere præſumat: & qui acceperit, irrita talis donatio maneat: De eccleſijs ab hæreſi translatis, ut ad epiſcopos, in quorum ſunt parochijs, pertineant: De uiduis, quòd quę uoluerint, continentiam teneant: & quæ nubere elegerint, quibus uoluerint, nubant. æquè de uirginibus. Quòd pœnitentes, ſecundum modum canonū antiquorum, debeant agere pœnitentiam. Qđ qui noluerint agere pœnitentiam, prius tondeantur, aut habitum mutent. Quòd non liceat Iudæis, de Chriſtianis ducere uxores uel concubinas, ſiue cōparare mancipia Chriſtiana: & Iudæis non liceat, uel publica officia peragere. Quòd manere debeat firmum, ſi ſerui fiſci noſtri eccleſias fecerint, easq́; de peculio ſuo dotauerint. Quòd idololatriæ cultura, à ſacerdotibus uel iudicibus exquirenda, ſit atq; exterminanda. Quòd qui filiū ſuum necauerit, à ſacerdotibus uel iudicibus diſtringatur. Quòd ſemel in anno ad concilium ſacerdotes, & iudices atque actores patrimonij noſtri, debeant cōuenire. Quòd eccleſiarum omnium cauſa ad epiſcopi ordinationem pertinere debeat. Quòd ſacerdotes moderanter agere debeāt per parochias. Qđ ſerui eccleſiæ ſiue clericorum, non debeant à noſtris actoribus in angaria aliqua fatigari. Quòd religioſorum corpora cum hymnis & canticis tantum deferēda ſint ad ſepulchra. Quòd ballimathiæ & turpia cantica prohibenda ſunt à ſanctorum ſolennijs. Has omnes conſtitutiones eccleſiaſticas, quas ſummatim breuiterque perſtrinximus, ſicut plenius in Canone continentur, manere perenni ſtabilitate ſancimus. Si quis clericus ergo, aut laicus, harum ſanctionum obediens obſeruator eſſe noluerit, ſuperba fronte maiorum ſtatutis repugnans, ſi epiſcopus, presbyter, diaconus aut clericus fuerit, ab omni concilio excōmunicationi ſubiaceat: ſi uerò laicus fuerit, & honeſtioris loci perſona fuerit, medietatem facultatum ſuarum amittat, fiſci iuribus profuturam: ſi uerò minoris loci perſona eſt, amiſsione rerum ſuarum mulctatus, in exilium deputetur. Flauius Reccaredus rex hanc deliberationem, quam cum ſancta definiuimus ſynodo, confirmans ſubſcripſi. Manſona, in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Emeritenſis metropolitanus epiſcopus prouinciæ Luſitanię, his cōſtitutionibus, quib. in urbe Toletana interfui, manu mea ſubſcripſi. Euphemius in Chriſti nomine eccleſiæ catholicæ Toletanæ metropolitanus epiſc. prouincię carpitaneus, conſtitutionibus quib. in urbe Toletana interfui, annuēs ſubſcripſi. Nigetius in Chriſti nomine Narbonenſis metropolitanus epiſc. Galliæ ꝓuinciæ, his conſtitutionbus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens ſubſcripſi. Pantardus in Chriſti nomine eccleſiæ catholicę Bracarenſis metropolitanus Galliciæ prouinciæ epiſcopus, his conſtitutionibus, quibus in urbe Toletana interfui, annuens, tam pro me, quàm pro fratre meo Nitigiſio epiſcopo ciuitatis Lucenſis, ſubſcripſi. Vngas in Chriſti nomine Barcinonenſis eccleſiæ epiſcopus, his conſtitutionibus, quibus interfui, annuens ſubſcripſi. Antonius in Chriſti nomine eccleſiæ Oretanæ epiſcopus, his conſtitutionibus, quibus interfui, annuens ſubſcripſi. Sedatus in Chriſti nomine Boterrenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Palmarius, in Chriſti nomine eccleſiæ Pacenſis epiſcopus, ſubſcripſi. Murroſe Tabetanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Stephanus Tarraconenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Paulus Olyſipponenſis eccleſię epiſcopus, ſubſcripſi. Iohannes Agabrenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Polybius Ilerdenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Proculus Segobrigenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Simplicius Cæſaraugustanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Agapius Cordubenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Petrus Ergauicenſis Celtiberiæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Vuiligiſclus eccleſiæ Valentinæ epiſcopus, ſubſcripſi. Sinula Viſenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi.

Aqui-

Aquilinus Auſonenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Sergius Carcaſſonenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Eleutherius Salamanticenſis eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi. Iulianus Bracarenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Froibiſtus Dertuſanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Theodorus Baſtitanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Beccila Lucenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Gardingus Tudenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Argionitrus Portugalenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Tonantius Palentinenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Celſinius Valentinæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Proroges Segõtinæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Alitius Gerũdenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Thalaſsius Arcopricenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Laquintus Caurienſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Seruãdus diaconus eccleſiæ Altigitanæ, agens uicem domini mei Pegaſij epiſcopi, ſubſcripſi. Ioannes in Chriſti nomine eccleſiæ Menteſanæ epiſcopus, ſubſcripſi. Petrus Oſſoncbenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Gabinius Oſcenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Neuſilata Adenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Sophronius Egarenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Benenatus Elnenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Ioannes Dumienſis monaſterij epiſcopus, ſubſcripſi. Arterius Auzenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Stephanus Elibentanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Simplicius Vrgellenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Ioannes Vellenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Philippus Lamecenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Dominicus Irienſis eccleſię epiſcopus, ſubſcripſi. Baſilius Ilipenſis eccleſię epiſcopus, ſubſcripſi. Eulalius Italicenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Murila in Chriſti nomine Valentinæ eccleſiæ epiſcopus, his cõſtitutionibus, quibus interfui, annuens ſubſcripſi. Petrus Illiberitanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Nibridius Agathenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Liliolus Pampilonenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Theodorus Caſtulonenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Mummius Calaguritanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Poſsidonius Eminienſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Agrippinus Lotonenſis eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi. Gananus archipresbyter Emeritanæ eccleſiæ, agens uicem domini mei Fructuoſi epiſcopi, ſubſcripſi. Ildimirus archipresbyter Aurienſis eccleſię, agens uicem domini mei Pegaſij epiſcopi, ſubſcripſi. Geneſius in Chriſti nomine archidiaconus eccleſiæ Magalonenſis, uicem agens domini mei Pœti epiſcopi, ſubſcripſi. Valerianus archidiaconus eccleſiæ Nemauſenſis, agens uicem domini mei Pelagij epiſcopi, ſubſcripſi. Velatus Tuccitanæ eccleſiæ epiſcopus, ſubſcripſi.

## MATISCONENSIS SYnodus prima.

IN ſecundo uolumine Conciliorum Coloniæ impreſſorum, prima Matiſconenſis ſynodus circa tempora Pelagij ſecundi habita dicitur.

Conuenerunt aliquot Gallię epiſcopi: ſed cuius regis iuſſu, ignoratur. Canones condidiſſe ſequentes perhibentur.

1 Vt epiſcopi uel presbyteri atq; diaconi, ita ſanctæ conſcientiæ luce reſplendeant, ut, effugiant improbitatem actuum, maledicorum obloquia, ac teſtimonium in ſe diuinũ implere contendant. Vnde ait Dominus: Sic luceat lux ueſtra coram hominibus, ut uideant ueſtra opera bona, & magnificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt. Igitur autoritate canonica, atq; manſura in æuum conſtitutione ſancimus, ut effugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas: & tantum cum auia, matre, ſorore, uel nepte, ſi neceſsitas fuerit, habitent.

2 Vt nullus epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus, uel quicunq; ſecularis, in monaſterijs puellarum, niſi probatæ uitæ, & ætatis prouectæ, præter utilitatem, aut pro quacunque reparatione monaſterij, in quacunque earum neceſsitate, habitare, aut ſecretas collocutiones habere præſumant, ne intra ſalutatorium aut oratorium ingredi permittantur, præcipuè Iudæi: nec pro quorumcunque negociorum occaſione puellis intra monaſterium Deo dicatis aliquid ſecreti colloqui, aut familiaritatem uel motas ibidem habere præſumant.

3 Vt nulla mulier in cubiculo epiſcopi, abſque duobus presbyteris, aut certè diaconis, ingredi permittatur.

4 Vt qui oblationes fidelium defunctorum, quæ eccleſijs conferuntur, retinent, uelut retentores eccleſię & necatores egentiũ, ab eccleſiæ liminibus arceantur.

5 Vt nullus clericus ſagum, aut ueſtimenta, aut calceamenta ſecularia, niſi quod religionem deceat, induere præſumat. Quòd ſi poſt hanc definitionem clericus aut cum indecenti ueſte, aut cum armis inuentus fuerit, à ſeniore ita coerceatur, ut triginta dierum incluſione detentus, aqua tantum & modico pane diebus ſingulis ſuſtentetur.

6 Vt archiepiſcopus ſine pallio miſſas dicere non præſumat.

7 Vt nullus clericus de qualibet cauſa, extra diſcuſsionem epiſcopi ſui, à ſeculari iudicei iniuriam patiatur, aut cuſtodiæ deputetur. Quòd ſi quicunque iudex, cuiuſcunque clericum, abſque cauſa criminali, id eſt, homicidio, furto, aut maleficio,

hoc

hoc facere fortaſſe præſumpſerit. quàm diu epiſcopo loci illius uiſum fuerit, ab eccleſiæ liminibus arceatur.

8 Vt nullus clericus ad iudicem ſecularẽ, quemcunq; alium fratrem de clericis accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere, quocunq; loco præſumat: ſed omne negocium clericorum, aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut archidiaconi præſentia finiatur. Quòd ſi quicunq; clericus hoc implere diſtulerit, ſi iunior fuerit, uno minus de quadraginta ictus accipiat: ſi certè honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur.

9 Vt à feria ſancti Martini uſq; ad natalem Domini, ſecunda, quarta & ſexta ſabbati ieiunentur: & ſacrificium debito, quemadmodum quadrageſimale, ordine celebretur. In quibus diebus canones legendos eſſe ſpeciali definitione ſancimus, ut nullus ſe fateatur per ignorantiam deliquiſſe.

10 Vt presbyteri, diaconi, uel de quolibet ordine cleri, ita epiſcopo ſuo obedientiæ deuotione ſubiaceant, ut non alibi dies feriatos, niſi in obſequio illius, liceat tenere aut celebrare. Quòd ſi quis per quamcunq; contumaciam, aut per cuiuſcunq; patrocinium hoc facere diſtulerit, ab officio ſegregetur.

11 Epiſcopi, presbyteri, uel uniuerſi honoratiores clerici, cum ſublimis dignitatis apice ſublimantur, actibus omnino renuncient ſeculi, & ſacro electi miniſterio repudiẽt carnale conſortium, ac permixtionis priſtinæ contubernium permutent grauitatis affectu: & quiſquis ille eſt, diuini muneris benedictione percepta, uxori ſuæ prius frater ilicò efficiatur ex coniuge. Eos uerò quos reperimus ardore libidinũ inflammatos, abiecto religionis cingulo, ad uomitum priſtinum inhibita rurſus coniugia repetiſſe, atque inceſti quodammodo crimine clarum decus ſacerdotij uiolaſſe, quod nati etiam filij prodiderunt: quod qui feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum, quam admiſſo iam crimine perdidit, dignitate priuabitur.

12 De puellis uerò quæ ſe Deo uouerint, & præclarè decore ætatis ad terrenas nuptias tranſierint, id conſtituendum eſſe decreuimus: ut ſi qua puella uoluntariè aut parentibus ſuis rogantibus religionem profeſſa, uel benedictionem fuerit conſequuta, & poſtea ad coniugium, aut ad uolutabrum ſeculi (quod potius ſtuprum eſt quàm coniugiũ iudicandum) tranſgredi præſumpſerit, uſq; ad exitum cum ipſo, qui ſe huiuſmodi conſortio maculauit, communione priuetur. Quòd ſi pœnitentia ducti, ſe ſequeſtrauerint, quàm diu epiſcopo loci illius uiſum, à communionis gratia ſuſpendãtur: ita tamen, ut propter infirmitatem, aut ſubitaneum tranſitum uitę, illis (miſerationis intuitu) communio tunc non negetur.

13 Nec Iudæi Chriſtianis populis iudices deputentur, aut telonarij eſſe permittantur, per quod illis (quod Deus auertat) Chriſtiani uideantur eſſe ſubiecti.

14 Vt Iudæis à cœna Domini uſque ad primam diem poſt paſcha, ſecundũ edictũ bonæ recordationis dñi Childeberti regis, per plateas aut forum, quaſi inſultationis cauſa, deambulandi licentia denegetur, & ut reuerentiam cunctis ſacerdotibus Domini uel clericis impendant: nec ante ſacerdotes conſeſſum, niſi ordinati, habere præſumãt. Qui hoc facere fortaſſe præſumpſerit, à iudicibus locorũ (prout perſona fuerit) diſtringatur.

15 Vt nullus Chriſtianus Iudæorum conuiuijs participare præſumat. Quod ſi facere quicunq; (quod nefas eſt dici) clericus aut ſecularis pręſumpſerit, ab omnium Chriſtianorum conſortio ſe nouerit compeſcendũ, quiſquis eorum impietatibus fuerit inquinatus.

16 Et licet quòd de Chriſtianis, qui aut captiuitatis incurſu, aut quibuſcunq; fraudibus Iudæorum ſeruitio implicantur, debeat obſeruari, nõ ſolùm canonicis, ſed & legum beneficio iam pridem fuerit conſtitutum: tamen quia nunc ita quorundam querela exorta eſt, quoſdam Iudæos per ciuitates aut municipia conſiſtentes, in tantam inſolentiam & proteruiam prorupiſſe, ut nec reclamantib. Chriſtianis liceat, uel precio de eorum poſſe ſeruitute abſolui: idcirco pręſenti concilio, Deo autore ſancimus, quòd qui Iudęo deinceps debeat deſeruire, datis ꝓ quolibet bono mancipio 12 ſolidis, ipſum mancipium quicunq; Chriſtianus, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruitiũ, licentiam habeat redimendi: quia nefas eſt, ut quos Chriſtus Dominus ſanguinis ſui effuſione redemit, perſecutorum uinculis permaneant irretiti. Quòd ſi acquieſcere his quæ ſtatuimus, quicunque Iudæus noluerit, quàm diu ad pecuniam conſtitutã uenire diſtulerit, liceat mancipiũ ipſum cum Chriſtianis, ubicunq; uoluerit, habitare.

17 Id etiã pari conuenientia placuit (quia in uniuerſo populo multi peccatis inuoluti eſſe dicuntur, qui ambitione inflati ſunt, & periurijs irretiti) ut ſi quis conuictus fuerit alios ad falſum teſtimonium uel periurium attraxiſſe, aut quacunq; corruptione ſolicitaſſe, ipſi quidem uſque ad exitum nõ cõmunicent: hi uerò qui ei in periurio conſenſiſſe probãtur, pòſt ab omni ſunt teſtimonio prohibendi, & ſecundum legem infamia notabuntur.

18 De his uerò qui innocentes aut coram principe aut iudicibus accuſare conuicti fuerint, ſi clericus honoratior fuerit, ab officij ſui

ſui ordine degradetur:ſi uerò ſecularis,communione ptiuerur.

19 Et licet ptiori titulo legatur definitum, quid de puellis,quę ſe diuinis cultibus,aut psrentum aut ſua uoluntate dicauerint,debest obſetuati:tamen quia monacha nomine Agnes,quæ de monaſterio reuocata dicitur( inſtigáte diabolo)agellos uel quaſcunque res ad ſe pertinentes,aliquibus potentibus uelle dare,dummodò per eorum patrociniũ ſe poſſet de nitra monaſterij ſui ſepta ſubtrahere,& uoluptaribus ſeculi clandeſtina uel ſingulari habitstiõe uacare:ideo præſtantiori conſtitutione ſancimus,ut tam illa quàm quæcuoq; alia monacha,quæ ſub hac argumentatione ſe,derelicto habitu,ad illecebras ſeculi,aut res ſuas pro tam nequá liberationis cauſa quibuſcúque dare cenſuerit,tam illa quæ hoc dare uoluerit,quàm illi quicunque hoc accepetint,ne,quod Deꝰ auertat,ambitionis inſtinctu, religionis uideatur regula uiriari,tam diu ſint à communiõis gratia ſequeſtrati,quàm diu res ipſas eis à quibus has acceperant,digna pœnitentia aut ſatisfactione reſtituaot.

*Nomins epiſcoporum qui in hoc Concilio ſubſcripſerunt.*

1 Priſcus in Dei nomine epiſcopus eccleſiæ Lugdunenſis,conſtituens ſubſcripſi. Aunacharius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Autricæ,cõſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.Arthemius epiſcopus eccleſiæ Senonicæ,cooſtituens ſubſcripſi. Agricola epiſcopus eccleſiæ Niuernenſis,ſubſcripſi. Arthemius epiſcopus eccleſię Vaſenſis,ſubſcripſi. Eſitius epiſcopus eccleſiæ Gratianopolitanæ,conſtituens ſubſctipſi.Heraclius epiſcopus eccleſiæ Dienſis,conſtituens ſobſcripſi.Euſebius epiſcopus eccleſię Matiſconéſis,ſubſcripſi.Euantius peccator epiſcopus eccleſiæ Viennenſis conſtitutionibus ſubſcripſi.Flauius epiſcopus eccleſiæ Cabilonenſis,ſubſcripſi. Gallomagnus in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Trecenſis,conſtitutionibus ſubſcripſi. Iconius epiſcopus eccleſiæ Maurianéſis,ſubſcripſi.Marcianus epiſcopus eccleſiæ Tarétaſiéſis, ſubſcripſi. Namantius epiſcopus eccleſiæ Aurelianenſis,ſubſcripſi. Pappus epiſcopus eccleſię Aptenſis,ſubſcripſi.Remigius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Bituricæ, conſtitutionibus noſtris ſubſcripſi.Mummolus epiſcopus eccleſiæ Lingonicæ,ſubſcripſi. Ragnoaldus epiſcopus eccleſię Valétinę,ſubſcripſi. Siluester io Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Viſontinenſis,cõſtitutionibus noſtris ſubſcripſi. Siagrius in Chriſti nomine epiſcopus eccleſiæ Eduorum, cõſtitutionibꝰ noſtris ſubſcripſi.Victor epiſc.eccleſiæ Ticaſsinæ,cõſtitutionib. noſtris ſubſcripſi.

SECVNDA MATISCONENSIS.

Anno uigeſimoquarto Gunthranni regis ad urbẽ Matiſconéſem cõuenerũt iuſſu regis,Priſcus,Euátius, Prætextatus, Bertecliraonꝰ,Artemius,Sulpitius, metropolitani epiſcopi,cum ſuis comprouincislibus.& quædam ſtatuta ad eccleſiaſticam diſciplinã & cerèmonias pertineoria cõdidetunt, quæ in ſynodali epiſtola promulgatunt in hunc modum.

1 Videmus populum Chriſtianom temerario more diem Dominicam contemptui tradere,& ſicut in ptiuatis diebus operibus continuis indulgere:propterea per hanc ſynodalem noſtrã epiſtolam decernimus, ut unuſquiſq; noſtrûm in ſacroſanctis eccleſija admoneat ſibi ſubditam plebem.Et ſi quidem admonitioni conſenſum præbueriot, ſuis proderunt utilitatibus:ſin auté minus, ſubiacebunt pœnis à nobis diuinitùs definitis.Omnes itaq; Chriſtiani,qui nõ incaſſum hoc nomine fruimini, noſtræ admonitioni aurem accommodate,ſcientes quoniá noſtræ eſt autoritatis,utilitati ueſtræ proſpicere,& à malis operibus coercere. Cuſtodite diem Dominicam, quæ uos denuò peperit, & à peccatis omnibus liberauit. Nullus ueſtrûm litium fomitibus uacet, nullus cauſarum actiones exerceat:nemo ſibi talem neceſsitatem exhibeat,quæ iugum ceruicibꝰ iumentorũ imponere cogat. Eſtote omnes in hymnis,in laudib. Dei,animo corporeq; intenti. Si quis ueſtrûm proximá habet eccleſiam,properet ad eádem,& ibi Dominico die ſemetipſum precibus lachrymiſque afficiat.Sint oculi manusq; ueſtræ toto illo die ad Deum expanſæ.ipſe eſt enim dies requietiõis perpetuus.ipſe nobis per ſeptimę diei umbram inſinuatus noſcitur in lege & prophetis. Iuſtum igitur eſt,ut hanc diem unanimiter celebremus,per quam facti ſumus,quod non fuimus.Fuimus enim antè ſetui peccati,ſed per eam facti ſumus filij iuſticiæ.Exhibeamus Domino liberam ſetuitutem,cuius nos nouimus pietate de ergaſtulis liberatos erroris:non quia hoc Dominus noſter à nobis expetit,ut corporali abſtinentia diem Dominicá celebremus: ſed quærit obediétiam,per quam nos, calcatis terrenis actibus,ad cœlum uſque miſericorditer prouehat. Si quis itaq; ueſtrûm hanc ſalubrem exhortationem paruipẽderit, aut contemptui tradiderit, ſciat ſe pro qualitatis merito principaliter à Deo puniri, & deinceps ſacerdotali quoque iræ implacabiliter ſubiacere. Si cauſidicus fuerit,irreparabiliter cauſam mittet:ſi ruſticus aut ſeruus, grauioribus fuſtium ictibus uerberabitur:ſi clericus aut mooachus,menſibus ſex à conſortio ſuſpendetur fratrum. Hæc namque

omnia placabilem erga noa Dei animum reddunt, & plagas morborum uel ſterilitatem amouent atq; repellunt. Noctem quoque ipſam, quæ nos ſupernæ luci & inacceſſibili reddit, ſpiritualibus exigamus excubijs: nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant qui nomine dũtaxat Chriſtiani eſſe noſcuntur: ſed oremus & uigilemus operibus ſacris, ut digni habeamur in regno cohæredes fieri Saluatoris.

2 Paſcha itaq; noſtrum, in quo ſummus ſacerdos & põtifex pro noſtris delictis, nullam habens obnoxiationem peccati, immolatus eſt, debemus omnes feſtiuiſsimè colere, & ſedulę obſeruationis ſinceritate in omnibus uenerari: ut illis ſanctiſsimis ſex diebus, nullus ſeruile opus audeat ſacere: ſed omnes ſimul coadunati, hymnis Paſchalibus indulgẽtes, perſeuerationis noſtræ pręſentiam quotidianis ſacrificijs oſtẽdamus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum ueſpere, & mane, & meridie.

3 Relatione quorundam fratrum noſtrorum comperimus, Chriſtianos non obſeruantes legitimum diem Baptiſmi, penè per ſingulos dies ac natales martyrũ, filios ſuos baptiſare: ita ut uix duo uel tres reperiãtur in ſancto Paſcha, qui per aquã & Spiritum ſanctum regenerentur. Idcirco cenſemua, ut ex hoc tempore nullus eorum permittatur talia perpetrare, pręter illos quos infirmitas nimia, aut dies extrem, cõpellit filios ſuos baptiſmum percipere. Ideoque pręſentibus admonitionibus à ſuis erroribus uel ignorãtia reuocati, omnes omnino à die quadrageſimo cum infantibus ſuis ad eccleſiã obſeruare præcipimus, ut impoſitionẽ manus certis dieb[9] adepti, & ſacri olei liquore peruncti, legitimi diei feſtiuitate fruantur, & ſacro baptiſmate regenerẽtur, quo poſsint & honoribus (ſi uita comes fuerit) ſacerdotalibus fungi, & ſingularis celebrationis ſolẽnitate frui.

4 Reſidentibus nobis in ſancto concilio, cognouimua quoſdam Chriſtianos, relicto fratrum cœtu, à mandato Dei aliquibus locis de uiaſſe, ita ut nullus eorũ legitimo obſecundationis parêre uelit officio deitatis, dum ſacris altaribus illam admouẽt hoſtiam. Propterea decernimus, ut omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus uiris & mulieribua offeratur tam panis quàm uini, ut per has immolationes & peccatorum ſuorum faſcibus careant, & cum Abel uel cæteris iuſtè offerẽtibus promereãtur eſſe conſortes. Omnes autem qui definitiones noſtras per inobedientiam euacuare contendunt, anathemate percellantur.

5 Omnea igitur reliquaa fidei ſanctę catholicæ cauſas, quas temporis longitudine cognouim[9] deterioratas fuiſſe, oportet nos ad ſtatum priſtinum reuocare, ne nobis ſimus aduerſarij, dum ea quæ cognoſcimus ad noſtri ordinis qualitatem pertinere, aut non corrigimus, aut (quod nefas eſt) ſilentio prætermus. Leges namq; diuinæ, conſulentes ſacerdotibus ac miniſtria eccleſiarum pro hæreditaria portione, omni populo præceperunt, decimas fructuum ſuorum locis ſacris præſtare, ut nullo labore impediti, per res illegitimas ſpiritualib[9] poſsint uacare miniſterijs: quaa legea Chriſtianorũ congeries longis temporib[9] cuſtodiuit intemeratas. Nunc autem paulatim præuaricatores legum penè Chriſtiani omnea oſtenduntur, dum ea quæ diuinitùs ſancita ſunt, adimplere negligunt. Vnde ſtatuimus ac decernimus, ut mos antiquus à fidelibus reparetur, & decimas eccleſiaſticis famulantibus ceremonijs populus omnis inferat: quibus ſacerdotes aut in pauperum uſum, aut captiuorum redemptionem prorogatis ſuis orationibus pacem populo ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtris ſtatutis ſaluberrimis fuerit, à membris eccleſiæ omni tempore ſeparetur.

6 Item decernimus, ut nullus presbyter confertus cibo, aut crapulatus uino, ſacrificia contrectare, aut miſſas priuatis feſtisq; diebus concelebrare præſumat. Iniuſtum eſt enim, ut ſpirituali alimento corporale præponatur: ſed ſi quis hoc attentare curauerit, dignitatem amittat honoris. Iam enim de tali cauſa & in concilijs Aphricanis definitum eſt. Quam definitionem noſtro quoque dignam duximus ſociare decreto, & ad locum, ut Sacramenta altaris non niſi à ieiunis hominibus celebrentur: excepto uno die anniuerſario, quo cœna Domini celebratur. Quæcunque reliquiæ ſacrificiorum poſt peractam miſſam in ſacrario ſuperſederint, quarta uel ſexta feria innocentes ab illo cuius intereſt, ad eccleſiam adducantur: & indicto eis ieiunio, eaſdem reliquias conſperſas uino percipiant.

7 Quæ dum poſtea uniuerſo cœtui ſecundum conſuetudinem recitata innoteſcerẽt, Prætextatus & Pappulus uiri beatiſsimi dixerunt: Decernat itaq; & de miſeris libertis ueſtræ autoritatis uigor inſignis, qui ideo plus à iudicibus affliguntur, quia ſacris ſunt commendati eccleſijs: ut ſi quas quiſpiam dixerit contra eos actiones habere, non audeat eos magiſtratui contradere, ſed epiſcopi tantum iudicio, in cuius iudicio principaliter conſtant, quæ ſunt iuſticiæ & ueritatis. Indignum eſt enim, ut hi qui in ſacroſancta eccleſia iure noſcuntur legitimo ma-

numiſs-

numiſsi, aut per epiſtolã, aut per teſtamentum, aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur, ne à quolibet iniuſtiſsimè inquietentur. Vniuerſa ſacerdotalis congregatio dixit: Iuſtum eſt, ut contra calumniatorum omnium uerſutias defendantur, qui patrocinium immortalis eccleſiæ concupiſcunt. Et quicunque à nobis de libertis larum decretum ſuperbiæ auſu præuaricari tentauerit, irreparabili damnationis ſuæ ſententia feriatur. Sed ſi placuerit epiſcopo ordinarium iudicẽ, aut quemlibet alium ſecularem in audientiam eorum accerſiri, quum libuerit, fiat, ut nullus alius audeat cauſas pertractare libertorũ, niſi epiſcopus cuius intereſt, aut is cui idem audiendum tradiderit.

8 Item, Chriſtianæ religionis negocia pertractantes, competimus quoſdam pſeudochriſtianos, de ſacroſanctis eccleſijs, ſuæ religionis oblitos, fugitiuos ſubtrahere: ideoque uim illatam nequaquam inultam relinquentes, cenſemus pro Dei timore, ut quicunque culpa compellente, aut potentum importuna non ſuſtinens, ſuæ gremiũ matris eccleſiæ petierit, uſque ad præſentiam ſacerdotis in eodem loco inconcuſsè permaneat: nulli permittentes quolibet dignitatis gradu functo, fugitiuo etiam in locis ſacris uiolentiam inferre. Sic enim mundani principes ſuis legibus cenſuerunt, ut quicunque ad eorum ſtatuas fugerit, illęſus habeatur: quanto magis hi permanere debent indemnati, qui patrocinia immortalis regni & cœleſtis adepti ſunt? Si tamen aliquo facto tenetur obnoxij, qui ad eccleſiam ſunt à fuga uerſi, quo iam ſacerdoti culpæ eorum innoteſcant, etiam ipſi conſultum ferant, qualiter Dei habitaculum per ſubtractionem non uioletur illorum.

9 Licet reuerendiſsimi canones atque ſacratiſsimæ leges, de epiſcopali audientia in ipſo penè Chriſtianitatis principio ſententiam protulerint: tamẽ quoniam eàdem poſtpoſita, humana in ſacerdotes Dei graſſatur temeritas, ita ut de atrijs uenerabiliũ eccleſiarum uiolenter abſtractos, ergaſtulis publicis adducant: cenſemus, ut epiſcopum nullus ſecularium faſcibus præditus, iure ſuo contumaciter ac perperàm agens, de ſancta eccleſia, cui pręeſt, trabere audeat. Sed ſi aliquid contentionis aduerſus epiſcopum potentior perſona babuerit, pergat ad metropolitanum epiſcopum, & ei cauſas alleget: & ipſius ſit poteſtatis, honorabiliter epiſcopum, de quo agitur, euocare, ut in eius præſentia accuſatori reſpondeat, & oppoſitas ſibi actiones extricet. Quòd ſi talis fuerit immanitas cauſæ, ut eam ſolus metropolitanus definire non ualeat, aduocet ſecum unum uel duos coepiſcopos. Quòd ſi & ipſis dubietas fuerit, conciliabulo definito, diem uel tempus inſtituant, in quo uniuerſi ritè collecti, fratris ſui & coepiſcopi cauſas diſcutiant, & pro merito aut iuſtificent, aut culpent. Nefas eſt enim, ut illius manibus epiſcopus aut iuſsiõe de eccleſia trahatur, pro quo ſemper Deum exorat: & cui, inuocato nomine Domini, ad ſaluationem corporis animæque, euchariſtiam ſæpe porrexit. Hoc enim decretum à nobis præfixum, qui fuerit audacter tranſgreſſus, tam ipſe quàm omnes qui ei conſenſerint, uſq; ad generale Cõcilium anathemate de eccleſia ſeparentur.

10 Quod de epiſcopis cenſuimus, uim obtineat & in clero: ut neque presbyter, neque diaconus, neque ſubdiaconus de eccleſijs trahantur, aut iniuriam aliquam inſcio epiſcopo eorũ patiantur: ſed quicquid quis aduerſus eos habuerit, in noticiã epiſcopi ꝓprij perducat, & ipſe cauſam (iuſticia præeunte) diſcutiens, animo clericos accuſantis ſatisfaciat.

11 Sectatores hoſpitalitatis nos eſſe non ſolùm Dominus Ieſus admonet, quum ſe dicit in hoſpitem receptum fuiſſe: ſed etiam eius Apoſtolus, omnibus penè præceptis. Propterea, beatiſsimi fratres, unumquemque noſtrûm oportet, non ſolùm ſemetipſum ad hoc opus aptare, ſed etiam omnium fidelium mentes, ut poſsint apud Deum miſericordię operibus pro noſtris peccatis intercedere, & nos ei per ueram hoſpitalitatẽ reconciliari. Si quis ergo noſtrûm non admonuerit, aut exemplum exhortatiõis ſuæ ipſe prius non comprobarit opere, indignationem diuinæ proculdubio incurret maieſtatis. Prædicetur hoc noſtræ mediocritatis ſtatutum, in auribus omnium Chriſtianorum.

12 Quid autem Scriptura diuina de uiduis & pupillis præcipiat, nobis clam non eſt. ideoque, quoniam prouiſioni noſtræ, Deo authore, cauſæ principaliter uiduarũ & pupillorum ſunt commiſſæ, peruenit ad nos, quòd à iudicibus crudelius pro leuiſsimis cauſis, ueluti defenſorẽ carentes, irremediabiliter affligantur. Ob quam cauſam decernimus, ut iudices non prius uiduas & pupillos cõueniant, niſi epiſcopo nunciarint, cuius ſub uelamine degunt. Quòd ſi epiſcopus præſens non fuerit, archidiaconus & presbyter pariter ſedentes, communi deliberatione cauſis eorum terminos figant, ita iuſtè ac rectè, ut deinceps de talibus antedictæ perſonæ non conquaſſentur. Quòd ſi is qui iudex eſt, aut impetitor, eis aut iniuriam aliquam ingeſſerit, aut definitionem tanti Concilij tranſgreſſus fuerit, à commu-

nione ſuſpendatur. Quibus igitur magnarum rerum cauſæ commiſſæ ſunr, nec minimarum dignum eſt cauſas paruipendere perſonarum. Soleur enim & minima, paulatim deſpecta, in malum magnum trahere.

13 Propterea tractatis omnibus quæ diuini uel humani iuris fuerunt, & ad finem uſq; perductis, putauimus congruum eſſe, de canibus eriam uel accipitribus aliqua ſtatuere. Volumus igitur, quòd epiſcopalis domus (quæ ad hoc, Deo fauente, iuſtituta eſt, ut ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat) canones nõ habeat: ne fortè hi qui in ea miſeriarum ſuarum leuamen habere confidunt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimenrum uerſa uice ſuorum ſuſtineanr corporum. Cuſtodienda eſt igitur epiſcopalis habitatio hymnis, non latratibus: operibus bonis, non morſibus uenenoſis. Vbi igitur Dei eſt aſsiduitas cantilenæ, monſtrum eſt, & dedecoris nota, canes ibi uel accipitres habitare.

14 Ex interpellatione quorundam cognouimus, quòd calcatis canonibus & legibus, hi qui lareri regis adhæreur, uel aliqui qui potentia ſeculari inflanrur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut conuinctionibus prærogatis, nõ ſolùm miſeros de agris, ſed etiam de domibus proprijs exulare. Idcirco in medium conſulenres, decernimus, ut deinceps huius mali licentiam quiſpiã non habeat: ſed ſecundum canonum atq; legum tenorem, cauſarum ſuarum actionem proponant, ur nullus miſerorum, rebus ſuis per uim aut aſſentationem quamlibet defraudetur. Illi aurem qui contra diſpoſirum non ſolùm noſtrum, ſed etiam antiquorum patrum & regum uenire tentauerinr, procelloſi anathematis ultione plectantur.

15 Et quia ordinationi ſacerdotum (annuente Deo) congruit de omnibus diſponere, & cauſis ſingulis honeſtum rerminum dare, ut per hos reuerendiſsimos canones, & prçteritorum canonum uiror, ac florida germina maturis fructibus eniteſcãt, ſtaruimus: ut ſi quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, uſque ad inferiorem gradum honoris ueneranter (ſicut condecet Chriſtianum) illi colla ſubdat, prout is officia & obſequia fideliſsima Chriſtianitatis iure promeruit. Er ſi quidem ille ſecularis equo uehitur, clericusq; ſimiliter: ſecularis galerum de capite auferat, & clerico ſynceræ ſalutationis muuus adhibeat. Si uerò clericus pedes gradirur, & ſecularis uehitur equo, illicò ad terram deſluat, & debirum honorem prædicto clerico ſyncerę charitatis exhibeat: ut Deus, qui uera charitas eſt, in utriſq; lærerur, & dilectione ſua urrumq; aſciſcat. Qui uerò hæc quæ Spiriru ſancto dictanre ſancita ſunr, tranſgredi uoluerit: ab eccleſia, quã in ſuis miniſtris dehonorat, quamdiu epiſcopus illius eccleſiæ uoluerit, ſuſpendatur.

16 Illud quoq; rectum nobis uiſum eſt diſponere, ut quæ uxor ſubdiaconi uel exorciſtæ, uel acolythi fuerar, mortuo illo, ſecundo ſe non audeat ſociare marrimonio. Quod ſi fecerir, ſeparetur, & in cœnobijs puellarum Dei rradatur, & ibidẽ uſque ad exirum uitæ ſuæ permaneat.

17 Comperimus multos, necdum marcidatis mortuorum membris, ſepulchra reſecare, & mortuos ſuos ſuperimponere: & aliorum (quod nefas eſt) pro mortuis ſuis religioſa loca uſurpare: ſine uolunrate ſcilicet domini ſepulchrorum. ideoq; ſtatuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod ſi factum fuerir, ſecundum legem ſuperimpoſira corpora de eiſdem tumulis reiactentur.

18 Inceſtam copulationem, in qua nec coniuges nec nuprias rectè appellari leges ſanxerunt, carholica omnino dereſtarur atque abominarur eccleſia, & grauioribus pœnis eos afficere promittunt, qui natiuitatis ſuæ gradus libidinoſo ardore conremnenres, in merda (quod nefas eſt) ur ſues reterrimi conuoluurur.

19 Cognouimus etiam quoſdam clericorum infrunitos, ad forales reorum ſententias frequẽter accedere. Proprerea prohibitionis eorum acceſſus hũc canonem prorulimus, definientes, ur ad locum examinationis reorum nullus clericorum accedat: neque interſit arrio ſauciolo, ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Si tamen ex nunc aliquis eorum definita contemnens, illuc acceſſerir, aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtola, gregibus examinatorum ſocierur, quos diuinis prætulir monaſterjs.

20 Vniuerſæ fraternitatis deliberatione ac definitione complacuit, ur anriquorum patrum iuribus in omnibus cuſtoditis, ad Synodum poſt rriennij rempus omnes conueniant, ut de alterna principaliter ſoſpitate exhilarari, cauſarum exurgenriũ tam diuinæ religionis quàm humanæ neceſsitaris diſcutiant, & omnibus iuſtum ęquumq; finẽ imponant: & hoc adimplere, ſolicitudinis ſir metropolitani Lugdunenſis epiſcopi, unà cum diſpoſitione magnifici principis noſtri, prius definientis locum mediterraneum, ad quem omnes epiſcopi ſine labore álacres congregentur. Er ſi aliquis eorum contumax fuerit, aut excuſationem

falſæ

falſæ neceſsitatis, quare non interfir, inuenerit, & poſtea publicarum fuerit, quod inepta erat eius excuſatio: uolumus, ut uſque ad concilium uniuerſale à communione & charitate fraterna maneat alienus.

¶ Eadem etiam Gunthrannus rex edicto promulgauit. Cuius exemplum ſubijcimus.

Gunthrannus rex Francorum, omnibus pontificibus, ac uniuerſis ſacerdotibus, & cunctis iudicibus in regione noſtra conſtitutis. Per hoc ſupernæ maieſtatis aurorem (cuius uniuerſa reguntur imperio) placari credimus, ſi in populo noſtro iuſticiæ iura ſeruamus: & ille pius Pater & Dominus, qui humanæ fragilitatis ſubſtantiam ſuo ſemper adiuuare conſueuit auxilio, melius dignabitur cunctorũ neceſsitates, ac quæ ſunt opportuna, concedere his, quos cognoſcit præceptorum ſuorum monita cuſtodire. Dum ergo pro regni noſtri ſtabilitate, & ſaluatione regionis uel populi, ſolicitudine peruigili attentius pertractauimus, agnouimus intra regni noſtri ſpaciũ, uniuerſa ſcelera, quæ canonibus & legib. pro diuino timore puniri cõſueuerunt, ſuadente aduerſario boni operis, perpetrari: & ex hoc proculdubio indignatione cœleſti, per diuerſas ſeculi tempeſtates, homines ac pecora, aut morbo conſumi cenſentur, aut gladio, dum diuina iudicia non timentur: atque ita fit, ut admittendo illicita per ignorantiã, multi depereant, & non ſolùm præſentem uitam celerius cogantur amittere, ſed & inferni ſupplicia ſuſtinere. Ad uos ergo ſacroſancti pontifices, quibus diuina clementia poteſtatis paternæ conceſsit officium, ſermo noſtræ ſerenitatis dirigitur: ſperantis, quòd ita populum nobis prouidentia diuina commiſſum frequenti prædicatione ſtudeatis corrigere, & paſtorali ſtudio gubernare: quatenus dum uniuerſi diligendo iuſticiam conſeruatione præcipua cum omni honeſtate ſtuduerint uiuere melius, cuncta rerum aduerſitate remota, cœleſti beneficio concedatur tranquillitas temporum, & congrua ſaluatio populorum. Et licet abſq; noſtra admonitione ad uos ſpecialiter prædicandi cauſa pertineat, tamen reliquorum peccatis uos omnino credimus eſſe participes, ſi filiorum ueſtrorum culpas non aſsidua obiurgatione corrigitis, ſed ſilentio præteritis. Nam nec nos, quibus facultatem regnandi ſuperni regis commiſit autoritas, iram eius euadere poſſumus, ſi de ſubiecto populo ſolicitudinem non habemus. Idcirco huius decreti ac definitionis generali uigore decernimus, ut in omnibus tiidiebus Dominicis, in quibꝰ ſanctę reſurrectionis myſterium ueneramur, uel in quibuſcunque reliquis ſolennitatibus, quando ex more ad ueneranda templorum oracula uniuerſę plebis coniunctio deuotionis congregatur ſtudio, præter quod uictum præparari conuenit, ab omni corporali opere ſuſpendantur, nec ulla, cauſarum præcipuè, iurgia moueantur: ſed uos Apoſtolici pontifices, iungentes uobiſcum conſacerdotes ueſtros, & filios ſeniores eccleſiæ, ac iudices locorum, quoſcunque agnoſcitis, quòd uita honeſta ac qualitas commendat, ita uniuerſam populi multitudinem conſtanti uel Deo placita iugiter prædicatione corrigite: ut & benè uiuentes myſticus adhortationis ſermo mulceat, & excedentes ad uiam recti itineris correctio paſtoralis adducat, quatenus omnes unanimi deliberatione laudabiliter ſtudeant uiuere, uel æquitate iuſticiam conſeruare, qualiter ab omni peccatorum fece liberos ſuos ſancta ſuſcipiet eccleſia Chriſtianos. Enimuerò quicunque ſacerdorum aut ſecularium, in intentione mortifera perdurantes, crebrius admoniti, ſi ſe emendare neglexerint, iuxta quod conditiones cauſarum aut exceſſus perſonarum exegerint, alios canonica ſeueritas corrigat, alios ligatos pœna percellat, quoniam nec innocentes poteſt reddere collata ſecuritas liberos, niſi certa culparũ probatio punierit criminoſos: nec minor eſt pietas proteruos conteri, quàm releuare compreſſos. Conuenit ergo, ut iuſticiæ & æquitatis in omnibus uigore ſeruato, diſtringat legalis ultio iudicum, quos non corrigit canonica prædicatio ſacerdotũ, quo fiat, ut dũ præterita reſecantur ſcelera, nullus audeat perpetrare futura, & ita uniuerſos excedentes pro diſciplinæ tenore ſeruãdo correctionis frena conſtringant, ut uniuerſam regionem noſtram pacis & concordiæ iura perficiant. Cuncti itaq; iudices iuſta (ſicut Deo placent) ſtudeant dare iudicia. Nam non dubium eſt, quod acrius illos condemnabit ſententia noſtri iudicij, à quibus non tenetur æquitas iudicandi. Non uicarios aut quoſcunque de latere ſuo, per regionem ſibi commiſſam inſtituere uel de[illegible]are pręſumant: qui (quod abſit) malis [illegible]eribus conſentiendo, uenalitatem exerceant, aut iniqua quibuſcunq; ſpolia inferre præſumant. Clericorum tranſgreſsiones cum aduerſario inſtigante contigerint, quantum illis pro diuino amore reuerentia maior impenditur, tantum conuenit ut acrius reſecentur: quoniam ſi ſancti paſtores aut inſtituti iudices (quod nefas eſt) ſubiectorum ſuorum ſcelera potius occultare, quàm reſecare tentauerint, ſe ex hoc amplius reos

eſſe uel noxios non ignotent. Cuncta ergo, quæ huius edicti tenore decreuimus, perpetualiter uolumus cuſtodiri: quia in ſancta ſynodo Matiſconenſi hæc omnia (ſicut noſtis) ſtuduimus diffinire, quæ præſenti autoritate uulgamus.

### ALIA SYNODVS MAtiſconenſis.

REgnante Gunthranno, & Chilperico, ſynodus apud urbem Mariſconenſem indicta & celebrata eſt.

Occaſionem præbuit contentio inter Palladium Sanctonicum & Berthrannum Burdegalenſem epiſcopos, orta in conuiuio Regis, qua ſibi inuicem de adulterijs & de periurijs crimina obiecerunt: & diſcedentes à Rege cautiones & fide iuſſores dederunt, de Synodo ad decimum calendas menſis noui celebranda.

Cum epiſcopi iuſſu regis Gunthranni cõueniſſent, cœperunt primùm tractare de ordinatione Fauſtiani: quem contra regis uoluntatem, iuſſu Gundobaldi, Palladius ordinauerat epiſcopum in urbe Aquenſi: & re diſceptata, illum ab officio remouent. Stringentes etiam ſententiam in eius ordinatores, præcipiunt, ut Oreſtes ſiue Palladius eum paſcant, & ſingulis annis centenos aureos miniſtrent. Subſtituerunt autem in eius locum Nicetium.

Deinde agitur de Vrſitio Cadurcenſi epiſcopo: & quoniam is publicè fuerat confeſſus, ſe Secundobaldum excepiſſe, excommunicatur, & adimitur ei poteſtas celebrandi miſſas, ordinandi eccleſias, benedicendi chriſma, dandi eulogias: & iubetur pœnitentiã agere tribus annis, uino & carnibus abſtinere, neque capillum neque barbam tondere.

Tertiò, cum quidam ex epiſcopis aſſeruiſſet, mulierem hominem dici non poſſe, diſceptatur de ea quæſtione. tandem uerò decernitur, productis teſtimonijs: Maſculum & fœminam creauit Deus, uocauitq; nomen eorum Adam: &, Quod IESVS Chriſtus filius hominis, id eſt: uirginis dicatur. ad quam dixerit etiam: Quid mihi tecum eſt mu[illegible] Hac ſatis craſſa Minerua refutatus ille, qui quæſtionem mouerat, acquieuit.

Quartò, Prætextatus Rothomagenſis epiſcopus orationes ſuas, quas in exiliò ſcripſerat, coram ſynodo recitauit, quæ quibuſdam quidem placuerunt: à quibuſdam uerò, quia artem minimè ſecutus fuerat, reprehendebantur. Turonenſis libro octauo, capite uigeſimo.

### SYNODVS ROMANA *ſub Gregorio.*

ANno Imperij Mauricij decimotertio, indictione decimaquarta, quinta die Iulij, Domini uerò 595, Gregorius Romæ cum epiſcopis uiginti quatuor, & cum preſbyteris trigintaquatuor, celebrauit Synodum, in qua primùm quatuor uniuerſalia concilia approbauit: ut patet ex libro primo Epiſtolarum, capite quadrageſimonono: & libro tertio, capite trigeſimotertio: & libro quarto, capite octuageſimooctauo.

Deinde decreta quædam cum ſynodi cõſenſu fecit, quæ hoc ordine referuntur in libro Epiſtolarum eius duodecimo, indictione ſeptima.

1 In ſancta hac Romana eccleſia, cui diuina diſpenſatio præeſſe me uoluit, dudum conſuetudo ualde reprehenſibilis exorta eſt, ut quidam ad ſacri altaris miniſterium cantores eligantur, & in diaconatus ordine conſtituti, modulationi uocis inſeruiant, quos ad prædicationis officium & eleemoſynarum ſtudium uacare congruebat. Vnde fit plerunq;, ut ad ſacrum miniſterium dum blanda uox quæritur, quæri congrua uita negligatur. Et cantor miniſter Deum moribus ſtimulet, cum populum uocibus delectat. Qua de re præſenti decreto conſtituo, ut in ſede hac ſacri altaris miniſtri cantare non debeant, ſolumq; Euangelicæ lectionis officium inter miſſarum ſolennia exoluant: pſalmos uerò ante reliquas lectiones cẽſeo per ſubdiaconos, uel ſi neceſsitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis aũt cõtra hoc decretũ meũ uenire tentauerit, anathema ſit. Et reſponderũt omnes: Anathema ſit.

Verecundus mos torpore indiſcretionis inoleuit, ut huius ſedis pontificibus ad ſecreta cubiculi ſeruitia laici pueri ac ſeculares obſequantur: & cum paſtoris uita eſſe diſcipulis ſemper debeat in exemplo, pleruq; clerici, qualis in ſecreto ſit uita ſui Pontificis, neſciunt: quam, ut dictum eſt, ſeculares pueri ſciont. De qua re præſenti decreto conſtituo, ut quidam ex clericis, uel etiam ex monachis electi, miniſterio cubiculi pontificalis obſequantur: ut is qui in loco regiminis eſt, habeat tales, qui uitam eius in ſecreta conuerſatione uideant, qui ex uiſione ſedula exemplom profectus ſumant.

Conſuetudo noua in hac eccleſia & ualde reprehenſibilis erupit, ut cum rectores eius patrimonij urbana uel ruſtica prædia iuris illius competere poſſe ſuſpicantur, fiſcali more titulos imprimãt, atq; hoc quod competere pauperibus exiſtimant, non iudicio, ſed manibus defendant. Et cum per prædicatores ſuos ueritas dicat, Nihil per conten-

contentionem,etiam ipſum ligitioſæ contentionis malum tranſcenditur,& res quælibet cùm exiſtimatur eccleſiæ poſſe competere,per uim tenetur. Proinde pręſenti decreto conſtituo,ut ſi quis Eccleſiaſticorum unquam titulos ponere ſiue in ruſtico, ſiue in urbano prædio ſua ſponte præſumpſerit,anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit. Is autem qui præeſt eccleſię, ſi hoc uel ipſe fieri præcipit,uel ſine ſua præceptione factum digna punire animaduerſione neglexerit,anathema ſit. Et reſponderunt omnes: Anathema ſit.

Sicut indignos nos pro beati apoſtoli Petri reuerentia mens fidelium ueneratur : ita noſtram infirmitatē decet ſemetipſam ſemper agnoſcere,& impenſæ ſibi uenerationis honorem declinare.Ex amore quippe fidelium huius ſedis rectoribus mos ultra meritum erupit,ut cum eorum corpora deferuntur,hæc dalmaticis contegant,& eas deniq; dalmaticas pro ſanctitatis reuerentia ſibimet partiendas populus ſcindat.Et cum aſſint multa à ſacris corpotibus Apoſtolorum Martyrumq; uelamina, à peccatorum corpore ſumitur, quod pro magna reuerentia ſeruetur.De qua re præſenti decreto conſtituo,ut ferettum quo Romani pontificis corpus ad ſepeliendum ducitur,nullo tegmine uelerur.Quam dscreti mei curam gerere ſedis huiꝰ presbyteroa ac diaconos cēſemus. Si quis uerò ex eorum ordine hoc curare neglexerit,anathema ſit. Reſponderunt omnes: Anathema ſit.

Antiquam patrum regulam ſequens, nihil unquam de ordinationibus accipiendū eſſe conſtituo,neq; ex datione pallij,neq; ex traditione chartarum,neq; ex ea quam noua per ambitionem ſimulatio inuenit appellatione Paſtelli . Quia enim ordinando epiſcopo pontifex manum imponit, Euangelij uerò lectionem miniſter legit, confirmationis uerò huius epiſtolam notarius excipit: ſicut Pontificem manum non decet , quam imponit,uendere:ita miniſtet , uel notatius non debet in ordinatione eius,uocem ſuam uel calamum uenundare. Pro ordinatione ergo,uel uſu pallij,ſeu chartis atq; paſtello, eundem qui ordinandus eſt, uel ordinatur, omnino aliquid dare prohibeo . Ex quibus prædictis rebus ſi quis aliquid commodi appellatione exigere nel petere fortè præſumpſerit,in diſtricto omnipotentis Dei examine reatui ſubiacebit.Is aūt qui ordinatus fuerit,ſi nō ex placito,neq; exactus uel petitus, poſt acceptas chartas & palliū offerre sliqd cuilibet ex clero gratię tantūmodo cauſa uoluerit,hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullā culpæ maculā ingerit,quæ ex aecipientis ambitu nō proceſsit.

Multos ex Eccleſiaſtica familia,ſeu ſeculari militia nouimus ad omnipotentis Dei ſeruitium feſtinare, ut ab humana ſeruitute liberi, in diuino ſeruitio ualeant familiarius in monaſterijs conuerſari. Quos ſi paſsim dimittimus,omnib. fugiendi eccleſiaſtici iuris dominium,occaſionem præbemus. Si uerò feſtinantes ad omnipotentis Dei ſeruitium incautè retinemus , illi inuenimur negare quædā,qui dedit omnia. Vnde neceſſe eſt, ut quiſquis ex iuris Eccleſiaſtici ſeruitute,uel ſecularis militiæ, ad Dei ſeruitium cōuerti deſiderat, probetur prius in laico habitu cōſtitutus . Etſi mores illiua atq; conuerſatio bono deſiderio illius teſtimonium ferunt,abſq; ulla retractione ſerui te in monaſterio omnipotēti Deo parmittatur,ut à ſeruitio humano liber recedat, qui diuino amore diſtrictiorem ſubire appetit ſeruitutem. Si autem in monaſtico habitu ſecundū patrum regulas irreprehenſibiliter fuerit cōuerſatus,poſt pręfixa ſacris canonibus tēpora licenter iam ad quodlibet eccleſiaſticū officiū prouehatur: ſi tamen illis nō fuerit criminibus maculatus , quæ in Teſtamento ueteri morte mulctantur.

¶ Gregorius gratia Dei epiſcopus, his decretis ſubſcripſit: & confirmauerunt epiſcopi & presbyteri,numero 58.

Gregorius ſanctiſsimus apoſtolicus papa ante corpus beatiſsimi Petri in ſynodo reſidens dixit: Hinc maximè nimiū dolens & ingemiſcens dico, quia aliquot ex Chriſtianis in Occidentis partibus conſtitutos audio,& temerè cōtra catholicā fidē & Patrū ſtatuta agere,ita ut cōſecratas fœminas ducete præſumāt, mulieres & propinquas cōiugio ſortiātur. Quod opportunū eſt ſpiritali amputare mucrone,atq; (ſi ueſtrę placet ſanctitati) radicitùs euellere,ne ſeges boni agricolę, iniquorū mixta horrētibꝰ frutetis ſordeſcat. Sanctiſsimi epiſcopi, ſeu uenerabiles presbyteri reſponderūt : Verè cognoſcimus,gratia ſancti Spiritus cor apoſtolatus ueſtri ſuccēſum, ut tātæ miſeriæ ſqualorē à fideliū mētib. detergatis.Poſt hāc omniū cōſonā reſpōſionē,Gregorius apoſtolicꝰ papa ante corpꝰ memoratū uenerabile Chriſti Apoſtolorū principis,inferēdo ſentētiā dixit.

I Si quis presbyterā in coniugiū duxerit, anathema ſit. II. Si quis presbyter uel diaconus duxerit uxorē,anathema ſit. III. Si quis monacham, quam Dei ancillam appellant, in coniugiū duxerit,anathema ſit. IIII. Si quis cōmatrem ſpiritualem duxerit in coniugium, anathema ſit. V. Si quis fratris uxorem doxerit in coniugium , anathema ſit. VI. Si quis neptem duxerit

 in con-

in coniugium, anathema ſit. v 11. Si quis nouercam aut nurum ſuam duxerit in coniugium, anathema ſit. v111. Si quis conſobrinam duxerit in cõiugium, anathema ſit. 1x. Si quis de propria cognatione, in qua cognatas habuit, duxerit in uxorem, anathema ſit. x. Si quis uirginem rapuerit, uel furatus fuerit eam, cum ſibi conſentientibus anathema ſit. x1. Si quis uirginem, quam ſibi non deſponſauerit, rapuerit, uel furatus fuerit in uxorem, unà cum ſibi ſauentibus anathema ſit. x11. Si quis hariolos, aruſpices, uel incantatores obſeruauerit, aut phylacterijs uſus fuerit, anathema ſit. x111. Si quis in quamlibet partem præcepta antè emiſſa Apoſtolicæ eccleſiæ de cameris & locis diuerſis temerauerit, & non in omnibus obſeruauerit, anathema ſit. x1111. Si quis homicidium fecerit, agat pœnitentiam decem annis. x v. Si quis in ſcelere permanſerit, anathema ſit. x v 1. Si quis ex clericis laxauerit coronam, anathema ſit. x v 1. Et reſponderunt omnes per ſingula capitula tertiò, Anathema ſit.

*Subſcriptio beati Gregorij Papæ.*

Gregorius ſanctæ catholicæ atq; Apoſtolicæ Romanæ eccleſiæ antiſtes, huic conſtituto à uobis promulgato ſubſcripſi. Agellus epiſcopus ciuitatis Fetetenſis, huic conſtituto à uobis promulgato ſubſcripſit. Et cæteri ſubſcripſerunt. Valete.

## SYNODVS LATE-
*ranenſis.*

IN ſynodo Lateranenſi Gregorius præſedit, & de monachorum quiete, libertate & immunitate, aliorum epiſcoporum aſſenſu decreta fecit, in hunc modum.

¶ Interdicimus, ut nullus epiſcoporum aut ſecularium ultra præſumat de reditibus, uel rebus, uel curtis monaſteriorum, uel de cellulis, uel de uillulis quæ ad ea pertinent, quocunq; modo uel qualibet occaſione minuere, uel dolos uel immiſsiones, aut uiolentias aliquas facere: ſed ſi qua cauſa fortè inter terram uenientem ad partem ſuarum eccleſiarum & monaſteriorum euenerit, & pacificè non potuerit ordinari, apud electos abbatis & alios patres timentes Deum, ſine uoluntaria dilatione, medijs ſacroſanctis Euangelijs, finiatur. Defuncto uerò abbate cuiuſquam congregationis, non extraneus, niſi de eadem cõgregatione, quem ſibi propria uoluntate concors fratrum ſocietas elegerit, & qui electus fuerit, ſine dolo uel uenalitate aliqua, ordinetur. Quòd ſi aptam inter ſe perſonam inuenire nequeunt, ſolerter ſibi de alijs monaſterijs ſimiliter eligant ordinandum: niſi fortè ex tantis (quod abſit) criminibus, quæ ſacri canones punire monſtrant, prohibeantur. Partim autem cuſtodiendum eſt, ut inuito abbate, ad ordinanda alia monaſteria, aut ad ordines ſacros uel clericatus officium tolli exindè monachi non debeant: ſed ſi abundantes fuerint, qui ad celebrandas Dei laudes, uel utilitates loci ſufficiunt complendas, de his quæ ſuperfuerint, offerat abbas corã Deo, quos dignè potuerit inuenire. Quiſquis autem ex monaſterio ad eccleſiaſticum ordinem peruenerit, ulterius illic nec poteſtatem aliquam, nec licentiam habeat habitandi. Deſcriptionesq; rerum aut curtarum, ſeu compitorum, aut rationum monaſterij ab epiſcopo fieri omnino negamus: ſed ſi res exigit, aliquando abbas loci illius cum alijs abbatibus rerum inuentarum deſcriptiones faciat, & eorum conſilio ſiue iudicio finiantur. Solus autem abbas aut uiſitator loci illius, ſuorum officialium recipiat computum aut rationem. Abſente quoque abbate, epiſcopus in deſcribendis peruidendisq; rebus monaſterij acquiſitis uel datis, nulla occaſione ſe permiſceat. Miſſas etiam publicas ab eo in cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in ſeruorum Dei receſsibus, & in eorum receptaculis, nulla popularis occaſio præbeatur conuentibus, uel mulierum fiat ullis introitus, quia non expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare epiſcopus, ſeu quacunq; alia dignitate præditus, aut poteſtate, uel quamlibet poteſtatem imperandi: nec aliquam ordinationem quamuis leuiſsimam faciendi, niſi ab abbate loci fuerit rogatus, quatenus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate. Nullusq; monachorum, ſine teſtimonio uel conſenſu abbatis ſui, in eccleſia aliqua locum teneat, uel ad aliquem promoueatur honorem. Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam, omni in futuro tempore, ab omnibus epiſcopis & quibuſcunque alijs, firmam ſtatuimus, illibatamq; ſeruari. Et ſanctæ eccleſiæ, iuuante Domino, ſuo termino ſiue iure contentæ, & monaſteria, eccleſiaſticis conditionibus ſeu angarijs, aut etiam procurationibus, uel quibuslibet ſubſidijs obſequijsq; ſecularibus nullo modo ſubiaceant. Et prædicta autoritate noſtra, ne in huiuſmodi epiſcopis, aut alijs precarijs, ſeu exactionibus ab eis, ſeu eorum ſubditis quouis modo exigendis & extorquendis, obtemperando obediant, diſtrictiſsimè prohibemus. Nullis præterea canonicis curis deſeruiãt: ſed remotis uexationibus, ac cũctis grauaminib. diuinũ opus cũ ſumma deuotione animi perficiãt. Vni

uerſi epiſcopi reſponderunt: Libertati monaſteriorum congaudemus, & quæ nunc de his ſtatuit beatitudo ueſtra, firmamus.

### SYNODVS BArionenſis.

CElebrem conuenrũ epiſcoporum Barionę indixit Gregorius,& in eo quædam orthodoxæ fidei obfutura ſuſtulit: nõnulla etiam conſtituit, nimirum ne bigamus presbyter ordinaretur, ne ſacerdoti in concubinatu agenti quiſquam daret operam, ne in eadem prouincia duo eſſent metropolitani: controuerſiam inter Candianum Gradenſem, & Ioanné Aquileienſem epiſcopum exortam diremit. Prohibuit, ne mulieres monachorum cœnobia ſubirent, ut refert Sabellicus Enneade octaua, libro quinto.

### SYNODVS ANGLICA.

ANno decimonono Mauricij, Auguſtinus epiſcopus Anglorum cum Britonum & Scotorũ epiſcopis in Synodũ coijt, & poſtulauit ut ſibi ſe ſubijcerent, & genti Anglorum communem euãgeliſandi laborem ſuſciperent. Sed illi utrumq; recuſarũt per abbatem, hominem eruditum, nomine Dinoth. Iratus ergo Auguſtinus, uaticinatus eſt eis calamitatem, quam per Edelpertum regem Canciorum eis paulo pòſt attulit, qui mille ducentos monachos & eremitas Britonum interfecit. Sigebert⁹ in Chronico: & Galfridus hiſtoriæ Britanicæ libro octauo, capite quarto.

### SYNODVS LVGDVNENSIS.

GVnthrannus apud Lugdunum Synodum congregauit. Cauſam præbuerunt Salonius Ebredunenſis & Sagittarius Vappinenſis epiſcopi, qui in domum Victoris Tricaſainorum epiſcopi, celebrantis natalem ſuum, cohortem cum gladijs & ſagittis immiſerant, & uaſa & omnem apparatũ abſtulerant, miniſtris & epiſcopo illo contumelioſè tractatis.

Conuenerunt autẽ Galliæ epiſcopi, quibus præſedit Nicetius patriarcha. Inquiſitum eſt de ſceleribus Salonij & Sagittarij: & ueritate depreheſa, uterq; epiſcopatu deiecti ſunt. Turonenſis libro quinto, cap. 20.

### SYNODVS CABILLONENSIS.

ANno Gũthranni decimooctauo, Childeberti uerò quarto, Synodus regis iuſſu ad urbem Cabillonũ congreſſa, denuò de Salonij & Sagittarij cauſa agit. Nam illi in Lugdunenſi ſynodo damnati, In regis amiciciam ſe inſinuauerũt, & facultatem abeundi Romam impetrarũt. Cum autem eò ueniſſent, & Ioanni ſuam miſeriam conquesti eſſent, ſtrenuè mentientes, ſe iniuſtè remotos eſſe: facilè obtinuerunt, ut pontiſex ſceleratiſsimorũ nebulonũ perpetuum aſylũ & patronus, ad Regem ſcriberet, eosq; ſine mora in integrũ reſtirui mandaret. Factũ id quidẽ à Rege eſt, ſed illi poſtea maioribus ſceleribus ſe onerarunt. Nam in bello Mummuli cũ Longobardis, arma ipſi geſſerunt, & plurimos ſuis manibus interfecerunt, in ciues etiam ſuos uiolenta manu ſæuierunt: & regem, eiusq; matrem conuicijs proſciderunt. Quare ab eodẽ in monaſteriũ quoddã ſunt reconditi. Vnde cõ aliorum oratu dimiſsi eſſent, iterũ ſcelera cumulaurunt, dies noctesq; potando & ſcortando. Patres inquiſitione & deliberatione habita, ab epiſcopatib ſuis eos denuò remouẽt, & in monaſterium Marcelli detrudunt. Turonenſis lib. 5. cap. 20, & 28.

### ALIA LVGDVNENSIS SYNODVS.

¶ Anno ſexto Childeberti, celebratur ſynodus Lugduni, in qua epiſcoporum quorundam lites componuntur, & negligentiores damnantur. Turonenſis lib. 6. cap. 1.

### ALIA SYNODVS GALlicana.

¶ Meminit Turonenſis lib. 10. cap. 8. Synodi in confinio termini Aruerni Gabalitani atq; Ruteni habitæ, ad quam ſacerdotes & uiri magnifici conuenerunt.

Tractatum aũt eſt de cauſa Eulalij comitis, & Tetrardiæ pellicis eius: quæ ab eo aufugiens, multa ſecũ abſtulerat. Et tandem rebus omnib. cõſideratis, ſentẽtia fertur, ut Tetrardia quadrupla ſatisfactione ablata reſtituat: & filios quos ex Deſiderio cõceperat, pro inceſtis habeat. ac cõceditur ei licentia, ut Aruerni reb. ſuis abſq; calumnia fruarur.

### SYNODVS PICTAuienſis.

PIctauiam epiſcopi ſub Childeberto & Gunthranno conuenerunt: inter quos præcipui erant, Gregorius Turonẽſis, Ebregyſilus Agrippinenſis, & Maroueus Pictauienſis, & Gundigiſilus Burdegalenſis.

Cauſam præbuit Chrodieldis & Baſina, quæ contra abbatiſſam excitauerant cruentas turbas.

Cum patres cõſediſſent, Chrodieldis accuſat abbatiſſam, quòd in monaſterio uirũ pro fœmina habeat, muliebri ueſte indutũ, & alium quendam puerum. Illi autem facta inquiſitiõe, abbatiſſam innocẽtem pronunciant: & Chrodieldem & Baſinam excõmunicant, eamq; ſententiam ad Reges perſcribunt, in hunc modum.

Dominis glorioſiſsimis regibus, epiſcopi qui affuerunt. Propitia diuinitate pijs atque catholicis populo daris principibus, quibus conceſſa eſt regio, rectiſsimè ſuas cauſas patefacit religio, intelligẽs ſacroſancto participantes ſpiritu, eorũ qui dominantur

rur ſe ſociari & conſtabiliti decreto. Et quia ex iuſsione poteſtatis ueſtræ cum ad Pictauam ciuitatem pro conditionibus monaſterij ſanctæ recordationis Radegundis cōuenimus, ut altercariones inter abbatiſſam eiuſdem monaſterij & monachas, quæ de ipſo grege inſalubri deliberatione progreſſæ ſunt ipſis diſceptantibus, agnoſcere deberemus, euocatis partibus, interrogata Chrodieldis & Baſina, quare tam audacter contra ſuam regulam foribus monaſterij confractis diſceſſerint, & hac occaſione congregatio adunata digreſſa ſit. Quæ reſpondentes, profeſſę ſunt famis, nuditaris inſuper & cædis ſe iam non ferre periculum: adijcientes etiam, eo quòd diuerſę earum in balneo lauarentur, incongruè ad tabulam ipſa luſerit, atque ſeculares cum abbatiſſa reficerent, etiam & ſponſalia in monaſterio facta ſint, de palla holoſerica ueſtimēta nepti ſuę temerariè fecerit: foliola aurea quæ fuerant in gyro pallæ, inconſultè ſuſtulerit, & ad collum neptis ſuæ facinoroſè ſuſpenderit: uittam de auro exornatam eidem nepti ſuę ſuperfluè fecerit, barbaturias intus eo quod celebrauerit. interrogaotes abbatiſſam quid ad hæc reſponderet, dixit: De fame quod conqueruntur, ſecundum quod temporis penuria permitteret, nunquam ipſæ egeſtatem pertulerunt. De ueſtimento uerò dixit: Si quis earū arcellulas ſcrutaretur, amplius eas habere quàm neceſsitas indigeret. De balneo uerò quòd opponeretur, retulit hoc factum diebus quadrageſimæ, ne pro calcis amaritudine lauātibus noceret nouitas ipſius fabricæ, iuſsiſſe dominam Radegundem, ut ſeruientes monaſterij publicè hoc uiſitarent, donec omnis ſudor nocendi diſcederet, quod per XL. uſq; ad Pentecoſtē in uſu famulis fuerit. Ad hæc Chrodieldia reſpōdit: Et poſtea ſimilirer multæ per tempora lauerunt. Retulit abbatiſſa, ſe nec probare quod dicerent, & ſe neſcire an factum ſit. Sed adhuc inculpans eaſdem, quòd ſi ipſæ uidiſſent, cur abbatiſſæ non proderent? De tabula uerò reſpondit: Etſi luſiſſet uiuente domina Radegunde, ſe minus culpa reſpiceret: tamen nec in regula per ſcripturam prohiberi, nec in cautionibus retulit: ſed ad iuſsionē epiſcoporum repromiſit, ceruice ſe inflexa per pœnitentiam quicquid iuberetur implere. De conuiuijs etiam ait, ſe nullam nouam feciſſe conſuetudinem, niſi ſicut actum eſt ſub domina Radegunde, ſe Chriſtianis fidelib. eulogias obtuliſſe, nec ſibi comprobari cum illis ullatenus conuiuaſſe. De ſponſalibus quoq; air, coram pontifice, clero uel ſenioribus pro nepre ſua orphanula arras accepiſſe: & tamen ſi hæc culpa ſit, ueniam ſe coram cunctis petere profeſſa eſt. Tamen nec tunc conuiuium in monaſterio fecerit. De palla quòd repurarent, protulit monacham nobilem, quæ ei mafortem holoſericum, quem de parentibus detulit, muneris cauſa conceſſerit: & inde partem abſcidiſſe, unde quod uellet, faceret. De reliquo uerò quantum opportunū fuit ad ornatum altaris, pallam condignè condiderit, & de illa inſciſſura, quę pallæ ſuperfuit, purpuram neptis ſuæ in tunica poſuerit: quam ibi dediſſe dixit, quod monaſterio profuit quę per omnia donatrix Didyma cōfirmauit. De foliolis aureis & uitta auro exornata, Macconem famulum ueſtrum pręſentem teſtē adhibuit, eo quòd per manum eius ab ſponſo puellæ prædictæ neptis ſuæ XX ſolidos accepit, unde hoc publicè fecerit: nec de monaſterij rebus quicquā ibi permixtum ſit. Interrogata Chrodieldis cum Baſina, ſi forſitan aliquid (quod abſit) abbatiſſæ adulterij reputarent, ſiue quid homicidij uel maleficij fecerit, aut crimen capitale quo percuteretur, edicerent? reſpondentes protulerunt, nō habere ſe aliquid, niſi quòd quæ dixerūt, eam iſta feciſſe contra regulā, proclamarent. Ad extremum, pro peccatis quia clauſtra dirupta ſunt, & miſeris licuit ſine diſciplina abbatiſſę quod uellēt cōmittere, & per tot menſium ſpacia quas credebamus innocentes monachas, nobis protulerunt prægnantes. Quibus per ordinem diſcuſsis, nec inuento crimine quod abbatiſſam deijceret, de leuiorib. cauſis paterna cōmonitione conteſtati ſumus, ut hæc nullatenus deinceps pro reprehenſione repeteret. Tunc nobis percūctantibus cauſam aduerſæ partis, quæ maiora crimina commiſerunt, id eſt quæ prædicationē ſui ſacerdotis intra monaſteriū ne foràs procederēt deſpexerunt, pontifice conculcato, & in ſummo contemptu in monaſterio relicto, confractis feris, & ianuis pro irrito factis diſceſſerunt, & ad ſuum peccatum aliæ tractę tranſgreſſę ſunt: inſuper cum Gundigiſilus pontifex cū ſuis prouincialibus & pro ipſa cauſa cōmonitus per pręceptionē regū Pictauos acceſsiſſet, ad audientiam eas ad monaſteriū cōuocans, deſpecta commonitiōe ipſis occurrentibus ad beati Hilarij confeſſoris baſilicā, ubi ipſe cōmorabatur, ut condecet paſtoris ſolicitudinē, accedentes fuſtibus tam pōtifices quàm miniſtros affecerūt, & intra baſilicam fuderunt ſanguinē Leuitarū. Dehinc ex iuſsione dominorū Principū cū uir uenerabilis Theutharius presbyter in cauſa directus eſſet, & ſtatutum fuiſſet quando iudicium fieret, non expectato tempore monaſterium ſeditioſiſsimè accenſis in curte cupis, uectibus ac ſecuribus confractis poſticis, igne accenſo, intra ſepta cæſis & uul-

& uulneratis monialibus, in ipſis orstorijs ſpoliato monsſterio, denudats & diſciſſa capillis abbatiſſs grauiter ad ridiculum ducta, & tracta per compita, & in locum retruſa, & fune ligata, nec liberata ſuperueniente diei Paſchæ feſto per ſeculnm offerente pontifice pro condemnsta precium, ut ſe peteret uel bsptiſmum, nec ulla ſusſione hoc impetraſſet uox ſupplicum: atque reſpondente Chrodielde, eo quòd tale facin⁹ neſciſſent, nec iuſſerant, adhuc Chrodielde aſſerēte ad inrerſignium ſuum ne à ſuis interficererur obtenrum ſit. unde certum eſt trsctari, quid ex hoc datur inrelligi, quod additur crudelitati, ad ſepulchrum bestæ Radegundis fugientem ſeruum monaſterij ſui occiderint, & ſcelere creſcente nihil petendo ſanauerint, ſed per ſe poſt intrantes monaſterium caperent, & ad dominorum iuſsionem ut ſeditioſos illos in publico repræſentarent, nolentes acquieſcere, & contra regum præcepta msgis arma tenerent, & ſe ſsgittis uel lsnceis contra comitem & plebem indignanter erigerent. Hinc denuò egreſſæ ad audienriam publicam, extrahunr crucem ſanctam, ſacratiſsimamq́; occultè, & ad iniuriam iudicis ac culpsm, quæ poſtea reſtituere coactæ ſunt in eccleſia. quibus tot capitalibus agnitis facinoribus, nec refrenatis, ſed iugiter magis auctis criminibus, nobis eiſdem dicentibus, ur abbatiſſæ pro culps ueniam peterent, aut quod male directum fuerar emendarent, nolentes hoc facere, ſed magis de eius interfectione tractarent, quod publicè ſunt confeſſæ, reſeratis à nobis & recenſitis canonibus uiſum eſt æquiſsimum, eas uſq; quò agerenr pœnitentiam, & abbatiſſam in ſuum locum reſtituerent, à communione priuari. Hæc nos pro ueſtra iuſsione, quod ad eccleſiaſticum pertinuit ordinem, circumſpectis canonibus, abſq; perſonarum aliqua acceptione ſuggerimus. Peregiſſent decætero, quod de rebus monsſterij uel inſtrumentis chartarum dominorum regum parentū ueſtrorum de loco ſubreptum eſt, quæ ſe habere profeſſę ſunt: ſed nobis inobedientes, nullatenus erunr uoluntsriæ redditura, qualiter ueſtra uel anteriorum principum merces æterna permsneat. Ad loci inſtsurstionem, ueſtrę pietatis atque poteſtatis eſt, auctoritate regis cogere formare: neque ipſas ad locum quem tam impiè sc prophaniſsimè deſtruxerunt, ne peiora proueniant, uel redire cōcedire, uel permittatis. Sub catholicis regibus totum acquiratur Deo, nihil perdat religio: ut ſtatus conſeruatus tam pattum quàm canonum, nobis proficiat ad cultum, uobis propsgetur ad fructum. Chriſtus uos Dominus alat, regatq́;, regnū tribuens prolixius, uitamq́; conferat beatam. Turonenſis libro decimo, capite decimoquinto.

## SYNODVS ME-
*tenſis.*

In urbe Merenſium iuſſu Childeberti celebrata eſt Synodus, in initio Menſis octaui.

Cauſam præbuit Sumnigilus ſicarius, à Fredegunde regina ad regem interficiendum ſubornatus: qui quæſtionibus ſubiectus, confeſſus erat, Ægidium Remēſem epiſcopum cōſilio illo de interficiēdo Childeberto interfuiſſe.

Conuenerunt epiſcopi iſtius prouinciæ. Rex per Eunidium ducem accuſat Aegidium, primùm de proditione, quòd ſeſe cū Chilperico rege, hoſte ſuorū maiorum, coniunxerir. Deinde, quòd inter parruos ſuos excitauerit diſsidiū, & bellum: idq́; probat ſcriptis & reſtibus. Ægidius etſi initio negare quædam, nonnulla etiam excuſare nititur: tamen tandem conuictus, crimina confitetur. Patres, ne præcipitate ſententiam contra epiſcopum uideantur, ſpacium tridui à rege petunt, deliberandi de ſententia: & interea cum Ægidio agunt, an non poſſet aliquas excuſationes ſuorum criminum inuenire & prætendere? At ille reſpondet: Noui me ob crimen Maieſtatis reum eſſe mortis. ſemper enim in perniciem huius regis, & matris eius, conſilia inij: ac autor belli fui, in quo nonnulla Galliarum loca uaſtata ſunt. Patres ergo, licet dolerent eius uicem, tamen ſententiam contra ipſum tulerunt, eumq́; à ſacerdotali ordine remouerunt: & pro eius uita intercedentes impetrarunt, ut Argentoratum in exilium mitteretur, Romulo in locum eius ſubſtituto.

In hac etiam ſynodo Baſina, quæ cum Chrodielde à communione fuerat remota in Synodo Pictauienſi, ſolo proſtrata coram epiſcopis, ueniam petijt: & promiſit cum abbatiſſa in monaſterium redire. Chrodieldis autem id facere detrectauit. Rege autem pro utraq; intercedente, Baſina abſoluitur, & in cœnobiū remittitur. Chrodieldis uerò in uillam Vuddonis concedere permittitur. Turonenſis libro decimo, capite decimooctauo, & decimonono.

CAPVT

# CAPVT X.

## DE EPISCOPIS ET DOCTORIBVS ECCLESIÆ.

## DE ASIATICIS DOctoribus.

### DE HIEROSOLYmitanis.

### SALVSTIVS.

MARTYRIO Saluſtius Hieroſolymis in epiſcopatu ſucceſsit, Euag.libro 4. cap. 37. De hoc autem nihil memorabile in hiſtorijs refertur.

### HELIAS.

SAluſtij in eccleſia Hieroſolymitana ſucceſſor fuit Helias: ut Nicephorus lib.16. cap.26.refert. Patrem habuit Paſſarionem nomine. Grauiſsima autem & triſtiſsima diſsidia & cõtentiones tum in Eccleſia extiterunt, Romanis cum Conſtantinopolitanis dimicantibus propter Acacium, & Alexandrinis à Conſtantinopolitanis de ſynodi Chalcedonenſis decretis diſsidentibus. Helias autem orthodoxæ & ſynceræ parti adhęrebat,& cum Euphemio Conſtantinopolitano conſtanti ueritatis confeſſore amiciciam colebat,ac cum eo communicabat: ac eo in exilium pulſo,intrepidè & animoſè ipſius proſcriptoribus tãquam aduerſus Canones agentibus contradixit,eiusq́; proſcriptioni nullo modo aſſentiri uoluit. Macedonij tamen cõmunionem, ut qui ueræ & ſanæ doctrinæ adhęreret,non abhorruit. Anaſtaſium Imperatorẽ ſeueriſsimè ei mandaſſe, ut collecta ſynodo concilium Chalcedonenſe damnaret, Theodor⁹ lib. Collectan.2 meminit. Ille uerò ſynodum quidem non congregauit: ſolus autem Neſtorium, Eutychen, Diodorum, Theodorum, & ſynodum Chalcedonẽſem anathematiſauit. Poſtea cum Xenæas eccleſias turbaret, ac Imperator agnoſceret Heliam eius opiniones execrari,conuentum in Sidone contra ipſum & Flauianum Antiochenũ congregauit. Helias autem hanc rem compertam & exploratam habens,per Sabbam monachum,Imperatorem ſibi miſsis literis recõciliat. Recitat eas Nicephorus cap.32.lib.16 his uerbis: Heremi incolas,& cum illis Sabbam, ſolitudinis caput, oratores pro eccleſijs ad celſitudinem tuam mittimus. Tu uerò ô Imperator,diuinos eorum labores atq; ſudores reueritus,finem,quod contra eccleſias ſuſceptum eſt,bello imponito,neq; cladem hanc ulterius progredi ſinito. Curæ namq; tibi eſſe,ut quę Deo grata ſint facias, qui tibi diadema conceſsit, perſuaſum habeo,&c. His literis & ſermonibus Sabbæ cũ Imperator placatus eſſet, Synodus cõtra eũ nihil agere uel decernere potuit. Eſt & hoc in eo non leue profectò animi Chriſtiani & ſynceri indicium,quòd Synodales literas à Seuero,q Flauiano Antiochię pulſo ſucceſſerat, miſſas, nequaquam recepit. Quare ita eſt commotus Imperator, ut armatorum militum cohortem Hieroſolymã mitteret,uindictã ſumpturus de ijs qui Seuero cõſentire,eiusq́; ſynodalibus plauſum dare nollent. Helia ſic periclitante, Monachi ipſum contra Seuerum & militarem manum alacriter & ſtrenuè defendunt. Anaſtaſius igitur per Olympium Paleſtinæ ducẽ, Heliam in exiliũ mittit. Imperatoris mortem,ut Nicephorus cap.34.lib.16. refert, oſtento quodam admonitus prædixit. Synodos etiam aliquot ipſe habuit, ut ſuo loco dictum eſt.

### IOHANNES.

Olympius Paleſtinæ dux,Helia in exiliũ pulſo & eiecto,in locum eius Iohannem filium Martiani ſubſtituit, Hic cum Seuero Antiocheno,homine peruerſo,& aduerſus ueram pietatem grauiter dimicante, communicauit: nihilominus tamen Chalcedonenſe conciliũ laudans & approbans,temporibus fortè & hominibus aliquid dandũ & largiendum eſſe ſtatuẽs. Mirabili tamen Dei prouidentia ab illa animi fluctuatione & nutatione per Sabbam,ad ueritatis profeſsionem, ac errorum corruptelarũq́; deteſtationem adductus eſt.

Hæc cum ad Imperatoris aures perlata eſſent,confeſtim Olympio magiſtratũ abrogat,& Anaſtaſiũ ducem in illius locum ſuffectũ mittit: eiq́; in mandatis dat,ut Iohannem carceri includat. Quod ipſe non ſegniter effecit, quamprimùm Hieroſolymam uenit: ac ut Chalcedonenſe concilium reijceret,cogere uoluit. Iohannes uerò (atteſtãte Nicephoro cap.34.lib.16.) de conſilio Zachariæ Cæſariæ Paleſtinæ epiſcopi (cũ quo ſecretò contulerat,ac didicerat,tempore ita flagitante opportuna fraude res gerẽdas eſſe) poſtulatis Anaſtaſij annuit, hac tamen annexa conditione, ſi elapſis duobus diebus libertati reſtituatur: Ne ſcilicet, inquit, uideamur ui,nõ perſuaſione adducti, id quod Imperatori placitũ eſt facere. Hoc conſilium an ſatis pium ſit & honeſtũ, nos Lectori dijudicandum in medio relinquimus. Sic itaq; liberatus è carcere, monachorum gregem in templum Stephani, ut peruerſorum hominum conatus reprimeret & diſsiparet,conuocat. Comminiſcitur & aliud ſtratagema haud uulgare. Sabbæ & Theodo-

Theodoſij, fidei orthodoxæ defenſorũ manibus ſeſe communit. & aduentante duce, ut in illius præſentis Synodus anathematiſaretur, erumpit in hæc uerba, ſicut ea à Nicepboro commemorantur: Si quis Eutycheti, & Neſtorio, & Seuerò, & Soterícho Cæſareæ Cappadocum epiſcopo aſſentitut, anathema. Si quis quatuor uniuerſalium Synodorum dogmata non ſequitur, anathema. Anaſtaſius dux ubi eam quaſi telam perſpexit, multitudinis impetum reueritus, fuga ſaluti ſuæ cõſulit. Datis autem ad Imperatorem ea de re literis, liberè ipſum admonuerũt, & doctrinæ ſuæ immota fundamenta protulerunt, Iohannes & cæteri qui ipſius partes defendebant.

Refert idem Nicephorus, eum poſt hæc diu in uiuis fuiſſe: ſed certum tempus non aſsignat.

PETRVS.

Petrus Iohanni ſucceſsit, ſed pietate ei haud ſecundus fuit. Nicepb. libro 16. capite 34. Euagrius libro 4. capite 37.

MACARIVS.

Macarius ſucceſsit Petro. Cum autẽ Origenis errores defendiſſet, ab officio remotus eſt. Sed poſtea Euſtochio ſucceſſore ſuo uiciſsim depoſito, ad mentem meliorem redijt: & Origenem, Didymum & Euagrium ſeſe damnare oſtendit: & in ſuum epiſcopatum reſtitutus eſt, ſub Iuſtiniano: teſte Euagrio libro 4. capite 37 & 39.

EVSTOCHIVS.

Euſtochius poſt Macarium Hieroſolymis epiſcopalem ſedem accepit. Is uerò zelo pro religione ardens, contra Imperatores, ac præſertim in noua Laura, in qua Origenis dogmata in precio habebantur, illius ſectatores omni ſtudio conatus eſt expellere. Oppoſuit ſe ei Theodotus Cæſareæ Cappadocum epiſcopus, Iuſtiniano admodum familiaris. Conuocauit Iuſtinianus Conſtantinopoli Quintam ſynodum, hac ipſa de cauſa: in qua aduerſarius eius dãnatus eſt, unà cum Origenis libris. quod Iuſtinianus indignè ferens, paulo pòſt & ipſum Euſtochium deponi curauit, Macario reſtituto. Euag. libro 4. cap. 37. 38.

IOHANNES.

Macario ſucceſsit Iohannes, circa initium imperij Tyberij Cæſaris. Euagrius libro quinto, capite decimoſexto.

NEAMVS.

Neamus duodecimo anno Tyberij Mauricij ſucceſsit Iohanni. Nicepb. lib. 18. capite 26. Hunc Amos appellat Gregorius, in epiſtola ad ipſum libro ſeptimo, capite 7.

ISICIVS.

Iſicius quoq; epiſcopus Hieroſolymis fuit Gregorij tempore, ut ex epiſtola apparet, qua Gregorius eum de cura paſtorali, & de Simoniaca hæreſi tollenda (quòd in Orientalibus eccleſijs nullus ad ſacrum ordinem admitteretur, niſi qui muneribus ſe apud epiſcopos inſinuaſſet) fraternè monet. Greg. libro nono, capite quadrageſimo.

DE ANTIOCHENIS

*epiſcopis.*

FLAVIANVS.

PAlladio Antiocheno defuncto, Flauianus eius eccleſiæ adminiſtrationẽ ſortitus eſt, uir (ut apparet ex Euagrio libro 3. cap. 31.) bonus, & orthodoxæ fidei defenſor ſtrenuus. Magna enim ſuſtinuit certamina & pericula, propter ueritatis confeſsionem. Atrociſsimum & infenſiſsimum hoſtem habuit Xenæam Hieropolitanum epiſcopum: qui neſcio quas inimicitias ulturus, ſub fidei tamen prætextu eum de Neſtoriana hæreſi accuſauit: ſed efficere nihil potuit. Anathemate enim Neſtorium, eiuſq; erroneam opinionem damnauit. Ac ne ſic quidem inquietus & turbulentus ille calumniator Xenæas quieſcere uel uoluit, uel potuit. Conciliatis enim ſibi aliorum animis, aliam impreſsionem in Flauianum fecit, poſtulans ab eo, ut omnes quoq; illos qui cum Neſtorio aliquando ſenſerant, anathemate feriret: quod niſi faceret, certum eſſe ſignum, ipſum in ſinu Neſtorij errorẽ fouere. Cum aũt hic pacis amans eſſet, ſcripto anathematiſmum eſt cõplexus, ac imperatori Anaſtaſio tranſmiſit. nam ad ipſum, quaſi cum Neſtorio ſentiret, delatus erat. Porrò Xenæas ne his quidem contentus, rurſus eũ quaſi Neſtorianum accuſat. Coactus itaq; ſcripto fidei ſuæ confeſsionem comprehendit: in quo ſe, quod ad depoſitionem Neſtorij & Eutychis, non autem quod ad determinationem & doctrinam fidei attinet, Synodum recipere profitebatur. Quæ ſententia cum ambigua eſſet, rectè contra ipſum, ut qui aliter animũ ſuum exponere potuiſſet, torquebatur. In ſuſpicione igitur hærebat erroris Neſtorij, niſi & ipſius ſynodi, & eorum qui duas in Chriſto diuinitatis ac carnis naturas eſſe dixerunt, anathematiſmum adderet. Quod cum facere moraretur, Iſauriæ epiſcopi & quidã monachi ſe ab eius & Macedonij communione ſeparauerũt. Hac occaſione Xenæas adiunctis ſibi aliquot epiſcopis, in rectè ſentientes ſæuire cœpit. Et quod ad Flauianũ attinet, ille magna turba hominum & monachorũ ſtipatus, in Antiochiam irruit, & Flauianũ ui cogere tentauit, ut Chalcedonenſem ſynodum & Leonis tomum anathematiſaret. Quod cum ille recuſaret, ac monachi magno impetu inſtarent, populus paſtorẽ ſuum in ſummis periculis conſtitutũ eſſe uidẽs, aggreditur monachos, & ma-

& magnã edit ſtragẽ, plurimis in Oronrẽ fluuiũ pręcipitatis. Aduolauit aũt & alia monachorũ ex monaſtetio Tilmolgio cohors, Flauianũ ptopugnatura & defenſura, ita ut tumultus creſcerent. Siue igitur propter ſuſpicionẽ de hęreſi Neſtoriana, ſiue ꝓpter hunc rumultũ, eijcitur in exiliũ Flauianus, & iubetur petram quandã excelſam & præruptã in finib. Paleſtinæ incolere. Euag. li. 3. cap. 31. & 32. ex literis monachorũ ad Alciſonẽ. Paulus Diac. lib. 15 narrat, eum reuocatũ ab exilio, ſedẽ ſuã recepiſſe. Niceph. aũt lib. 17. ca. 9. ſcribit, poſt obitum ab Hormiſda Romano epiſcopo eum in integrum ſynodo Romæ celebrata reſtitutum, ac nomen eius in ſacras tabulas relatum eſſe.

PAVLVS.

Seuero ex epiſcopatu Antiocheno eiecto, ſucceſsit Paulus: qui cum ſynodũ Chalcedonenſem, quam Seuerus dãnauerat, publicè prædicare iuſſus eſſet, ſpontè Antiochia diſcedens mortuus eſt. Euag. libro quarto, capite quarto. Claruit ſub Iuſtino Imperatore.

EVPHRASIVS.

Paulum in epiſcopatu Antiocheno ſecutus eſt Euphraſius, qui Hieroſolymis uenerat. Cum autem urbs Anthiochena tempore Iuſtini Imperat. crebris terræmotibus concuteretur, attigit hæc clades etiam Euphraſium epiſcopum: qui cladem ciuitatis antea magnam, ſuo interitu maiorem reddidit. Euagrius libro 4. capitibus 4 & 5.

EPHRAIMIVS.

Poſt hanc cladem urbis, Antiochenæ, & obitũ Euphraſij, Ephraimius Orientis pręfectus curam calamitoſæ ciuitatis in ſe recepit, ac omnibus neceſſarijs ei præuidit. Ob quod beneficium etiam ab incolis in epiſcopatu confirmatus eſt. Euag lib 4. cap. 6. Cum autem Choſroes Perſarum rex omnia circa Anriochiam bello & incendio uaſtaret, tandem & ipſam Antiochiam inuaſit ac cœpit: quam Ephraimius tum reliquit, ſic tamen ut eccleſiam & omnia circumiacentia ſeruaret, ſuſpenſis anathematibus quibus redimerẽtur. Euagrius libro quarto, capite 25. Hic etiam Thomæ monachi cadauer Antiochiam tranſtulit. Euagrius libro quarto, capite trigeſimo quinto. Sub Iuſtiniano Imperatore claruit.

DOMNIVS.

Domnius Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus fuit, ut refert Euagrius lib. 4. cap. 38.

ANASTASIVS.

Domnio ſucceſsit Anaſtaſius, uir ſacrarũ literarũ ſcientia excellens, & integritate uitæ & animi conſtantia inſignis. Cum autem Iuſtinianus Imperator relicta ueritatis uia, eorum hæreſin amplecteretur qui opinantur, Dominum non mortalem carnem aſſumpſiſſe: ſed eam, poſteaquã aſſumpta eſſet, immortalem extitiſſe: uoluit omnes ſacerdotes huic opinioni ſubſcribere. Sed omnes uno ore profeſsi ſunt, ſe Anaſtaſium Antiochenum epiſcopum ſequi: ac primam perſecutionem ſic declinarunt. Euag. lib. 4. cap. 49. Iuſtiniano deinde ad expugnandum ipſum omnis generis machinis utenti, infracto animo contradixit: & ex Apoſtolorum ſcriptis probauit, corpus Chriſti morrale fuiſſe. Hæc multis ea de re interrogantibus inculcauit, ac eorum mentes inſtruens ad certamen præparauit, quotidie ſonans illud Pauli: Si quis aliud Euangeliũ docuerit, anathema ſit. Ad Antiochenos librum ſcripſit, quem ευτακατεριον intitulauit, cum audiſſet Iuſtinianum ſe in exilium pulſurum. Sed hic liber in lucem non prodijt. Iuſtiniani autem morte exilium impeditum fuit. Iuſtinus uerò huius ſucceſſor, Anaſtaſium eiecit, propter pecuniam ærarij eccleſiaſtici ab eo conſumptam. Elapſis uerò annis uigintitrib. mortuo Gregorio, Antiochenæ ſedi reſtitutus eſt: ut refert Euagrius libro quarto, cap. 40. 41. & libro 5. cap. 5. libro 6. cap. 25. Ad hunc Gregorius Magnus ſcripſit epiſtolam 7. & 25. primi libri: in quarum prima ſignificat, ſe Anaſtaſio ab Imperatore Mauricio impetraſſe reſtitutionem: quod teſtatur Iohannes Diaconus in Gregorij uita. Conuertit etiam in linguam Græcam librum Gregorij cui titulus eſt, Regula paſtoralis, teſte eodem Ioanne. Thomæ monacho, propterea quòd ipſi ſæpè moleſtus fuerat, alapas dedit. quod cum moleſtè ferrent præſentes, reſpondit Thomas: Poſt hæc non accipiam, nec ille dabit. quo reſponſo Anaſtaſio, qui elapſo die uitã finijt, mortẽ prædixit: ut refert Euag. lib. 4. cap. 35.

GREGORIVS.

Gregorius in poeſi clarus, ab ineunte ætate monaſticis ſtudijs deditus, primùm Conſtantinopoli monaſterio præfuit: poſtea Iuſtino mandante, paſtor in monte Sinæo factus eſt: in quo à Scenitis barbaris circũdatus, multa pericula ſuſtinuit. Deinde epiſcopus Antiochiæ factus eſt. In rebus gerendis animo & conſilio prõptus erat, & quælibet negocis dexrrè expediebat, metuiꝫ non obnoxius. liberalis erga quoslibet, in conſilijs dandis ſolers, ac in reb. domeſticis & externis dijudicandis dexter erat, aſpectu grauis, in colloquio familiaris. Euagrius libro 5. cap. 6. De Coſrois regis irruptione in Circeſium, ad Iuſtinum ſcripſit, quæ ex Niſibeno epiſcopo acceperat. Sed Imperator negligens & ſecurus: ipſi leuitatis in credẽdo uitiũ obiecit. Euag. lib. 5. cap. 9. Mauricio Antiochiæ in tẽplo Mariæ fumigante, cortina ſacrę menſæ cõflagrari uiſa erat. Sed

Grego-

Gregotixitus di, ei illam uiſioné Imperialé dignitaté pottendere. Cum autem Mauricius Imperiũ ſuſcepiſſet, uſus eſt eo legato & mediatote in teconciliando ſibi exetcito, qui per ſeditioné Germano duci & alijs præfectis patête tecuſabat, nouo Impetatote & alijs ptæfectis ſibi ordinatis. Veniens ergo ad exercitũ Litarbia degentem, loco ab Antiochia ſtadijs circiter ttigiota diſtante, io hunc modũ illos alloquitur: Ego quidé, ô uiri & nomioe & te Romani, iamdudũ uos, ut de ptæſentibus rebus communicaretis, conſiliũq; caperetis, quod ueſtra erga nos beneuolentia ex præteritis indubitáter confirmata pollicetur, ad nos eſſe teuerſuros pu tabam, cum naualé ueſtram concuſsioné & tempeſtaté amicis meis exindè natá audiſſem. Verùm quoniam hoc ad præſens uſq; neglectum eſt, quòd forſan diuinitùs id non ſit conceſſom, ut Perſæ tandé Romanorum fortitudinem à uiris duce carenribus expugnati experitentur: & ueſtra ſyucera beneuolentia pet occaſionem comptobata, & re ipſa ueluti teſtimonio declarata per omnia confirmaretut. Demonſtratũ enim eſt, quòd licet à ducibus ueſtris triſticiá contraxeritis, nihil tamen Reipub. prępooatis. Age igitut, quæ agenda ſont conſideremus. Imperatot uos ad ſe uocat, omniũ præteritorũ obliuiooem pollicitus, beneuolentiamq; ueſtram erga Rempub. & animũ uirilè in bellis, placatiooıs ac recoociliationis loco habitutus: datq; uobis iſta temiſsionis pignora omniũ certiſsima. & dicit: Si Deus beneuolentiæ abundantiá dedit, & pulſis delictis uirilitas illuſtrata eſt, quod argumentũ eſt factæ temiſsionis, quomodo diuiná uoluntaté hoc inclinanté non ſequar? Obtemperate etgo mihi quàm citiſsimè, ô Romani: & oon ptodamus præſenté occaſioné, ne dilabente illa ftuſtremur. Dedignatut enim apprehendi, poſtquá effugerit: & ueloti moleſtè ferens quòd neglecta eſt, bis ſe capacé fieri omuinò non ſuſtinet. Eſtote igitut ſectatotes paternæ obediétiæ, ſicuti fortitudinis eſtis, ut per omnia Romani declatemini: nec aliquam maculá contraharis, qua degenetes poſteri deprehendamini. Parentes ueſtri ſub ipſis etiá Imperatorib. militátes, obediétia & fottitudine omnia ſaot cõſecuti. Mãlius Torqoatus filiũ, qué cotonauerat, occidit: q, licet fortiter egiſſet, ioobediés tamé exriterat. Etenim & ducũ prudéti cõſilio, & ſubditorũ obedientia magna bona perficere conſueuerũt. Quòd ſi alterũ altero deſtituitut, mutilũ tedditur, ſubuertitutq;, & omnino optimo hoc quaſi coniugio dirupto irritatut. Nolite ergo cũctari. Obtéperate mihi, ꝓpter ſacetdotij inter Impatoré & exercitũ mediarioné: & oſteudite, nõ eſſe tyránidé ueſtrũ inſtitutũ, ſed iuſtá indignationé, parũper aduetſum duces ꝗ uos ꝑ iniuriá læſerũt conceptá. Niſi enim ꝗ citiſsimè accurreritis, ego quidé excuſatus ero, cùm ꝓptet beneuoléciá erga Remp. tũ ꝓpter amiciciá qua uos cõplector: uos uerò oideritis, quis futurus ſit tyránorũ exitus. Quomodo enim ꝑſentia ad finé duceris, cũ impoſsibile ſit ut collecti perſeueretis? Vnde náq; ftuges ad uos ꝑferétut, oel ea quæ mare ſubſidij gratia dat Epiro, niſi Chriſtianis bellũ inferatis, & uiciſsim bello expetiti omniũ turpiſsima & faciaris & patiamini? Et oǹde tádé, cũ diſperſi fueritis, uiuetis? Vltio aderit eueſtigiò, nec ꝑmittet ut ueniá cõſequamini. Datis igitut dextris, & oo'bis ipſis & reip. qoæ ꝓfutura ſint cõſideremus, quádo etiá ſalutiferæ paſsi õia & reſurrectiõis ſanctiſsimę Chriſti Dei noſtri dies ad hoc nobis opé ſuá ferétes habeamus.

Illi aũt hac oratione moti, reſpondent: ſe impediri iuramentis, quo minus Philippicum à Mauricio propoſitũ docé ſuſcipiaut. Verùm cum Gregorius dixiſſet, ſe poteſtaté habere ſoluendi & ligaodi tá in terra quàm in cœlo, eosq; à iutaméto abſoluiſſet, in Philippicõ ducé cõſentiũt: & circitet 2. millia in gramine accũbétes, cœná Dominicá, eó administrante, petcipiunt. Eoag. lib. 6. cap. 13.

Eodem & poſtea cum exetcitus ab obſidione Martyropolis teceſsiſſet, uſus eſt legato & ſuaſote, ut ad obſidionem reuertetetut. Euagrius libro eodem, capite 14.

Deinde ad Coſtoam miſſus, alloquio ſoo eum obſtupefecit: lib. eod. cap. 18. Qui ei poſtea crucé auro multo & lapidib. precioſis elaboratá miſit: quá ille aſſenſu Mauricij, Sergio martyri dedicauit. Euag. lib. eod. cap. 21.

Pugnauit etiá cõtra hæreticos. Nam per Limetarũ ſolitudines, Seueri errores graſsátes teſutauit: & mulra præſidia, uicos, monaſteria & integras tribus ad ueritatis agnitionem reduxit. Euagrius libro eod. cap. 23.

Inſidias ei ſtruxit Anatolius Magus, meotiens eum unà ſecũ dijs ſacrificaſſe. Sed Conſtantinopolim inquirendæ ueritatis gratia, iuſſu Imperatoris deductus, ac uirgis cæſus, contra epiſcopũ nullũ uerbum ptolocutus eſt. Niceph. lib. 18. cap. 4. Euag lib. 5. cap. 16.

Deinde & ab Aſterio quodá Orientalib. imperante, accuſatus fuit commiſsi incœſtus cũ ſorote, & turbatæ ciuitatis, & quod cauſa caritatis annonæ extitiſſet. Crimen turbatæ ciuitatis in pręſeoria à ſe amouit: de cæteris ad Imperatoris & ſynodi iudicium appellauit. ac in ſynodo Conſtantinopolitana, in ptæſentia Senatorum curiæ & omnium patriarcharũ cauſam ſuam defendens, uictotiam cõtra accuſatotem obtinuit: qui loris bubulis cæſus, in exilium miſſus eſt, Elapſis quatuor meoſibus, in terræmotu

Antiocheno præter ſpem eſt ſeruarus. Euagrius libro ſexto, capite octauo.

Familiaris ei fuit Simeon. Euagrius libro eodem, capite uigeſimo quarto.

Poſtremò podagra, qua plurimum laborabat, conſumptus: cum potionem quæ hermodactylus nominatur ſumpſiſſet, uiram cum morte commutauit, & Anaſtaſium anteceſſorem habuit etiam ſucceſſorem. Nicephor. libro 18. cap. 27. Et Euagrius lib. 6. cap. 25. Sub Iuſtino Imperatore claruit.

### EVPHEMIVS.

Euphemius Antiochenæ Eccleſiæ epiſcopus, Magnum Berrhœæ epiſcopum accuſabat, quaſi cum rege Coſroe colluderet, ac Antiochiam ei tradere in animo haberet. Ad extremum, Perſarum impetum & ipſe metuens, in Ciliciam migrauit. Procopius libro ſecundo, de bello Perſico. Sub Iuſtiniano Imperatore.

### IOANNES.

Ioannes Antiochenæ eccleſiæ presbyter, contra eos qui Chriſtum in una tantum natura adorandum eſſe putabant, multa ſcripſit. Platina de uitis Pontificum. Sub Iuſtino ſeniore Imperatore.

### SEVERIANVS.

Seuerianus Arethuſæ epiſcopus, à Seuero Chalcedonenſem ſynodum damnante defecit, & unà cum Coſma epiſcopo Epiphaniæ per Aurelianum diaconum libellum depoſitionis Seuero miſit. Euag. lib. 3. cap. 34.

## DE ALIIS PALAESTINIS.

### ZACHARIAS.

Zacharias Cæſareę Paleſtinæ epiſcopus, Ioãni Hieroſolymitano Adiaphoriſticũ dedit conſiliũ, ut ſimulatione Olympiũ Imperatoris Anaſtaſij præfectum deciperet, ſicut in uita Ioannis eſt expoſitum. Nicephorus libro 16. capite 34.

### PETRVS.

Petrus epiſcopus Damaſcenus, Seuero Chalcedonenſem ſynodum damnanti aduerſarus eſt, ac ipſum deponere iuuit. Euagrius li. 3. cap. 33. Sub Anaſtaſio Imperatore.

### MAMAS.

Mamas Dioſcorianus duas naturas ab initio profeſſus, Seuero tamen in damnatione ſynodi Chalcedonenſia adſtipulari noluit, ſed eum deponi curauit. Euag. lib. 3. cap. 33. & Nicephorus libro 16. capite 30. Claruit ſub Anaſtaſio Imperatore.

### PETRVS IBERVS.

Meminit Euagrius ca. 33. li. 3. hiſtoriæ ſuæ Eccleſiaſticæ, Petri Iberi epiſcopi Gazæ (quam Maiumã etiã uocãt) ac cũ Timotheo Æluro profugo in monaſterio quodam uitam duxiſſe dicit. Verùm de hoc etiam in Quinta Centuria diximus.

### CONON.

Conon natione Iſaurus, Apameę apud Syros epiſcopus fuit. Cum autem Longinus, fratre Zenone mortuo, regnum affectaret, exercitum conſcripſit, in quo & Conon conditione epiſcopi cum officio militari mutata, Iſaurorum dux fuit. Diſputauit etiam contra Philoponum, qui uoluit, mortuorũ reſurrectionem eſſe animarum cum corruptibili corpore indiſſolubilem unionẽ. Nicephorus libro 16. cap. 36. & lib. 18. cap. 47. Sub Anaſtaſio Imperatore.

### PAVLVS.

Paulus epiſcopus Apamearum in Syria ſecunda, ad Iuſtinianum libellum ſcripſit, eumq; monuit ut hæreticos errores & prauas opiniones deſtruat, ac ueras ſententias defendat. Damnat etiam Neſtorij & Eutychis prophana ac Deo exoſa dogmata. Subſcripſerunt illi libello, Seuerianus Arethuſæ ciuitatis epiſcopus, Theodorus Balaneorum, Stephanus Lariſſæ, Nõnus Rapbaneę, Dominicus Seleucouallæ, & Sergius Epiphaniæ. Conciliorum tomo ſecundo. Claruit ſub Iuſtiniano.

### THOMAS.

Thomas Apameorum epiſcopus, non parum ſuperſtitionem de cruce Chriſti adoranda auxit. nam in publico incendio rogatu populi eam propoſuit. Coſroi regi pro autoritate cõfidenter reſpondit, ac eam ob cauſam ab eo honoratus eſt. Ab Adaarmane duce Perſico, urbe capta abductus eſt. Refert Euagrius lib. 4. cap. 25. & 26. ex Procopio, & lib. 5. ca. 10. Claruit ſub Iuſtiniano.

### EPIPHANIVS.

Prædicanda eſt & Epiphanij epiſcopi Tyri cõſtantia, qui cedere ac Eccleſiã ſuam deſerere maluit, quàm impiã Seueri Chalcedonenſis ſynodi damnationem approbare. Nicephor. lib. 16. capite 30. Euagrius libro tertio, cap. 33. Sub Anaſtaſio Imperatore.

## DE RELIQVIS DOCTORIBUS *in Aſia.*

### EPIPHANIVS.

Epiphanius Papienſis epiſcopus, in politioribus artibus, & pręcipuè ſacris literis eruditus, propter facundiã in magna admiratione apud Theodoricum regem fuit. Huius induſtria & conſilijs Italia, à Barbaris multũ diuq; uexata, tandẽ pacata eſt. Hartmannus Schedel, in ſexta ætate mundi. Claruit ſub Anaſtaſio Imperatore.

### MAGNVS.

Magnus Berrhœæ eccleſiæ epiſcopus fuit. Hunc Antiocheni ad Coſroen Perſarũ regem periculum deprecatũ miſerunt. Ad quẽ cum ueniſſet, ſuppliciter rogauit, ut humilibus & nihil contra ipſum molientib. parceret. Sed rex inſolens ac ferox reſpondit, ſe

Syros

Syroa ac Ciliciaa omnes deleturũ, ac magnũ exercitũ Hierapolim ſequi iubet. quò cum Coſroës ueniſſet, uidit mœnia tuta, ac militum præſidium ſatis firmum adeſſe. Imperauit igitur pecuniã Hierapolitanis per Paulum interpretem.

Tunc Magnus pro omnibus Orientalib. Coſroi ſupplicans, nõ prius reuertit quàm ei Coſroes promiſiſſet, ut mille pondo auri acceptis, uniuerſam in Oriente Romanorũ ditionem à metu liberaret. Sic ea die Magnus inde ſolutus, Antiochiam uerſus, & Coſroes Berrhœam iuêre. Magnus interim Antiochiam perueniens, geſta Coſrois nunciauit. Interim à Iuſtiniano legati, Ioannes, Rufinus & Iulianus, Antiochiam uenerunt: inter quos Iulianus Secretarius ſolus negauit dandam eſſe hoſti peconiam, ac Imperatoris ciuitates hoc modo emẽdas. Inſuper Eupbemius Antiochenæ eccleſiæ epiſcopus Magnum inſimulabat, quaſi Coſroi ciuitatem tradere in animo haberet. Quapropter Magnus re infecta abijt: ut inquit Procopius libro ſecundo, de bello Perſico. Sub Iuſtiniano Imperatore clarus.

STEPHANVS.

Stephanus primus epiſcopus Hierapolitanus, cuius & ſuprà mẽtionẽ fecim⁹, oitã Galanducb martyris literis mãdauit: quæ quo magis cruciabatur, eo plura miracula edebat. Euag. lib. 6. ca. 20. Sub Imper. Mauricio.

MAXIMIANVS.

Maximianus fuit epiſcopus Arabiæ. Gregor. lib. 9. cap. 27. Vixit ſub Mauricio.

IVLIANVS.

Iulianus ep. Boſtrenſis, inſpectioni Seueri ſubiectus, qui Chalcedonẽſem ſynodũ dãnabat, dãnationẽ illã ſemp improbauit, & relicta ſua eccleſia aufugit. Nicepb. li. 16. ca. 30. & Euag. li. 3. ca. 33. Sub Anaſtaſio Imp. clarus.

DOMITIANVS.

Domitianus in metropoli Aſiæ multũ laborauit, in cõuertẽdo Perſico rege Coſroe: ſed fruſtra. Greg. lib. 2. epiſtolarum, cap. 101. Vixit ſub Mauricio.

AMATOR.

Amatoris epiſcopi mentio fit in Conciliorum tomo 2. quòd ſcripſerit ad Sylueriũ papã exulantẽ, epiſtolã cõſolatoriã: ſimul mittens ei triginta libras argenti, ad ſuſtentationem. Et quòd ei reſcripſerit Sylverius ex exilio, gratias agens pro munere, & ſimul cauſas exponens quare à Romana ſede eiectus ſit. Vixit ſub Mauricio.

DOROTHEVS.

Dorotheus Ancyræ ciuitatis epiſcopus, Anaſtaſio propter ſolam fidem Chriſtianam ſemper reſiſtens: finem uitæ, quem ſibi prædixerat, præfinito tempore fecit. Ioan. Cuſpinianus, Vixit ſub Anaſtaſio Imperatore.

THEOPHILVS.

Theophilus in quodam Ciliciæ oppido Adana archidiaconus, uir modeſtus, ac præſenti fortuna & conditione contentus, ſuperiorem locum non affectabat. Mortuo uerò epiſcopo eius oppidi, ad epiſcopatũ uocatus, id munus recuſauit, & alium ſuo loco ordinari maluit. Cum autem nolens uolens epiſcopatũ ſuſcipere cogeretur, eò impatientiæ uenit, ut opera diaboli priorẽ dignitatẽ recuperare niteretur. Is ei promiſit hoc ipſum, ſi Chriſtum filium Dei eiuſq; matrem Mariam cum uniuerſo Chriſtianiſmo abnegaret, & hanc abnegationẽ ſcripto cõfirmaret. Theophilus recuperandæ prioris functionis cupidus, propoſitam conditionẽ accepit, ac ſe ipſi tradidit. Factus compos uoti, tandem ad ſe redijt, ac quid ſceleris contra Deum & ipſius uerbum deſignaſſet cognouit. Quare in acerbiſsimos animi dolores incidit: ex quibus tamen pœnitentiã agens, & Chriſtum uerum filium Dei & uerum hominem confitens, auxilio Dei eluctatus, ueniam ac gratiam conſecutus eſt, & poſt triduũ mortuus: ut referũt Sigebertus & Simeon Metaphraſtes. Vixit ſub Iuſtiniano Imp.

COSMAS.

Coſmas Epiphaniæ epiſcopus, ſynodo Seueri offenſus, ab eo ſe diſiunxit: & libellũ depoſitionis Seuero, Antiochenum epiſcopatum adhuc tenenti, per Aurelianum, præcipuum inter diaconos, miſit. Euagrius li. 3. cap. 34. Clarus fuit ſub Anaſtaſio Imp.

AVRELIANVS.

Aurelianus præcipuus Epiphaniæ diaconus fuit, cui à Coſma epiſcopo ſuo, & Seueriano Arethoſæ epiſcopo iniunctum fuit, ut libellum depoſitionis Seuero epiſcopo Antiocheno offerret. Qui autoritatẽ Seueri & imminens periculum metuens, & muliebri habitu indutus, prætextu ſupplicantis eum Seuero tradidit: cunctiſq; ineognitis, ex turba ſe ſubducit, ac uitæ ſuæ fuga conſulit, priuſquam à Seuero quæ in libello continebãtur cognoſcerẽtur: ut eſt etiã alio loco dictũ. Euag. lib. 3. ca. 34. Vixit ſub Anaſtaſio Imp.

EVSEBIVS.

Euſebius Cyzicenæ eccleſiæ epiſcopus, omnib. quib. cõuerſabatur grauis erat. Hũc Cyziceni apud Iuſtinianum Imperatorẽ accuſantes, ad iudicium uocarunt: ſed eo uitibus ac potẽtia præualente, tunc temporis nihil effecerunt. Facta aũt conſpiratione, in foro à iuuenibus eſt interemptus: ut refert Procopius libro primo, de bello Perſico. Vixit ſub Iuſtiniano Imperatore.

ANASTASIVS.

Anaſtaſius presbyter fuit monaſterij Mile in Lycaonia: apud Conſtantinopolitanũ epiſcopum Ioannem de hæreſi accuſatus, quòd

q̃ librũ quendã habeat & legat, in quo plurima contineãtur hæretica dogmata. Verùm ille cũ apud Ioannẽ minus proficeret ſe excuſando, Romã profectus ad Gregoriũ, de ſuſpicione & crimine hæreſeos ſe purgauit, oblato ſcripto, quo rationem fidei ſuę explicabat: ac palàm teſtabatur, ſe amplecti uerã doctrinã, & reijcere ac dãnare omnes eius corruptelas, & recipere ſynodos orthodoxas: & promittebat, ſe in poſterum a lectione libri hæretici abſtenturum.

Gregorius ergo literas innocentiæ teſtes tradidit, & in priſtinam ſtationem ac profeſſionem eum reſtitui iuſsit: ut patet Epiſtol. libro quinto, capite 164.

ANDREAS.

Andreas fuit epiſcopus in Nicomedia, ut ſcribit Greg. li. 5. epiſt. 107. Claruit ſub Mauricio.

RVFFINVS.

Ruffinus fuit epiſcopus in Epheſo. Greg. libro 5. cap. 175. Claruit ſub Mauricio.

DOMITIANVS,

Epiſcopus fuit Melitinenſis, Maurícij Imperatoris cognatus, uir prudens & induſtr⁹, uerbo & opere potens. Adiungitur Coſroi regi Perſico ab Imperatore, honoris gratia: cum exercitu ſuo eũ in regnũ, ex quo eiectus p̃ ſeditionẽ fuerat, reduceret. Euag. li. 6. c. 18.

SIMON.

Simon epiſcopus in Armenia, à rege Perſarum unà cum populo ſuo captiuus abductus eſt. Cum aũt epiſcopus quidã eũ pecunia à rege redemiſſet, anno Childeberti regis 16, & Gunthrãni 30. Turonũ uenit, & ſub uerſionẽ Antiochiæ nũciauit. Turon. lib. 10. cap. 23. Claruit ſub Mauricio Imperatore.

MANANS.

Manans in ciuitate Daras epiſcopus, ſuaſit militibus, ut Iohannem, tyrannidem affectantẽ, per inſidias interficeret. Procop. li. 1. de bello Perſico. Claruit ſub Iuſtiniano Imp.

CANDIDVS.

Candidus eccleſiæ Sergiopolitanæ epiſcop⁹ fuit, cui Coſroes Perſarũ rex 12. millia captiuorũ ducentis aureis redimenda obtulit. Cumq́; epiſcopus negaret ſibi eſſe præſentẽ pecuniã, rex fide ſe uenditurũ ait. Candidus uerò ſequente anno ſe pecuniam numeraturũ, & chirographo & iuramẽto affirmauit, pœnaq́; dupli ceſſatori cõſtituta. Sed Sureni redẽpti, magna ex parte paulo pòſt ob doloris uehementiã & continuos labores interierũt. Procop lib. 2. de bello Perſico. Cum aũt tempus elapſum eſſet, & Cãdidus fidem ſuã non liberaſſet, rex cũ exercitu Sergiopolim pertexit, debitũ exacturus. Occurrit autẽ ei ille, & petijt ne ciuitati iraſcatur: affirmans pecuniam, quam pro Surenis debebat, ſibi non fuiſſe. Coſroes uerò eum in cuſtodiam duci, & corpus eius probris affici, & pecuniam deinde duplam ſolui mandauit. Ille uerò Sergiopolim aliquos mitti rogauit, qui omnẽ precioſam templi ſuppellectilem auferrent. His Sergiopolitani, quęcunq; ſunt iuſſa tradiderunt, ſibi nihil aliud relictum dicentes. Cumq́; Coſroes non ſatis hoc eſſe diceret, aliaq́; expeteret, adhuc alios de bonis eorum nomine quidẽ inueſtigatum miſit: Candidum autẽ nõ dimiſit, ut illum tanquam periurum à ſacerdotio remoueret. Procopius lib. 2. de bello Perſico. Claruit ſub Iuſtiniano Imperatore.

## *DE AFRICANIS doctoribus.*

### DE ALEXANDRINIS.

IOANNES.

IOhannes ſucceſsit in Alexandrina eccleſia alteri Iohanni, de quo in ſuperiori Centuria dictum eſt. De doctrina melius quidem quàm anteceſſor ſenſit, nullam crucẽ & calamitatem propter eius confeſsionem reformidans. Nam cum Anaſtaſius Imperator ei mandaret, ut Chalcedonenſem ſynodum damnaret: parẽre recuſauit, ſeq́; in exilium pelli paſſus eſt. Niceph. lib. 16. capite 20.

THEODOSIVS.

Theodoſius Iohanni ſuffectus uidetur in epiſcopatu Alexandrino. In doctrina non fuit purus. nam unam tantum in Chriſto naturam eſſe, etiam poſt aſſumptionem carnis in utero uirginis Mariæ, ſenſit, & pertinaciter defendit. Familiaris fuit Seuero & Antimo hæreticis, à quibus literas accepit, & ad quos ipſe quoq; reſcripſit. Exempla earum literarum Euag. lib. 4. capite 11. ſua ætate circũferri teſtatur. Sed cum Iuſtiniani mãdatis fruſtra in uiam reuocaretur, & nullæ monitiones locũ haberent, in exiliũ ire iuſſus eſt.

ZOILVS.

Zoilus tẽpore Iuſtiniani ſucceſsit Theodoſio, & ſinceram doctrinam amplexus eſt. Euagrius libro quarto, capite 11. & 37.

APOLLINARIVS.

Apollinarius tempore Iuſtiniani Zoilo ſurrogatus eſt. Euagrius libro 4. cap. 37. Interfuit ſynodo Conſtantinopolitanæ quintæ, ut patet ex actis. Vixit adhuc ſub Tyberio: ut colligitur ex Euagrij 5, cap. 16.

EVLOGIVS.

Eulogius Apollinario ſucceſsit. Euagrius lib. 5. cap. 16. Pugnauit contra hæreticos Agnoitas dictos, teſte Gregorio lib. 8. indictione 3. epiſt. 42. Familiaris fuit eidẽ: ut conſtat ex lib. 1. indict. 9. capite 44. Gregorius, ubi de onere paſtorali ſibi impoſito, põtifex ei ſcribit.

LONGINVS.

Longinus frater Zenonis, ab Anaſtaſio Alexandriam relegatus, in presbyterum ordinatus

dinatus eſt. Zonaras in uita Anaſtaſij.

PETRVS.

Petros epiſcopus fuit Alexãdriæ ſub Mauricio. Gregor. lib. 5. cap. 122.

## DE ALIIS AFRICAE *doctoribus.*

REPARATVS.

Reparatum Carthaginenſem epiſcopũ Gonthatis Vandalorum dux, ad Areobindum, Coſrois regis oratorem, miſit. Procopius libro quarto de bello Vandal. Vixit ſub Iuſtiniano Imperatore.

LVCINIANVS.

Lucinianus, ſub Mauricio Imperatore, Carthaginis Spartariæ epiſcopus fuit, & in Sacris literis eruditiſsimus.

Aliquas epiſtolas poſt ſe reliquit.

Vnam de ſacramento baptiſmi.

Plurimas ad Euterpium abbatem, & Petrum Valentiæ epiſcopum.

Conſtantinopoli diem ſuum obijt, ueneno extinctus: teſte Iſidoro de Viris illuſtribus, cap. 29. & Honor. Auguſtod.

DOMINICVS.

Fuit ſub Mauricio epiſcopus in Carthagine Africana, uir doctus & pius, ſicut utriuſq; nomine à Gregorio commendatur: qui ait, eius epiſtolas ita eſſe conditas, ſuaues & iucundas, ut non poſsint lectores non allicere. Epiſtolarum libro 10. cap. 1.

Alibi zelum eius pro retinenda ueritate, & confutandis erroribus ardorẽ & ſpiritum in precationibus ad Deum, prædicat. Epiſt. lib. 2. ca. 39. itẽ lib. 4. cap. 47. Itẽ li. 5. cap. 119.

FERRANDVS.

Ferrandus fuit diaconus Carthaginenſis, uir in diuinis Scripturis ſtudioſus & eruditus, & non minus uitæ ſanctimonia quàm doctrina uenerabilis. Scripſit ad Reginũ Comitem paræneticũ, qualis eſſe debeat dux religioſus in actibus militaribus. Libellus iſte excuſus eſt Argentinę anno Chriſti 1526. in 8. chartis 3. & dimid. erutus ex bibliotheca Hirſaugienſi.

Item, De ſeptem regulis innocentiæ, li. 1.

Ad S. Fulgentium Ruſpenſem epiſcopũ, cui *σύγχρονος* fuit, Epiſtolarum librũ 1.

Epiſtolarum ad diuerſos lib. unum.

Claruit ſub Anaſtaſio. Tritenhem.

FERREOLVS.

Ferreolus Vricenſis epiſcopus aliquot libros Epiſtolarum ſcripſit. Turon. lib. 6. cap. 8. Ex periculo ſeditionis Marcum Referendarium Hylperici regis liberauit. Turon. libro quinto, capite 28.

Obijt autem ſexto anno regni Childeberti. Greg. Turonenſis libro 6. capite 8.

ALBINVS.

Albinus ſucceſſor Ferreoli, anno 6. regni Childeberti pręfuit eccleſię Vricenſi mẽſes 3. & depoſitionẽ morte pręuenit. Tur. li. 6. ca. 8.

MARCELLVS.

Albinum in epiſcopatu Vricenſi ſecutus eſt Marcellus diaconus, Felicis ſenatoris filius: licet Iouino à Rege ſpes certa facta fuiſſet, tamen conſilio Dinamij præfecti, conuocatis prouincialibus, Albinus epiſcopus eligitur. Gregor. Turon. lib. 6. capite 8.

MAVRENTIVS.

Fuit epiſcopus primarius Africæ, unà cũ Adeodato, ſub Mauricio. Greg. li 7. cap. 14.

PANTHALEON.

Panthaleon fuit ſub Mauricio epiſcopus Africæ. Gregorius libro 3. capite 31.

VICTOR *Cemmenſis.*

Victor Cemmenſis eccleſiæ Africanæ ſub Iuſtiniano Imperatore epiſcopus, hiſtoriam, quæ ualde commendatur, ab exordio mundi inchoatam, uſq; ad primum Iuſtini iunioris annum pertexuit: teſte Honorio Auguſtodunenſi libro ſexto.

A Iuſtiniano Imperatore propter defenſionem trium capitulorũ in Ægyptum exulatũ miſſus, & poſtea reuocatus eſt. Cum autem necdum ceſſaret tria illa capitula impugnare, Conſtantinopoli in monaſterium detruſus obijt. Iſidorus de Viris illuſtribus.

IOHANNES.

Hic Iohannes epiſcopus ſub Mauricio fuit, apud Surentinos. Greg. libro 1. cap. 52.

PETRVS.

Petrus ſub Mauricio epiſcopus fuit Saricis. Gregorius libro 2. capite 55.

VICTOR.

Fuit hic Victor epiſcopus Fauſianenſis eccleſiæ. Gregorius libro 9. Epiſtola prima. Vixit ſub Mauricio.

ADEODATVS.

Adeodatus primarius fuit epiſcopus in Numidia, & Africa tota: ut eum ſalutat Gregorius libro 2. Epiſtol. cap. 87. & lib. 7. cap. 14. Claruit ſub Mauricio.

COLVMBVS.

Fuit epiſcopus ſub Mauricio in Numidia, ut apparet ex epiſtola Gregorij, qua eum de hæreſi Donatiſtarum arcenda ex eccleſia Prudentina monet: lib. epiſtol. 2. cap. 33.

VALENTINVS.

Valentinus fuit epiſcopus in Numidia. Gregorius libro ſeptimo, epiſtola decimaquinta. Vixit ſub Mauricio.

AMANDVS.

Amandus presbyter fuit oratorij ſancti Seuerini, in caſtro Luculano: ut teſtatur Gregor. lib. 8. Epiſt. cap. 18. Poſtea à Surẽtinis ciuibus electus eſt in epiſcopũ eius loci: ut eſt ibidẽ, capite p̃cedenti, in epiſtola ad Clemẽtinã patriciã ſcripta, in qua Gregorius eius diſceſſum excuſat. Vixit tempore Mauricij.

### ROGITANVS.

Rogitanus fuit diaconus in Numidia. Gregorius lib. 5. cap. 136. Vixit ſub Mauricio.

### FVLGENTIVS.

Fulgentius natione Afer, patre Fulgentio, qui de nobili Carthaginenſium ſenatorum genere fuit, & matte Martiana, in Tellepta ciuitate (ſeu, ut Volaterran. lib. 16. uult) in Toletana ciuitate natus eſt.

In ipſa autem pueritia à parentibus traditus eſt præceptoribus, ut literis Græcis & Latinis imbueretur. Poſtea à Fauſto epiſcopo monachus ordinatus eſt.

Relicto deinde monaſterio, Ruſpenſis eccleſiæ epiſcopus factus eſt: uir confeſſione fidei celebris, & in Scripturis ſanctis eruditus. Iſid. ca. 15. & Vincent. li. 20 ca. 104. & 105.

¶ Multa egregia monumenta poſteritati reliquit, de quibus recenſentur iſta.

De gratia Dei, & libero arbitrio.

Libri reſponſionum ſeptem, quibus Fauſto Galliæ Regenſis epiſcopo, Pelagianæ hæreſeos aſſertori reſpondit.

Contra hæreticos.

De ſancta Trinitate, ad Felicem.

Liber regulæ ueræ fidei.

De ſacramento incarnationis Domini noſtri IESV Chriſti.

Ad Monimum, de prædeſtinatione, & quibuſdam alijs quæſtionibus.

Liber altercationis, in quo de fide cum Thraſimundo rege diſputauit.

Tractatus plurimi, & conciones, præcipuè de natiuitate Chriſti, & ſolennitate Stephani protomartyris: ut aſſerit Honorius Auguſtodunenſis, & Vincentius libro uigeſimo, capite centeſimo octauo.

¶ Multa autem præclara de Deo Fulgentius ſcripſit: & integram doctrinam, à præſtigijs hæreticorum ſummo zelo uindicauit. Trinitas, inquit, eſt unus ſolus & uerus Deus. libro primo ad Monimum.

De Chriſto docet, quòd duabus ſit præditus naturis. Sic, inquit, in unitate perſonæ Deus & homo unus Chriſtus. libro primo ad Thraſimundum. Ac modeſtè de generatione filij Dei loquitur, quòd ab æterno patre natus ſit, libro tertio ad Thraſimundũ.

Spiritum ſanctũ docet non eſſe minorem patre & filio, ſed ęqualem: libro ſecundo, ad Monimum. Et ad Donatum inquit: Aequalis eſt patri & filio ſpiritus ſanctus, quia creator eſt omnium rerum.

De creatione inquit: Bonarum Deus eſt conditor creaturarũ. lib. 1. ad Monimum.

Rectè etiam de lapſu angelorum docet, quòd propria temeritate ſeſe à Deo auerterint. libro primo, ad Monimum.

De libero arbitrio rectè docet, tantum eſſe à Deo ut rectè uelimus. Vnum duntaxat de plurimis ſuprà citatis adſcribamus: Dat ergo, inquit, Deus cor nouũ, ut in iuſtificationibus eius ambulemus: quòd pertinet ad bonæ uoluntatis initiũ. Dat etiam, ut iudicia eius obſeruemus & faciamus, quod pertinet ad bonæ operationis effectũ. unde cognoſcimus Dei eſſe, ut bonum facere uelimus, & ut bonũ facere ualeamus. Cui ſenſui Dauid omnino concordat, gratiá bene uolendi ſic oſtendens diuinæ largitatis directione donari: A' Domino greſſus hominis dirigentur, & uiam eius uolet. Opus quoque bonũ non niſi à Deo in nobis, & in Deo à nobis fieri, proteſtatur dicens: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Omne igitur opus quod à nobis in Deo fit, Deus in nobis facit. Ex ipſo enim, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Ex ipſo ergo eſt & uoluntas bona, & operatio bona. Sicut ergo præparata eſt per prædeſtinationem uoluntas a Domino, qua bonũ uelimus: ſic etiam opera bona præparauit Deus, ut in illis ambulemus. libro primo ad Monimum, de prædeſtinatione.

De iuſticia ſanctorũ inquit: In ſanctis coronat Deus iuſticiam, quam eis gratia ipſe tribuit, gratis ſeruabit, gratisque perfecit. libro primo ad Monimum.

Deum recipere agentes pœnitentiá, docet epiſtola ſeptima: Benignitas, inquit, Dei ad pœnitentiam nos deducit.

De Cœna retinet doctrinam Pauli, calicem eſſe communicationé ſanguinis, & panem corporis Domini: lib. 2. ad Monimum.

Opinio eſt, quòd de Angelis ita ſcripſit Fulgentius: Angelica quippe natura tum homini reparando aliquatenus eſſet idonea, ſi cadẽdi mobilitate nunquá naturaliter fuiſſet obſtricta. lib. ſecundo ad Thraſimũdũ.

Acriter contra Arrianos, & alios hæreticos pugnauit. Sabellicus etiam dicit eum contra Pelagiũ ſcripſiſſe, Enneade 8. lib. 2.

Multa mala pro Catholica fide ab Arrianis paſſus eſt. nã à Thraſimundo Vandalorũ rege unà cum alijs 220 epiſcopis in Sardiniá relegatus eſt. Iſidorus in uita Anaſtàſij.

Bonæ etiam uitæ erat, fugiens ſplendoré in uictu & ueſtitu. Cibis adeò abſtinebat, ut in ſyncopen aliquando incideret. Carne non ueſcebatur, ſed oleribus & ouis. Vnica tantũ ueſte utebatur, hyeme & æſtate, etiá in ſacris peragendis, inquiens: Corda potius quàm ueſtimenta eſſe mutáda. Vincent. li. 20. c. 105. In cócilio Vintéſi omniũ aſſeſſorũ iudicio plac' eſt epiſcopo Quoduultdeo. Neq; uindictę cupidus erat. Cũ enim unà cum Fauſto epiſcopo à Felice Arriano malè tractaretur, & ſuaderetur ei ut actioné iniuriarũ apud iudicé expiretur, reſpondit: Chriſtiani eſſe, non ulciſci ſeſe. Deum enim ulturum

turum iniuriam ſuis illatam. Vincenrius libro uigeſimo, capite 104.

A' primo exilio à Thraſimundo tege Atriano reuocatus, ſecundò in exilium mittitur: cuius cauſa tamen non oſtenditur, niſi forſan hæc fuerit, quòd aduerſus Piotam Arrianum librum ediderat, qoo fortè Thraſimundum offendit. A' ſecundo reuocatus, benignè à populo, qui ei Carthagine tedeonti obuiam proceſſerat, exceprus eſt.

Poſtremò ſepruagiuta dics grauiter decũbens, has uores crebrò ingeminauit: Domiue, hic da mihi pœnitentiá, poſtea indulgentiã. Cumq; medici ipſi autores & ſuaſores eſſent, ut balneis uteretur: Putatisne, inquit, balnea hominis mortalis fata impeditura? Obdormiuit tandem in Domino Calend. Ianuarij, anno ætatis ſuæ ſexageſimoquinto, cũ eccleſiæ præfuiſſet annos 25. Vincentius libro 20. cap. 105. 106. 107. Claruit ſub Anaſtaſio Imperatore.

## DE DOCTORIBVS IN INSVlis maris Mediterranei.

### ANDREAS.

Andreas Hieroſolymitauus diaconus, poſtea factus eſt epiſcopus Cretenſis. Scripſit Sermonẽ de ſalutatione Angelica, ſed magis πάρεργα quàm ἔργα tractauit: & Mariæ nimiũ tribuit, dũ aliquot locos Iſaię, Danielis, Abacuc & Zarhariæ de Chriſto loquentes, tantum de Maria intellexit. Vixit ſub Iuſtino & Tyberio circa annum Chriſti 572. ut patet ex eius Sermone.

### AGATHON.

Fuit epiſcopus iu Liparitana eccleſia Siciliæ: proprer delictum autem ab epiſcopatu eſt degradatus, & omnibus bonis exut⁹. Miſir ad eum Gregorius quinqnaginta ſolidos, unde haberer quo ſe ſuſtentaret. Gregorius lib. 2. capite 92. Vixir ſub Mauricio.

### BARBARVS.

Fuit epiſcopus Carinis. Vixit ſub Mauricio. Gregorius libro 11. capite 16.

### LVCILLVS.

Lucillus fuit ſub Mauricio epiſcopus in Militena ciuirate Siciliæ. Scribir Gregorius ad Iohannẽ epiſcopum Syracuſanũ, ut eum proprer crimen quoddam, cuius reus agebatur, ab officio deponat. lib. 7. cap. 68. Nõ ſolùm autem res eccleſiæ abſtulit, uerùm etiam plurima de præteritis eidem cõpetentia retinuit. totus fuit ſacrilegus. lib. 8. cap. 1.

### TRAIANVS.

Traianus fuir tempore Mauricij presbyter Syracuſanæ ciuitaris, ſub Maximiriano epiſcopo: poſt cuius obirũ ipſe ad epiſcopatum à populo eſt electus, ut narrat Gregorius lib. 4. cap. 63.

### FELIX.

Felix fuit diaconus in eccleſia Syracuſana. Gregorius libro 3. indict. 12. capite 14. Vixie ſub Mauricio.

### FELIX.

Alius quidam Felix epiſcopus fuit ciuitatis Meſſanæ. Gregorius lib. 1. indict. 9. cap. 38. Sub Mauricio.

### DONVS.

Fuit epiſcopus tempore Mauricij, ciuitatis Meſſane. Gregor. epiſtol. lib. 5. cap. 139. item libro 9. capite 46.

### BONVS.

Epiſcopus fuit Meſſanæ ciuitatis Siciliæ. Greg. lib. 8. rap. 54. Vixit ſub Mauricio.

### BENENATVS.

Benenatus fuit epiſcopus in ciuitate Meſſana, homo leois & auarus: ut conſtat ex epiſtola Gregorij ad Athenæum ſubdiaconũ, in qua dicit, eum negaſſe ea quæ paulo antè ſub chirographo cõfirmauerat: & reſeruaſſe aliquot ſolidos, quos ad conſtruendum caſtrum acceperar. Gregorius libro 11. cap. 39. & 31. Vixit ſub Mauricio.

### IANVARIVS.

Iannarius fuit ſubdiaconus ciuiratis Meſſanæ in Sicilia. Gregorius lib. 12. indict. 7. capite 10. Sub Mauricio.

### VICTOR.

Victor fuit epiſcopus in Panormitana eccleſia. Greg. li. 2. ca. 66. Clarus ſub Mauricio.

### EXHILARATVS.

Epiſcopus ſub Mauricio in Pauormitana eccleſia fuir Exhilaratus. is coram Gregorio acruſatus de cri mine quodã, Romæ aliquãdiu fuit afflictus. ſed randem ad eccleſiã ſuã remiſſus. Gregor. libro 11. capite 59.

### CONSTANTIVS.

Foit epiſcopus in Panormirana eccleſia, tempore Mauririj. Gregor. libro 7. indict. 2. capire 73.

### MARCELLVS.

Marcellus Barubicanę eccleſiæ in Panormitana ciuitate miniſter, propter lapſum atrocem in pœnitentiam deputatus eſt in monaſterio ſancti Adriani ibidem: ubi non tantum uictus neceſsitarem paſſus eſt, uerùm etiam nuditaris ſuſtinuir moleſtiam: ur ſcribit Gregorius libro primo, capite decimooctauo. Sub Mauricio.

### DECIVS.

Fuit presbyter Forenſis, & poſtea electus eſt in epiſcopũ Lilibitanæ eccleſiæ. Gregorius libro 5. cap. 113. Item libro 7. cap. 55. Sub Mauricio uixit.

### SPECIOSVS.

Specioſus fuir ſubdiaconus Cathanę ſub epiſcopo Leone, & uixit in coniugio cũ Honorata uxore. Lex ſũt eo tempore, ur ſcribit Gregorius, ab anteceſſore ſuo lata eſt, ut eccleſiaſtici uxorati, uel ab uxorib. abſtinerẽt, uel ab officio ſuſpẽderẽtur: quod ille elegit, & uſq;

& uſq; ad obitum ſuum notarij officium retinens, à miniſterio propter uxorem ſe planè abdicauit. libro tertio, capite trigeſimoquarto. Vixit ſub Iuſtino & Tyberio.

IOHANNES.

Archidiaconus Cathanenſis eccleſiæ fuit, quem Gregorius Syracuſanum epiſcopum poſt obitum Maximiniani fieri uoluit. Epiſt. libro 4. cap. 63. Vixit ſub Mauricio.

THEODOSIANVS, ATque *Viator.*

Fuerunt hi duo, Theodoſianus atq; Viator, diaconi Cathanæ, ſub Leone epiſcopo: ut refert Gregorius libro ſeptimo, capite 8. Vixerunt tempore Mauricij.

SECVNDVS.

Secundus fuit epiſcopus Tauromeniæ: Greg. lib. 7. cap. 31. Clarus ſub Mauricio.

SAVINIANVS.

Sauinianus fuit epiſcopus Calliopoli, in Cherſoneſo. Gregorius libro 7. capite 104. Sub Mauricio.

GREGORIVS.

Agrigentinus, uir integritate uitæ, eloquentia & ueritatis ſtudio excellens, interfuit ſynodo Conſtantinopolitanæ uniuerſali. Niceph. lib. 17. cap. 22. Clarus ſub Iuſtiniano Imperatore.

EVSANIVS.

Fuit epiſcopus Agrigentinæ ciuitatis in Sicilia. Gregorius libro tertio, indict. 12. capite 37. Sub Mauricio.

ADEODATVS.

Fuit presbyter in Sicilia. Propter ægritudinē, qua per duos mēſes correptus fuerat, ab officio per Quiotianum epiſcopū præter æquū remotus eſt. Reſtitutus autē per Gregorium, ut ex eius Epiſtola patet lib. tertio, capite 13. Claruit ſub Mauricio.

AMFION.

Amfion fuit presbyter Leontij, ut ſcribit Fortunatus his uerſibus:

*Amfion mihi chare pater, uenerande ſacerdos,*
*Atq; meo ſemper corde tenendus amor.*
*Ingenio uiuax, ſenſus moderamine firmus,*
*Pondere conſilij fixus ubiq; manens.*
*Qui bene cauta regis maturæ frena ſenectæ,*
*Cui quem præſtat honor ſcis moderare gradum.*
*Pronus ad omne decus, larga bonitate redundans,*
*Cui ſe coniungit quiſquis in orbe uenit.*
*Profluus humanæ frugem uenientibus offers:*
*Et tua ſit populis omnibus una domus.*
*Verbis quippe ſuis quem papa Leontius offert:*
*Iudicio tanti credimus iſta uiri.* Lib. 3.

Clarus ſub Iuſtino iuniore fuit.

CYPRIANVS.

Cyprianus fuit diaconus Siciliæ. Scribit ad hunc Gregorius, iubens ut omnibus Iudæis ſub ſua ditione litteras tranſmittat: promittens, ſi ad Chriſtum conuertantur, penſionum aliquā relaxationem. Iohan. Diaconus lib. 2. cap. 48. Sub Mauricio uixit.

GELASIVS.

Gelaſius fuit ſubdiaconus in Sicilia. Scribit de eo Gregorius ad Felicem Siciliæ epiſcopū, quòd propter ſcelus commiſſum grauiſsima pœna uſq; ad finem uitæ ſit afficiendus. Gregorius lib. 12. indictione 7. cap. 30. Vixit ſub Mauricio.

PETRVS.

Fuit Petrus Mauricij tempore ſubdiaconus totius Siciliæ, cui Gregorius totum Eccleſiæ patrocinium commiſit. lib. 1. capite 1.

FELIX.

Felix fuit epiſcopus in Sardinia. Gregor. lib. 4. indict. 13. cap. 51. Sub Mauricio uixit.

IANVARIVS.

Ianuarius fuit epiſcopus in Sardania. Scribit ad eum Gregorius epiſtolā, in qua auaritiam eius reprehendit, quòd centū ſolidos à fœmina quadā pro ſepultura exegerit: & prohibet ne in poſterum hoc faciat. libro 7. capite 55. Sub Mauricio.

LIBERATVS.

Liberatus Mauricij tempore fuit diaconus Corallis in Sardinia, ſub Ianuario eius loci epiſcopo. Gregor. lib. 1. capite 81.

PAVLVS.

Paulus fuit clericus Caralitanus in Sardinia, homo maleficus, ut ſcribit Gregorius: qui in multis maleficijs deprehenſus, deſpecto habitu ſuo, ad laicam reuerſus eſt uitam, & in Africam fugit. Poſtea reuocatus, corporaliter caſtigatus, & ad pœnitentiam eſt damnatus. Gregorius libro tertio, capite uigeſimoquarto. Sub Mauricio.

STEPHANVS.

Stephanus fuit presbyter prouinciæ Valeriæ. Narrat de eo Gregorius, quòd aliquando de itinere domum regreſſus, mancipio ſuo negligenti dixerit: Veni miſer diabole, & ſoccos mihi detrahe. Ad hanc uocem ſtatim cœperunt caligarum corrigiæ ſumma uelocitate diſſolui: ut apertè conſtaret, ipſum diabolū, qui uocatus fuerat, ſuā operam ei nauaſſe: quem facto ſigno crucis abegit. li. 3. Dialog. cap. 20. Vixit ſub Mauricio.

APOLLINARIS.

Hic Apollinaris, frater Alcimi Auiti, fuit epiſcopus ſub Mauricio Valentinenſis, doctrina & miraculis clarus. Adon ætate 6.

MARTINVS.

Fuit epiſcopus in Corſica, ſub Mauricio. Gregorius libro primo, capite 77.

PETRVS.

Petrus fuit epiſcopus Corſicæ. Miſit ad eum Gregorius quinquaginta ſolidos, pro comparandis ueſtibus Iudæis baptiſandis. Iohannes Diaconus libro ſecundo, cap. 59. Vixit ſub Mauricio.

LEO.

Leo fuit epiſcopus in Corſica. Gregor. libro 1. capite 76. Vixit ſub Mauricio.

SATVRNINVS.

Saturninus fuit epiſcopus in Gorgonis inſula. Scribit Gregorius, quòd is propter lapſum ab officio remotus, tamẽ auſus ſit miſſas celebrare: ac propter id crimen mandat Venantio Lunenſi epiſcopo, ut eum cõmunione ſacra priuet, & in pœnitentiam redigat, in qua excommunicatus perpetuò uiuere cogatur. libro quarto, capite quadrageſimonono. Vixit ſub Mauricio.

ENNIVS.

Ennius Veneticæ eccleſiæ epiſcopus, à Chilperico rege exilio damnatur. Vnde reuocatus conſtituitur Andegauenſis eccleſiæ epiſcopus, nec ei conceditur Venerias redire. Turon. lib. 5. cap. 26. & 29. Fuit hic epiſcopus multis ſcandalo propter potationes, quib. adeò indulgebat, ut neque mens, neque pedes ſuum officium facerent. Cum enim die Dominica Pariſijs ſacra peageret, ante aram cecidit, ſanguine ex ore & narib. ipſius effluente. Turon. lib. 5. cap. 40. Vixit anno 3. 4 & 5. regni Childeberti.

DE EPISCOPIS

*Europæis.*

IOHANNES.

Iohannes fuit epiſcopus Lariſſæus. Reprehendit eum Gregorius, quòd Adrianũ epiſcopum Thebanæ ciuitatis ſine cauſa, tantum propter capitis ægritudinem, ab officio remouerat. libro ſecundo, capite 49. Claruit ſub Imperatore Mauricio.

IOHANNES & *Coſmas.*

Fuerunt hi duo, Iohannes & Coſmas, diaconi huius Iohannis Lariſſæi. Greg. ibidem.

ADRIANVS.

Adrianus fuit epiſcopus in Corintho. Gregor. lib. epiſt. 2. cap. 77. Clarus ſub Mauricio.

ANASTASIVS.

Fuit archiepiſcopus Corinthienſis. Greg. li. 1. epiſt. cap. 26. Poſtea ab officio ob crimẽ quoddam remotus. Vixit ſub Mauricio.

IOHANNES.

Anaſtaſio ab officio remoto, ſucceſsit Iohannes in epiſcopatu Corinthiaco. Gregorius lib. 4. cap. 99. Clarus fuit tempore Mauricij.

SECVNDVS.

Secundus Eritianenſis eccleſiæ epiſcopus fuit, & duodecim libros de profeſsione catholicæ Eccleſiæ edidit: ut refert Honorius Auguſtodunenſis, de Scriptoribus eccleſiaſticis.

PHILIPPVS.

Philippus ſub Mauricij tempore epiſcopus in Epiro. Greg. lib. 5. cap. 107.

ZENON.

Zenon fuit epiſcopus in Epiro. Gregor. lib. 5. cap. 107. Vixit Mauricij temporibus.

EVSEBIVS.

Euſebius fuit epiſcopus Theſſalonicenſis primarius. Gregor. Epiſtolarũ lib. 7. indict. 2. capite 6. Et libro 12. indict. 7. capite 3. Claruit ſub Mauricio.

LVCAS.

Lucas fuit presbyter in Theſſalia, ſub Euſebio epiſcopo. Suſpectus fuit populo de hæreſi Neſtorij & Seueri, ideoq; Gregorius Euſebio mandat, ut publica reuocatione eum populo ſatisfacere iubeat. libro 9. capite 69. Vixit Mauricij tempore.

CONSTANTINO-

*politani.*

MACEDONIVS.

Euphemio in exilium pulſo, Macedonius Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præficitur, à Gennadio (referente Theodoro Collectaneor. lib. 2.) educatus: cuius etiã, ut fama habet, nepos ex ſorore fuit. Presbyter fuit, & cuſtos eccleſiæ, uir religioſus & ſacer. Ab ipſo Imperatore electus eſt, & in epiſcopatus ſolium collocatus.

Strenuũ & conſtantem uirum ſe præbuit in uocatione, uitæq; ſanctitate & ſinceritate doctrinæ magnum nomen acquiſiuit. Literas ſalui conductus Euphemio in exilium proficiſcenti rogatus attribuit, & ad profectionem & ſuſtentationem uitæ neceſſarijs ſumptibus inſtruxit.

Memoriam Apoſtolorum Petri & Pauli multa cum reuerentia & ſplendidè celebrandam, adhortante legato Romano, inſtituit.

Paratus erat conſueto more per hunc legatum Feſtum nomine, Anaſtaſio Romano epiſcopo electionis ſuæ & uocationis rationem reddere: uerùm ne id faceret, ab Imperatore prohibitus fuit.

Exigente porrò ab eo ſcriptum ſuum Anaſtaſio (de quo ſuprà in uita Euphemij mentio facta eſt) fortiter & alacriter ſeſe ei oppoſuit, dicens: Nequaquam ſe fidem proditurum eſſe. Sed hac ipſa re odium Imperatoris & inimicitias acres conflauit. ab eo enim tempore non deſtitit uaria inire conſilia, ut ipſum loco deturbaret.

Cum uerò fraude & aſtu uulpino nihil efficeret, pellẽ leoninã ſibi aſſumendã ſtatuit: ac collecto (ut Nicephor. annotat cap. 26. li. 16) peſsimorũ hominũ ſeu hæreticorũ concilio, aperta ui, ut Chalcedonẽſem ſynodum reijciat, cogere contendit. Quod quamprimùm eſt à plebe animaduerſum, ingens eſt factus concurſus, omnib⁹ ſonora uoce exclamantibus: Martyrij tempus adeſt, nemo longius à paſtore abſiſtat. Conuicijs etiam Imperatorẽ ſunt proſecuti, Manichæũ, qui Imperio eſſet indignus, appellantes. Metu itaq; populi Anaſtaſius, ad tempus cedere eſt coa-

eſt coactus: & uocato Macedonio, placabilem ſe ei præbuit. Macedonius uerò, uti uerum & germanum paſtorem decebat, ingẽti parrheſia Anaſtaſium, uelut ſincerioris doctrinæ hoſtem, corruptelarumq; defenſorẽ accuſat: & ut ab incœpto deſiſtat, grauiter hortatur. Sed ſurdo fabulam narrat. maius enim odium & acerbius in pectore contra eum concepit, & deponendi ipſum occaſionem quæſiuit. Mercede ſycophantas adoleſcentulos conduxiſſe dicitur, qui de ſtupro illum accuſarent. Verùm ille in iudicio ſubducta tunica, uirilibus ſe carere oſtendens, facilè eos refellit.

Cum igitur hac non ſuccederet, alia aggreſſus eſt uia. Nam per Celerem aulæ præfectum, libellum confici iuſsit, in quo duæ ſynodi reliquis duabus omiſsis conſcriptæ erant: eumq; ſe recipere profeſſus eſt. Quod ipſum cum Macedonius approbaſſet, & præterea Henotico Zenonis ſubſcripſiſſet, reprehenſionem piorum incurrit. Tamerſi poſtea in Dalmati monaſterio oratione prolixa ſeſe Quartam ſynodum amplecti, & eos qui illã auerſentur dãnare hæreſeos oſtẽdit.

Euagrius contrà lib. 3. cap. 31. & 32. cõmemorat, monachos Paleſtinæ exegiſſe à Macedonio, ut ſcripto ſuam fidem comprehenderet. Quod cum præſtitiſſet, compertum eſſe & deprehenſum, eum tantum Nicenam & Conſtantinopolitanam ſynodum approbare. Epheſinæ enim & Chalcedonẽſis mentionem non fecerat. Separant igitur ſeſe ab eo monachi Conſtantinopoleos, neq; commercium cum ipſo deinceps habent.

Paulo pòſt, ut credibile eſt, & circumſtantiæ etiam diligentius conſideratæ indicare uidentur, Euchaitem, Anaſtaſio iubente, in exiliũ miſſus eſt, magno ſui deſiderio apud Senatum & populum relicto. In ſectatores eius poſtea perſecutio eſt exorta.

Reliquerat libellum Imperatoris Macedonius in ara: ſed is miſſo Calopodio abſtulit, & flammis ultricibus conſumpſit. Macedonio uerò condemnationis ſententiã cum abduceretur miſit, quam tamen nequaquã recepit. Hunnorum metu, qui eruptione per Caſpias portas facta Orientem depopulabantur, Gangram ſe contulit Quod cum Anaſtaſius reſciuit, miſsis percuſſoribus eum trucidauit: anno eius imperij 24. Chriſti quingenteſimo decimoſeptimo.

Si Nicephoro credimus, miraculis poſt obitum claruit. Mortuus, ſeipſum manu ſua crucis ſigno conſignaſſe dicitur. Ac in ſomnis apparuiſſe cuidam, & eum uehementia quadam uerba hæc Anaſtaſio annũciari præcepiſſe: Ego quidem ad patres meos abeo, quorum fidem ſinceram ſeruaui. Tu uerò ſcito, me Deũ precari deſiturũ non eſſe, quoad uſq; & tu primo quoq; tẽpore ad id tribunal, quod munera non accepiat, iudicio eõcertaturus ſteteris. Verùm eiuſmodi apparitiones cum Scriptura pugnant. Ab Hormiſda Romano epiſcopo in integrum poſt mortem eſt reſtiturus, & nomen ipſius in ſacras tabulas repoſitum.

TIMOTHEVS.

Timotheus, de uoluntate Anaſtaſij, in locum Macedonij ſurrogatus eſt: cum antea presbyter & ſacrorũ uaſorum cuſtos fuiſſet.

Theodorus Lector Collect. lib. 2. ſcriptũ reliquit, Lithrobulbam & Colonẽ, propter facta nominibus iſtis congruentia, appellatum eſſe. Homo fuit impudens & inconſtans, religionem ad uoluntatem potentum attemperans: & ut rectè de eo Nicephorus lib. 16. cap. 35. ſcribit, inſtar Euripi per animi æſtum & fluctuationem nunc huc nũc illuc inclinans, ut ex ſequentibus patebit. Statim enim poſt ſuſceptam publicam Eccleſiæ adminiſtrationem, antequam eccleſiam ingrederetur, & ad liturgiam accederet, Macedonij imagines atque inſignia remouit,

Euagrius lib. 3. cap. 33. dicit, Paleſtinæ eccleſias ſynodica quidẽ ipſius recepiſſe: Macedonij uerò depoſitionem nequaquam approbaſſe.

Supplicationes Paraſceues in tẽplo Mariæ uirginis, quod in Chalcopratijs eſt, excogitauit & inſtituit. Rogantibus amicis, ſymbolum Nicenum per ſingulas ſynaxes dici curauit, ad reprehenſionẽ uidelicet Macedonij, quaſi ille ſymbolum hoc non receperit: cum antea ſemel tantũ in anno, in paraſceue Dominicæ paſsionis, quo tempore epiſcopus catechizabat, recitatum eſſet.

Impudentis eſt & Epicurei animi in ipſo indicium, quòd eum ordinare nellet præfectum monaſterij Studiti, & ille qui ordinandus erat, diceret, ſe minimè omnium paſſurum, ut ſibi ab eo imponerentur manus, qui ſynodum Chalcedonenſem abnegaſſet, prorumpebat in hæc uerba: Anathema ſit accuſanti uel damnanti Chalcedonenſem ſynodum. Paulo uerò pòſt, cum ab arcbidiacono ſuo Manichæorum ſectam fouere, apud Anaſtaſium accuſaretur de hoc facto, & ab eo ad dicendam cauſam uocaretur, negare illa omnia non eſt ueritus, & palàm dicere, anathema eſſe eos qui Chalcednenſem ſynodum recipiant aut approbent. Theodor. Lector Collect. libro ſecundo.

IOANNES CAPPADOX.

Ioannes Cappadox, prætorij præfectus Byzantij erat. Hic omnibus difficilis auaricia, crudelitate, perfidiaq; infamis, eò inſaniæ procedit, ut imperium affectare incipiat. Procopius libro 1. de bello Perſico.

Sed ab Imperatore reuocatus, ob ſuſpicionem

nem magiſtratu deiectus eſt, ac ſacerdotiũ ſumere coactus eſt. Procopius lib. 2. de bello Perſico. Succeſsit autem Timotheo. Nicephorus lib. 17. cap. 2.

Edidit libellum de ſacramento Baptiſmi. Honorius Auguſtod.

Cum autem amplexus eſſet Eutychianã hæreſim, Hormiſda Romanus epiſcopus eũ literis & legatis monuit, ut duas in Chriſto naturas, diuinam & humanam, hypoſtatica unione unitas crederet. Sed Iohannes Anaſtaſij gratia fretus, legatos malè acceptos dimiſit, ut renunciarent pontifici, Auguſtorũ eſſe, & non Pontificis, impetare. Sabellicus Enneade 8. lib. 2.

Notis Antichriſti inſignis erat. nam congregata ſynodo, ſe Oecumenicum appellari uoluit. Etſi Gregorius multis in locis eius rei mentionem faciat, præcipuè tamẽ tom. 2. lib. 7. cap. 69. ubi ſic inquit: Cognoſcat ſiquidem fraternitas ueſtra, Iohannem quondã Conſtantinopolitanæ ciuitatis antiſtitem, contra Deum, contra pacem eccleſiæ in omnium ſacerdotum deſpectũ & iniuriam, modeſtiæ ſuæ terminos exceſsiſſe, & illicitè in ſynodo ſuperbum ac peſtiferum œcumenicum, hoc eſt, uniuerſalis ſibi uocabulum uſurpaſſe.

IOHANNES SCHOLASTICVS.

Iohannes Scholaſticus annũ unum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præfuit. Nicep. lib. 17. cap. 7. Euagrius lib. 4. cap. 39, uidetur eum Ioannem Sirmienſem appellare. Vixit ſub Iuſtiniano.

EPIPHANIVS.

Epiphanius ſucceſsit Anthimo, iuxta Euagrium libro 4. capite 11 & 36. ſeu Iohanni Scholaſtico, ut Nicephorus uult libro 17. capite 7. Benedixit exercitui Iuſtiniani, bellatũ abeunti. Procopius lib. 3. de bello Vandalico. Præfuit annos 16. Nicephorus libro & capite eodem. Vixit ſub Iuſtiniano.

ANTHIMVS.

Trapezuntis epiſcopus fuit Anthimus, priuſquã Conſtantinopolim transferretur. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite ſeptimo. Poſtea interceſsione coniugis Iuſtiniani ſucceſsit Epiphanio Cõſtantinopoli. Nulla autem cum laude adminiſtraſſe eum epiſcopatum, idem autor aſſerit.

Vnam naturam eſſe in Chriſto, etiã poſt unionem, docuit & defendit. A' Seuero Antiocheno perſuaſus, ſedem potius relinquere, quàm cum Iuſtiniano & cæteris orthodoxis epiſcopis ſentire maluit.

Euagrius narrat capite undecimo, lib. 4. ſuo tempore adhuc extare epiſtolas, quas ſibi inuicẽ ſcripſerint Anthimus & Theodoſius Alexandrinus de hac prædicta cõtrouerſia. A' Iuſtiniano imperatore tandem cum Chalcedonenſem ſynodum amplecti, & ad ſaniorem mentem redire nollet, in exilium ire iuſſus eſt. Nicephorus libro eodem, capite nono, affirmat eum ab Agapeto Romano epiſcopo, qui tum Cõſtantinopoli erat, facta inquiſitione depoſitum, & exautoratum, etiam antequam in ipſius conſpectum prodiret. Inq; hanc depoſitionem conſenſerunt monaſteria Palæſtinæ, & Hieroſolymitanus epiſcopus. Sed Agapeto ad meliorem ſortem tranſlato, ſynodus Cõſtantinopolitana unà cũ Agathone, ſucceſſore Agapeti, ut pœnitentiæ libellum exhiberet, atq; ad priorem ſuum epiſcopatum Trapezuntem rediret, monuit. Ille uerò tribus uicibus citatus, præ timore non comparuit. Synodus itaq; publico iudicio epiſcopatum ei penitus abrogauit. Vixit ſub Iuſtiniano.

MENAS.

Anthimo eiecto (licet Euagrius dicat eũ ſucceſsiſſe Epiphanio, lib. 4. cap. 36) ſucceſſit Menas, uir uera pietate præditus, patria Alexandrinus, & illuſtri genere ortus, & literarum maximè ſacrarum peritus: cui Agathon epiſcopus Romanus, quod antea nunquam factũ erat, manus impoſuit. Nicephorus lib. 17. cap. 9.

Conciliũ etiam conuocauit, in quo cum epiſcopo Romano Agapito, Seuerũ Antiochiæ epiſcopum, Eutychen, Petrũ Apameæ Syriæ epiſcopum, Halicarnaſſeũ Iulianum & Anthimum cum ipſis ſentientem excommunicauit.

Tandẽ cum quinta uniuerſalis ſynodus cœpta eſſet, & annos ſedecim piè gubernaſſet, ſub Iuſtiniano mortuus eſt. Zonaras in uita Iuſtiniani: Euagrius libro quarto, cap. trigeſimooctauo.

EVTYCHIVS.

Eutychius monachus & presbyter Amaſenæ eccleſiæ (Nicephorus libro decimoſeptimo, capite decimoſexto) cum in quinta ſynodo uniuerſali ad quæſtionem, An etiam mortui hæretici ſint damnandi, commodè reſpondiſſet: & Ioſiæ exemplum, qui ſacerdotum Baal defunctoũ urnas effodiſſet, & oſſa combuſsiſſet, allegaſſet, mortuo Mena à Iuſtiniano epiſcopus electus eſt, & incœptã ſynodum cõtinuauit. Euagrius lib. quarto, capite trigeſimoquarto.

Paulo pòſt cum Imperatori, noua quædã molienti, reſtitiſſet, in exilium pellitur. Nicephorus libro decimoſeptimo, capite 39. Succeſsit autem Catelinus. Quo mortuo, Iuſtinus, ſicut pater eius in teſtamento mandauerat, illum ab exilio reuocauit. Niceph. lib. eodem, cap. 36.

Coronauit autem Iuſtinũ, ut indicat Paulus Diaconus lib. 16.

Edidit etiam librum, in quo aſſeruit, no-

ſtrum corpus poſt reſurrectionem ſenſui tactus non fore obnoxium, ſed aere & uentis ſubtilius. Hanc opinionem Gregorius per diſputationem longam ei exemit, uſus argumento de corpore Chriſti, quod Apoſtoli palpaſſe dicantur. Curriculum eius fuit annorum duodecim in miniſterio. Gregor. in Commentario ſuper librum Iob, cap. 29. Ioannes Diaconus in uita Gregorij.

IOANNES NESTEVTES.

Ioannes ex idiotarum & opificum ordine progreſſus, Eutychio ſuccesſit. Nicephorus lib. 17. cap. 36. & lib. 18. cap. 34. Inaugurationi Mauricij interfuit. Nicephor. lib. 18. cap. 5.

Et ipſe notis Antichriſti inſignia fuit. nã motu ſuorum maiorum Oecumenicũ epiſcopum ſe appellari uoluit. Oppoſuit ſe ei acriter Gregorius papa, ut patet ex eius epiſtolis ad eundem, & ad Eulogium, & alios Orientis epiſcopos, lib. 4. epiſtola 32. & epiſtola 34. 36. 38 & 39.

A ſobrietate uitæ Νηϛευτὴς, id eſt Ieiunator dictus eſt. In pauperes liberalis fuit, quibus multa talẽta, quæ ab Imp. Mauricio mutuò ſumpſerat, diſtribuit. Dederat autẽ pro ea pecunia ſyngrapham, in qua hypothecæ loco totam ſuam ſubſtantiam oppignorauerat. quam cum poſt mortem eius Imperator inquireret, præter lectulum ligneum, & amiculum laneum, & penulam deformẽ nihil inuenit: ſed hæc tamen accepit, & ſyngrapham diſcerpſit. Curriculum eius in miniſterio fuit annorum 13. & obijt ſub Mauricio. Nicephor. lib. 18. cap. 34. Meminit eius etiam Euagr. lib. 6. cap. 25.

CYRIACVS.

Cyriacus ſacerdos & Oeconomus magnę eccleſiæ Deiparæ ædis, Ioanni νηϛευτῇ mortuo ſucceſsit. Zonaras tom. 3. in uita Mauricij: & Niceph. lib. 18. cap. 40.

Gregorius lib 7. indiction. 15. cap. 195. dicit Cyriacum, quendam Eudoxum damnaſſe: quem tamen in ſynodis non reperiat nota anathematis notatum. Præfuit annos undecim. Nicephorus libro eodem, cap. 44. Vixit ſub Mauricio.

FLORENTINVS.

Epiſcopus in Epidauro ciuitate Florentinus, propter crimina quædam, non habita prius canonica uel ſynodali inquiſitione, quorundam maleuolentia eſt ab officio remotus. Eò ergo Gregorius ſeſe interpoſuit, & iuſsit cauſam prius legitimè cognoſci & iudicari, quàm pœna afficeretur: ut in epiſtola eius ad Natalem & Antoninũ eſt uidere, Epiſtolarum lib. 2. cap. 47. & 48. Vixit ſub Mauricio.

ANTONINVS.

Subdiaconus fuit ſub Mauricio Florentini, in Epidauro: ut eodem loco Gregorius teſtatus.

NATALIS.

Fuit Salonitanæ ciuitatis epiſcopus. iuſſus eſt à Gregorio pallium epiſcopale deponere, & à communione ſacræ ſynaxis abſtinere, eo quòd Honoratum archidiaconũ, de muneris & honoris ſui gradu ſine cauſa deieciſſet. Epiſtolarum lib. 2. cap. 16. & 17. Vixit ſub Mauricio.

HONORATVS.

Honoratus fuit Mauricij imperatoris tẽpore archidiaconus Salonitanus, ſub epiſcopo Natali. Gregorius lib. 2, indict. 9, cap. 71.

MAXIMVS.

Maximus fuit epiſcopus Salonis, poſt Natalem. Accuſatus eſt apud Gregorium de Symoniaca hæreſi. quare Romam uenire, & ſe excuſare, ſumma cũ ſeueritate citatur à Gregorio, lib. 5. cap. 125.

Poſtquam autem uenire ceſſat, excõmunicatur. lib. 6. cap. 181. Tandem mittũtur legati Rauennam, qui eius cauſam cognoſcãt & componant. lib. 7. cap. 68.

Septimo excõmunicationis anno, tribus horis in terris iacens, & pœnitẽtiam agens, à Gregorio in gratiam eſt receptus. Ioannes Diac. lib. 4. cap. 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15. Vixit temporibus Mauricij.

VETERANVS.

Veteranus presbyter fuit Salonitanæ eccleſiæ, ſub Maximo epiſcopo. Greg. libro 8. epiſtola 36. Sub Mauricio.

IOBINVS.

Iobinus fuit epiſcopus primarius Illyrici. Gregorius libro 2. capite 17. Clarus fuit ſub Mauricio.

MALCHVS.

Malchus fuit epiſcopus in Dalmatia Gregorius libro primo, capite 36. Vixit tempore Mauricij.

RESPECTVS.

Reſpectus fuit diaconus in Dalmatia. Gregorius libro ſecundo, capite 61. Claruit ſub Mauricio.

SABINIANVS.

Sabinianus fuit epiſcopus Iadertinus. Scribit de eo Gregorius, quòd ex conſortio Maximi ſeductus, poſtea per pœnitentiam, quã in monaſterij clauſtris egit, in eccleſiam receptus ſit. libro ſeptimo, capite duodecimo. Claruit ſub Mauricio.

STEPHANVS.

Stephanus fuit epiſcopus Scodrenſis eccleſiæ. Gregorius libro primo, capite 36. Vixit ſub Mauricio.

CONSTANTIVS.

Fuit & hic Conſtantius tempore Mauricij epiſcopus, in Scodritana eccleſia. Gregorius libro 10, cap. 36.

## DE EPISCOPIS

### ITALIAE.

### ROMANI.

#### ANASTASIVS.

Anaſtaſius papa ſecundus, natione Italus, patria Romanus fuit, patre natus Petro uel Fortunato, teſte Platina, è regione quinta, quę tum caput Tauri dicta ſuit: uixitq; temporibus Theodorici regis Italiæ, uir parum ſecunda fama, ut Volaterranus ait. Creatus eſt autem epiſcopus 3. Calend. Decemb. Flauio Paulo Cos. in Occidẽte: autore Onuphrio.

Huius extat epiſtola in primo Conciliorum tomo, ad Anaſtaſium Auguſtum, qua petit, ut Acacij nomen, qui multis ex cauſis ſcandalum præbuerat, taceatur. Balæus refert, eum etiam Cæſarem excommunicaſſe.

Extant eius decreta apud Gratianum, quorum primum dicit: Theſſalonicenſes epiſcopos ob meritum Imperatoris Anaſtaſij, Timotheo Conſtantinopolitano epiſcopo, quem concilium Chalcedonenſe anathematiſauerat, conſenſiſſe. Secundum eſt, eum malorum impietati fauere, qui eis obuiare ceſſat.

Fuit & hic idololatra. Sepulchrum enim S. Laurentij argento exornauit. Item ſtatuit, ut nullus clericus ab officio ſuo ob iram, odium & ſimultatem, præter miſſam, abſtineret: teſte Martino in Chronicis.

Multi autem ex clero ab eius conuerſatione ſeſe ſubduxerunt, ut Martini Chronicon teſtatur: quòd Photini diaconi, Acacij hæretici familiaris, amicitia uteretur, quem clam eccleſiæ reſtituere conabatur: licet ob hæreſin ab ea uelut reiectus, per Felicem & Gelaſium primum pontificem, haberetur.

Collegas autem, ſeu coepiſcopos habuit, ut eſt in eius epiſtola decretali, Creſconium & Germanum, quos ad Imperatorẽ Anaſtaſium Auguſtum miſit in cauſa Acacij, & ut imperatorem rogarent, ut Alexandrinos ad Catholicã & ſinceram fidem ſua autoritate, ſapientia & monitis inuitaret.

Poſt ordinationem in Decembri unam, qua in cleri ordinem legit presbyteros duodecim, epiſcopos per diuerſa loca ſedecim, cũ præfuiſſet eccleſiæ Rom. anno uno, menſib. 10. diebus 24. ut Platina teſtatur: uel annis tribus, menſib. 11. diebus 22, ut Martinus Polonus: obijt in urbe, 13. Calend. Decemb. anno Domini quadringenteſimo nonageſimonono, dum uentrem exoneraret, inteſtina in latrinam emittens.

#### *Symmachus.*

Symmachus natione Sardus, patre natus Fortunato (autoribus Platina & Iohanne Stella) mortuo Anaſtaſio, nõ ſine magna cleri diſcordia pontifex creatus eſt, Imperatore Anaſtaſio Auguſt. & rege Italiæ Theodorico Gottho.

Nam dum pars cleri Symmachum apud baſilicam Conſtantinianam pontificem decernit, pars altera apud baſilicam Mariæ, in uia noua, Laurentium eligit: ſeditio ingens in Senatu ac populo Romano biſariam diuiſo orta eſt. Vnde omnium conſenſu concilium Rauennę indicitur: diſcuſſaq; re, Theodoricus, qui tum Romam obtinebat, etiam ſi Arianus eſſet, Symmachum tamen epiſcopum confirmauit: ut Nicephorus & Iohannes Stella indicant. qui certè magna clemẽtia uſus, Laurentium competitorem Nucerinis epiſcopum dedit.

¶ Scripſit aliquot epiſtolas, quarum ſit mentio in 1. tomo Conciliorum, hoc ordine & numero.

Epiſtola ad dilectiſſimum fratrem Cæſarium.

Epiſtola ad Laurentium epiſcopum Mediolanenſem.

Epiſtola ad Liberium patricium.

Alia ad clerum Dardaniæ.

¶ Notas Antichriſti & hic habuit. Miſſã enim in formam redegit. Statuit quoq;, Balæo referente, ut uirgines uel uiduæ continentiam profeſſæ, ulterius non nuberẽt: & ne clericus quiſquam cum muliere, niſi ſanguine iuncta, habitaret: teſte Sabellico. Item, ne quis uiuo pontifice, de alterius electione conſilia moueret, ſub anathematis pœna.

Præcepit etiam, in natalicijs mortuorum ſanctorum, Gloria in excelſis cani. Gregorij Dialogis ſi fides adhibenda eſt, Paſchaſij Diaconi animam pertinacem, purgatorio poſt mortem deputauit.

Congregauit & ſex ſynodos, quarum ſecunda deſideratur.

Ad Anaſtaſium Imperatorem, ut eſt in Apologetico eius, qui hæreſin Eutychianam fouebat, admonitoriam epiſtolam ſcripſit, qua eũ grauiter obiurgauit, propterea quòd hæreticis communicaret: cum communicare nihil aliud ſit, quàm cum talibus conſentire.

Cumq; ipſi inter cætera crimina ab Imperatore obiectum eſſet, quòd Manichæus eſſet: reſpondit, Romam & reliquas omnes actiones ſuas diuerſum de ſe teſtari.

In epiſtola ad presbyteros & diaconos per Illyricum, Dardaniam & Daciam conſtitutos ſcripta, inquit: Nulla maiora documenta fidei eſſe, quàm ubi temporis ratio

ſuadet,uitam ſubdere paſsioni:& ideo, qui pro ea periculum perſecutiōis obire meruerit, dignum ſe cœlo militem eſſe oſtendit.

Baſilicus mulias, quarum mentionē Platina facit, & oratoria à fundamentis ædificauit.

Verùm anno quarto poſt confirmationē, clerici quidam ſeditionibus gaudentes, adiuuantibus Feſto & Probino, ſenatorij ordinis uiris, Laurentium reuocant. Qua ex re indignatus rex Theodoricus,Petrum Altini epiſcopum Romam mittit, qui pulſo utroque eccleſiæ præeſſet. Verùm Symmachus habita cœtum & uiginti epiſcoporum ſynodo,fraude obtinuit, ut Laurētius & Petrus,malorum omnium autores, relegarentur. Ob hanc autem rem tanta Romæ ſeditio orta eſt, ut multi tum ex clero, tū ex populo paſsim trucidarentur: teſtibus Platina & Sabellico.

Manichæos tandem ſtabilita dignitate urbe expulit, eorum libris publicè ante fores Conſtantinianæ baſilicæ crematis: teſte Platina.

Pauperibus quoq; ad baſilicam Petri & Pauli habitationes extruxit, curauitque ne quid eis deeſſet quod ad uictum pertineret: teſtibus Platina & Volaterrano.

Amator pauperum fuit, & epiſcopis ac cæteris clericis in Africa & Sardinia propter catholicam fidem exulātibus, pecuniam & ueſtes miſit.Captiuos multos quotānis precio redemit: teſte Sabellico.

Ordinationes fecit quatuor in urbe Roma per menſem Decembrē, quibus paſsim epiſcopos 117, presbyteros uerò in eccleſia Romana nonaginta duos, & diaconos ſedecim creauit. Cumq; præfuiſſet eccleſiæ Romanæ annos quindecim,menſes ſex, & dies uiginti duos (ut aſſerit Platina) mortuꝰ eſt Romæ,die decimoquarto Cal. Auguſti, anno Domini 514.

## HORMISDA.

Hormiſdam pontificem natione Campanum,patria Truſinonium, patre natum Iuſto,defuncto Symmacho ſucceſsiſſe,Platina aſſeuerat: Anaſtaſio Conſtantinopoli imperante,& Theodorico in Italia.

¶ Adſcribuntur ei aliquot epiſtolæ in tomo Conciliorum,ut ſunt:

Epiſtola cōtra Neſtorij & Eutychetis blaſphemias.

Alia ad Ioannem epiſcopum Milicitanæ eccleſiæ.

Alia ad Iohannem epiſcopum.

Alia ad epiſcopos per Hiſpaniam conſtitutos.

Alia ad eoſdem.

Alia ad Epiphanium Conſtantinopolitanum epiſcopum,in qua reprehēdit errorem Neſtorij & Eutychetis in Chalcedonenſi ſynodo damnatorum.

Alia ad Salluſtiū Hiſpalenſem epiſcopū.

Alia ad Poſſeſſorem epiſcopū, in qua monaſticam hypocriſin acriterq; perſtringit.

Reſcriptum Hormiſdæ ad epiſcopos Beticæ prouinciæ.

Exemplar precum.

Item decreta ex Gratiano.

¶ Notis Antichriſti hic quoque inſignis fuit. nam ad primatum acquirendum,alium gradum poſuit. Cum enim hactenus Romani paſtores beneficio ſynodi Nicænæ archiepiſcopi eſſent: hic effecit, ut ab Imperatore Iuſtino ſuperiori quadā dignitate donarentur, nimirum Patriarcharum, ut refert Iſidorus.

Traditionibus etiā humanis & conſcientiarum laqueis eccleſiam onerauit. nam in Romana ſynodo conſtituit, ne ad ſacros ordines admitteretur,qui non ſolēniter pœnituit:ne ordo clericalis malè audiret propter eos qui crimine aliquo eſſent notati.

Pſalmos alternatim cantari ordinauit. Conciliorum decreta ſeruanda propoſuit. Et ne altaria ſine præſulis aſſenſu erigerentur,mandauit.

Idololatriam dei alieni Maoſim etiam ipſe fouit. Nam in honorem mortuorum templa ornauit, & maximè templum Petri, in quo trabem argenteam mille & quadraginta librarum reliquit. Baſilicam albam fecit.

Hortante Theodorico prouincialem ſynodum in urbe habuit: omniumque conſenſu Eutychianos,iam antea refutatos,damnauit. Iohannem quoque Conſtantinopolitanum epiſcopum literis & nuncijs hortatus eſt,ut ab eadem hæreſi cum omnibus Græcis deſiſteret: crederetque duas in Chriſto naturas eſſe, diuinam & humanā.

Sed Iohannes homo grauis,ſuaque natura contumax, Anaſtaſijque fauore adhuc contumacior factus,teſte Sabellico, Romani epiſcopi literas & admonitiones non ſolùm aſpernatus eſt: ſed legatos etiam ad id miſſos,contra ius gentium graui contumelia affecit. Nam eos rimoſam nauem conſcendere,& rectà in Italiam nauigare iuſsit, uetuitque ne Græciæ littus ullum attingerent. Et hoc reſponſi eis dedit: Scire ſe,Auguſtorum eſſe, non Pontificis, imperare. Aut ſi quid foret, in quo hunc cui diuina curæ ſunt, iubere oporteat: ſe eum eſſe, à quo alij multo melius ſua iuſſa expectent, quàm ſua proponant exequenda.

Habuit Hormiſda quoq; filium Silueriū nomine,natione Campanum, qui poſtea epiſcopus Romanus factus eſt.

Manichæos Romę repullulantes etiā ipſe expulit,eorumq; codices ante fores baſilicę Conſtan-

Conſtantioianæ incendio cōſumpſit, exemplo ſui anteceſſoris. Pacem inter eccleſiam Romanam & Conſtantioopolitanam compoſuit, quæ longo tēpore ſub Anaſtaſio imperatore diſcordes fuerant, propter Græcorum hæreſes. Et Græcos commercio hæreticorum maculatos, per ſuos nūcios abſoluit: teſte Sigeberto.

Nuptias publicè, oon occultè fieri præcepit. Certauit & Hormiſda muneribus cum principibus Ilderico Vaodalorū, & Clodoueo Franciæ regibus.

Cum autem ordinationem onam menſe Decembri feciſſet, qua epiſcopos quinquagintaquioq; per diuerſa loca, & in eccleſia Romana presbyteros 21, & diaconos decem creauit, Romæ mortuus eſt, die octauo Idus Auguſti, āno Dominicę natiuitatis 523. poſtquam præfuiſſet annis oouem, diebus 18, ao tore Platina.

## IOHANNES I.

Iohannes primus natione Thuſcus, patre natus Conſtantio, ex presbytero pontifex Romaous factus eſt. Extat eius ad epiſcopos Italiæ epiſtola quædā conſolationis plena, qua monet eos, quamuis rex Theodoricus hæreſi Artiaoa pollutus, uaſtitatem ipſis & toti minitetur Italię, oe tamen ab inſtituto deſiſtant, ſed fortiter agant.

Cooſtantioopolim ueniens ad portā quę uocatur Aurea, in conſpectu turbæ cæco roganti oiſum reſtituit: teſtaotibus Sigeberto & Mariano Scoto.

Notis Antichriſti inſignis & hic fuit. nam templa donis locupletauit, altaria auro, argento & gemmis exornauit: teſte Platina.

Cum autē Iuſtiou imperator amore religiooi Chriſtianæ, hæreticorum, & præſertim Arrianorū eccleſias deſtruere decreuiſſet: Theodorus rex, qui Arriana hæreſi ioſectus erat, miſit eum legatum Cōſtaotinopolim ad Imperatorē, pro hæreticorum eccleſijs conſeruandis, mioitans ſe quoq; orthodoxorum eccleſias ſubuerſurum, niſi Iuſtinus Arrianorū templa intacta relinqoeret.

Iohannes itaque Cooſtantinopolim profectus, maximo cum honore ſuſceptus eſt: & omnia pro quibus uenerat, impetrauit. Conſtituit autem, ut ſpoliatos quiſq; in integrom reſtitoeretur: teſte Volaterrano.

Cum autem Conſtaotinopoli in Italiam applicuiſſet, criminatus quòd conſilia Imperatori contra regem Theodoricum dediſſet, in cuſtodia detentus eſt: atque Rauennam miſſus, in qua fame, ſiti, carcerisque fœtore diu cruciatus, tandē obdormioit: ſexto Calendis Iunij, anno Domloi quingenteſimo uigeſimoſeptimo, quum ordinationem unam menſe Decembri feciſſet, in qua epiſcopos per diuerſa loca quindecim creauit: & annis duobus, menſibus octo, iuxta Platinā, præfuiſſet.

## FELIX IIII.

Felix quartus, natione Samius, patria Beneuentanus, patre natus Caſtorio, uel (ut Martinus Polonus in ſuis Supputationibus habet) Conſtantino, Iobannis ſucceſſor, uir in cura paſtorali ualde ſollicitus: ex presbytero epiſcopos Romanus factus eſt.

Hunc in Chriſti eccleſia magnæ reuerentiæ uirum, Gregorius papa atauum ſuum fuiſſe teſtatur, autore Leooe Hoſtienſe. Supplementum uerò Chronicorum, proauum fuiſſe indicat.

Aſcribūtur ei aliquot epiſtolæ in primo tomo Conciliorum, ut ſunt:

Epiſtola ad dilectiſſimos fratres epiſcopos per diuerſas prouiocias conſtitutos.

Alia, exhortatoria ad Sabinam.

¶ Traditiooibus bumānis & hic eccleſiā onerauit. nam reiecto prædicationis officio Coſmæ & Damiani martyrum ſanū Romæ uia ſacra ædificauit, teſte Platina. Saturnini martyris templum ſuo tempore inceodio conſumptum reſtituit, aliaque mortuorum hominum templa refecit: Platina & Volaterrano teſtibus.

Miſſas in locis cōſecratis tantum fieri uoluit, primo tomo Conciliorum. Clerum à populo ſegregauit, teſte Balæo. Vt infirmi ante mortem ſancto oleo ungerentur, mandauit: teſte Iobanoe Stella. Vt aoniuerſaris dies dedicationis templorū & altarium ſingulis aonis ſolenniter celebraretur, conſtituit: ut refert Hermannus Gygas. Defunctis ſacrificulis ſucceſſores poſt biduum dare ſtatuit, teſte Balæo. Imputator ei & hic næuus, quòd Petro tribuerit, quod Chriſto adſcribendum erat, cum inquit in tomo primo Conciliorum: Vnde & optamus, ot nos beatus Petrus Apoſtolorū princeps ad ſua limina feliciter perducat, quatenus in omnipotentis gratia perfrui oeſtra præſentia mereamur.

Patriarcham Conſtaotinopolitanū Athanaſium nomine, propter hæreſin excommunicauit: teſte Platina.

Ordinationes autem duas fecit, alteram menſe Februario, alteram mēſe Martio, quibus epiſcopos per diuerſa loca uigintinouē: in eccleſia uerò Romaoa presbyteros quinquagintaquinq;, & diaconos quatuor creauit. Quàm diu autem eccleſiæ Romanæ præfuerit, iocertum eſt. Onophrius aſſeuerat, eum in cathedra Petri ſediſſe annos quatuor, menſes duos, & dies 18. Secundum aliquos, undecim annis.

Mortuus eſt uerò quarto Idus Octobris, anno Domioi 530.

## BONIFACIVS II.

Bonifacius ſecundus, quem Græci uidentur Agathonem uocaſſe, quod idem ſonat, natione Italus, patria Romanus, patre natus fuit Sigiſmundo, teſte Platina: uel Sigmulto, authore Martino Polono: uel Sigenube, ut Onuphrius aſſerit: uel Sigelbuldo, ut teſtatur Antoninus.

Ex presbytero epiſcopus Romanus factus eſt, electus in ſchiſmate cum Dioſcoro presbytero, Iuſtiniano imperante: ut aſſeuerat Onuphrius. Nam & Dioſcorus, diuiſo bifariam clero, ut eſt apud Platinam, in Felicis locum ſurrogatur. Cum autem clerus hac ſeditione diebus octo & uiginti exagitatus fuiſſe, mors Dioſcori certamen diremit. Quapropter ſolus epiſcopatum Romanum adeptus Bonifacius, ſtatim clerum, qui Dioſcorum elegerat, ſibi reconciliauit.

¶ Aſcribuntur ei aliquot epiſtolæ in 1. tomo Concil. ut ſunt:

Epiſtola ad Eulalium Alexandrinum epiſcopum, de reconciliatione Carthaginenſis eccleſiæ. In hac epiſtola grauiter taxat Aurelium, qui ſuperiori concilio Carthaginenſis fuerat epiſcopus, eumque cum ſuis collegis impugnaſſe Romanam eccleſiam ait, inſtigante diabolo: ſimul Deo gratias agit, quòd huius temporis epiſcopus Eulalius, Aurelij ſucceſſor, cum eccleſia Romana redierit in gratiam. Deinde ſcriptum Eulalij recitat, quo profitetur ille, ſe damnare ſuos maiores & ſucceſſores, quicunque Romanæ eccleſiæ priuilegia labefactare conantur.

Exemplar precum.

¶ Non caruit & hic notis Antichriſti, nam ut tertio die in demortui epiſcopi locum alius ſurrogaretur, ordinauit, ne mora ſeditionem pareret. Populum à clero, Felicem ſequutus, in ſacris audiendis diuiſit, duas ob cauſas: Vt eos in electione epiſcoporum ſuis ſuffragijs ac locis priuaret: & ne cuiquam eorum liceret in ciuili aut criminali cauſa epiſcopum uel clerum ad ſecularem iudicem uocare: teſtibus Sabellico & Balæo.

In periculo famis clerum & pauperes eleemoſynis iuuit. Vigilium diaconũ poſt ſe papam eligi decreuit: quod tamen poſtea reſcindens, quia contra Canones erat, combuſſit: teſte Ioanne Cuſpiniano.

Quum autem ordinationem unam feciſſet menſe Decembri, Romæ mortuus eſt, die decimoſeptimo Octobris: uel decimoſexto Calend. Nouemb. anno Domini quingenteſimo trigeſimoprimo, ut teſtatur Onuphrius: uel quingenteſimo trigeſimoſecundo, ut Balæus, poſtquam Romanæ eccleſiæ præfuiſſet annis duobus, diebus duobus, teſte Platina: uel annum unum, & dies duos, ut Onuphrius affirmat: uel annis duobus, & menſibus quatuor, ut Iohannes Stella.

## IOHANNES II.

Iohannes ſecundus, cognomine Mercurius, ſeu nuncius Iouis propter eloquentiam dictus, natiõe Italus, patria Romanus, de regione Cœlimontium, patre natus Projecto, ex presbytero epiſcopus Romanus factus eſt, undecimo Calendis Februarij. Platina ait quoſdam ſcripſiſſe, hunc epiſcopum Conſtantinopolitanum fuiſſe.

Aſcribitur ei epiſtola ad Valerium epiſcopum, in qua ex ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis refellit eos, qui Chriſtum patri æqualem negauerant.

Legem quartam in Codice de ſumma Trinitate compoſuit.

Hic Iuſtinianus Cæſar ſceptrum aureum gemmis ornatum librarum ſex, duos argenteos ſcyphos librarũ ſeptem, & calices duos argenteos librarum quindecim, Conſtantinopoli dono miſit: propterea quòd Anthemium Conſtantinopolitanum patriarcham hæreſeos Arrianæ damnaſſet, autoribus Iohanne Balæo & Ioan. Stella.

Eius tempore celebratum eſt ſecundum concilium Toletanum. Eſt etiam ei tranſmiſſum edictũ Iuſtiniani Imperatoris, fidei confeſsionem, & hæreſium, quæ catholicæ eccleſię aduerſantur, refutationé continens: 1. tomo Concil.

Fecit ordinationem unam menſe Decembri in urbe Roma, qua epiſcopos per diuerſa loca numero 21, in eccleſia uerò Romana presbyteros quindecim, & diaconos quatuor creauit.

Mortuus eſt Romæ ſexto Calend. Iunij, quum præfuiſſet eccleſiæ annos duos, menſes quatuor, & dies ſex: anno Domini quingenteſimo trigeſimoquarto, Imperatore Iuſtiniano Auguſto.

## AGAPITVS I.

Agapitus, uel Agapetus primus, natione Italus, patria Romanus, ex patre Gordiano presbytero fuit: & factus eſt epiſcopus Romanus 3. Nonas Iulij, Imperatore Iuſtiniano Auguſto.

Miraculis claruit. nam Conſtantinopolim proficiſcens, teſte Gregorio tertio Dialogorum libro, in Græciæ partibus mutum & claudum ſanauit: non Dei, ſed Petri apoſtoli autoritate, ad confirmationem idololatriæ.

Extat eius decretum apud Gratianum, de conſecrationibus, diſtinctione prima. Agapetus.

Adſcri-

¶ Adſcribuntur ei aliquot epiſtolæ in 1. tomo Concil. ut ſunt:

Epiſtola ad Anthimum epiſcopum Conſtantinopolitanum.

Epiſtola ad dilectum fratrem Petrum, in qua meminit cauſæ Anthimi, ſecūdo tomo Conciliorum.

In epiſtola ad Anthimum aſſeuerat duas in Chriſto naturas eſſe, diuinam & humanam. Affirmat etiam, Chriſtum mediatorem Dei & hominum eſſe, & genus humanum tantum ipſius morte & ſanguine Deo reconciliatum. Etſi enim ſanctorum mors eſt precioſa in conſpectu Domini: nullus tamen mors fuit redemptio mundi. Idem [illegible]it, per fidem iuſtificari impios: atque ſe eam fidem prædicare atq; defendere, quam ſancti Apoſtoli docuerunt.

Onerauit etiam hic eccleſiam humanis traditionibus. Ordinauit enim proceſsiones diebus Dominicis: teſte Petro de Natalibus.

Cōſtātinopoli celebrauit ſynodum contra Seuerum & Iulianum hæreticos, in qua Anthimum Conſtantinopolitanum epiſcopum hæreticis fauentem depoſuit, Menna orthodoxo in eius locū ſubſtituto: teſtibus Iuone & Ioanne Stella.

A' Theodato Gotthorum rege mittitur Conſtantinopolim, ad Iuſtinianum Imperatorem placandum, ſuper crudeli interitu reginæ Amalaſunthæ. A' quo quum honorificè exceptus fuiſſet, ac pacem impetraſſet, tentatur ut Eutychianam hæreſim approbet. Verùm quum Iuſtinianus cerneret ipſum ab iſta hæreſi abhorrere, precibus minas addidit, inquiens: Conſenti nobiſcū, aut te deportari curabo. 1. tomo Conciliorum.

Tum Agapetus: Ego (inquit) ad Iuſtinianum Imperatorem Chriſtianiſsimū uenire optaui: ſed Diocletianum, ut uideo, inueni. (quem Chriſtianorum hoſtem fuiſſe conſtat) tuas tamen minas non pertimeſco, dum mihi uera fides inconcuſſa permanet: teſte Antonino. Hac libertate loquendi Iuſtinianus motus, Arrianam hæreſim amplecti deſijt: teſte Platina.

Libellum quem Bonifacius ſecundus contra Dioſcorum competitorem ediderat, incendio conſumpſit: teſte Onuphrio Panuinio.

Quum autem omnia, quorum gratia miſſus fuerat, obtinuiſſet, atque Romam redire cogitaret, ſubito morbo correptus Conſtantinopoli, poſtquam eccleſiæ Romanæ menſibus undecim, & diebus decem & nouem præfuiſſet, teſte Platina: uel annum unum, menſes tres, dies quindecim, teſte Lucidoi: mortuus eſt, duodecimo Calendis Iunij, anno Domini noſtri quingenteſimo trigeſimoquinto. Cadauer eius arculæ plumbeæ impoſitum, Romam delatum eſt, & in baſilica ſancti Petri ſepultum.

## SYLVERIVS.

Syluerius, uel Liberius, teſte Iohanne Fuuccio, natione Campanus, patria Fruſinonius, Hormiſdæ Romani epiſcopi filius fuit, qui creatus eſt epiſcopus decimoſeptimo Calend. Ianuarij à Theodato Gotthorum rege, ſine ſuffragijs clericorū: teſte Onuphrio.

Adſcribuntur ei aliquot epiſtolæ 2. tomo Concil. ut ſunt:

Epiſtola ad Vigilium papam, qua eum damnat, propterea quòd Anthimium hæreticum, pulſo Menna orthodoxo, reuocaſſet.

Reſcriptum ad Amatorem epiſcopum, in quo ipſi gratias agit pro muneribus, ſibi & ſuis collegis exulantibus ad ſuſtentationem miſsis.

A' Theodora Auguſta Iuſtiniani imperatoris coniuge Syluerius rogatus eſt, ut pulſo Menna patriarcha Conſtantinopolitano, Anthemium hæreticum reſtitueret. Quod quum facere recuſaſſet, irata Auguſta, Beliſario iniunxit, ut Syluerium dimitteret, Vigiliumque archidiaconum ſubſtitueret, qui ei pollicitus fuerat Anthemium reuocare. Beliſarius autem, licet hoc ægrè tulerit, tamen Theodoræ iuſsis repugnare non audens, Syluerium, impoſito ei proditionis crimine, epiſcopatu Romano priuauit, ac in exilium miſit: teſte Platina & Sabellico.

Quum ordinationem unam, menſe Decembri feciſſet, qua epiſcopos per diuerſa loca decem & nouem, presbyteros uerò in urbe Roma tredecim, & diaconos quindecim creauit, teſte Platina: in inſula Ponto mortuus eſt exul & cucullatus, anno Domini quingenteſimo & trigeſimoſeptimo, non ſine opinione martyrij: teſte Iohanne Stella.

## VIGILIVS.

Vigilius natione Italus, patria Romanus, ex nobiliſsimo genere ortus, Iohannis conſularis uiri filius fuit: & ex archidiacono Romanæ eccleſiæ, mandante Theodora Iuſtiniani principis coniuge, epiſcopus in ſchiſmate factus eſt, tertio Nonas Iunij, teſte Onuphrio.

Aſcribūtur ei aliquot epiſtolæ in 2. tomo Conciliorum, ut ſunt:

Epiſtola decretalis ad dilectiſsimum fratrem Eleutherium.

Fragmentum epiſtolæ, in qua damnatur Theodorus epiſcopus Cæſariæ Cappadociæ.

Notis Antichriſti & hic inſignis fuit. Traditionibus enim humanis & conſcientiarũ laqueis eccleſiam onerauit. Nam inſtituit, ut miſſam celebraturi Orientem aſpicerent: ut refert Petrus de Natal. Proprias lectiões diebus feſtis aptauit. Romanam eccleſiam aliarum matrem haberi uoluit. Candelarum feſtum inſtituit.

Theodora Auguſta, cuius aſtu & opera Vigilius epiſcopus factus fuerat, iuſsit ut Vigilius Anthemium epiſcopum ab Agapeto eiectum reſtitueret, ſicuti pollicitus fuerat. Quod cum facere recuſaſſet, ſeque quiduis potius paſſurũ dixiſſet, ipſa irata iubet eum capi, ac ad ſe Conſtantinopolim perduci. Quò cum ueniſſet, contumelia & uerberibus affectus eſt. Deinde funa in collum eius iniecto, per totam urbem ut latro ad ueſperam tractus, ac poſtea in carcerem cõiectus, aqua & pane paſtus eſt.

Clerici qui eum comitati fuerant, partim in exilium mittebantur, partim ad effodienda metalla tradebãtur. Tandem populo Romano & Narſete eunucho rogantibus, omnes captiui cum Vigilio in patriã remittuntur, teſte Platina.

Conſtantinopolim à Iuſtiniano ad ſynodum Quintam uniuerſalem euocatus, comparuit quidem, ſed pro ſuo principatu obtinendo in conſeſſum patrum non uenit: ſed ſcripto ſuam ſententiam Imperatori de capitibus in ſynodo propoſitis indicauit. Euagrius lib. 4. cap. 38.

Ordinationibus duabus prius menſe Decembri factis, quibus epiſcopos per diuerſa loca octuaginta unũ (in ſecundo tomo Conciliorum) presbyteros uerò in urbe Romana quadragintaſex, & diaconos ſedecim ordinauit. in itinere moritur ex calculo Syracuſis in Sicilia, quinto Calend. Ianuarij: anno Domini quingenteſimo quinquageſimoquarto. poſtquam uixiſſet in epiſcopatu tum Romæ tum alibi annis 17, menſibus 6, diebus 26.

## PELAGIVS. I.

Pelagius primus, natione Italus, patria Romanus, patre Iohanne Vicario uel Vicariano natus fuit: & ex archidiacono ſub Imperatore Iuſtiniano Auguſto epiſcopus Romanus factus eſt, tertio Nonas Aprilis. Tam pauci autem inuenti ſunt in clero Romano, quibus ea Pelagij electio grata erat, ut oportuerit eum à duobus epiſcopis Peruſino ac Ferentinate & Oſtienſi quodam presbytero ordinari, teſte Blondo.

Aſcribitur ei in ſecundo tomo Conciliorum epiſtola, in qua ſcripturis refutat hæreticos, qui negabant patrem & filium unum eſſe Deum.

¶ Notis Antichriſti hic quoq; inſignis fuit. Nam conſtituit, ut clerici quotidie canonicas horas ſepties cantarent: ut habetur 91 diſtinctione, c. Eleutherus frater. Abbates regulariter eligerentur. 18. queſt. 11. cap. Abbaté in monaſterio. Quadrageſimali tempore hora nona ſacrificulis miſſam celebrare liceret. de conſecr. diſt. 1. c. ſolent.

Accuſatorium libellum non eſſe in furo proponendum, niſi reo præſente, ordinauit: propterea quòd ipſe olim accuſatus eſſet, quòd opprimendi anteceſſorem Vigilium occaſionem dediſſet. à quo crimine crucis oſculo atque iuramento ſe purgauit. 3. q. 9. c. chartæ quas.

Primatum eccleſiæ Romanæ non à ſynodis, aut ab hominibus, ſed ab ipſo Chriſto proueniſſe, primus aſſeruit. diſtinct. 21. Oſſa protomartyris Stephani ad D. Laurentij cadauer collocauit, teſte Martino Pol. Mortuorum memoriam approbauit, ac lucri gratia miſsis adiecit, teſte Iohanne Balæo. Vnamquamq; prouinciam duodecim ciuitates, uel ad minimum decem continere debere ſtatuit. 6. q. 3. c. Scitote.

Ordinauit nouem tantum præfationes in miſſa legendas, quas papa Gelaſius compoſuit, ſelectis pluribus alijs: teſte Hermanno Gygante. Sigebertus tribuit eas Pelagio ſecundo, & Chron. Antonini.

Vt Totilæ Gotthorum regi, qui flagellũ Dei dictus fuit, placeret, principis authoritatem ac populi conſenſum in ordinandis epiſcopis neceſſarium eſſe, per conſtitutionem publicauit.

Hæreticos & ſchiſmaticos nolentes ad ſaniorem doctrinam redire, à magiſtratu puniri definiuit, teſte Platina: 23. q. 5. c. quia nos. Nec ambitione nec precio quenquam ad ſacros ordines admittendum eſſe ordinauit, teſte Platina. Vetuit epiſcopis, alicui facere ſecuritatem de rebus eccleſiaſticis. 8. q. 5. c. talia quidem.

Cum ordinationes duas mẽſe Decembri feciſſet, quib. epiſcopos per diuerſa loca 19. teſtib. Onuphrio & Ioãna Stella: in urbe uerò Roma presbyteros uigintiſex, & diaconos nouem creauit: mortuus eſt ſexto Nonas Martij, anno Domini quingẽteſimo ſexageſimoſexto.

De tempore quo præfuit eccleſiæ, nondũ inter ſcriptores conſtat. Quidam eum annis quinq; præfuiſſe aſſerunt, ut Palmerius. aliqui undecim annis, & diebus 19, teſte Iohanne Stella, & in Supplem. Chronic. uel annis quatuor, menſibus decem, diebus 18, Martino Polono & Hermanno Gygãte teſtibus. Aliqui nouem, aliqui 12 annos attribuunt.

IOHAN-

## IOHANNES III.

Ioannes tertius natione Italus, patria Romanus, patre Anaſtaſio ex illuſtri genere natus fuit. Creatus eſt aũt epiſcopus tertio Calendas Iulij, poſt cõſulatum Fl. Baſilij iunioris, V.C. anno 25. teſte Oouphrio, & ſecundo tomo Conciliorum.

Adſcribitur ei epiſtola decretalis, qua monet omnes Germaniæ & Galliæ epiſcopos, ut inſtituta Romanæ eccleſiæ diligenter ſeruent, prohibita uerò uitent: neq; cuiquam liceat unqoam doctrinam patrum delere, & ſacerdotali honore gaudere.

Hic contra anteceſſorem Pelagium ſanciuit, nullum dici debere ſummum ſacerdotẽ, aut uniuerſalem epiſcopum. diſtinctiõe 99. nullus.

Epiſcoporum uicarijs manuum impoſitionem auferens, epiſcopis tantum, Iſidoro teſte, attribuit: ratione ſatis incerta aſsignata, qa nullos ex Septuaginta diſcipulis, quos uicarij epiſcoporum repræſentant, donum Spiritus ſancti alicui per manuum impoſitionem impertiuerit. Aſſerit porrò craſſo mendacio, Linum & Cletum adiutores Petri, non habuiſſe poteſtatem ligandi & ſoluendi, ſed ſolum Petrum.

Baſilicam apoſtolorum Philippi & Iacobi à Vigilio inchoatam abſoluit, ac ſanctorũ cœmiteria in urbe reſtituit, oleumq; ad lucernas de Lateranenſi patriarchio ſingulis dedit: teſte Onuphrio, & ſecũdo tomo Conciliorum.

Multas clades tũ Italia perpeſſa eſt, irruentibus in eam barbaris: teſte Platina.

Demum cũ ordinationes duas menſe Decembri feciſſet, quibus epiſcopos per diuerſa loca ſexagintaunum, presbyteros uerò in eccleſia Romana numero trigintanouem, & diaconos tredecim creaſſet, ſenio confectus, mortuus eſt tertio Idus Iulij, anno Domini quingenteſimo ſeptuageſimoſexto. quum præfuiſſet eccleſiæ Romanæ annos duodecim, menſes undecim, dies uigintiſex: teſte Platina.

## BENEDICTVS I.

Benedictus primus natione Italus, patria Romanus, patre Bonifacio natus fuit: Imperatoribus Cæſ. Tyberio, Conſtantino & Fl. Mauricio Aug.

Creatus eſt autem epiſcopus Romanus 16 Cal. Iunij, quo tempore Lõgobardi Italiam deuaſtabant.

Aſcribitur ei epiſtola decretalis in ſecũdo tomo Conciliorum: in qua refutat Arrianos in Betica prouincia, qui negabant in Trinitate unum eſſe Deum. Vetuit religionis cauſa crucem marmoream, lapideam aut ligneam pedibus conculcari. Romæ ac in Italia fame laborãtibus, ipſe, uel eius loco Tybetius ſecundus Aug. frumento ex Aegypto allato ſubuenit.

Cum ordinationẽ unam menſe Decembri feciſſet, qua per diuerſa loca epiſcopos numero uigintiunum, in urbe uerò Roma presbyteros 15, & diaconos tres creauit: ſolicitudine & dolore animi, quem io calamitatibus urbis Romanæ, propter Longobardorum uaſtationẽ conceperat, conſumptus, moritur pride Calend. Auguſti, anno Domĩ ni 582. cum præfuiſſet annis quatuor, menſe uno, & diebus 28. in Supplem. Chron. Platina, Sabellicus.

## PELAGIVS II.

Pelagius ſecundus, natione Italus, patria Romanus, patre natus Vinigildo, uel Hunimildo, teſte libro Pontificali, epiſcopus creatus eſt pride Calend. Decemb. Imperatore Tiberio Conſtantino Auguſto. Etiam abſq; principis iuſſu ordinatus eſt, cum extra obſeſſam à Longobardis urbẽ tutò egredi non liceret. Oportebat enim tum tẽporis epiſcopi electionem ab Imperatore confirmari.

Conſiderans autem Pelagius, non paruũ ſibi ab Imperatore imminere periculum, ſi fortè copias in Italiam mitteret, eo quòd ſe paſſus eſſet ſine principis decreto eligi ac ordinari: miſit Gregorium Cõſtantinopolim, ut ſe apud Imperatorem excuſaret.

Aſcribuntur ei in ſecundo tomo Concil. aliquot epiſtolæ, ut ſunt:

Epiſtola decretalis.

Epiſtola ad Benignum archiepiſcopũ, de mutatione epiſcoporum.

Epiſtola ad epiſcopos Italiæ.

Epiſtola ad epiſc. Germaniciæ & Galliæ.

¶ Traditionibus humanis etiam Eccleſiam onerauit, & idololatriam confirmauit. Nam in honorem mortuorum templa ornauit, & maximè corpus beati Petri tabulis argenteis deauratis exornauit: & ſancti Laurentij martyris baſilicam à fundamentis extruxit. Cœmiterium beati Hermetis martyris conſtruxit. Pro horis dicendis ſtatutum renouauit, & ſubdiaconos aut uxores aut eccleſiæ officia relinquere iuſsit.

Vt memoria defunctorum fieret in omni miſſa poſt eleuationem hoſtiæ ſalutaris, conſtituit: teſte Hermanno Gigante. Vt monachi ex cœnobio Caſsinenſi Romæ iuxta Lateraneoſe patriarchiũ, monaſterium ædificarent, permiſit: teſte Leone Hoſtienſe.

Concilia, præſertim generalia, nõ debere celebrari contra uoluntatem epiſcopi Romani, mandauit. Difficiliores quæſtiones ad ſedẽ Romanã deferri uoluit, teſte Chronic. Antonini.

Eius tempore tantæ pluuiæ fuerunt, ut diluuium renouatũ crederetur. Ex quibus

tanta-

tanta inundatio ſecuta eſt, ut muros urbis trauſcenderet,& msgnam beſtisrum, msximè ſerpentium, cum ingenti dracone, multitudinem ſecum traheret. Quæ ex aeris cot ruptione putrefactæ, peſtem induxerũt, qua Pelsgius mortuus eſt, 6. Idus Februarij, Anno 590, teſte Onuphrio: uel 591, teſte Balæo: poſt conſulatum Tyberij, cum Romanæ eccleſiæ præfuiſſet annis decem, menſib. duobus, diebus decem, teſtibus Platina & Ioan. Stella, & continuatore Damaſi, in Supplem. Chronicorum.

GREGORIVS *primus.*

Gregorius, quem Magnũ uocant, primus eius nominis pspa, fuit nstione Romanus, Gordisni clariſsimi uiri Senatoris & Syluiæ filius, Felicis qusrti pronepos: à primis cunabulis ſtudijs pietatis deditus, uiuacis memoriæ & docilis, ut ſcribit Iohannes Diaconus in eius uita.

Factus adoleſcens, ſeculi uoluptatibus ſpretis, in monaſterium ſeſe contulit: ubi peculiarem uitæ ſanctimoniam præ ſe ferens, dum ſaltem crudis leguminibus paſceretur, & totus orationibus eſſet intentus, omniũ oculos in ſe conuertit, adeò ut breui Abbas eius monaſterij eligeretur. Cœpit inde paulatim altius ſpirare, & plurimorum animos ſtrictè uiuendo & benefaciendo ſibi conciliare.

Parentibus eius defunctis, de patrimonio ſex monaſteria in Sicilia ædificauit. Proprias ædes Romæ in monaſterium conuertit, & reliqua omnia psuperibus diſtribuit. Frstribus quoque regulam tradidit, ut omnes communiter uiuerent, nec quiſquam propria poſsideret: eamq́; adeò ſuperſtitioſè obſeruauit, ut aliquando Iuſtum monachum, cuius ope medica sntea ſæpe fuerat adiutus, cum contra regulam tres aureos occultsſſet, in mortis agone (quod tamen magnam Magni illius Gregorij pietatem parũ commendst) ſine conſolatione relinqueret: uiuum diabolo, quantumuis pœnitentem, & peccatum illud anxiè deplorantem, traderet: & mortuum denique in ſterquilinio ſepeliret, addito fulmine excommunicstionis, Pecunia tua ſit tecum in perditionem. Quamuis poſtea ſcribit, ſe trigeſimo die hoc ipſum factum improbaſſe, & celebraſſe triginta ſacrificia, quibus eum rurſus ex inferis liberarit, & ad cœlum (id quod in ſomno oculsriter uidiſſet) reporrarit. Sicut & alias uiſiones ſe babuiſſe narrat: ut quòd angelum ter in ſpecie hominis naufragi ſuſceperit, pauerit, & pecunia iuuerit, à quo poſtea miraculis donatus ſit, adeò ut omnibus ſecum uiuentibus exemplo & terrori fuiſſe dicatur, &c.

Cum mercatore aliquando collocutus, qui ex Anglia eò uenerat, humana mancipia uenditurus, cum intellexiſſet eam regionẽ adhuc paganiſmo implicatam teneri, ſingulari zelo ſe itineri accinxit, ut esm gentẽ con uerteret: ſed inde reuocatus à Benedicto põtifice, cum populus inuitus eum dimitteret, in Leuitam Romæ conſecratus eſt. Nec multo pòſt pro reſponſis ecclesiaſticis, quod officium Apocriſiariatus dicitur, in urbs Cõſtantinopolitana à Pelagio præſule deſtinstus eſt, tempore Tyberij: corã quo etiã Eutychiũ refutauit & cõuicit, ut poſtea dicetur.

Tandem pontificale munus poſt Pelagiũ (Nicephoro lib. 18. ca. 26. teſte) in multa rerum perturbstione reluctans, inuitus, sc demum coactus recepit: cui ita præfuit snnos 13. menſes 6. & dies 10. ſub Tyberio, Mauricio & Phoca Imperatoribus, ut ſequsntia ſecula neminem parem habusrint, nedum ſuperiorem, uel ſanctitate uitæ, uel diligentia in rebus agendis, uel doctrina etiam & ſcriptis: ut Ioannes Stella, Diaconus, Plstina & alij ſcriptores teſtantur. licet plurimos etiã næuos habuerit, ut ſuo loco dicetur. Addit etiam Iohannes Diaconus, quòd nomen illud Gregorij hic quaſi fato quodam ſortitus ſit, cum non ſolùm ſibi ac Eccleſiæ ſui temporis rectè uiuendo ac docendo induſtrius uigil extiterit: ſed etiam pro poſteritate ſolicitus, meditando & ſcribendo uigilauerit.

Miraculis plurimùm claruit, quibus imperito uulgo fucum fecit, ut ſuas traditiões & ceremonias, quæ replerunt orbem terrarum, facilius reciperent. Ideo & peculisres libros conſcripſit De miraculis patrum, quorum pleraque aut fabuloſa ſunt, sut manifeſtè impia, nec obſcurè falſam ſpeciẽ religionis præ ſe ferunt: ut ibi eſt uidere.

Ipſe sutem cum adhuc monachus eſſet, ſtatim poſt angeli uiſitationem, cuius ſuprà mentio facta eſt, miraculis innotuit. Ac narrat de eo Iohannes Diaconus, quòd ægrotos uerbo ſsnarit, quòd diabolos ex obſeſsis eiecerit, quòd habuerit ſpiritum uaticinij, & multis prædixerit mortem: quæ poſtea ea ipſa hora quam dixerat, ſecuta ſit. Item, quòd aliquando monachos fugientes miraculoſo modo retrsxerit, ita ut equi inſtsntium eos agnouerint ſpecum ubi lstuerũt. Et q, iam põtifex factus in baſilica Arianorũ, quã rurſus cõſecrarat Deo, immundũ ſpiritũ, qui antea eã tenuerat, eiecerit, its ut in porci ſpecie uiſibiliter exierit: & ſequenti die cõſpecta ſit nubes cœlitùs dimiſſa ſuper altari, quæ lãpades templi incenderet, & ſimul omnia fragrsntia ſuauiſsimi odoris repleret: lib. 2. cap. 31. Quòd ibidem propter incredulã mulierculã, quæ negarst corpus Chriſti ſubſtantialiter ſubeſſe pani in cœna,

panem

panem coram omnibus in carnem mutarit, & poſtea rurſus carnem in panis primordia: libro ſecundo, cap.41. Item quòd panem cultello transfixerit, & ſanguis effluxerit: capite 42. Item quòd magos caballum ſuum in rabiem uertentes, perpetua cæcitate mulctarit, & uerbo ſalrem omoe lumen oculorū ademerit.

Deinde functionib. fideliter præfuit: non ſolū eccleſias, ſed & ſcholas bene conſtiruit. Srudium ſapiētiæ & bonas artes in ſummo flore retinuit, niſi quòd Grecæ linguæ ſtudinm ei defuit: ut Iohaooes Diac. lib. 2. capite 13 & 14 reſtarur

Singulis xenodochijs, diaconijs & patrimonijs rectores præfecit. Omnes epiſcopos à lectione gentilium librornm reuocauit & abſterruit, fuitq́; ſtrenuus examinator epiſcoporum ordinandorum. Vnde narrat Diaconus, quòd tēpore Gregorij penes Romāna lis ſtatus fuerit eccleſiæ, qualis ſub Apoſtolis Luca & Matco penes Alexandriam. lib. ſecundo, cap.12.

SCRIPTA.

¶ Plurimi libri, quos ſcripſit, poſt mortē eius ab æmulis ſunt combuſti. quidam uerò interceſsione Petri Diaconi ſeruari, quorum nomina ſunt:

Commentariorum in Hiobum libros 35. Hos ſcripſit, dum adhuc in Cooſtantinopolitana urbe diaconus fuit.

Homiliarum 40 ſuper Euangelia librū 1. Harum aliquot Romæ, dum fuit uegetioris ætatis, diuerſo tempore per ſtationes in baſilicis martyrū diſcurrens, coram populo declamauit. Reliquas uerò dictauit domi, & alijs pronuciandas tradidit.

Homiliarum ſuper Ezechielem lib. 22.

In Cantica canticorum lib.1.

De cura paſtorali, lib. 3. Hos Anaſtaſius Antiochenus in græcam linguam cōuerſos, Orientalibus eccleſijs dedicauit.

Dialogorū de patrū miraculis lib. 4. Hos poſt annos 175 Zacharias Romanus pōtifex in græcam linguam uertit, temporib. Conſtantini Copronymi.

In ſeptem Pſalmos pœnitentiales lib. 1.

In 1. librum Regum, lib.6.

Decretalium, lib. 1

Epiſtolarum lib.12.

Compoſuit Antiphonarium, dum recubans in lecto modulari ſolitus eſt.

Gelaſianum codicem de miſſarum ſolennitatibus emēdauit, multa inde tollens, plura mutans, & plurima adijciens.

In Canone adiecit, Dies noſtros in pace tua diſpone, atq; ab æterna damnationē nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari.

Super corpora Petri & Pauli miſſarum ſolennia celebrari decreuit, acquiſitis numeroſiſsimis oliuetis, quorū ſummam in tabulis marmoreis præ foribus eiuſdem baſilicæ annotauit. Luminaria ſuperaddidit, officia deputauit. Septem ex defenſoribus hoore regio decorandos indixit. Alleluia per extra Pentecoſtes tempora dici ad miſſas fecit. Subdiaconos expolitos procedere ſtatuit. Kyrie eleiſon cantare præcepit, & orationē Dominicam mox poſt Caoonem ſuper hoſtiam recitari cenſuit. Item Litaniā pro barbarorū incurſionibus bis in ſeptimana cani conſtituit. Deniq; tot libros chartaceos epiſtolarum in ſcrinio Romanæ ſedis reliquit, quot annos uixiſſe probatur. Ioannes Diac. in Præfatione.

Agnoſcitur ex ſuis ſcriptis, quòd non fuerit admodum eloquentiæ ſtudioſus, ſed uulgari & communi ſermone contentus. Iſidorus tamē Hiſpalenſis urbis epiſcopus, in expoſitione Geneſeos, Gregorium inſigniter eloquentem pronunciat.

Græcę linguę omnino fuit ignarus, ſicut ipſe teſtatur in epiſtola quā Euſebio epiſcopo Theſſalonicenſi ſcribit. Epiſtolarum libro 9, capite 69.

¶ Dogmata Gregorij ſatis prolixè in capite de Doctrina recitauimus, unde peti poſſunt: hic tamen quàm breuiſsimè aliqua attingemus.

Sacram ſcripturā magnifacit Gregorius, ac diſertè monſtrat ſubiectum eius, inquiēs: Redemptorem mundi totis ſuis allegationibus curat ſancta Scriptura promittere. in quintum cap. Iob, lib. 6. cap.1. Et inde uult omnes doctores ſua fundamenta petere: in 38. cap. Iob, lib. 28. cap. 6. quod utinam ipſe quoq; ſtrictè obſeruaſſet, tum minus in eius ſcriptis næuorum inueniremus.

Doctrinam de Deo, ſicut & cęteri omnes, inuiolatam & ſanctam cuſtodiuit: aſſeuerans, Deum eſſe unū in trinitate, & trinum in unitate. 1. Regum primo, & alijs innumeris locis.

Chriſtum docet duabus conſtare naturis, noſtrumq́; eſſe redemptorem & ſaluatorē. Sic loquitr: Vnigenitū filium Deus ad mortem incarnatum miſit, in quo & caro paſsibilis uideri poſſet, & diuinitas impaſsibilis uideri non poſſet. in Euangelia, homilia 25. Verùm iſta copioſe in loco de Chriſto annotata ſunt.

Spiritum ſanctum docet eſſe naturà Deū: eiusq́; officiū hoc eſſe, largiri gratiam & remiſsionē peccatorum: in Euangelia, homilia uigeſimaſexta, & in quartum Pſalmum pœnitentialem.

Creationem rerum docuit à Deo ex nihilo eſſe, omniaq́; propter hominem eſſe creata in. Euaogelia, homil.29.

Angelos

Angelos ait duplices eſſe, bonos quidē laudare Deum, & hominibus nunciare Dei uoluntatem, eiſque ſeruire. in trigeſimum octauũ cap. Iob, libro uigeſimooctauo, capite ſexto. Sed malos, ut propria uoluntate à Deo lapſi ſunt, ita etiam Deo aduerſari, & hominibus nocere. in trigeſimumnonũ caput Iob, libro trigeſimoprimo, capite decimoſeptimo: & in primum Regum, cap. decimotertio. Item in Euangelia, homilia decimaquarta ait: Malignus ſpiritus mentes fidelium in tentatione dilaniat, quum alium in luxuriam pertrahit, alium ad auariciam.

Hominis cōditionem & proprietates recte exponit. De lapſu uerò rectè inquit: Quid eſt homo niſi folium, quod uidelicet in paradiſo ab arbore cecidit? quid eſt niſi folium, qui tentationis uento rapitur, & deſideriorum flatibus leuatur? Mens quidē humana quot tentationes patitur, quaſi tot flatibus mouetur. in decimumtertium caput Iob, libro undecimo, capite uigeſimoſecundo. Et expreſſe aſſeuerat, peccatum non ex Deo, ſed ex nobis eſſe. Sic inquit: Ad peccati lapſum nequaquam impellimur, niſi cū peruerſa nobis malignorum ſpirituum tentamenta ſuggeruntur. in ſecundum librum Regum, cap. 1.

Legem ait peccata indicare poſſe, non auferre: in uigeſimu moctauum caput Iob, lib. undecimo, cap. decimo. Sic etiam inquit ſuper Ezechielem libro primo, homilia ſexta: Deus omnipotens legem ſuper corda peccantium dedit.

Hominem quoq; gratis iuſtificari coram Deo, ſæpe pronunciat, licet operibus ſæpe plus æquo tribuat. Sic inquit: Ipſa iuſticia noſtra ad examen diuinæ iuſticiæ deducta, iniuſticia eſt, & ſordet in diſtrictiōe iudicis, quod in æſtimatione fulget operantis. Vnde Paulus cum diceret, Nihil mihi conſcius ſum: protinus adiunxit, Sed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui cauſam mox, cur non ſit iuſtificatus, inſinuans ait: Qui autem iudicat me, Dominus eſt. Ac ſi dicat: Idcirco in eo quòd nihil mihi conſcius ſum, iuſtificatū me abnego, quia ab eo qui me iudicat, examinari me ſubtilius ſcio. Diſsimulanda ergo ſunt, quæ exterius fauent: reprimenda, quæ interius perſtrepunt: declinanda, quæ quaſi neceſſaria inuoluunt. & tamen in his omnibus adhuc diſtricti examinis flagella metuēda, quia & ipſa noſtra perfectio culpa non caret, niſi hanc ſeuerus iudex in ſubtili lance examinis miſericorditer penſet. Gregorius in tertiū caput Iob, libro quinto, capite octauo. Et: Nudum me in fide prima gratis genuit, nudū eadem gratia in aſſumptione ſaluabit. Nudum autem dicit, abſq; uirtutibus uel bonis operibus eſſe. libro ſecundo Moralium, capite uigeſimoſeptimo. Sed eius generis plurima ſuprà commemorauimus.

Quòd bene ſit operandū, Gregorius paſſim inculcat. Quæque anima, inquit, quę tenebras dimittit, & in ſanctam operationē ſe extendit, dum exemplum bene operandi tribuit, proximis quaſi lucem tenebreſcentibus oculis ſpargit. Dum enim peccantes qui que bonum opus aſpiciunt, & ad idem faciendum ſe conuertunt, quaſi errantes in nocte per lumen lunæ ad uiam redeūt. Hæc itaq; anima dum peccantibus bona exempla præbet, quaſi luna in nocte lucet. Dum uerò magis ac magis creſcit, & de die in diē per conſuetudinē operis lumen iuſticię tam perfectè accipit, ut etiā bonis exempla imitationis præbeat, quæ prius ſolis peccatoribus imitanda apparebat. in Canticum canticorum. Item: In hac uita bona opera ſeminanda ſunt: in illa uerò non ſeminanda opera, ſed operum retributio metēda. in primū Regum, capite decimoquarto. Sed uariè iſtum articulum corrupit: unde etiam obſcuratio alterius de iuſtificatione eſt ſubſequuta.

Inculcat quidem diligenter, eſſe agendā pœnitentiam: uerùm non rectè eam tradit, ut poſtea dicemus. Rectè inquit: Miſericors Deus tempus nobis ad pœnitentiā relaxat: ſed cum eius gratiæ patientiam nos ad augmentū uertimus culpæ, hoc ipſum tempus quod ad parcendum piè diſpoſuit, diſtrictius ad feriendū uertitur quia reuerti quis etiam ſpacio temporis accepto noluerit, per hoc malis ſua ad reatum augeat, per quod ea diluere potuit, ſi conuerti uoluiſſet. in Ezechielem libro primo, homilia undecima. Item: Vnuſquiſque in peccatis poſitus, ſi de uenia deſperauerit, funditùs perit. Vnde neceſſe eſt, ut qui per ſuam iniquitatem extinctus eſt, per ſpem miſericordiæ reuiuiſcat. In Ezechielem libro ſecundo, homilia decimanona.

In baptiſmo nos à peccatis omnibus ablui, teſtatur in Cantica canticorum. Item quòd poſt baptiſmum etiam renati poſsint labi: libro 2. in Ezechielem.

De cœnę materia rectè quidem docet, uerùm oblationes ac miſſas creberrimè inculcat.

De oratione inquit: Ille exaudiri à Domino pro alijs orans poteſt, qui ex parte aliqua ei cui ſupplicat Domino odibilis non eſt. Nam ſi adhuc propria infirmitate deprimitur, pro obtinēda proximorum fortitudine nequaquam exauditur. Item: Orantibus doctoribus fidelibus, ſubditis diuina gratia robur adminiſtrat. Gregorius in primū Regum, capite ſeptimo.

De miniſterio uerbi plurima habet. inter alia uerò inquit: Prædicatores ſanctæ eccleſiæ cum gratiam diuinæ prædicationis accipiunt, nō accipiunt ſolā ſcientiā uerbi, ſed uirtutē amoris, ut per uerbū alijs prodeſſe ualeant, & per uerbi amorem ipſi meliores fiant. Quando enim loquūtur, mutantur in uirū alium: quia cū per eos Spiritus loquitur, ipſi mira charitate eidem ſpiritui coaptātur, & ab eius uoluntate iam nec uerbo nec operatione diſſentiunt. In primum Regum, capite decimo.

Notam Eccleſiæ Dei inquit eſſe, fragrantiam ueræ religionis in fide redemptoria: primo Regum cap. 4. Caput eius dicit eſſe Chriſtum: in Ezechielem lib. 1. Item rectè inquit, Electorum Eccleſia de gentibus cōgregata, cognita Chriſti gratia, & Euangelicæ doctrinæ inuentia magiſtris, abiecto ſuperbiæ ſpiritu, omniq́ue elationis faſtu depoſito, didicit de ſe ipſa diffidere, & in regis ſui miſericordia magna ſperare. in ſeptimum Pſalmum pœnitentialem.

De cruce ait: In congreſſione occulti certaminis, quando electi uincunt mala quæ repellunt, ſuis hoſtibus tribuunt: quia iſti tanquam aurum in fornace probantur, illi pro ſuggeſtione puniuntur. in primū Regū, capite nono. Item: Tentatio eſt uita hominis ſuper terram. in quartū Pſalmum pœnitentialem. Item: Conſiderate quàm uarijs continuiaq; calamitatibus pro noſtris culpis atq; offenſionibus affligamur, & qualiter cœleſtis pietatis nobis ſubinde medicina ſubueniat. Libro ſecundo epiſtolarum, indictione decima.

De caſtitate ait: Qui caſtè proponunt uiuere de blandimento carnis, in ſe aliquid retinere non debent. In carne quidem eſſe debent, ut bona per carnem agant: ſed ſic debent à carnis uoluptate per mentis ſublimitatē diſcedere, ut contumelias de carne non tolerent. in primum Regum, cap. 15.

Coniugium approbat, & non uult illud diſtrahi, niſi adulterij cauſa: libro nono, indictione quarta, epiſtola 44.

De magiſtratu inquit: in omnipotentis Dei incomprehenſibili diſpenſatione, uitæ mortalis ſunt moderamina. & aliquando cū multorū iuſtorum peccata ferienda ſunt, unus erigitur, per cuius duritiā tribulationis iugo ſubiectorum colla deprimantur. libro undecimo, indictione 6. epiſtola 36.

De uita æterna inquit: Modò uelut in area frumentū & palea ſimul ſumus: ſed dum ad uitæ terminū ducimur, electi à reprobis Dominica uirtute diuiduntur, & uelut inter ſe lapidem habent mediū, dum illi pondus redemptoris in damnationis ſuæ iudicium ſuſtinent, & iſti in eius fortitudine æternæ gloriæ palmas tenent. in primū Regū ca. 7.

De Antichriſto rectiſsimè pronunciat, inquiens: Quiſquis ſe uniuerſalem ſacerdotē uocat, uel uocari deſiderat, in elatione ſua Antichriſtum præcurrit: quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit. libro ſexto, indict. 16. epiſtola trigeſima: & libro ſeptimo, indictione ſecunda, epiſtola 67.

De reſurrectione ait: In gaudio futuræ reſurrectionis infirma noſtra roborantur, cum caro ſurgit de puluere: ſed idem carnis noſtræ puluis translatus in perpetuæ incorruptionis gloriam, ad fragilitatis ſuæ miſeriā ultra non redit. in librum 2. Reg. cap. 1.

¶ Sed quia creuerunt cultus humano arbitrio ſuſcepti, ideo Gregorius quoq; cum alijs plurimos defendit & propagauit næuos, & corruptelas doctrinæ cœleſtis.

De libero arbitrio cōmunem multis alijs errorem tuetur. nam inquit: Bonum quod agimus, & Dei & noſtrum eſſe: Dei quidem, per præuenientem gratiam: noſtrum uerò, per obſequentem liberam uoluntatem. in quadrageſimumprimum caput Iob, libro trigeſimotertio, capite uigeſimoprimo.

Adulterat & articulum iuſtificationis, dū operibus nimiū tribuit. Diſertè inquit: Vita æterna ex piæ uitæ actionibus præparatur. in primum Regum, capite primo, ac pluribus quidem id agit, ut ſuprà de inclinatione doctrinæ eſt expoſitum.

De pœnitentia non rectè docet. cauſa eſt, quia operi operato tribuit peccatorum deletionem, & ad publicos ritus homines reuocat. Pœnitentiam definit eſſe, præterita peccata plangere, & plangenda non cōmittere. in Euangelia, homilia 34. Item inquit: Omnis qui pœnitendo corrigit aliqua quæ fecit, eo ipſo quo pœnitet, ſe ſibi diſpliciuiſſe indicat, quia emendat quod fecit. in Ezechielem homilia octaua. Item: Sancta anima à peccatis quotidianis ſe ſe per pœnitentiā mundat, dum quotidie peccata minuta cū lachrymis abluit, & à maioribus ſe obſeruat: quamuis frequenter peccet, per aſsiduam tamen pœnitentiam mundiciam ſuā aſsiduè ſeruat. in Cantica canticorum. Item: Peccator quiſque dum ſe in lachrymis humiliter affligit, in corde per aſcenſum uirtutum proficit. Gregorius in Ezechielem lib. 2. homilia 19. Et ut breuiter dicamus, tantum de contritione quædam habet, de fide autem nihil. Et apertè inquit: Peccator cum per diuinam gratiam reſipiſcit, ſatiſfacere pro uniuerſis malis non deſinit. primo Regum, capite decimo.

Inuocationi ſanctorum & uenerationi nimium tribuit Gregorius. In primis uerò auxit cultum mortui Petri, quia id ad maieſtatem ſuæ ſedis facturum exiſtimabat, inde

eſt quòd extructiones & conſecrationes templorum tanto ſtudio probat & præſcribit.

Inuocationē ad ſtatuas ita excuſat: Scio quòd imaginem Saluatoris noſtri non ideo petis, ut quaſi Deum colas: ſed ob recordationem filij Dei in eius amore recaleſcas, cuius te imaginem uidere conſideras. Et nos quidem non quaſi ante diuinitatē, ante illā proſternimur: ſed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut paſſum, ſed & in throno ſedentem recordamur. Et dū nobis ipſa pictura quaſi ſcriptura ad memoriā filium Dei reducit, animū noſtrum aut de reſurrectione lætificat, aut de paſsione demulcet. lib. 7 indict. 2. epiſtola 53.

De coniugio etiāſi aliàs mediocriter docuit, tamen cenſuit, ſi utrique conſentiant, poſſe eos in monaſteriū abire. Itē eccleſiaſticis perſonis interdicit coniugio: libro 1. indict. 9. epiſt. 50. & plurimis alijs in locis.

Purgatorij quoque opinionem defenſat, libro quarto Dialogorum, capite trigeſimo nono: item lib. 1. Regum, capite 2. & alibi.

*Certamina, & uitæ ſanctimonia.*

¶ Inter reliquas uirtutes, propter quas prędicatur Gregorius, præcipuè humilitati & beneficentiæ ſtuduit. Primus omniū pontificum ſe Seruū ſeruorum Dei nominauit. Titulum uniuerſalis epiſcopi omnino auerſatus eſt, atq; abominatus, inquiens: Paulum nunquā ſe uniuerſalem Apoſtolum uocaſſe, eumq; titulū aduerſari Euangelio, eſſe contra canones, imò blaſphemiam contra Deum. Tali enim titulo Deum affici iniuria, atq; etiam reliquos epiſcopos omnes. ut Epiſtolarum lib. 4. cap. 29. itē cap. 83. inquit: In iſtud ſceleſtum uocabulū conſentire, nihil aliud eſt quàm fidem perdere. Lib. 6. cap. 194. Ego fidenter dico, quòd quiſquis ſe uniuerſalē ſacerdotē uocat, Antichriſtum præcurrat, quia ſuperbiendo ſe cæteris præponit. Et ibidem in epiſtola 30. & alibi.

Agnoſcit ſe quoque ſubditum Mauricij Imperatoris & filiorū eius, inquiens lib. 4. Epiſt. capite 19. Quantū ad me attinet, iuſſionibus ueſtris obedientiam præbeo.

Deinde liberaliſsimè eleemoſynas diſperſit: pauperibus & aduenis Romam confluentibus quotidiana ſtipendia miniſtrauit. Tribus millibus uirginū Veſtaliū quotānis 80. libras auri ad ſuſtentationē tribuit. Ioā. Diaconus lib. 2. cap. 27. Singulis Calendis reditus congeſtos in pauperes erogauit. Ex peregrinis quotidie aliquos ad menſam ſuā ſedere fecit. inter quos die quadā unus acceſsit, in cuius manus cum aquā fundere uellet, euanuit. ut Ioan. Diaconus refert lib. 2. cap. 22. Eadem autem nocte Chriſtū audiuit dicentem: Cæteris diebus me in membris meis, heri autem me in memetipſo ſuſcepiſti. Aliquando quoque duodecim inuitatis, ipſe ſolus decimumtertium in menſa uidit, cum reliqui omnes tantum duodecim numerarent. Illum poſtea angelum eum fuiſſe cognouit, qui antea in ſpecie naufragi ei apparuerat. capite 23.

Fuit & caſtitatis amans, iuſtitiæ acerrimus propugnator. Nam uirginis ſtupratorē iuſsit aut ſtupratam ducere, aut caſtigatum uerberibus in monaſteriū deputari. Virum ſine uxoris uoluntate ad monaſticam uitam conuerſum, etiāſi fuiſſet tonſuratus, ut ipſe loqui ſolet, uxori iuſsit reddi. lib. 4. cap. 41.

Scribit Huldaricus Auguſtanus epiſcopus, in epiſtola quadam ad Nicolaum Primum, quòd Gregorius primò ſacerdotibus cœlibatum mandarit: & poſtea comperiens quòd clam libidines exercerentur, indeque multi fœtus trucidarentur, id mandatū ſua abrogarit, inquiens: Melius eſſe nubere, quàm cædibus cauſam præbere. Nam cum aliquando in piſcinam quandam piſcatum miſiſſet, inuenta ſunt in eadem ſexies mille ſubmerſorum infantum capita.

Auguſtino quoq; in Angliam ſcripſit, ne coniugium in ſecundo aut tertio gradu contrahi permitteret. Crimina uerò ſemel ingeſta, non paſſus eſt indiſcuſſa præterire, etiamſi accuſatus cum actore rediſſet in gratiam. Falſos delatores puniuit talione.

Conuerſatione doctorum & piorum maximè delectatus eſt: ideo quoq; quamprimùm ad pontificale munus acceſsit, omnibus ſecularibus pulſis, tantum optimos clericorum quoſq; ſibi conſiliarios adiunxit.

Pro religione, contra Iudæos, falſos fratres & hæreticos, multa ſuſtinuit certamina. Primùm enim dum abhuc diaconus fuit in Conſtātinopolitana urbe, Eutychiū eius loci epiſcopum, qui ſcripſerat corpus noſtrū in reſurrectione fore impalpabile, ſcriptis & ore refutauit coram Tiberio Imperatore: qui poſtea libellum Eutychij flammis dedit. Ioannes Diaconus in uita eius.

Deinde ſuſcepta ſede Apoſtolica ſynodum prouincialem habuit, in qua multa ſuſtulit, quæ nocitura putauit. Quatuor Concilia, Nicenum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Chalcedonenſe, decreto publico cōfirmauit: nec non & Quintum approbauit, in quo Ibæ epiſtola eſt damnata. Vetuit item in iſto concilio, ne quis bigamus ordinaretur presbyter.

Addidit quadrageſimali ieiunio quatuor dies. Introitum miſſæ cum uno Pſalmi alicuius uerſiculo ordinauit. Vt nouies *κύριε ἐλέησον* diceretur, ut Alleluia & Offertorium poſt communionē caneretur, & ut DEVS in adiutoriū meū intēde, cū GLORIA patri, &c. in principio omniū horarum canonicarum pſalleretur,

pſalleretur: ut litania maior propter peſtem ſedandam diceretur, & id genus alia, quæ ſuo loco recitantur.

Pręterea Ligures, Venetos, Iberos, alioſq; à ſchiſmate ad unitaté Eccleſiæ renocauit: Barbaricinos, Sardos, & Campanię ruſticos à Paganiſmo. Donatiſtarũ hæreſin peues Africam extirpauit: Manichæorum in Sicilia, Arianorũ in Hiſpania, Agnoitarũ in Alexandria, ſcriptis & legationibus ab Eccleſiæ corpore ſequeſtrauit. Galliá deniq; uniuerſali ſynodo à Neophytorũ hæreſi & Symoniaca liberauit. Multũ quoq; in Sardinia & Gallia laborauit, de Paganiſmo & Iudaiſmo ibidé abolendo. Cypriano diacono rationé pręſcripſit, quomodo Iudęi eſſent conuertendi. Auguſtinũ ſui monaſterij præpoſitũ in Angliá miſiſſe, eáq; genté à Paganiſmo ad Chriſtũ cõuertiſſe dicitur. Sed Galfridus Monumetenſis lib. 8. cap. 4. ſcribit, qđ aurea in Britannia fuerit ueritatis prædicatio, doctrina ſinceriſsima, uiuificatrix fides, & cultus tales quales ab ipſis Apoſtolis mandato diuino tradiri erant: & quòd Auguſtinus ille nõ Chriſtũ ibi docuerit, cuius doctriná puriore prius acceperint Angli à Ioſepho & Aſianis eccleſijs, quàm Romani: ſed quòd Romanam religionem, hominum mandatis & traditionibus refertam intruſerit.

*Aſſlictiones, mors, & poſt mortem ſecuta.*

¶ Multas afflictiones Gregoriũ ſuſtiuuiſſe, facilè æſtimari poteſt ex ſtatu illo qui tũ téporis in Italia fuit, dum Longobardi cædibus & rapinis paſsim ſæuirent, eccleſias uaſtarent, & Chriſtianos tum trucidarent, tum in triſté ſeruituté abducerent. Præterea tamé non minimá quoq; moleſtiá inde percepit, qđ ipſum Mauriciũ Imperatoré cum iudicibus Romanis, & toto ſatellitio eius offenſum habuit, propterea quòd in edictũ eius, Ne quis miles in monaſteriũ ſe reciperet, conſentire nollet: ut ipſe in multis epiſtolis ad amicos paſsim conqueritur.

Obijt tandé anno Chriſti 606, Phoca Imperatore 2. indict. 7. 4. idus Martij, qui & dies natalis eius putatur. Corpus in baſilica Petri eſt ſepultũ, iuxta Leonis, Simplicij, Gelaſij & Symmachi pontificũ monumenta. Epitaphium tale inſcriptum eſt.

*Suſcipe terra tuo corpus de corpore ſumptum,*
*Reddere quod ualeas uiuificante Deo.*
*Spiritus aſtra petit: lethi nil iura nocebunt,*
*Cui uitæ alterius mors magis ipſa uia eſt.*
*Pontificis ſummi hoc clauduntur membra ſepulchro,*
*Qui innumeris ſemper uiuit ubiq; bonis.*
*Eſuriens dapibus ſuperauit frigora ueſte,*
*Atq; animas monitis texit ab hoſte ſacris.*
*Implebatq; actu quicquid ſermone docebat:*
*Eſſet ut exemplum myſtica uerba loquens.*
*Ad Chriſtum uertens Anglos pietate magiſtra,*
*Acquirens fidei agmina gente noua.*
*Hic labor, hoc ſtudiũ, hæc tibi cura, hæc paſtor agebas,*
*Vt Domino offerres plurima lucra gregis.*
*Hiſq; diu conſul factus lætare triumphis,*
*Nam mercedem operum iam ſine fine tenes.*

Vacauit poſt eum ſedes Romana mẽſes quinq;, & dies 19. ut Ioan. Stella teſtatur.

Poſt morté eius ingruẽte fame, æmuli pdigũ & dilapidatorem omnis theſauri eum dixerunt, & parũ abfuiſſet quin libros eius oẽs cõbuſsiſſent: niſi ſe Petrus Diaconus, q aſſerebat ſe Spiritũ S. in ſpecie columbæ ſuper Gregorij caput uidiſſe, interpoſuiſſet. Effigiẽ eius cũ ueſte pontificali, lecto in quo recubans modulatus eſt, & baculo quo pueris minatus, in baſilica S. Petri, Ioánes Diaconus, qui uitam eius anno Chriſti 870. deſcripſit, uſq; ad ſua tempora reſeruatam eſſe teſtatur, libro ſecundo, capite ſecundo.

## DE NEAPOLITANIS *Epiſcopis.*

### DEMETRIVS.

Demetrius fuit epiſcopus Neapolitanus, ad quem ſcribit Gregorius, ut hæreticos etiá cũ periculo in cõmunioné reciperet: li. 1. ca. 14. Vixit ſub Imperat. Mauricio.

### PAVLVS.

Fuit & Paulus ſub Mauricio epiſcopus Neapolitanus. Gregorius lib. 2. cap. 7.

### FORTVNATVS.

Fortunatus fuit epiſcopus Neapolitanus, temporibus Mauricij Imp. Populum in ea urbe diuiſit. Greg. lib. 7. indict. 2. cap. 108.

### IOHANNES.

Fuit Diaconus Neapoli: & ab ea eccleſia in epiſcopũ fuiſſet electus, niſi habuiſſet filiolũ, propter quem repulſam paſſus eſt. Gregor. lib. 8. cap. 41. Vixit ſub Mauricio.

### PETRVS.

Petrus ibidé cum Ioanne fuit diaconus: eſſetq; in epiſcopũ electus, niſi pecuniam ad uſuram elocaſſet. Id cum Gregorius compeiſſet, grauiter reprehendit. ibidem.

## DE CAMPANIS, ET Alys in Italia Epiſcopis.

### BENEDICTVS IVNIOR.

Anno ſalutis 538. Imperij uerò Iuſtiniani 11. in Campania Italiæ floruit Benedictus iunior, uir ſanctitate præſtans. Hunc rex Totilas, propterea quòd Chriſti diſcipulus eſſet, perſecutus eſt: ac cum in cella comburere eum nõ poſſet, in fornacé ardenté immiſit. unde tñ ſequenti die ſalu' & incolumis exijt, ut refert Sigebertus.

### CONSTANTINVS.

Fuit presbyter in monaſterio S. Archangeli, qđ Neapoli in Campania Alexandra fœmina fundauit. Is tépore Iuſtini iunioris ex ſua cella in Siciliá migrauit, codices mo-

 naſterij

naſterij ſecum auferens: quos poſtea Fuſſus eius loci abbas, magno labore uix recepit. Gregorius epiſtolarum libro 8. cap. 15.

PASCASIVS.

Paſcaſius epiſcopus in Campania fuit: de quo Gregorius conqueritur, quòd deſes ſit in officio, adeò ut in nulla re epiſcopus cognoſcatur. lib. 11. cap. 29. Vixit ſub Mauricio.

PETRVS.

Petrus fuit tempore Mauricij, ſubdiaconus Campaniæ. Greg. lib. 2. cap. 40.

NVMERIVS.

Numerius fuit diaconus Nucerinæ eccleſiæ in Campania, & factus eſt ibi epiſcopus. Greg. lib. 2. cap. 78. Claruit ſub Mauricio.

DOCTIGISILVS.

Doctigiſilus apud Sueſsiones epiſcopus fuit, qui adeò ebrietati & potationibus indulſit, ut intra quadrienniũ mente priuaretur. Fuerũt tamen ciues in ea ſentẽtia, illud ipſi malũ non ex potatione accidiſſe, ſed per incãtatricẽ, propterea quòd archidiaconum ab officio remouiſſet. Intra muros enim talis erat, extra ciuitatem uerò compos erat mentis. Turon. lib. 9. cap. 38.

BENENATVS.

Fuit epiſcop' in Cumana eccleſia poſt Liberiũ. Greg. lib. 2. cap. 19. Claruit ſub Maur.

LIBERIVS.

Fuit Liberius antiſtes ſub Mauricio, eccleſiæ Cumanæ. Greg. lib. 2. cap. 19.

CONSTANTIVS.

Conſtantius fuit epiſcopus Aquinæ ciuitatis, habuitq; ſpiritũ prophetię. Nã animã agẽs, ciuib. ſuis ſciſcitantibus, quẽ poſt ipſum habituri eſſent paſtorẽ, reſpondit de mulione & fullone: id quod poſtea cõprobauit euentus. Ipſo enim defuncto, delectus eſt ad epiſcopatũ Andreas diaconus eius, qui quondã in ſtabulis itinerũ curſum ſeruarat equorũ: & poſt hunc Iouinus, qui in eadẽ ciuitate fuerat fullo. Illo aũt adhuc ſuperſtite, ciuitas barbarorũ gladijs & peſtilentiæ immanitate uaſtata eſt. Claruit aũt tẽpore Iuſtini & Tiberij. Greg. Dialog lib. 13. cap. 8.

ANTHEMIVS.

Fuit diaconus in Nolana ciuitate, ut apparet ex epiſtola Gregorij, qua ipſi ancillam Domini commendat, lib. 10. Epiſtolarum, cap. 23. Vixit ſub Mauricio.

GAVDENTIVS.

Fuit epiſcopus eccleſiæ Nolanæ ſub Mauricio. Gregor. lib. 4. cap. 56.

DESIDERATVS.

Poſt mortem Siluij epiſcopi, Deſideratus epiſcopus Albigenſis eccleſiæ conſtituitur. Turon. lib. 8. cap. 22.

## DE CAPVANIS DOctoribus.

BASILIVS.

Baſilius fuit epiſcopus Capuæ, ſub Mauricio. Greg. lib. 8. cap. 10. lib. 11. cap. 4.

FESTVS.

Feſtus fuit epiſcopus Capuanæ eccleſiæ, ut teſtatur Gregor. lib. 4. indict. 23. cap. 56. Vixit autem temporibus Mauricij.

GERMANVS.

Fuit & hic eccleſiæ Capuanæ epiſcopus, qui ab Hormiſda epiſcopo Romano ad Iuſtinũ Imperatorem miſſus eſt ob cauſam inſtaurandę fidei: à quo benignè ſuſceptus eſt, & multorũ dubia corda in fide confirmauit: ut refert Paulus Diacon. lib. 15. rerum Romanarum, de Iuſtino Imperatore. Claruit temporibus Iuſtini ſenioris.

FRIGIDIANVS.

Fuit epiſcopus eccleſiæ Lucanæ, quem ſcribit Gregorius aliquãdo fluuiũ Auſerim, qui ſæpe inundatione facta in aruis furens, omnia ſata & plantata euertere conſueuerat, ex proprio alueo aliò deriuaſſe, ut agros non amplius lædere poſſet. lib. 3. Dialog. cap. 9. Clarus ſub Tiberio.

VENANTIVS.

Venantius fuit epiſcopus Lunẽſis. ſcribit de eo Gregor. quòd monaſteriũ uirginum in propria domo extruxerit, idq; S. Petro & Ioanni, Paulo, Hermæ ac Sebaſtiano dedicarit. lib. 7. epiſtola 6. Vixit ſub Mauricio.

COLVMBVS.

Fuit presbyter in Lunenſi ciuitate ſub Mauricio. Gregor. lib. 4. Epiſt. cap. 60.

BONIFACIVS.

Fuit epiſcopus Regienſis, Mauricij temporibus. Gregor. lib. 2. cap. 43.

PAVLINVS.

Fuit & hic epiſcopus Regienſis. Gregor. lib. 10. cap. 32. Vixit ſub Mauricio.

MARCELLINVS.

Marcellinus Ebredunẽſis epiſcopus fuit. Turon. in Glor. confeſſ. cap. 69.

IOANNES.

Ioannes fuit epiſcopus Larinenſis. Greg. lib. 12. cap. 30. Vixit ſub Mauricio.

MARTIANVS.

Martianus fuit presbyter diœceſeos Taurianenſis eccleſiæ: poſtea Maſſalargiã uenit, tandem epiſcopus factus eſt in ciuitate Lucenſi. Greg. li. 6. ca. 202. claruit ſub Mauricio.

## DE ANCHONITANIS.

MARCELLINVS.

Marcellinus fuit epiſcopus Anchonitanæ eccleſiæ, podagra adeò omnib. membris luxatus, ut portari, ſi quò uolebat, neceſſe haberet. Scribit Gregor. quòd aliquando incendio orto in eadẽ ciuitate, ipſe cõtra ignẽ in eum locũ ubi maxima uis flammæ incubuerat, poſitus, omne incendiũ repreſſerit,

preſſetint, ita ut flammæ ſponte ceſſarint. libto primo Dialogorú, cap. 6. ſub Tybetio.

RVSTICVS.

Ruſticus fuit rempore Mauricij diaconns Anchonitanæ eccleſiæ. Gteg. lib. 12. cap. 6.

FLORENTINVS.

Fuit archidiaconus in Anchonitana eccleſia, populi ſuffragio electus ad epiſcopatum. ſed obſtitit eius grandior æras, & uitæ tenacitas: ut ſcribir Gregor. lib. 12. indictione 7. cap. 6. ſub Mauricio.

ANDREAS.

Fnit epiſcopus apud Tarentinos in Cherſoneſo. Remouit eum Greg. per dnos mêſes ab adminiſtratione miſſarú, propterea quòd concubinã apud ſe aluerat, & inſuper mulierem de matticulis contra ordinem ſacerdotis fuſtibus cædi iuſſerat. Gregor. lib. 2. cap. 83. & 84. ſub Mauricio.

FABIVS.

Fuit epiſcopus Firmianæ eccleſiæ, qni aliquando irruenrib. Longobardis in eam ciuitaré ꝓ redéptione Demetrij, Valsriani, Paſſiui, & coniuge eius, undecim libras argenti ſoluit. Greg li. 7. indi. 2. epiſt. 14. ſub Tiberio.

ARMENIVS.

Fuit ſub Mauricio epiſcopus in Firmiana eccleſia. Gregorius lib. 7. Epiſt. cap. 13.

PASSIVVS.

Paſsiuus fuit clericus Firmianæ eccleſiæ, qui aliquando irruentibus hoſtibus, cũ coniuge & filijs Demerrio ac Valeriano fuit abductus: & poſtea undecim libris argenti redemptus, factus eſt eius loci epiſcopus. Gregorius libro ſeptimo, cap. 14. ſub Mauticio.

VITALIS.

Vitalis Altinæ eccleſię epiſcopus, cũ ante mulros annos ad ciuitaré Gothienſem confugiſſer, tandem à Narſeto patricio cõptehenſus apud Siciliam, exilio damnatus eſt, ut refert Paul. Diaconus lib. 2. rerum Longobard. cap 4. ſub Iuſtino iuniore.

FELIX.

Felix natione Italus, patria Rauennas, Taruiſanæ eccleſiæ epiſcopus factus eſt. Is Longobardos adeſſe intelligens, Alboino obuiam ad Plané fluuinm occurrit, & eum ut Taruiſinis itatum, ptopterea quòd ad pñmam requiſitionem deditionem facere recuſaſſent, placauit: & ut ne quid eccleſiæ ſuæ detrimenti fieret, impettauit. Cui rex, ut erat largiſsimus, omnes eccleſiæ ſuæ facultates poſtulanti conceſsit, & per ſuum cancellarium poſtulata robotauit, ciuibusq́; pepercit: ut referunr Blondus lib. 8. Paul. Diac. lib. 2. cap. 9. Sabell. Enn. 8. li. 5. & Antonius Bonfini⁹ li. 8. Vixir ſub Iuſtino iuniote Imp.

SANCTVLVS.

Fuit presbyter in Nurſia, uir uita & mitaculis nomini reſpondẽs. Narrat Gregorius, quòd aliquando aquam in oleũ conuerterit. Et quòd plurimos operatios in reſtauranda eccleſia B. Laurenrij, quæ conflagrarat, occupatos, uno pane, quem in clibano quodam fortè inuenerat, per decem dies ſatiarit, ita ut panis ſub manibus quaſi creſcere uideretur. Quòd à Longobardis ad ſuppliciũ capitale raptus, fecerit brachiũ carnificis extenſum in aere rigeſcere, ut flecti nequaquã potuerit: & inde liberatus, motum eidẽ reddiderit, ſumpto prius à carnifice iuramento; quòd nullũ unquã Chriſtianũ ea manu uellet occidere. Vixir tempore Mauricij, Gregorij σύγχρονος & familiaris, ut idem refert Dialog. libro tertio, capite 37.

VRSINVS.

Vrſinus ptesbyter fuit in Nurſia. Dicit de eo Gregorius, quòd moriturus uiderit bearũ Petrum & Paulum apoſtolos ad ſe uenientes: & quòd cum eis locutus, animã exhalauerit. Sed fuerunt ſpectra. libro 4. Dialog. capite 11. Vixit autem ſub Tiberio.

PETRVS.

Pettus fuit epiſcopus Hidruntinus. Greg. lib. 9. cap. 73. Vixit ſub Mauricio.

ANTONIVS.

Fuit epiſcopus Polenſis, tempore Anaſtaſij Imp. ut patet ex epiſtola quã ad eundem ſcripſit Theodoricus rex Gotthorũ, libro 4.

ANDREAS.

Andreas fuit epiſcopus Fundanæ ciuitatis, pius & multis uirtntibus excellens, ptæſertim continentia caſti pudoris decus cuſtodiens. Feminã quandã ſanctimonialẽ apud ſe aluit, per quã à uirturis gradu facilè deiectus fuiſſet in ſenecta, niſi diuina cuſtodia eſſet ſeruatus. Cum enim iam illius amore captus eſſet, fortè contigit, ut Iudæus qdã ex Campania Romã delatus, Appiam uerſus iret: qui cum ad cliuum Fundanũ ueniens ueſperaſcete cerneret, fortè ad Apollinis templum, ut ibi pernoctaret, ſeceſsit. Loci autẽ ſacrilegiũ pertimeſcẽs, ſigno crucis, quãuis fidem crucifixi minimè haberet, ſe notauit. Cũ ſũt ibi media nocte ipſo ſolitudinis pauore turbarus peruigil iaceret, ac circũquaque circũſpiceret, uidit malignorũ ſpirituũ turbã, quaſi in obſequiũ cuiuſdã poteſtati ſ præire: eum uerò qui cæteris præerat, in eiuſdem loci gremio cõſediſſe, qui cœpit ſingulorũ ſpirituũ cauſas actusq́; diſcutere, quatenus unuſquiſq;, quantũ nequitiæ perpetraſſet, inueniret. Cumq́; ſinguli ſpirirus ad inquiſitionem eius exponerent quid operati contra bonos fuiſſent, unus in medium proſilijt, qui in Andteæ epiſcopi animo per ſpeciem ſanctimonialis feminæ, quantam tentarionẽ carnis commouiſſet, aperuit. Cũ uerò hoc malignus qui præerar ſpiritus cupidè audiret, & tanto ſibi lucrũ grãdius crederet

deret factum, quanto ſanctioris uiri animam ad lapſum inclinaſſet. Adiũxit ille, ſe eò perduxiſſe epiſcopũ, ut heſterno ueſpere blandiri mulierculę cœpiſſet. Tunc ille eum hortari ut pergeret, promittẽs ei maiora quàm reliquis præmia. Hæc cum Iudæus uigilans cerneret, & magno tremore palpitaret, iuſſum eſt ab eodẽ ſpiritu præſidente, ut inquirerent, quis in templo iaceret. quem cũ iouentum uiderent ſigno crucis ſignatũ, clamarunt: Væ, Væ, uas uacuũ & ſignatũ. & cũ illo clamore auolarunt. Manè ſurgens Iudæus, ad epiſcopum Andream perrexit, eiq́; quid audiſſet indicauit. quo audito, ille mulierculam dimiſit: Iudæum gratitudinis loco ad ſanctam eccleſiã conuertit, & poſtea omnem uitã in precationibus & meditationibus ſpritualibus, omnibus illecebris mundi ſpretis, piè & ſanctè finiuit. Narrat Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 7. Sed fuerunt præſtigiæ diabolicæ. Vixit autem ſub Tyberio.

DOMINICVS.

Fuit tẽporibus Mauricij epiſcopus Centumcellenſis. Greg. Epiſtol. lib. 1. cap. 13.

CENTVMCELLENSIS *presbyter.*

Narrat Gregorius hiſtoriã de Centumcellenſi presbytero, quam ſe à Felice eius loci epiſcopo cognouiſſe ait, quæ quamuis ſuperſtitioſa eſt, & impia, tamẽ ordinis gratia aſcribenda uidetur, ut appareat, quando tã tetra & horrenda illa peſtis de purgatorij pœnis & miſſarum mercatura, primitùs in eccleſiam Dei inuecta ſit.

Fuit is presbyter in diœceſi Centũcellenſis urbis, miniſter eccleſię S. Ioãnis: quæ in loco qui Tauriana dicitur, ſita ſuit, ipſi Gregorio σύγχρονος, tempore Mauricij. Ac narrat de eo Gregorius, quòd cũ in thermis eius loci ſæpe lauari conſueuerit, aliquando uirũ quẽdam incognitũ inuenerit, ad obſequiũ ſuũ præparatũ, qui ſibi de pedibus calceamẽta abſtraheret, ueſtes ſuſciperet, & exeunti magna cum cura & attentione inſeruiret.

Hoc cùm aliquoties fieret, idẽ presbyter die quadã ad balnea iturus, ne ingratus appareret ei qui tã deuotiſsimè ſibi obſequeretur, duas oblationũ coronas pro munere ſecũ detulit: easq́; cũ iam lauiſſet, & eius opera uſus eſſet, pro benedictione ei obtulit, petens ut benignè ſuſciperet, qđ gratia charitatis offerret. Cui ille mœrens reſpondit: Mihi iſta quare das pater? iſte panis ſanctus eſt, ego hunc manducare non poſſum. Ego enim, quem uides, huius loci dominus aliquando fui: ſed pro culpis meis huc poſt mortem deputatus ſum. Si quid aũt pro me præſtare uis, omnipotenti Deo pro me offer hũc panẽ, ut pro peccatis meis interuenias: & tunc exauditũ te eſſe cognoſce, quando me hic amplius nõ reperies. His dictis, ille e ua-nuit, ſpiritũ ſe eſſe teſtatũ faciens. Presbyter uerò continuè per integrã ſeptimanã ſe pro lachrimis afflixit, & ſalutarẽ hoſtiã quotidie Deo obtulit. Poſtea reuerſus ad balneũ, nõ amplius eum ibi inuenit. Hacteous Greg. lib. 4. Dial. cap. 55. Apparet hinc, quib. fundamentis illa ſomnia de purgatorio nitãtur: uidelicet præſtigijs ſpirituũ malorũ, qui homines ſeducunt. Nam animas defunctorũ ante nouiſsimũ diẽ non reuerti in hanc uitã, ex ſacris literis eſt manifeſtum.

SABINVS.

Sabinus Canuſinæ ciuitatis epiſcopus, longo ſenio confectus uiſum amiſerat. Fuit tamen prophetiæ ſpiritu inſignis. quod in ipſo Totilas Gotthorum rex deprehendit. Archidiãconus eius ambitione cõſequendi epiſcopatũ incenſus, eũ è medio tollere molitus eſt: & puero menſæ miniſtranti perſuaſit, ut poculũ uini ueneno mixti Sabino porrigeret. Puer conſilio ipſius morẽ gerẽs, poculũ obtulit. quod cũ ſenex ſenſiſſet, dixit: Bibe tu, quod mihi bibendũ porrigis. Quod cũ ille metu pœnæ perculſus facere uellet, Sabinus eũ impedijt, inquiens: Vade, & dic autori harũ inſidiarũ, me quidẽ poculũ bibiturũ, ſed ſe epiſcopatu nunquã potiturũ. Sic accidit, ut uenenũ bibenti Sabino non noceret, & archidiaconõ non bibenti ea ipſa hora cauſa mortis exiſteret: ut refert Greg. 3. lib. Dial. cap. 5. & Vincent. lib. 21 cap. 66.

CASSIVS.

Narnienſis eccleſiæ epiſcopus fuit Caſsius, qui quotidie remiſsionẽ ſuorũ peccatorum lacrimans à Deo petebat. Greg. lib. 4. Dial. cap. 56. Claruit miraculis. Nam tẽpore regis Totilæ in territorio Narnienſi, efficacia orationis diabolum ex Spatario aulico corã toto exercitu eiecit, propter quod charus regi erat: ut autor eſt Vincentius lib. 21. cap. 66. Gregor. lib. 3. Dialog. cap. 6.

Doctrinæ ipſius etiam uita reſpondebat. Nam in pauperes largiendo eleemoſynas, ualde beneficus erat. Deinde ipſo Apoſtolorum natali die, qui ipſi per uiſionem prædictus erat, peractis ſacris diem obijt. Greg. libro 4. Dialog. cap. 56.

PRAEIECTITIVS.

Præiectitius fuit epiſcopus Narnienſis. Gregor. lib. 2. cap. 2. Vixit ſub Mauricio.

AGRIPPINVS.

Fuit Agrippinus presbyter eccleſię Feſulanæ, tempore Mauricij. Greg. lib. 8. cap. 44.

SERVANDVS.

Fuit ſub Mauricio diacon. Feſulanæ eccleſiæ. Greg. ibidẽ.

PALVMBVS.

Palumbus fuit archidiaconus, poſtea epiſcopus Conſentinæ eccleſiæ. Gregor. lib. 7. cap. 4. Sub Mauricio.

INGENVINVS.

Ingenuinus Sabonenſis, qui nunc Brixinenſis eſt

nenſis eſt, antiſtes fuit: teſte Auentino libro tertio. Vixit ſub Anaſtaſio.

HERCVLANVS.

Herculanus, uir ſanctiſsimus, ac Gregorij Magni Pontificis Romani nutritor, ex monacho Peruſinæ ciuitatis epiſcopus factus eſt. Totilæ exercitus cum eam urbẽ annis ſeptem obſediſſet, multi ciuiũ in tam diuturna obſidione fame preſsi, aufugerũt. Anno uerò ſeptimo nondũ finito, Totilę exercitus urbẽ ingreditur: & præfecto exercitus literis regis mandatur, ut epiſcopo à uertice uſq; ad plantas cutẽ detrahat, deinde eum decollet, & populum ibidẽ inuentũ gladio deleat. Præfectus imperata regis facturus, atrocitatẽ pœnæ miſericordia temperauit. Primùm enim Herculanũ in murum deduxit, & capite truncauit: deinde mortuo cutem detraxit, ac cadauer è muro proiecit. Greg. lib. 3. Dialog. cap. 13. Sub Iuſtiniano.

FRONIMIVS.

Fronimius patria Biturigenſis, Cleoterio Vincienſi epiſcopo mortuo ſucceſsit. Verùm à Leuuane ſucceſſore Athanagildi regis honorificè ſuſceptus, ac Agathenſi eccleſiæ præfectus eſt. Mortuo Leuuane Leuuieldus orthodoxorũ perſecutor cum audijſſet, Fronimiũ Ingundi filię Sigiberti regis, quæ in Hiſpaniã ſponſa ducebatur, conſiliũ dediſſe, ne perſecutionẽ iſtã adiuuaret, ei inſidias ſtruxit: & occaſionẽ ſubinde quæſiuit, ut ab epiſcopatu eũ remoueret. Cũ aũt hoc conſiliũ nõ procederet, miſit qui eũ interimeret. Quo cognito, ille relicta Agathenſi ciuitate, in Galliã reuerſus eſt: ibiq; à multis epiſcopis muneribus donatus, ad Childebertũ regem abijt, & nono ſuæ depoſitionis anno epiſcopatum ſuſcepit in ſuprà dicta ciuitate. Turonenſis libro 9. cap. 24.

BARBATVS.

Barbatus eccleſiæ Beneuentanæ epiſcopus, & Longobardos (qui licet baptiſati eſſent, nihilominus tñ idola adorabãt, ut arbores, & aureũ uiperæ ſimulachrũ) ab idololatria reuocauit: & arborẽ quã colebant ſuccidit, & uiperę ſimulachrum in calicẽ uertit: ut refert Martinus Polonus in uita Iuſtini ſecundi, ſub cuius hic claruit Imperio.

MARTIANVS.

Martianus Beneuentanæ eccleſiæ epiſcopus, Placidũ diſcipulũ Benedicti in Siciliam ablegatum, cum comitibus honorificè excepit & tractauit: ut narratur in uita Placidi, incerto autore. Sub Iuſtino ſeniore.

FELIX.

Felix fuit epiſcopus in Piſauro. Greg. li. 6. indict. 14.

IOANNES.

Ioannes fuit ſub Mauricio epiſcopus de Vrbe ueteri. Scribit ad eũ Gregorius, q̃ Agapitus abbas in monaſterio S. Gregorij de eo conqueſtus ſit, ſe miſſarũ celebrationẽ & mortuorũ ſepulturas ibi ꝓhibuiſſe: idq; ne in poſterũ faciat, ſeriò iniungit. lib. 1. cap. 12.

IMPORTVNVS.

Fuit epiſcopus Atellanæ eccleſiæ, tempore Mauricij. Gregor. lib. 7. capite 52.

IOANNES.

Ioannes fuit epiſcopus Vellitrenſis ciuitatis. Scribit ad eum Gregorius, iubens ipſum propter hoſtiles Longobardorũ incurſiones ex eo loco cum eccleſia ſua ſecedere in alium, qui Harenata dicitur, ad S. Andreã apoſtolum. lib. 2 cap. 11. Sub Mauricio.

GAVGERICVS.

Circiter annum Mauricij 12. Gaugericus Cameracenſis epiſcopus uixit. Sigebertus in Chronico.

FVLGENTIVS.

Fulgentius eccleſię Vtriculanæ epiſcopus fuit. Hic Totilam regem maximũ hoſtẽ habebat, quem cum xenijs miſsis placare ſtudebat. ea rex auerſatus eſt, miniſtrisq; iniunxit: ut epiſcopum conſtringerent, & ſuo examini reſeruarent. Sed quem munera non poterant reconciliare, eum miraculum qđ circa Fulgentium accidit, humiliauit. Greg. lib. 3. Dialog. cap. 12.

BONIFACIVS.

Bonifacius, ſi credere fas eſt, à puericia miraculis clarus fuit. Sæpe enim cũ adhuc apud matrẽ uiueret, ſuis coæqualibus, quos ueſtibus nudos reperit, ſeipſum exuens, indumenta præbuit. Omnia frumenta ex horreis maternis pauperibus diſpenſauit, eademq; in ipſis horreis augeri precibus à Deo impetrauit, ut quo plura diſpenſaret, eo magis quaſi occulto actu creſcere uiderentur. Vulpeculã quoq; quæ gallinam abſtulerat, oratione coegit, ut gallinam reportaret, & ante ipſum occumberet mortua. O ridicula. Epiſcopus ciuitatis Ferrenſis factus, uitæ integritate & miraculis admirationẽ omnium meruit. Eccleſiã habuit adeò pauperem, ut nullis redditibus, niſi unica uinea eſſet dotata. Et hæc ipſa aliquando grandine adeò fuit uaſtata, ut uix unus atque alter racemus in paucis uitibus reſtaret. Ac Bonifacius tamẽ de illo paupere regno, omnes quos ille locus habuit pauperes abunde ſuſtentauit. Vinum ſub torculari augeri precibus obtinuit, ita ut uaſa etiã quaſi in uindemia uberrima & maximè diuite deeſſent.

Aliquando ad conuiuiũ uocatus à Fortunato quodã, ſpermologũ quendã, qui immodeſtius iocatus fuerat, uerbis necauit. Deſtitutus deinde pecunia quã pauperibus diſpenſaret, adeò Deũ precib. fatigauit, ut in templo B. Virginis 12 aureos inueniret.

Alio tempore duobus Gothis Rauennam proficiſcentibus, qui uiaticũ petierant, ua-

ſculũ uini largitus eſt, qđ in uia baberét. Illud neq; in itinere, neq; eo tépore quo Rauennę ſteterát, neq; etiã in reditu, donec ad eũ reuerterentur, unquã defecit, perinde ut uinũ quaſi in ualculo ſcaturire uideretur.

Erucas etiam quæ in horto materno denſo agmine holera infeſtabant, exire cateruatim coegit, ita ut nulla remaneret. Claruit ſub Tiberio. Gregor. lib. 1. Dialog. cap. 9. Antonius titul. 12. capite 9.

REDEMPTVS.

Anno Chriſti 574. Ferrentinæ ciuitatis epiſcopatui præfuit Redemptus, uir uenerãdus, qui olim in Nurſinæ prouinciæ partib. monaſterium rexerat, ut refert Gregorius in 3 Dialog. capite 15.

Hic cum ſuas eccleſias uiſitaret, ad Euthicij martyris templũ acceſsit, & die ſe inclinante ad ſepulcbrum eius ſtratum ſibi fecit. Quieſcenti de nocte apparuit ſpectrũ ſub ſpecie Euthicij, ter hanc uocẽ ſonans: Finis uenit uniuerſæ carnis. Eam ſententiã euentus comprobauit. nam Longobardorũ arma incolas iſtius loci oẽs ferè deleuerunt: ut Gregorius lib. 3. Dialog. cap. 38. conqueritur. Claruit autem ſub Imperatore Iuſtino.

AGNELLVS.

Agnellus fuit ſub Mauricio epiſcopus in Fundenſi & Terracinenſi eccleſiis. Gregor. epiſt. lib. 2. cap. 52. Item lib. 5. cap. 180.

BECCANDA.

Fuit Antiſtes in Terracinẽſi eccleſia, ſub Mauricio. Gregor. epiſt. lib. 5. cap. 180,

PETRVS.

Petrus epiſcopus Terracinenſis, fuit temporibus Mauricij. Greg. lib. 1. cap. 34.

BACANDAS,

Fuit epiſcopus Formienſis, ſub Mauricio. Gregorius libro primo, capite 8.

BALBINVS.

Fuit epiſcopus Roſellanus, ſub Mauricio. Gregorius libro 1. cap. 44.

BLANDVS.

Epiſcopus Hortenſis, Rauennæ propter aliquã ſuſpicioné criminis longo tẽpoꝛe in carcere detentus. Scripſit tandẽ pro eius liberatione Gregor. ad Exarchum Italiæ, eamq; impetrauit. Greg. lib. Epiſtol. 1 cap. 32.

SABINVS.

Sabinus fuit in Placentina urbe epiſcopus. Cum Padus fluuius exundatione agros uaſtaret, ſchedam ille his uerbis inſcriptam (Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti, ut de alueo tuo in locis iſtis ulterius non exeas, nec terras eccleſiæ lædere præſumas) proiecit in alueũ: ac id quod mãdauit, ſi credere fas eſt, effecit: Pado nimirũ nõ amplius contra eius imperiũ exundare audente. Hæc ſunt prorſus Magica, quia ſine uerbo Dei facta. Gregor. Dialog. lib. 3. cap. 10. Vixit ſub Mauricio.

ECCLESIVS.

Eccleſius Rauennas epiſcopus, ſotius Ioãni primo epiſcopo Romano adiunctus fuit in legatione Conſtantinopolim ad Iuſtinũ Imperatorem, quæ ſuſcepta fuit propter cauſas quæ referuntur in uita Ioannis primi. A' qua legatione reuerſus, eccleſias eo tẽpore, quo Theodoricus rex Ioannem epiſcopum, Boethium & Symmachum interfeciſſet, cũ Iuliano argentario extruxit: Rauennæ baſilicã Vitalis, ut refert Blondus libro tertio, Decad. 1. Vixit ſub Imperatore Iuſtino.

MARIANVS.

Marianus ciuis Romanus, ſucceſſor Ioãnis Rauennatis. Paulus Dia. lib. 4. de geſtis Longobard. c. 4. Vixit ſub Iuſtino iuniore.

IOHANNES.

Fuit epiſcopus in urbe Rauẽna ſub Maur. Greg. lib. 1. ind. 9. cap. 35. Struxit monaſteriũ iuxta S. Apollinaris eccleſiã. lib. 4. cap. 98.

IOANNES.

Alius fuit Ioannes, qui ex Pannonijs Rauennam ueniens, in caſtello quod Nouas dicitur, epiſcopatus honorem meruit. Greg. lib. 7. cap. 10. Claruit ſub Mauricio.

MARTINIANVS.

Martinianus poſt obitum Ioannis in urbe Rauenna epiſcopus factus eſt, temporibus Mauricij. Greg. lib. 4. cap. 98. & lib. 5. c. 111.

ANDREAS.

Succeſsit Martiniano in epiſcopatu Rauennatenſi, tempore Mauricij. Gregorius lib. Epiſtolarum 5. cap. 133.

MARINIANVS.

Fuit & hic tẽpore Mauricij epiſcopus Rauennatenſis. Greg. lib. 6. cap. 203. & 204.

MAXIMINIANVS.

Maximinianus fuit epiſcopus in urbe Rauenna, uir pius & ſanctus, ſicut de eo teſtatur Greg. Epiſtolarũ lib. 5. cap. 102. quod fuerit à cunabulis in gremijs eccleſiæ Catholicæ nutritus, quod amplexꝰ ſit ſanctã Nicenã ſynodũ, in qua Arius dãnatus eſt: Cõſtantinopolitanã, in qua Macedonius: Ephesinã primã, in qua Neſtorius & Dioſcorus: & ſanctam Chalcedonenſem, in qua Eutyches, &c. Extat alia eius cõmendatio lib. 12. cap. 13. ubi inquit: Vir ſanctiſsimus Maximus epiſcopus noſter, eccleſiam Dei à prauis hominib. purgare deſiderans, laudabiliter erga eccleſiaſticorũ officium ſolicitus fuit, ſed morte præuentus, &c. Clarus fuit ſub Mauricio.

VIGILIVS.

Fuit diaconus Rauẽnę ſub Mariano epiſcopo tẽpore Mauricij. Greg. lib. 5. cap. 124.

ADEODATVS.

Fuit diaconus Andreæ Rauennæ, tẽpore Mauricij. Greg. lib. Epiſt. 5. cap. 133.

FLORENTIVS.

Fuit diaconus eccleſiæ Rauennatis, ſub Mauri-

Mauricio. Greg. lib. 12. indict. 7. cap. 6.

GAVIANVS & VIOLANDVS.

Fuerunt hi duo, Gauianus & Violandus, diaconi in Rauenna. Commemorat de ipſis Greg. quòd inter ſe inuicem contenderint: mandatq; epiſcopo Rauennati, ut cauſam dirimat. lib. 2. indict. 10. cap. 28. Vixerunt ſub Mauricio.

PAVLVS.

Eccleſiæ Aquileienſis metropolita erat Paulus, uir ſanctitatis fama egregius. Vixit ſub Iuſtino iuniore.

Hic munitioni ciuitatis, cū Longobardi in Italiā irruerēt, eáq; uaſtarēt, diffidēs, Gradū abijt, cū ſacra ſuppellectile & collegio ſacerdotū, ne fortè quid detrimenti eccleſiæ à Barbaris acciperet: teſte Antonio Bonfinio lib. 8. rerū Vngaricarū. Hinc Gradenſis eccleſiæ origo, quæ in tantū creuit, ut cū Aquileienſi deinde de principatu certaret: ut referūt Blond. Decad. 1. lib. 8. Paulus Diaco. lib. 2. cap. 8. Sabell. Enne. 8. lib. 5. Michael Ricius rerū Vng. decad. 1. lib. 8.

Cum annos duodecim in miniſterio fuiſſet, rebus humanis exēptus eſt, ac Probinū ſucceſſorem habuit: ut ait Paulus Diaconus libro 2. de geſtis Longobardorum, cap. 12.

HELIAS.

In epiſcopatu Aquileienſi Probino mortuo, qui annū eccleſiam iſtam rexerat, ſucceſsit Helias, ut refert Paulus Diacon. lib. 3. de geſtis Longobardorum cap. 7.

Is aūt, cū Longobardi incurſionibus Italiam uaſtarent, cū toto clero egit, ut eccleſiæ ſedes eò transferretur, ubi tutior uita eſſet. Conuocata igitur ſynodo, iuſſu Pelagij 2. epiſcopi Romani decrerū eſt, ut ſedes Gradū deferretur, quæ noua Aquileia dicta eſt. Sic Gradenſis eccleſia facta eſt mater & caput finitimarū eccleſiarū, & Helias ex Aquileienſi epiſcopo renūciatus eſt Gradenſis.

Mortuus autem eſt anno ſalutis 597. poſtquam annos 15. eccleſię Aquileienſi pfuiſſet: ut refert Paul. Diac. li. 3. cap. 12. Sub Tiberio.

SEVERVS.

Fuit Gradenſis epiſcopus. Is Firminū ad eccleſiā reuerſum, uarijs tentauit pollicitationibus ad erroris patrociniū reuocare. qđ cū nō perficere poſſet, inter ciues eius ſeditionem mouit: unde Firmino multarum difficultatum cauſa extitit. Gregorius lib. 11. cap. 38. Sub Mauricio.

PETRVS & PRVDENTIVS.

Fuerunt hi duo epiſcopi in Hiſtria, ſub Mauricio. Gregorius lib. 4. cap. 93.

FIRMINVS.

Firminus fuit epiſcopus in Tergeſtina ciuitate Hiſtriæ. Is inſtinctu quorundā pertinacium & imperitorū, hominū ab unitate eccleſiæ aliquandiu disiunctus, tandē diuina gratia in uiā reductus eſt, & publicè reuocauit. Greg. lib. 10. indict. 5. cap. 38. Sub Maur.

AGNELLVS.

Agnellus Tridentinæ eccleſiæ epiſcopus, uitā Vrſicini Rauennatis epiſcopi literis mādauit: ut ait Blondus decad. 1. libro 5.

Eum Agilulphus, qui & Mago dictus eſt, cū à Lōgobardis in regno confirmatus eſſet, miſit in Franciā, ut redimeret captiuos, & de pace cū Gallorū rege ageret. ubi omnia ex ſententia peregit: ut referūt, Abbas Vrſperg. & Antonius Bonfin. libro 8. rerum Vngaricarum. Sub Mauricio Imperatore.

FORTVNATVS.

Fortunatus eccleſię Tudertinæ epiſcop⁹, ex obſeſsis ſæpè totas diabolorum legiones orationis efficacia eiecit, cæco uiſum reſtituit, Marcellū Tudertinę urbis ciuē mortuū in uitā reuocauit: & militis cuiuſdā equū in furorē conuerſum, manſuetū reddidit ſigno crucis: ut refert Greg. lib. Dialog. 1. cap. 10.

GEORGIVS.

Georgius fuit epiſcopus Italiæ. Scribit ad eū Gregorius gratiarum actionē, quòd ſibi beneuolentiam Longobardorū conciliaſſet. lib. 1. cap. 22. ſub Mauricio.

FACVNDVS.

Tempore Iuſtiniani Imperatoris floruit Facūdus, qui ſcripta edidit contra Eurychianos quoſdam tū pullulantes: ut refert Platina in Vitis Pontificum.

IORDANES.

Iordanes epiſcopus natione Gothus, hiſtoriam Gothorū & Chronica ſua uſque ad Iuſtiniani annū 25. pertexuit: ut teſtatur Otho Phriſingenſis li. 5. cap. 4. & Henricus de Erphurdia cap. 51. Floruit ſub Iuſtiniano.

PROBINVS.

Probinus fuit Mauricij tēpore presbyter apud Rechardū Veſtgothorum regem. Gregorius libro 7. capite 126.

THEODOLVS.

Anno Iuſtiniani 21. floruit Theodolus poeta, qui Chriſtianis parentib. natus, puer in Italia literas didicit: poſtea ut maiorem in ſtudijs fructum faceret, in Græciā ſe cōtulit.

Reliquit etiā ſcriptū quoddā. Cum enim Græcè & latinè doctus eſſet, Athenis ex diſputarionib. gētiliū cū Chriſtianis fabuloſas & theologicas ſententias collegit, quas inuicē ſibi oppoſitas carmine in Eclogas redegit. Sed immatura morte præuētus, eas ſub limā nō reuocauit. Poſtremò clericus obijt, ſed in quo ordine neſcitur: ut inquit Henricus de Erphord. cap. 51 de Iuſtiniano: & Rudiment. nouitiorum, de Iuſtiniano.

BOETHIVS.

Boethius Anius Manilius Seuerinus, patricius & Conſul, uir Græcè & Latinè doctiſsimus fuit, & multos in philoſophia a-

lijsq;

liisq; diſciplinis, tum ſoluta tum ligata oratione conſcriptos libros poſteris reliquit. Qui autem ad nos peruenerunt, hi ſunt.

Liber de conſolatione Philoſophica, quē ſenex (ut eſt lib. 1. metro 1) in exilio, in qđ à Theodorico rege Italiæ, contra quem autoritatem Senatus Romani tueri nitebatur, coniectus eſt, compoſuit: teſte Sigeberto.

De fide Chriſtiana, ad Ioannem.

De Trinitate, ad Symmachum ſocerum.

De duabus naturis & una pſona Chriſti.

De hebdomadibus.

De definitionibus.

De diſciplina ſcholarum.

De diuiſionibus.

De Muſica.

De Topicis.

Multa etiā Ariſtotelis opuſcula ex Græco in Latinum tranſtulit, & in quædam cōmentarios doctos edidit, & hymnos quinquaginta compoſuiſſe dicitur.

Rectè & dextrè doctrinā de uero Deo expoſuit & tradidit: Patet (inquit) Deus, filius Deus, ſpiritus ſanctus Deus. Igitur pater, filius, ſpiritus ſanctus, unus Deus, non tres dij. De Trinitate.

Chriſtū docet ex duabus cōſtare naturis.

Metro quarto, libro quarto, creaſſe Deum cuncta, & regere docet.

De homine inquit libro primo, metro ſecundo de conſolatione Philoſophica:

*Heu quàm præcipiti merſa profundo*
*Mens hebet, & propria luce relicta,*
*Tendit in externas ire tenebras,*
*Terrenis quoties flatibus acta*
*Creſcit in immenſum noxia cura, &c.* Item:
*Nunc iacet effœto lumine mentis,*
*Et preſſus grauibus colla catenis,*
*Decliuemq; gerens pondere uultum,*
*Cogitur heu ſtolidam cernere terram.*

De uiribus hominis inquit: Deteriora uelle, noſtri fuerit fortaſſe defectus: perficere aūt poſſe cōtra innocentiā quæ quiſq; ſceleratus conceperit, inſpectante Deo monſtri ſimile eſt. Vnde haud iniuria tuorū quidam familiariū quæſiuit: Si quidē Deus (inquit) eſt, unde mala? bona uerò unde, ſi non eſt? Sic Boetius philoſophiā loquentem inducit Proſa quarta, libro primo.

Non ſatis expreſsè de iuſtificatiōe docet, & uidetur eam operibus aſsignare, lib. 1. de conſolatione Philoſophica, metro ſeptimo:

*Tu quoq; ſi uis*
*Lumine claro*
*Cernere uerum:*
*Tramite recto,*
*Carpere callem:*
*Pelle timorem,*
*Spemq; fugato:*
*Ne dolor adſit.*
*Nubila mens eſt,*
*Vinctaq; frenis,*
*Hæc ubi regnant.*

Imò clarè inquit: Quid uerò animorū aliud ſalus eſſe uidetur, quàm probitas? quid ægritudo, quàm uitia? Proſa ſexta, libro 4.

De cruce rectè inquit, non nimiū eſſe expaueſcendos tyrānos: libro primo, de conſolatione Philoſophica, metro quarto:

*Quid tantum miſeri ſeuos tyrannos*
*Mirantur, ſine uiribus furentes?*
*Nec ſperes aliquid, nec extimeſcas,*
*Exarmaueris impotentis iram. &c.*

Purgatorium contra Scripturam defendit, libro quarto, Proſa quarta.

Denique philoſophicis ſententijs nimium tribuit.

Fuit inuentor Chiterimi muſici inſtrumēti. In Supplē. Chron. Quadriuiū, id eſt, Arithmeticā, Muſicā, Geometriā, Aſtronomiam ex Græco tranſtulit, & Dialecticam explanauit: teſtibus Ioan. Cuſpiniano, & Honorio Auguſt. in Supplemen. Chron.

Huius tēpore hæreſis de Trinitate exorta eſt. Quare cum ſynodus congregata eſſet, ſe ſubduxit, ne ſibi propter eloquentiā cauſa committeretur agenda. ob quam cauſam ſuſpectus Chriſtianis factus, librum 1. de S. Trinitate contra hæreticos compoſuit.

In pauperes liberalis fuit. A' Theodorico ob ſuſpicionē affectatæ libertatis in exilium pulſus, & omnibus bonis ſuis exutus: ac tandem interemptus, & Ticini ſepultus eſt. Narrant Procopius libro 1. de bello Gothorum, Adon Viennenſis ætate 6. Auentinus libro tertio. Floruit ſub Anaſtaſio.

## DE GALLICANIS Epiſcopis & Doctoribus.

### DATIVS.

DAtius epiſcopus Mediolanenſis fuit, qui miraculis claruit. Hic cū propter fidei confeſsionē eiectus Conſtantinopolim tenderet, in itinere Corinthū appulit. Cumq; amplā domū, quæ ſuum comitatū caperet, quæreret, & non inueniret, fortè uidit ædes præſenti negocio aptas. Cum aūt à ciuibus admoneretur, ne ædes iſtas intraret, quæ à diabolo multos annos occupatæ eſſent: reſpondit Datius, eo magis inhabitari debere, cum homines inde eiecerit. Ingreſſus igitur, præparauit ſibi & ſuis locum.

De noctu cum Datius quieſceret, Satan edidit leonū rugitus, & pecorū balatus adeò magnos, ut Datius expergiſceretur. Qui iratus ſurrexit, & Satanæ dixit: Bene tibi contigit miſer. Tu enim dixiſti: Ponam ſedem meam ad Aquilonē, & ero ſimilis altiſsimo. Ecce propter ſuperbiam, porcis & aſinis beſtijs ſimilis factus es, cum Deo obedire noluiſti. His uocibus diabolus confuſus, de-

ſus, domum deſetuit, in qua ad exhibenda monſtra diu motatua fuerat. Et ita effecta eſt in poſterum fidelium habitatio. Gregorius libro tertio Dialog. cap 4.

Scripſit hiſtoriam de obſidione utbis Romanæ, facta à Vitigite: in qua narrat, mulierem quandam mottui filioli carnes deuoraſſe: ut refert Blond. decad. 1. lib. 4. Et Paul. Diac. lib. 16. Claruit ſub Iuſtiniano.

HONORATVS.

Honoratus eccleſiæ Mediolanenſia Archiepiſcopua fuit, cuius tempore Alboinus rex Longobard. Mediplanũ ingreſſus eſt, ut refert Vrſperg. Claruit ſub Iuſtino iuniore.

ANATOLIVS.

Fnit diaconua epiſcopi Conſtantij in eccleſia Mediolanenſi, ſub Mauricio. Gregorius Epiſt. lib. 6. cap. 191. & lib. 7. cap. 57.

DEODATVS.

Fuit eoiſcopus Mediolanenſis, ſub Mauricio. Gregor. lib. 10. cap. 43.

LAVRENTIVS.

Laurentiua fuit epiſcopua eccleſiæ Mediolanenſia, ſub Mauricio. Greg. lib. 1. c. 80.

MAGNVS.

Fuit Magnua presbytet in eccleſia Mediolanenſiũ, ſub epiſcopo Laurentio, à quo iniuſtè à cõmunione fuit reiectus, & per Greg. receptus, ac dignitati locoque ſuo reſtitutus. Gteg. lib. 2. cap. 65. Sub Mauricio.

VITALIANVS.

Vitalianus fuit presbyter in Mediolanẽſi eccleſia. unde ꝓpter lapſum quendã atrocẽ in Siciliã eſt relegatua, ut in exilio ibi pœnitentiã agetet. idẽ li. 4 epi. 61. Sub Mauricio.

CONSTANTIVS.

Fuit diaconus in eccleſia Mediolanenſi, ſub epiſcopo Laurentio, tẽpore Mauricij: ad quem ſcribit Greg. lib. 1. cap. 80. Mortuo Laurentio, ipſe Conſtantiua epiſcopus factua eſt: ut ex mnltis epiſtolia qnaa Greg. ad eũ ſcribit, eſt uidere. lib. 3. c. 1. 2. 3. 4. Inſigni eum encomio ornat lib. 8 cap. 65.

DEVSDEDIT.

Fuit diaconus Mediolanenſia, & electus eſt epiſcopua in Ianuenſi urbe. Greg. lib. 9. cap. 21. Claruit ſub Mauricio.

VALENTINVS.

Valentinus fuit eccleſiæ Mediolanenſis defenſot, homo ualdè lenia in toto uitæ ſuæ curſu: ideoq; poſt mortẽ ei⁹, ut ſctibit Greg. ualdè euidena teſtimoniũ iræ diuinæ poſt ſe teliquit: qnod dignũ relatu eſſe poteſt.

Nam cũ eſſet in eccleſia B. mattyris Syri ſepultna, noctn in eadẽ eccleſia auditæ ſunt uociferationea, quaſi quia uiolenter inde ex pelleretut. quib. excitati cuſtodes cũ accurrerent, uiderũt duos cacodæmones, qui hũc Valentinũ pedib. illaqueatũ, ac magna uoce clamantẽ, ex tẽplo extrahebant, quo ſpectro perterrefacti cuſtodes, ad ſna ſtrata redierunt. Manè autem facto tegreſsi, cadauet Valentini nõ in ſuo ſepulchto, ſed extra tẽplũ in alio inuenerunt. Quo fortè indicatũ eſt, quòd impios loca ſacra aut honorifica ſepulchra non à peccatis liberent, ſed magis temeritatia accuſent. libro 4. Dialog. capite 53. Vixit ſnb Iuſtino.

CLYCETIVS.

Clycetius ex utero coronã clericalẽ, cum natua eſſet, adduxit. Deinde Theodorico tege electionem approbante, epiſcopus Treuerenſis electus eſt: & ſnos auditorea peſte inguinaria laborantea, oratione ſanauit, ut eſt in Catalogo Pontif. Treuerenſium.

MAXIMINVS.

Maximinus Treuerenſia eccleſiæ epiſcopus fuit. Tur. in glor. Confeſſ. cap. 93.

APONOCVLVS.

Aponoculua Treuerenſis epiſcopua, Gallum habuit ſucceſſorem poſt mortem, ut eſt in Catalog. Treuetenſ. epiſcoporum.

NICETIVS.

Nicerius in lucẽ editus, ſignum attulit, ex quo coniecturam quidã fecerũt de eius ſacerdotio. Enutritus eſt igitur à parentibua ſtudioſiſſaimè, & literis inſtitutua. deinde abbati Lemouicenſia monaſterij ttaditua eſt, cui mortuo ſucceſsit: ut refetunt Gregot. Tuton. in Vitis patrũ, cap. 17. Trittemius in Epito. teg. Fran. Tandẽ iuſſu Theodorici regia, apud quẽ plurimũ ualebat, eccleſię Tteuerenſia epiſcopus electus eſt.

Cum autem natutali facundia, cui ſingularia grauitas adiuncta erat, præditus eſſet, & factia celebtis, plurimum Eccleſiæ docendo profuit. Gregor. lib. 10. cap. 28.

¶ Miracula etiã edidit. nam trea dæmoniacoa in tẽplo Maximini epiſcopi dotmientea, crucia ſigno notauit: qui euigilantes, nomitu quaſi dæmonea eiecerunt: ut refert Greg. Tuton. in Vitia pattũ c. 17. Oratione impetrauit magnã piſciũ multitndinẽ à cocis extrahi, ubi antea nulli fuerant. ibidem.

Ex obſeſſo, qui tegẽ Theodebertũ adulterũ in tẽplo proclamabat, diabolũ eiecit: ut refert Greg. Turon. in Vitia patrũ, ca. 17.

Claruit & uaticinija. nam cum à Lothario depoſitus eſſet, ad diaconũ qui ſolus cõſtans & fidelia permanſerat, cæteris epiſcopia & clericis deficientibus à ueritate, dixit: Cras hac hora meæ eccleſiæ reſtituar: illi autẽ qui me deſeruere, magno cũ pudore ad me confugient. Hoc quod prædixerat, euentus cõprobauit. Nam ſtatim literæ Sigeberti nunciauerunt Lothariũ mortuũ, & eum ad eccleſiam uocarunt. Cui reuerſo, apoſtatæ ſupplices ſunt facti, ac in gratiam ab eo recepti. Greg. Turon. in Vitia patrum, cap. eodem.

Noctu uidit Deum ſtantem in cacumine

altiſsimæ

altiſsimæ turris, & angelos eius per ſpeculas collocatos: quorũ uuus librũ aperiẽs, ſingulos reges Francicos, qui erant, & dein de naſcebantur, nominatim uocabat. & dicebat: Tam diu hic uiuet, tam diu ille. Similitet ſtatum & mutationẽ regni prædixit: & ad cuiuslibet regis oomen cæteri angeli reſpondebant, Amen. Et hæc uiſio ſic, ut prædicta, impleta eſt: ut ait Gregorius Turonẽſis in Vitis parrum.

Haboit & donum ſanatioois. Cum enim peſtis inguinaria Treoerenſes inſeſtaret, precibus id malum mitigauit.

*Scripta.*

Scripſit ad Iuſtioianum epiſtolam. Item epiſtolam ad Alodoſuindam teginam Longobardorum.

Doctrinam de Chriſto, & duabus eius natutis, illuſtrauit: & Neſtorij & Eutychetis hæreſin acriter oppugnauit, uſus teſtimonijs Scripturæ: Ego & patet onom ſumus: Ego à patre exiui, & ueni in mundũ: Philippe, qui uidet me, uidet patrem: Bapti ſate in nomine patris, filij, & ſpiritus ſancti. itẽ: A' quo, in quo, & per quem ſunt omnia.

Non defuerunt ei certamina. Lotharium regem proptet peccata ſæpius excommunicauit: qui tandem cum exilio mulctauit, reliquis epiſcopis conſentientibus. Sed ab hoc paulo pòſt pet Sigebertum teuocatus eſt, mortuo Lothario.

Theodobertus, Theodorici tegis filios ac ſucceſſot, cum multa in regno contra iuſticiam & pietatem faceret, à Nicetio ſæpè taxatus eſt. Cum enim die Dominica templum ingreſſus eſſet, & ab epiſcopo excommunicatos ſecum adduxiſſet, non uoluit Nicetius ſacra peragere, niſi regis iuſſu excommunicati prius templo excederent. Cum rex ſuos aſſentatores deſormare nollet, ecce obſeſſus clara uoce proclamat, tegem adulterum eſſe, & nihil non autoritate tegia ad ſcelera abuti. Quibus clamoribus rex motus, ſceleratos illos egredi iuſſit, & epiſcopo ſe ſubmiſit.

Oppoſuit etiam ſeſe Imperatori Iuſtiniano, eiusq́; errorem, quo Chriſtum purum hominem aſſerebat, refutauit: ut patet ex epiſtola ad ipſum, & reginã Longobardorũ.

Fuit multis præclaris donis ornatus. In concionando enim fortis erat, ac ſine perſonarum reſpectu cuilibet ſua peccata monſtrabat. In arguendo acris & uehemens, in confirendo ac pericula ſuſtinendo conſtans, in docendo prudens & circumſpectus, nullius minas metuebat, nec ullius blanditijs ſibi imponi permittebat.

Mari & terra de uita periclitatos eſt ſæpe: ſed tamen diuinitùs liberatus. Aredium conuertit, & ex aulico abbatem fecit.

Poſtremò ſebte correptus obijt, ac ſepultus eſt in baſilica S. Maximini, ut refert Gregorius Turonenſis in Vitis pattum cap. 17. in fine. Vixit ſub Iuſtiniano. De eo Fortunatus inter alia hæc ſcribit, lib. 3.

*Splendor, apex fidei, uenerabile mente Niceti,*
*Totius orbis amor, Pontificumq́; caput:*
*Summus Apoſtolico præcellens paſtor ouili,*
*Auxiſti meritis quicquid honoris habes.*
*Diuino inſiſtens operi, terrena relinquis:*
*Cum moritur mundus, non moriture manes.*
*Vita breuis cunctis, ſed non breuis illa beatis:*
*Cum bona non pereant, iure perennis eris.*
*Dum tibi reſtrictus maneas, & largus egenis:*
*Quod facis in minimis, te dare crede Deo.*
*Captiuus quicunq; redit, ſua limina cernens:*
*Ille lares patrios, tu capis inde polos.*
*Hic habet exul opem, ieiunus inuenit eſcam:*
*Qui uenit eſuriens, hinc ſatiatus abit.*
*Triſtibus imponis curas, purgando querelas,*
*Et ſanat cunctos una medela uiros.*
*Pauperis hinc lachrymas deſiccans, gaudia præſtans,*
*Qui prius ingemuit uota ſalutis habet.*
*Te paſcente greges, nunquam lupus abripit agnos:*
*Sunt bene ſecuri quos tua caula tegit.*
*Templa uetuſta Dei reuocaſti in culmine priſco,*
*Et floret ſenior te reparante domus.*
*His populis longos tribuas pia uota per annos,*
*Et maneas paſtor, ne lacerentur oues.*

Clatuit autem ſob Iuſtiniano.

*Goar.*

Goar presbyter ex Aquitania uenit, ac in diœceſi Treuerenſi, in pago Trigorio, ſuper riuulum qui Vuochara dicitur, templũ in honorem Mariæ ædificauit, in quo dies & noctes cultui diuino operam dedit. Multos paganos conuertit, & ægrotos oratione ſanauit. Regino libro primo, & Vincentius libro uigeſimoſecundo, capite 13.

Com autem infans, cuius parentes ignotabantur, clàm expoſitus fuiſſet, epiſcopus nomine Ruſticus de donis Goaris periculum factururus, ipſum quaſi coegit, ut infantis parentes uaticinando indicaret. Goar in nomine Trioitatis puerum coniurauit, ut parentes denominaret. Puer reſpondit: Ruſticus epiſcopus pater meus eſt, & Aflagra mater. quibus auditis, expaueruot & epiſcopus & Goar: qui tameo epiſcopo ſuaſor fuit, ut ob commiſſom peccatum pœnitentiam ageret.

Hoc & ſimilibus miraculis celebris factus, uocatur à Sigeberto Francorum rege ad epiſcopatom Treuireoſem. Claruit autem ſub Mauricio Imperatore.

*Victorinus.*

Victorinus epiſcopus Maſsilienſis fuit, qui filium regis Perſarũ à diabolo liberauit. Hartman Schedel in 6. ætate muodi. Floruit ſub Iuſtiniano.

Theodo-

## THEODORVS.

Theodorus eccleſiæ Maſilienſis epiſcopus, maximas perſecutiones à Diuamio Prouinciæ præfecto paſſus eſt, clericis inſtigantibus, & doloſè epiſcopi diſpoſitionem urgentibus. Cum aũt ad Childebertũ epiſcopus tenderet, in itinere interceptus à Gũthranno rege cuſtoditi iubetur. Hoc audito clerus Maſilienſis lætatur, quòd in exiliũ mittendus eſſet epiſcopus. Domum igitur ipſius occupat, ſingula deſcribit, promptuaria ſpoliat, ſecretoria ipſius aperit, & omnes res eccleſiaſticas, quaſi epiſcopus iam mortuus eſſet, peruadit, ac omnia crimina in epiſcopum iacit.

Sed iuſſu Gildeberti regis per Gundulphũ ducem, ſuæ eccleſiæ reſtituitur epiſcopus. Cum autem Diuamius id uideret, ueniam facti petijt, ac ducem muneribus donauit: inſuper iuramento firmauit, ſe in poſterum & regi & epiſcopo obtemperaturum.

Huius uerò ſceleris autores, inter quos præcipuus fuerat Anaſtaſius abbas, tecta Diuamij petierunt, ut ab eo, à quo ad defectionem ſollicitati fuerant, defenderentur. Multi tum ex eis per fideiuſſores idoneos ad regem remiſsi ſunt.

Diuaminus poſt abitum ducis, immemor ſui iuramenti Childeberto regi dati, iterum à Gunthranno impetrat epiſcopi depoſitionem: & eodem modo, ut antea, eum tractat. Epiſcopus uerò ad regem Gunthrannũ perductus, ac inſons repertus, ſecundò epiſcopatui ſuo reſtitutus eſt, & ſummo cum gaudio à ſuis ciuibus exceptus. Turon. lib. 6. cap. 11.

Cum autem Maſilia in regis Childeberti poteſtatem ueniſſet, epiſcopus tertiò eiectus eſt. Adfuit enim Rathatius, quaſi iuſſu Childeberti eò miſſus. Hic epiſcopum circumdat, fideiuſſores poſtulat, ac Gunthranno ſiſtit, ea conditione, ut in ſynodo Matiſconæ cõgreganda, ab epiſcopis damnetur. Sed Ratbarius huius ſuæ perfidiæ ſatis graues pœnas dedit. Epiſcopus uerò à Gũtbranno rege detentus eſt, ſed nihil incommodi à rege ei accidit. Tẽpore huius ſynodi Gunthrannus ita grauiter decumbebat, ut de uita ipſius quidam deſperarent: hac occaſione iterum ad ſuum epiſcopatum redijt. Turon. libro octauo, capite uigeſimo. Circiter annum regni Childeberti ſextum.

## SERENVS.

Serenus Maſiliç epiſcopus, circa annum Domini 600 uixit, & imagines propterea quòd adorabantur confregit. Ad hunc ſcripſit Gregorius in hunc modũ: Te, quòd pio zelo, quod manu factũ eſt adorari nõ paſſus fueris, laudo: ſed quòd imagines fregeris, reprehendo. Aliud enim eſt, picturam adorare: aliud, per picturæ hiſtoriam, quid ſit adorandum addiſcere. lib. 7, indictione 2. item libro nono, indictione quarta. Vixit ſub Mauricio.

## FORTVNATVS.

Venantius Honoriua Clementianus Fortunatus, natiõe Italus, natus in loco qui Duplabilis dictus fuit, qui non procul à Tauriſina diſtat ciuitate: Rauennæ tamẽ altus eſt, & in diuinis Scripturis eruditiſsimus euaſit: inſuper proſa & carmine inter doctores ſui ſeculi excelluit. Amore autẽ Martini, à quo oculorum dolore ex ſuperſtitione ſomniabat ſe liberatum eſſe (ut ipſe ſcribit libro 8) in Galliam profectus eſt: ac primò Turonis, poſtea Pictauis ſedẽ fixit: ubi primùm preſbyter, poſtea epiſcopus ordinatus eſt: ut referunt Regino libro primo, Auentinus libro tertio. Et Gallos ad mitiorem uitæ cultum ſcriptis & exemplo reduxit: ut autor eſt Platina de uitis Pontificum, de Ioanne tertio.

Multos autem libros ſcriptos poſt ſe reliquit, quos Iohannes à Trudenheim hoc ordine & numero recenſet.

De excidio Thuringorum, lib. 1.
Ad Iuninium de Radegunte, lib. 1.
Ad Iuſtinum iuniorem, lib. 1.
Ad Sophiam Auguſtam, lib. 1.
In perſona Radeguntis, lib. 1.
In laudem Martini epiſcopi, lib. 1.
De Leontio uenerabili epiſcopo, lib. 1.
De eodem, laudia lib. 1.
Hymnorum 77, lib. 1.
De miraculis S. Martini, lib. 4.
Vitam S. Hilarij Pictauienſis, lib. 1.
Vitam S. Mautilij, lib. 1.
Carminum ad amicos, lib. 1.
Hodœpoticum uitæ ſuæ, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Plura & Epitaphia & uerſus breues ſcripſit.

Ad diuum Gregorium Magnum epiſcopum Romanũ ſcripſit undecim libros Carminum, in quorum ſecundo Ode tertia eſt ille hymnus, q canitur die paſsionis Chriſti:

*Crux fidelis inter omnes*
*Arbor una nobilis.*

Et Ode 6, eiuſdem libri, eſt illud Elagiacũ ad Felicem de Paſchate:

*Salue feſta dies, toto uenerabilis æuo,*
*Qua Deus infernum uicit, & aſtra tenet.* Auentinus libro tertio.

Scripſit & ad Sigebertum Gallorum regem, librum de adminiſtrando regno: ut affirmat Platina de uitis Pontificum.

Literis mandauit & uitam Albini confeſſoris. Turonenſis in gloria Confeſſ. cap. 96.

Næuum habuit, quòd operibus aliquam cauſam ſalutis tribuit, dum ea paſsim nimis prædicat. Item, quòd non ſolum Deũ, ſed

& ſanctos inuocandos eſſe putauit, ut paſſim ex eius ſcripris apparet.

In hoc etiam culpæ obnoxius eſt, quòd paſsim in Epitaphijs epiſcopos bonos & malos æqualibus encomijs ornat. contra illud: Væ qui bonum dicit malum, &c.

Poſtremò mortuus eſt Pictauis, & ſepultus: cui Epitaphium ſcripſit Paulus Diaconus, ſicut ipſe reſtatur lib. 2. cap. 9. de rebus geſtis Longobardorū. Claruit anno Domini 576, iuxta Sigebertū, ſub Iuſtino iuniore.

PIENTIVS.

Pictauienſis eccleſiæ epiſcopus fuit Pientius. Turon. lib. 4. cap. 18.

PASCENTIVS.

Pientio mortuo in epiſcopatu Pictauienſi, ſucceſsit Paſcentius, ædis S. Hilarij abbas. Turon. lib. 4. cap. 18.

MEROVEVS.

Meroueus Pictauienſis epiſcopus, legatos exercitus Gunthranni duriter excepit. Hac re irritati milites, regionē uaſtant, templa incendunt, ac poſtea propius urbem accedunt. Hoc incolæ uidentes, fiunt regi ſupplices. At miles intra urbem receptus, epiſcopum ut infidelem accuſauit, & in eum irruit. Epiſcopus in illis anguſtijs uerſans, calicem aureum fregit, & ex illo monetam fieri curauit, qua & ſe & populum ab hoſte redemit. Turonenſis libro 7. cap. 24.

Floruit circiter annū Childebarti decimū.

LEONARDVS.

Leonardus patria Cenomanenſis, diſcipulus Remigij. Vincent. lib. 21. cap. 11. Primū in monaſterio non procul à Lemonica urbe fuit. Vocatus eſt poſtea ad epiſcopatū Lemonicēſem. Henricus de Erphurdia ca. 49.

Clodouei regis uxor, cum in partu periclitaretur, & in medicis nulla ſpes ſalutis appareret, à Leonardo ſeruata eſt. Multos præterea infirmos ad ſe uenientes curaſſe dicitur.

Habuit & Antichriſti notas. Nam à rege, multa munera pro ſancta coniuge offerente, petijt ut ſibi de ſylua, in qua regina pepererat, tantū cōcederet, quantū una nocte aſino circuire poſſet: quod rex fecit. Ibidem monaſteriū cōſtruxit, & duos monachos apud ſe habuit. Deinde uenerunt ſeptē familiæ ex eius genere, quas omnes diſtributis nemoribus apud ſe retinuit. Vincēt. li. 12. ca. 11.

Vincentius libro eodem, cap. 12 nugatur, ad eius ſepulchrum miracula eſſe facta: quæ ſi uera ſunt, ad mendacia ſigna 2. Theſſal. 2 rectè referuntur. Floruit ſub Anaſtaſio.

LVPPONVS.

Lupponus fuit epiſcopus & abbas in eccleſia Auguſtodunenſi. Claruit ſub Iuſtino iuniore. Gregor. lib. 11. cap. 12.

SIAGRIVS.

Fuit Siagrius epiſcopus Auguſtodunēſis. Laudatur à Gregorio, quòd multū adiuuerit Auguſtinum uicinum ſuum, in conuertenda gente Anglorū. Gregor. lib. 7. cap. 112. Extat quoq; in Fortunato epiſtola ad hunc Siagrium, ſcripta proſa oratione à Fortunato, lib. 5. Claruit ſub Mauricio.

MENATES.

Menates fuit epiſcopus in diœceſi Romanæ eccleſiæ: & poſtea à Gregorio in Galliā miſſus, Auguſtodunenſis eccleſiæ epiſcopatum accepit. Verùm in leuitatem uitæ ibi lapſus, & omnino degener factus, depoſitus, & Romam ad caſtigationē remiſſus eſt. Gregor. lib. 7. cap. 117. Sub Mauricio.

SIMPLICIVS.

Simplicius Egemonio in epiſcopatu Auguſtodunenſi ſucceſsit. Multos conuertit. Idololatriā, quam eius urbis incolæ exercebant cum Berecynthia, abrogauit. Duxit in uxorem honeſtæ familiæ uirginē, & pauperibus abūdè eleemoſynas largitus eſt. Gregor. Turon. in glor. Confeſſ. cap. 76. 77.

REVTICIVS.

Reuticius honeſtis parentibus natus, Auguſtodunenſis eccleſiæ epiſcopus electus, uxorē habuit. Turonenſis in glor. Confeſſ.

GREGORIVS.

Gregorius patre Senatorij ordinis ciuitatis Auguſtodunenſis natus fuit: ac primis artibus bene imbutus, iſtius regionis adminiſtrationem affectauit. Voti compos factus, eam 40 annos ſumma cum laude rexit: iuſticiamq; exercens, ſeriò in ſceleratos animaduertit. Ex Armentaria Senatorij ordinis fœmina, quam matrimonio ſibi copulauerat, liberos ſuſcepit. Ea mortua, ad Deum conuerſus, eccleſiæ Lingonicæ epiſcopus ordinatur.

Miraculis etiam claruit. nam ex obſeſsis diabolum uirtute uerbi Dei eiecit. Victu frugali & tenui utebatur, ut ad cultum diuinū Deo præſtandum expeditior eſſet. Pauperibus largè eleemoſynas diſtribuebant. Cū uxore caſtè in matrimonio uiuebat, filiosq; pietate erudiebat.

Iter Lingonas faciēs, in uia febri acuta correptus eſt, qua debilitatus ex hac uita migrauit nonagenarius, anno epiſcopatus ſui 33. Extat epithaphium eius apud Fortunatum lib. 4. cap. 2.

*Poſtquam ſidereus diſrupit tartara princeps,*
*Sub pedibus iuſti mors inimica tacet.*
*Hoc ueneranda ſacri teſtatur uita Gregori,*
*Qui modò poſt tumulos intrat honore polos.*
*Nobilis antiqua decurrens prole parentum,*
*Nobilior geſtis nunc ſuper aſtra manet.*
*Arbiter antè ferox, deq; hinc pius ipſe ſacerdos,*
*Quos domuit iudex, fouet amore patris.*
*Triginta & geminos piè rexit ouile per annos,*
*Et grege de Chriſti gaudia paſtor habet.*

Signa

*Si quæras meritum, produnt miracula rerum,*
*Per quæ debilibus fertur amica ſalus.*

PROMOTVS.

Promotus in arce Dunenſi epiſcopus, à rege Sigilberto conſtitutus, & poſt mortem regis exautoratus eſt: propterea quòd illa eccleſia diœceſi Carnotéſi ſubiecta, & ei mādatum ut presbyteri munere tantum fungeretur. Cum autem ille obnixè à rege reſtitutionem peteret, obſtitit Pappolus Carnotenſis eccleſiæ epiſcopus, qui iudicio epiſcoporum probabat hanc eccleſiam ſuæ iuriſdictionis eſſe: obtinuit igitur Promotus apud regem nihil aliud, quàm ut propria quæ in iſtius arcis tentorio habebat, reciperet. Turon. lib 7. cap. 17. Claruit circiter annū nonum regni Childeberti.

PALLADIVS.

Palladius Sanctomiæ eccleſiæ epiſcopus, regem Gunthrannū grauiter offendit, quòd Gundoualdum regem agnouiſſet, & ſuſcepiſſet. Eſtq; ob eo perfidię accuſatus. Turon. lib. 8. cap. 2.

Cum Palladius die Dominica ſacra peragaret, & regi interroganti quis eſſet? reſponſum fuiſſet, Palladiū eſſe: iratus rex, inquit: Qui mihi ſemper infidelis & perfidus fuit, ille iam ſacra peragat? Remouete eum, uel diſcendam.

Sacerdotes intelligentes regem ad iram cōmotum, eum placarunt, & Palladium ei reconciliarunt. Poſtea uerò ille ad conuiuiū à rege inuitatus, cū Berthranno epiſcopo rixatus eſt: & ſibi inuicé adulteria, fornicationem, imò & perfidiā exprobrabant. Hæc cōtentio quibuſdam grata erat: quibuſdā uerò admodū moleſtū, occaſionem dari alijs ſiniſtrè cogitandi de epiſcopis, Turon. li. 8. ca. 7.

Cōſtauit etiā hac re ſibi inimicitiā regis, quòd nūcios Fredegūdis reginę Gūthrauni inimicæ, in Hiſpaniā profecturos, hoſpitio excepiſſet. A' quo crimine ſe tamē purgauit contra Anteſtiū accuſatoré. Turon. cap. 43.

FABIVS.

Fauſto Auſcēſis eccleſiæ epiſcopo, ſucceſsit Fabius. Turonenſis libro 8. cap. 22.

MARACHARIVS.

Marachsrius primò comitatum Aequolinenſem rexit, poſtea epiſcopus eſt ordinatus. Cum auté eccleſias, uel eccleſiæ domos & extruxiſſet, & ornaſſet diligentiſsimè, ſeprimo ſui epiſcopatus anno ab inimicis ueneno ſublatus eſt. Turon. lib. 5. cap. 36. Circiter aunum quintum regni Childeberti.

FRONTONIVS.

Marachario ſucceſsit Frontonius, qui annum tantum iſti epiſcopatui præfuit. Et creditur diuinitùs punitus fuiſſe, quia huius conſilio Marachario uenenum datum fuerat. Turon. lib. 5. cap. 36.

HERACLIVS.

Frontonium ſubſequitur Heraclius Burdegalenſis, qui olim Childeberti ſenioris legatus fuerat. Eū multis iniurijs affecit Nantinus comes, ut auūculi ſui Marachariј mortem ulciſceretur. Poſtremò partim contentionibus fractus, partim ſenio cōfectus, expirauit. Turon. lib. 5. cap. 36.

CHARTERIVS.

Petragoricæ eccleſię epiſcopus fuit Charterius. Sub eius nomine, ut hoc modo regi ſuſpectū redderet, ſcripſerat literas eius diaconus Frōtonius, in quibus inter cętera erat, epiſcopum dixiſſe, ſe ex paradiſo ad inferos deſcendiſſe: hoc eſt, ex regno Gunthranni in tyrannidem Chilperici. Hæ literæ interceptę à Nouichio Lemonicę ciuitatiſ pręfecto, ad regem mittuntur. Rex epiſcopum ad ſe uocauit, & hęc ei propoſuit. Epiſcopus ſeſe innocenté eſſe oſtendit, & hæc inſidijs Frontonij & Nonichij eſſe facta probauit. Quare rex certior factus de innocentia epiſcopi, eum cum gratia domū dimiſit: & pro diacono orauit, ut ei offenſam condonaret. Turon. lib. 6. cap. 22.

CHRONOPIVS.

Fuit epiſcopus ciuitatis Petrocoricæ, ut ex Epitaphio apparet:

*Si terrena facer quondam tibi cura fuiſſent.*
*Carmine plus lachrymas quàm modò uerba darem.*
*Sed quia tu mundus, nec ſunt tibi crimina mundi:*
*Nos gaudere mones, qui ſine morte manet.*
*Antiſtes pietate calens, uenerande Chronopi,*
*Membra ſepulchra tegunt, ſpiritus aſtra tenet.*
*Ordo ſacerdotum cui fluxit utroq; parente,*
*Venit ad hæredem pontificalis apex:*
*Nobilis antiquo ueniens de germine patrum,*
*Sed magis in Chriſto nobilior merito.*
*Sic uultu ſemper placidus, tumente ferenus,*
*Pectore ſincero, front ſine nube fuit.*
*Cuius ab eloquio nectar per uerba fluebat,*
*Vicerus ut dulces ore rigante fauor.*
*Nudorum tu ueſtis eras, algentis amictus:*
*Qui tua tecta petit, tectus & inde redit.*
*Diuitias omnes inopum ſub uentre locaſti,*
*Vnde tibi ſemper uiua talenta manent.*
*Impleſti proprijs uiduatam uiribus urbem:*
*Viderunt q; ſuos te redimente lares.*
*Quam lupus à ſtabulis tulerat frendente rapinam,*
*De paſtore gregis reddita plaudit ouis.*
*Templa uetuſta celer reuocaſti culmine priſco,*
*Hinc tua ſed cœlis ſtat ſine labe domus.*
*Ipſe bis octono uixiſti corpore luſtro,*
*Nunc tibi pro meritis eſt ſine fine dies.*

Fortunatus libro quarto. Claruit ſub Iuſtino iuniore.

MELANIVS.

Melanius Redonenſis epiſcopus, ex uilla Placio oriūdus, generis nobilitate & forma inſignis, diabolū ex monacho eiecit: & Eu-

logiam in ſinum Marſi cuiuſdã cadentem, & in cingulum ſerpentis uerſam, orando in priorem formam mutauit. Henricus de Erphord. cap. 49. & Vincentius lib. 21. cap. 24.

Iuſſu Clodouei regis ſynodum 32. epiſcoporum, quæ prima à Francis habita eſt, congregauit. Vincentius lib. 21. cap. 23. Meminit etiam eius Turonenſis in glor. Confeſſ. cap. 55. Vixit ſub Anaſtaſio Imperatore.

### PROTASIVS.

Fuit epiſcopus de Aquis Galliæ. Gregor. lib. 5. cap. 155. Claruit ſub Mauricio.

### FAVSTINIANVS.

Cum Gundoualdus Burdegalæ uerſaretur, & epiſcopi Bertranni familiaritate uteretur, iuſsit Fauſtinianum presbyterum ciuitati Aquenſi epiſcopum ordinari. Turon. lib. 7. cap. 31. Sed in ſynodo Matiſconenſi iuſſu regis Gunthranni Fauſtinianus deponitur, ea lege, ut Oreſtes & Palladius, qui eum ordinauerant, centum aureos quotannis ei numerent. Turon. lib. 8. cap. 20.

### NICETIVS.

Nicetius laicus Aquenſis ciuitatis epiſcopus factus eſt, depoſito Fauſtiniano in ſynodo ad Matiſconenſem ciuitatem celebrata: ut refert Gregor. Turon. eodem loco. Claruit ſub Mauricio.

### METRIAS.

Metrias Aquenſis eccleſię epiſcopus fuit, quem poſt obitũ ſigna feciſſe nugatur Turonenſis, in gloria Confeſſ. cap. 71.

### PIENTIVS.

Pientius Aquenſis eccleſiæ epiſcopus, miſertus Theodori epiſcopi Maſsilienſis capti, & in exilium abducendi, addidit ei conſolationis gratia clericos, & rebus neceſſarijs inſtruxit. Turon. lib. 6. cap. 11.

### VILLICVS.

Fuit ſub Iuſtino iuniore epiſcopus Metenſis tempore Gregorij, homo pius & doctus, ſicut eum prædicat Fortunatus, qui ita ad eum ſcribit:

*Vrbs munita nimis, quam cingit murus & armis,*
*Pontificis merito ſtas ualitura magis.*
*Villicus ætheteis qui ſic bene militat armis,*
*Stratus humi genibus te leuat ille ſuis.*
*Vnde humilis terris te proijcis alme ſacerdos,*
*Orando hinc patriæ ducis ad aſtra caput.*
*Fletibus aſsiduis acquiris gaudia plebi,*
*Paſtoris lachrimis lætificantur oues.*
*Et licet incluſo lupus inſidietur ouili,*
*Te cuſtode gregis nil ibi prædo nocet.*
*Si poſcit nouus hoſpes, et mox porrigis eſcas,*
*Inuenit & proprios ad tua tecta lares.*
*Protegis hinc nudos, illinc tu pacis egentes:*
*Nil tibi reddit inops, reddit amore Deus.*
*Culmina templorum renouas tu Villice cultor:*
*Cum ueniet Dominus, ſtat labor ecce tuus.*

*Commiſſum uideo non ſuffodiſſe talentum,*
*Sed magis optatum multiplicatur opus.*
*Longius extenſos peragas tam digna per annos,*
*Et maneat ſemper nomen opime tuum.*

### SYLVESTER.

In epiſcopatu Lingonicenſi Syluester ſecutus mortuum Tetricum, in itinere uerſus Lugdunum perijt epilepſia. Gregor. libro quinto, capite quinto.

### PAPPOLVS.

Pappolus olim Auguſtodunenſis archidiaconus, ſucceſsit Syluestro, & ſceleribus multis inſignis fuit: quæ Gregorius modeſtia quadam præterit. Octauo ſui epiſcopatus anno diœceſes & eccleſias circuiuit: cui de nocte apparet uiſio, forma Tetrici epiſcopi ſtomachabundi, & eum ſcelerum & malæ uitæ arguentis, quòd commiſſas ſibi oues non fideliter paſceret. Qua exterritus, tertio die ſanguiné euomens expirauit: & Lingonas delatus, ſepultus eſt. Turon. libro quinto, capite quinto.

### MVMMOLVS.

Mummolus abbas cognomine Bonus, ſucceſsit Pappolo, & multis uirtutibus epiſcopo dignis ornatus fuit: iuſticia ſcilicet, caſtitate, ſobrietate. Cum intellexiſſet Lampadium diaconum eccleſiam ſpoliaſſe, & pauperes defraudaſſe, eum omni ſubſtantia exutum ab officio remouit. Turon. lib. 5. cap. 5.

### MVNDERICVS.

Mundericus à clericis electus eſt, ut Tetrico ſenio iam confecto in epiſcopatu Lingonicenſi ſuccederet. Sed cum regem offendiſſet, in carcerem coniectus eſt: in quo duos annos magnis cruciatibus detentus, fuga elapſus ad Sigilberti regnum abijt, ac eccleſiæ Ariſitenſis uici epiſcopus conſtitutus eſt. Gregor. Turon. lib. 5. cap. 5.

### TETRICVS.

Tetricus Gregorij Lingonicenſis epiſcopi filius, eccleſiæ arcis Diuionenſis præfuit: poſtea patri ſucceſsit. Turon. lib. 4. cap. 16. & in Vitis patrum cap. 7. Epitaphium eius tale apud Fortunatum extat:

*Palma ſacerdotum uenerando Tetrice uultu,*
*Te patriæ ſedes, nos peregrina tenent.*
*Te cuſtode pio nunquam lupus abſtulit agnum,*
*Nec te ſure timens paſcua carpſit ouis.*
*Sed qui luſtra gerens, & per tres inſuper annos.*
*Rexiſti placido paſtor amore gregem:*
*Summus amor regum, populi decus arma parentum,*
*Eccleſiæ cultor, nobilitatis honor.*
*Eſca inopum, tutor uiduarum, cura minorum:*
*Omnibus officijs omnia paſtor eras.*
*Sed cui præbebat uarie tua cura medelam,*
*Funere rectoris plebs modò triſte gemit.*
*Hoc tamen alme pater ſperamus, dignus in aſtris*
*Qualis honore nites, hic pietate probas.*

Vixit

Vixit ſub Iuſtino Iuniore.

SVBAVDVS.

Subaudus Arelsteuſis epiſcopus, ſucceſſorem habuit Licernion, Gunthranni regis referendarium. Turon.lib.8.cap.39. Sub Iuſtiniano Imperatore uixit.

ETHERIVS.

Meminit huius Etherij Ioan.discouus in uita Gregorij, inquiens eum fuiſſe epiſcopum Arelatenſis eccleſiæ: à quo hoſpitio ſuſceptus, & in epiſcopũ conſecratus fuit Auguſtinus, in Britanniam proficiſcens. lib. 2. cap. 35. Claruit ſub Msuricio.

VIRGILIVS.

Virgilius Auguſtodunenſis abbas, Licerio mortuo in epiſcopatu Arelatenſi ſucceſſit, auxilio & promotione Siagrij epiſcopi. Turon.lib.9.cap.23.

ALCIMVS AVITVS.

Alcimus Auitus, natus iu urbe Vienna, patre Iſicio ſenatore & epiſcopo, & matre Audentia, à teneris annis literis humanitatis deditus. in ijs adeò profecit, ut facilè cum doctiſsimis comparari poſsit: ſicut & Beatus Rhenanus inter præcipuos diuinoloquos poetas, Aurelium uidelicet Prudentium, Aratorem, & huiuſce dignitatis atque ſauctimoniæ [illegible] eum ponere non dubitauit. Quam uis autem ampliſsimum & locuples ipſum maneret patrimonium: tamen ex ſuperſtitione ualedicẽs mundo, monasticeu profeſſus eſt in cœnobio diuorum Petri & Pauli, ad urbis Viennenſis mœnia. Indè patre mortuo in epiſcopatu Viennenſi ſuccedens, tam pia doctrina quàm uitæ ſanctimonia claruit.

Scripſit libros Heroico carmine:

De Origine mundi, lib.1.
De peccato originali, lib.1.
De ſententia Dei, lib.1.
De diluuio, lib.1.
De tranſitu maris rubri, lib.1.

In illis apparet, quòd fuerit rerũ phyſicarum ſtudioſus, dum formationem hominis planè phyſica ratione deſcribit. lib. 1. de origine mundi. Item quòd ſedulò uerſatus fuerit in lectione optimorũ poetarum: quoniam ſæpe alludit ad uerſus Virgilij, Ouidij, Horatij, & Homeri, quem etiam citat libro tertio.

In ſcripto de dilnuio reijcit deſcriptionẽ Ouidij, appellans eam fabulam mendacẽ: & ſubindicat ibidẽ, Gabrielem angelũ miſſum eſſe ad Nohan, ut ipſi diluuium prædiceret.

Scripſit & librum de Conſolatoria caſtitatis laude, quem dedicauit Fuſinæ ſorori ſuæ. citat in eo Prudentium. Habuit & orationem de inſtitutione feſti Rogationũ, ad populum Viennenſem.

Scripſit etiam libros 9. Epiſtolarum ad diuerſos, & Homiliarũ multarum lib. 1. ut refert Trithemius.

¶ Rectè docet Alcimus de Deo, ut etiam reliqui huius ſeculi doctores: ſicut in Capite de Doctrina recenſuimus.

De peccato originis & hominis lapſu peculiarem edidit libellum. De reparatione hominis præclarè inquit:

*Sed tu Chriſte potẽs, cui ſemper parcere promptũ eſt,*
*Tu figulus maſſam potis es reparare caducam,*
*Et confracta diu reſolutaq́; fingere uaſa.*

Angelos docet propria temeritate lapſos: & quomodo homines decoperit diabolus, deſcribit in libro de peccato originis:

*Vidit ut iſte nouos homines in ſede beata,*
*Ducere felicem nullo diſcrimine uitam,*
*Lege ſub accepta Domino famulatier orbis,*
*Subiectiſq́; frui placida inter gaudia rebus:*
*Commouit ſubitum zeli ſcintilla uaporem,*
*Excreuitq́; calens in ſæua incendia liuor.*

De baptiſmo in libro de Tranſitu maris rubri inquit:

*Inclitus egregium ſolenni carmine ductor*
*Deſcribit factum, toto quod pſallitur æuo.*
*Cum purgata ſacris deletur culpa fluentis,*
*Emittitq́; nouam parientis lympha lauacri*
*Prolem, poſt ueteres quos edidit Eua reatus,*
*De qua ſermonem præmiſſo carmine ſumpſit.*
*Luctificos replicat tenuis dum pagina lapſus.*

De materia Cœnæ inquit:

*Edendum ex utero purum ſine ſemine corpus.* Item:
*Porrexitq́; ſuis ſacro de uulnere potum.*

De Eccleſia iuquit: Eccleſia eſt nauis quæ nos per uarios caſus uelut inter marinos gurgites ducit, dum res quidem noſtras obtrectationum & blaſphemiarũ ſtridor', quaſi laxata laterum compage reuerberet: ſed puppim ueritatis ſoliditate conſtructam penetrare non poteſt, quod fatigat. Alcimus iu homilia de prima feſti Rogationum inſtitutione.

De coniugio rectè inquit:

*—Nec ſeparet alter, Quod iungit ſociatq́; Deus.—*

Cæterùm quia non inſtituit integras rerum explicationes, ideo non poſſunt ex eo pleniora dogmata peti.

¶ Certamina plurima habuit cum hæreticis. Primùm enim Gundsbaldũ Burgundionum regem in Arianorum hæreſin lapſum, magno cum labore in Eccleſiæ catholicæ conſenſionẽ reſtituit. Deinde eius hortatu aduerſus Arianam factionem, quæ Africam omnem cum Sardinia, & magna parte Galliæ ac Italiæ occupauerat, Dialogos aliquot edidit.

Coutra Neſtorianos, Eutychianos, Sabellianos, duos libellos ſcripſit. Et cũ Fauſtus ex Abbate Lyrienſis monaſterij apud Rhegium epiſcopus factus, in Pelagij errorem, ut Ado Viennẽſis refert, lapſus eſſet, aſſerens

liberi erbitrij illuminationem & uirtutem non à Chriſto, ſed à netura eſſe, contre hunc quoq; errorem librum edidit.

Rebenum in epiſtola ed Humbertum ſcribit, eum etiã Gundobeldum ob crudelitatem, que iniuſtè homines ſupplicijs ſubijciebet, per epiſtolam excommunicaſſe. Synodo Epaunenſi interfuiſſe uidetur. Euodius celebrat eius pietatẽ in Epipbanio Ticienſi, quòd ad redimendos captiuos Ligures pecuniem ipſe regi ſuppeditauerit.

Cleruit, teſte Sigeberto, circiter ennum Domini 490. ſub Zenone & Aneſteſio. Sepultus eſt in monaſterium diuorum Petri & Pauli, epud ſenatoriam Viennenſium urbem: ut ſcribunt Adon, Gennadius & Tritbemius. Epithapbium tale extat in Adone, ætate 6.

*Vnus in arce fuit, qua quolibet ordine fandi*
*Orator nullus ſimilis, nulluſq; poeta,*
*Clamant quod ſparſum per crebra uolumina libri,*
*Qui uixit, uiuit, perq; omnia ſecula uiuet.*

EVANTIVS ET VITVS.

Viennenſes epiſcopi fuerunt. Turon lib. 8. cep. 39. Cleruerunt ſub Iuſtiniano.

PANTAGATVS.

Ex conſule Viennenſis epiſcopus factus, quinq; ennos eccleſiam rexit. Adon. in com men. 4. ætatis. Floruit ſub Iuſtiniano.

DOMNINVS.

Domninus Viennenſis epiſcopus, paupe ribus eleemoſynas largiter diſtribuebat, captiuos redimebet. Adon in 6 ætate. Sub Iuſtiniano.

NAMATVS.

Namatus Viennenſis epiſcopus, anno ætatis ſuæ 70. uitam cum morte commutauit. Adon in 4 ætate. Sub Iuſtino iuniore claruit

VERVS.

Verus Viennenſis epiſcopus, ſub Mauricio erat. Adon in 4 ætate.

DESIDERIVS.

Vero In epiſcoptu Viennẽſi ſucceſsit Deſiderius dieconus, patria Auguſtodunenſis. Cum autem Brunichildem reginam de peccatis & impietate redarguiſſet, iuſſu eiuſdẽ à comitibus in territorio Lugdunẽſi ad fluuium Caleronem interfectus eſt. Adon in 4. ætate. Meminit huius Deſiderij Gregorius lib. 6. Epiſtol. indict. 14. cap. 154. Vixit ſub Mauricio.

AGRAECVLA.

Eccleſiæ Cebillonenſis epiſcopus fuit Agræcula, ſenatorio genere ortus, ac prudẽs. Etſi edeò doctus non eſſet, naturali facundia tamen plurimùm ualebet. Temperanter uiuebat. nam cœna tentum utebetur, prendio uerò nunquem. Anno Childeberti regis quinto, epiſcopatus uerò ſui 48, ætatis 83, mortuus eſt: & Flauum Gunthtanni regis referendarium ſucceſſorem babuit. Gregor. Turon. lib. 5. cep. 45.

VERANVS.

Verenus Cabillonenſis epiſcopus Childeberti filium baptiſeuit, & multos infirmos auxilio Dei ſeniteti reſtituit. Turonenſis libro nono, capite quarto.

SYLVESTER.

Eccleſiæ Cabillionenſi præfuit annos 42. Turon. in glor. Confeſſ. cap. 85.

MAVRILIVS.

Cadurcẽſis epiſcopus Meurilius, ſub Chil deberto, in ſacta Scriptura eruditiſsimus, Genealogies ueteris Teſtamẽti exactiſsimè memoriter recitare nouit. In pauperes liberalis erat, in iudicijs iuſtus, ac pauperũ patronus. Cum multi ipſo adhuc ſuperſtite epiſcopatum expetiſſent, ipſe ordinauit Vrſicinum Vltrogotbo reginæ referendariũ. Tandem podegre abſumptus, diem ſuum obijt. Turon. lib. 6. cep. 42.

ETHERIVS.

Etherius eccleſiæ Lixonenſis epiſcopus, quendem ex ſuis clericis, hominem libidinoſum, ter à publica pœne, dete pro eo mulcta, liberauit. Pro eo ſcelerum patricinio ille poſtee ei banc reddidit mercedem. Cum archidiacono, qui epiſcopatum affectabet, cõſilium cæpit de interficiendo epiſcopo. Sed ſpe fruſtrati, machinantur aliũ dolum. Clamitant mulierẽ ex epiſcopi cubiculo egreſſam, & fuga elapſam, dum ipſi ad epiſcopũ properarent, ut calumnijs epiſcopum onerarent, & popolo ſuſpectum redderent, qui tum 70 annorũ erat, epiſcopo uincula inijciunt, & cuſtodiæ tradunt. Sed iis dormientibus uigilibus diuinitùs ex uinculis liberetus, ad regem Guuthtannum confugit. Aduerſerij ipſius de fuga certiores facti, mox ad Chilpericum regem accelerant, & archidiaconus epiſcopatum petit, multa probroſa in epiſcopum dicens. Sed hos ut ſuſpectos domum reuerti rex iubet: Guntbrennus uerò ad fratres ſcribit, & de epiſcopi innocentia teſtatur. Et ut erat liberalis, multis muneribus epiſcopum donet: & literis, omnibus epiſcopis ſui regni commendauit peregrinum, à quibus bumaniter & benignè exceptus & tractatus eſt. Poſtea domum reuerſus, magno cum gaudio à ſuis ciuibus ſuſcipitur. Turon. lib. 6. cap. 36. Vixit tempore Childeberti.

NICETIVS.

Nicetius ab adoleſcentia in ſacris literis inſtitutus, anno triceſimo ſuæ ætatis ordinatus eſt presbyter. Deinde conſenſu regis Childeberti ſenioris, & totius populi, eccleſiæ Lugdunenſis epiſcopus electus eſt. Ad hunc eum promouit epiſcopus Lugdunenſis, cu-

ſis, cuius nepos erat. Is enim decumbens à Childeberto rege precibus contendit, ut Nicetius in epiſcopatu ſucceſſorem haberet: cui petitioni rex locom dedit. Ex ſuo diacono malum ſpiritum, qui eum obſederat, eiecit.

Viceſimo epiſcopatus ſui anno, ætatis uerò 60. obijt. ad cuius ſepulchrum multa miracula facta eſſe, nugatur Turonenſis in Vitis patrum cap. 8. quæ reliquiarum ſuperſtitioſis colcoribus integra relinquimus.

EVMENIVS.

Fuit epiſcopus in ciuitate Nannetica, uit doctus & pius: ut Epitaphiũ eius, quod extat in Fortunato libro quarto teſtatur. Vbi de eo dicit, quòd fuerit eloquens, & ſacrarũ literarũ peritus, & liberalis in peregrinos, & in pauperes: quòd curauerit ægrotos ſumma fide, quòd extruxerit templum, quòd ipſi deniq; ſucceſſerit Felix.

FELIX.

Felix epiſcopus fuit in Nannetica urbe, ad quem Fortunatus aliquoties ſcribit proſa & carmine in poematibus ſuis, eiusq; laudes decantat. ut libro tertio inquit:

*Fida ſalus patriæ Felix, ſpe, nomine, corde,*
*Ordo ſacerdotum quo radiante micat.*
*Reſtituis terris quod publica iura petebant,*
*Temporibus noſtris gaudia priſca ferens.*
*Vox procerum, lumen generis, defenſio plebis,*
*Naufragium prohibes hic ubi portus ades:*
*Autor Apoſtolicus, qui iura Britannica uincens,*
*Littus in aduerſis ſpe crucis arma fugas.*
*Viue decus patriæ, fidei lux, autor honoris,*
*Splendor pontificum noſter, & orbis amor.*

Et paulo pòſt:

*Additur hac Felix conſors mercede ſacerdos,*
*Qui dare uult Domino dupla talenta ſuo:*
*Ad meliora trahens gentili errore uagantes,*
*Beſtia ne raperet, munit ouile Dei.*
*Quos prius Eua nocens infecerat, hos modò reddit*
*Eccleſiæ, paſtos ubere lacte, ſinu.*
*Mitibus alloquijs agreſtia corda colendo*
*Munere fœlicis, de uepre nata ſeges.*
*Aſpera gens ſaxo, uiuens quaſi more ferino,*
*Te medicante ſacer bellua reddit ouem.*
*Centeno reditu tecum menſura per æuum,*
*Meßis abundantes horrea fruge reples.*
*Immaculata tuis plebs hæc uegetetur in ulnis,*
*Atq; Deo purum pignus ad aſtra feras.*
*Vna corona tibi de te tribuatur ab alto:*
*Alter de populo uernet adepta tuo.*

Dicit inſuper Fortunatus, quòd hic Felix fluuium à ſolito curſu in aliũ locum deflexerit, & alia quædam fecerit admiratione digniſsima: libro tertio. Scripſit ad eundem Fortunatus hymnum de Paſchate in quo ſunt illi uerſus qui hodie adhuc tempore paſchatis in Eccleſijs cani ſolent:

*Salue feſta dies, &c.*

NONNICHIVS.

Nannetanæ eccleſiæ epiſcopus Nonnichius, filium ſuum propter ſcelera accuſatũ muneribus liberauit. Turonenſis libro octauo, capite quadrageſimotertio.

AGNVLPHVS, SEV

*Magnulphus.*

Agnulphus Toloſæ epiſcopus, cum Gundoaldo regi in conuiuio non ſatis commodè reſpondiſſet, malè tractatus eſt à Mummolo & Deſiderio duce. Cæſus enim haſtis & pugnis, & fune ligatus, in exilium mittitur, & omnibus rebus ſuis exuitur. Turonenſis lib 7. cap. 27.

LABAN.

Eo anno quo ſynodus Matiſconenſis coacta fuit, Laban Heloſenſis eccleſiæ epiſcopus mortuus eſt: in cuius locum ſurrogatus eſt Deſiderius laicus. Turonenſis libro octauo, capite uigeſimoſecundo.

BIBIANVS.

Bibiani Santonicæ eccleſiæ epiſcopi meminit Turonenſis in gloria Cõfeſſorum, capite quinquageſimooctauo: & de miraculis ad ſepulchrum eius factis, nugatur ex libro de uita eius.

BADEGISILVS.

Badegiſilus Cenomannorum epiſcopus, uir ſupra modum ferox & flagitioſus fuit: qui in ouicolas Chriſti ſuæ fidei commiſſas, ut lupus in ouili ſæuijt, earumq; bona diripuit. Hanc crudelitatem innatam auxit uxor, ipſo adhuc lõge crudelior ac peior, quæ in deſignandis facinoribus eum malis conſilijs armabat. Nullum tempus præterijt, quod non rixis & cauſis coram magiſtratu agendis tribuebat, & manus aliorum cædibus contaminabat, inquiens: Num ideo epiſcopus ſum, ut meas & meorum iniurias nõ ulciſcerer? Tanta inerat homini malicia & peruerſitas, ut nec fratribus parceret, ſed illos hæreditate paterna & materna ad eos ipſo iure deuoluta ſpoliaret. Cum autẽ ſextum ſoi epiſcopatus annum inchoaſſet, ſolenne conuiuiũ ſuis ciuib. apparauit, in quo febre correptus obijt. Turonenſis libro octauo, capite trigeſimonono. Claruit ſub Iuſtiniano Imperatore.

BERTHRANNVS.

Badegiſilo mortuo ſucceſsit in epiſcopatu Cenomanenſi Barthrannus Pariſiacus archidiaconus. Huic fuit maximũ certamen cũ uidua Badegiſili, muliere ineffabilis maliciæ, quæ bonis Eccleſiaſticis ut proprijs utebatur, inquiens: Hæc fuit uiri mei militia, ut res eccleſiæ datas ut proprias poſsideret. Turonenſis libro octauo, capite trigeſimo primo.

DOMNOLVS.

Domnolus primò Pariſijs monaſteriũ D. Lauren-

Laurentij rexit. qui cũ regi Clothario ſemper fidelis extitiſſet, rexit ſe gratum erga ſi delem miniſtrũ exhiberet, eum Auennienſis eccleſiæ epiſcopũ ordinare uoluit. Cum Domnolus id intelligeret, regẽ obnixè rogauit, ne ſe tam procul à ſuę celſitudinis cõſpectu remoueret: nec permitteret, ut à ſenatoribus ſophiſticis & iudicibus philoſophicis iſtius loci diuexaretur: & hanc cõditionem propter ſuam ſimplicitatẽ, ſibi magis contumeliæ quàm honori futurã. Rex igitur ipſius petitioni acquieuit. Poſtea tamẽ Innocentio Cenomannorũ epiſcopo mortuo ſucceſsit. Claruit & miraculis. nã claudum curauit, & cæco uiſum reſtituit. Viceſimoſecũdo ſui epiſcopatus anno, cũ morbo ictericio & podagra ſubinde debilitari ſe ſentiret, Theodulfum abbatem uoluntate regis ſucceſſorem ſibi elegit. Sed hæc electio poſtea mutata ſentẽtia in Badegiſilum aulicum tranſlata eſt, qui poſt quadraginta dies defuncto ſucceſsit. autor eſt Gregori' Turonenſis libro ſexto, capite nono. Claruit anno 6. regni Childeberti.

BERTINGRANNVS.

Bertingrãnus Cenomanenſis epiſcopus, à Benedicto per nuncios perijt, ſibi monachos quoſdam doctrina præſtantes mitti, per quos monachat' toti Gallię innoteſceret. Iuo in Chronico. Claruit ſub Iuſtiniano Imperatore.

MEMMIVS.

Memmius Catalaunenſis epiſcop' mortuum in uitam reuocaſſe fertur. Fabulatur Turonenſis inter alia, etiam ſuum puerum febricitantem ad ſepulchrum iſtius (ſ diabolo nimirum mendacia ſigna operante ad ſuperſtitionis confirmationem) curatum eſſe. In gloria Confeſſorum, capite ſexageſimoſexto.

ELAPHIVS.

Elaphius Catalaunenſis epiſcopus, à regina Brunhilde in Hiſpaniam ablegatus, uehemẽti febre in itinere correptus obijt. Turonẽſis libro quinto, capite quadrageſimo. Claruit anno S. Childeberti regis.

AGERICVS.

Agericus Viridunenſis epiſcopus, interceſsione ſua Gunthrannum Boſonem, qui conuicijs reginã Brunichilden proſciderat, ſeruauit. Turon. lib. 9. cap. 8. Poſtea uerò cũ rex Boſonem interfeciſſet, & Bertofredi cæde templũ prophanaſſet, adeò id immoderatè tulit, ut mœrore & inedia ſe conficeret. Turonenſis li. 9. cap. 12. & 23.

DESIDERATVS.

Deſiderat' multis iniurijs à Theodorico rege affectus, Dei auxilio liberat', epiſcopatu Viridunenſi potitus eſt. Miſertus autem paupertatis ſuorũ ciuiũ, ſupplicauit Theodeberto regi, alioqui munifico, ut pecunia aliqua ad uſurã data, in opiã ſuorũ ciuiũ ſubleuaret. Hic ſeptem aureorum millia ei dedit, quos ciuibus diſtribui iuſsit: nec fortè, nec uſuram ab ipſis unquã poſtulauit. Sufficit mihi (dixit) ciues mea largitione eſſe ditatos. Turonenſis lib. 3. cap. 32.

EXOCIVS.

Fuit epiſcopus apud Linicuicos. Epitaphium eius extat apud Fortunatum libro quarto, ubi inter alia populi ſui erga ipſum ſingularem beneuolentiam prædicans, inquit:

*Quòd ſi naturæ mutari debita poſſent,*
*Pro paſtore ſuo grex properaſſet iter.*
*Sed quia non licuit, populum ſpes conſulat illa,*
*Quòd hunc pro meritis uexit ad aſtra fides.*
*Immaculata Deo ſeruans ſua membra pudore,*
*Exocius meruit iam ſine fine diem.*
*Pectore ſub cuius regnans patientia uictrix,*
*Fluctibus in tantis anchora ſenſus erat.*
*Felle carens, animo placidus, dulcedine paſtus:*
*Neſcijt offenſis ira referre uices.*
*Templorum cultor, recreans modulamine ciues,*
*Vulneribus patriæ fida medela fuit.*
*Qui tria luſtra gerens in pontificatus honore,*
*Pergit ad antiquos plebe gemente patres.*
*Nec decet hunc igitur uacuis deflere querelis,*
*Poſt tenebras mundi quem tenet aula poli.*

GVNDEGISILVS.

Gundegiſilus comes, cognomine Dodo, epiſcopus Burdegalenſis fuit. Turonenſis libro octauo, capite uigeſimoſecundo. Claruit ſub Mauricio Imperatore.

BERTHRANNVS.

Berthrannus Burdegalenſis eccleſiæ epiſcopus fuit, & quidem metropolitanus. Turonẽſis libro quinto, capite quadrageſimo nono: & libro octauo, capite ſecundo. Habuit Antichriſti notas. nam mater Ingeltrudis, cum monaſterium S. Martino dicarum extruxiſſet, & filiam Berthegundem uiro matrimonio copulatam, ut eam abbatiſſam cœnobio relinqueret, ad ſe uacaſſet, maritus fugitiuam inſecutus eſt. Quam cum cõtra uiolentiam mariti mater tueri non poſſet, ad Berthrannũ epiſcopum fratrem eius miſit. Qui ſororem marito, quod ius matrimonij exigebat, reddere noluit: ſed à rege Gunthranno coactus eſt, marito uxorem reſtituere. Miſsis uerò nuncijs ſororem clàm admonuit, ut fuga ſibi conſuleret, ne in manus mariti ueniret: & ſic diuortij cauſa, quod eum non decebat, extitit. Turonenſis libro nono, capite trigeſimoquarto. In ſuſpicionem commiſsi adulterij, cum regina Fredegunde Chilperici regis coniuge, etiam uenit. Huius uerò ſparſæ famæ autorem Leudaſtes faciebat Gregorium Turonenſem epiſcopum. ſed in ſynodo Brenniacenſi

cenſi Gregorius ſe purgauit, & Berthtannus à ſuſpicione liberatus eſt: ut in capite de Synodis dictum eſt. Turonenſis libro quinto, capite 49. Malam gratiã apud regem Gunthrannum inijt, eo quòd Gundoualdum ſuſcepit. Turonẽſis libro ſeptimo, capite 31. & libro octauo, capite ſecundo. Febre correptus, accerſitum Vuaddouem diaconũ ſucceſſorem ſibi conſtituit, teſtamentiq́; executionem ei mandauit. Turonenſis libro octauo, capite uigeſimoſecundo. Claruit temporibus Mauricij.

ARCADIVS.

Arcadius Biturigum epiſcopus, Patroclũ abbatem diaconum ordinauit. Turonenſis in Vitis patrum, capite nono.

LEONASTES.

Leonaſtes Biturigũ archidiaconus fuit, & oculis captus. Cum huic medici quos cõſuluerat, mederi non poterant, templũ Martini Turonici acceſsit, ac reſtitutionem uiſus petijt. Quem cum recepiſſet, Iudæum conſuluit, ut uentoſis humeris impoſitis, ſanguinem extraheret, & receptum uiſum augeret. Sed ille miſer in priorem incidit calamitatem, dum à ſuperſtitione ad opem Iudaicam reſpexit: ut narrat Turonenſis libro quinto, capite ſexto. Fides ſit penes autorem. Claruit ſub Iuſtino iuniore.

REMIGIVS.

Anno regni Childeberti nono, Remigius Biturigum epiſcopus rebus humanis exemptus eſt. Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimonono.

SVLPITIVS.

Sulpitius uir nobilis, & unus de præcipuis Galliæ ſenatoribus, in arte dicendi & poeſi eruditiſsimus, Remigio ſucceſsit, electus à Gunthranno. Eius conſilio ſynodus Caducenſis conuocata eſt. Turonenſis libro ſexto, capite 39. Claruit anno regni Childeberti nono.

DALMATIVS.

Dalmatius Ruthenæ eccleſiæ epiſcopus, conſtruxit templum: ſed cum id ſæpius mutaret, tandem imperfectum reliquit. Condidit teſtamentum, in quo petijt à rege Childeberto, ne peregrinus aut coniugatus ordinaretur epiſcopus in illa eccleſia poſt ſuam mortem. In pauperes erat liberalis, in cibo & potu temperans, ac in orando aſsiduus. Anno Childeberti regis quinto mortuus eſt. Turonenſis libro quinto, capite quadrageſimoſexto.

THEODOSIVS.

Theodoſius archidiaconus in Ruthenenſi epiſcopatu Dalmatio mortuo ſucceſsit, & anno nono Childeberti mortuus eſt: ut refert Gregorius Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimooctauo.

INNOCENTIVS.

Poſt mortem Theodoſij magnæ contentiones & motus extiterunt pro epiſcopatu, adeò ut eccleſia iſta ferè omnibus ſacris uaſis & alijs facultatibus melioribus priuaretur. Attamen Thraſobadus presbyter competitor repulſam patitur, & Innocentius Gabalitanorum comes auxilio Brunichildis reginæ in locum Theodoſij ſurrogatur. Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimooctauo. Epiſcopus factus, Vrſicinum Caducinæ eccleſiæ epiſcopum accuſauit, quòd parochias ad ſuam eccleſiam ſpectantes, poſsideret. Cum hæc contentio annos aliquot duraſſet, tandem cum ſuis prouincialibus metropolitanis coniunctus, apud Aruernum in iudicio obtinuit, ut parochias quæ ad Ruthenenſem eccleſiam nunquam pertinuiſſent, quantum hominum memoria repetere poterat, reciperet: cuius uoti compos factus eſt. Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimo octauo.

QVINTIANVS.

Quintianus natione Afer, & ut quorundam opinio erat, Fauſti epiſcopi nepos. In Scripturis ſacris eruditiſsimus, & ſanctitate ſingulari præditus. Ob has uirtutes eccleſiæ Ruthenenſis epiſcopus electus, ciuiliter præfuit. Cum autem ſuſpectus haberetur à ciuibus, quòd ciuitatem in poteſtatẽ Francorum traditurus eſſet, & ipſi periculum à Gothis, qui ciuitatem tum temporis occupabant, immineret (decreuerant enim eum è medio tollere) ipſe Eccleſiam deſeruit, & Aruernum fugit, ubi benignè ab Euphraſio ſuſceptus eſt, & ædibus, uineis & agris donatus. Turonenſis libro ſecundo, capite trigeſimo ſexto. Cum Theodorico regi mors Euphraſij ſignificata eſſet, uocauit Quintianum, quem in locum mortui Euphraſij ſurrogauit, & totius Eccleſiæ poteſtatem ei tradidit, inquiens: Hic propter noſtri amorem & fauorem ex Ruthenenſi eccleſia eiectus eſt. In Vitis patrum capite quarto. Inter Euphraſium quidem & Quintianũ fuit Apollinaris epiſcopus, ſed huic conceſsit epiſcopatum Quintianus propter interceſsionem Alchimæ & Placidinæ. Verùm hic quatuor menſibus abutens epiſcopatu, mortuus eſt. Turonenſis libro tertio, capite ſecundo.

Matrem ſuſcitaſſe dicitur. Liberauit obſeſſos à dæmonibus. Cum magna eſſet ſiccitas, & fruges & paſcua non prouenirent, oratione & ſolenni letania cantando Antiphonam, ut uocant: Si clauſo cœlo pluuiæ non fuerint, &c. pluuias impetrauit.

Multas iniurias in epiſcopatu Aruernenſi à Proculo, ex ærario presbytero ordinato, perpeſſus eſt. Abſtulit enim ei poteſtatem

utendi

urendi rebus eccleſiæ: & ad quotidianũ uictum, & quidem renuem, neceſſaria ei tantum ſuppeditauit. Sed oratione obtinuit, ut poteſtatem uſurpandi rea eccleſiæ pro arbitrio reciperet, & Proculus à præcipuis grauiter obiurgaretur. Et quidem ſui ſceleris ſacis grauss pœnas dedit. nam ad aram trucidatus eſt, ab hoſtibus expugnato Lonolantro arce. Turonenſis libro tertio, capite duodecimo.

In pauperes erat liberalis, in orando aſſiduus. Cum enim rex Theodericus urbem obſideret, epiſcopus ſuis ciuibus precibus non defuit, ſed nocte muros Deum laudando circuiuit, & eum orando, ut ſubditos ab obſidione regis liberaret. His precib. Theoderici animus mitigatus eſt, qui ſoluta obſidione abijt: cum alioqui ciuitatem diripere, muros ſolo æquare, & epiſcopum in exilium mittere decreuiſſet. Turonenſis in Vitis patrum, capite quarto. Fuit & maximis iniurijs affectus à quodam Litigio, qui poſtea unà cum uxore & liberis uinctus abductus eſt, & nunquam reuerſus Aruernum. Turonenſis libro tertio, capite duodecimo. Meminit etiam eius Gregorius papa Tomo ſecundo, capite decimotertio. Claruit ſub Anaſtaſio Imperatore.

MARIVS.

Marius Ruthenenſis eccleſiæ epiſcopus fuit, qui circiter quindecim diœceſes, quibus Ariſirenſis eccleſiæ epiſcopus præfuit, ſibi uendicabat. Turonenſis libro quinto, capite quinto.

PAPPOLVS.

Pappolus Carnotinæ eccleſiæ epiſcopus, Marouei exuuias inuentas iuxta Clodouei ſepulchrum rertæ mandauit. Turonenſis libro octauo, capite decimo.

ARNVLFVS.

Arnulfus, patre Quiriaco & matre Quintiana natus, à S. Remigio baptiſatus eſt: ut refert Vincẽtius libro 21. capite uigeſimoquinto. Factus eſt autem Turonenſis epiſcopus, angelo reuelante. Cum enim nocte caneret, Domine labia mea aperies, & nemo ei dormientibus clericis reſponderet: angelus ſubiunxit, Et os meũ annunciabit, &c. ut Heinricus de Erfordia teſtatur, capite quadrageſimonono. Fabulatur de eo Vincentius, quòd cum Rauennæ ſolus in templo orationis gratia remanſiſſet, peccatoris cuiuſdam anima à corpore ſeparata, & quæ à diabolo ad infernum pertrahebatur, eum inclamauerit, ut ſibi ſubueniret: eam imbecilli diabolo ereptam, cadaueri reſtituerit, & mortuum in uitam reuocatit. Poſtremò cum multa prædicando Chriſtum certamina ſuſtinuiſſet, tandem martyrio doctrinam obſignauit.

OMMARIVS.

Diuiſio epiſcopo apud Turonos mortuo, Ommarius iuſſu regis Chlodomeri confirmatur, cui tres annos præfuit. Turonenſis libro tertio, capite decimo ſexto.

LEO.

Ommario ſucceſſit Leo in epiſcopatu, & adminiſtrauit eum ſeptem menſes. Turonenſis libro tertio, capite decimoſexto.

THEODORVS ET *Proclus.*

Mortuo Leoni in epiſcopatu ſucceſſerũt Theodorus & Proculus, qui ex Burgundionum ducatu uenerant: ſic diſponente regina Chrotigilde. Tres autem annos eam eccleſiam rexerunt. Turonenſis libro tertio, capite decimoſexto.

FRANCILIO.

In horum locum ſurrogatur Francilio ſenator. Hic anno ſui epiſcopatus tertio, nocte natalis Domini, poculum ſuo iuſſu ſibi à puero porrectum ebibens, ſtatim expirauit. Quæ res multis ſuſpicionem de ueneno præbuit. Turonenſis libro tertio, capite decimoſexto.

INIVRIOSVS.

Franciliont mortuo in epiſcopatu Turonico, ſucceſſit Iniurioſus ciuis, qui quindecimus à Martino illi eccleſiæ præfuit. Turonenſis libro tertio, capite decimoſexto. Cũ Clotharius rex edicto mandaſſet, ut omnes ſui regni Eccleſiæ tertiam fructuum partem fiſco penderent, & pleſique epiſcopi licet inuiti edicto ſubſcriberent, ſolus Iniurioſus conſentire ac ſubſcribere noluit, inquiens: Si tu uis eccleſias ſuis eleemoſynis ſpoliare, interim proculdubio Deus tuum regnum ſubitò transferet. Magis conueniebat te egenos miniſtros alere, quàm de ipſorum ſtipendijs tua horrea implere: & iratus, rege non ſalutato abijt. Poſtea rex pœnitentia ductus, munera ad epiſcopum miſit, ac ueniam culpæ deprecatus eſt. Turonenſis libro quarto, capite primo. Mortuus autem eſt decimoſeptimo ſui epiſcopatus anno. Turonenſis libro quarto, capite tertio.

BANDINVS.

Iniurioſum mortuum in epiſcopatu Turonenſi, ſecutus eſt Bandinus regis Clotharij domeſticus. Turonenſis libro quarto, capite tertio. Præfuit annis ſex. Turonenſis libro quarto, capite quarto.

GVNTHARIVS.

Bandino defuncto, ordinatur epiſcopus in eccleſia Turonenſi Guntharius abbas: ut refert Gregorius Turonenſis.

LICINIVS.

Euſtochiũ mortuũ in epiſcopatu Turonẽſi ſubſequitur Liciniꝰ. Hic peregrinationib. quibus ſanctorũ loca uiſitauit, celebris fuit.

Tertam

Terram ſanctam 'adljt, & locum paſsionis & reſurrectionis Saluatotis noſtri uidit:ut ait Turonenſis lib.2.cap.39.

DI.VIFIVS.

Licinio mortuo, in epiſcopatu Tutonenſi ſucceſsit Diuiſius. Turonenſis libro tertio, capite ſecundo.

EVFRONIVS.

Enfronius nepos epiſcopi Lingonicenſis, à Lothario poſt legitimam .electionem confirmatus eſt epiſcopus Tutonenſis, cum Cato id munus ſuſcipere tecuſaſſet. Turonenſis libro quarto, capite decimoquinto. Charibetti regis mottem ſuis famulis prædixit. Apparuerunt ei noctu duæ uirgines ſepultæ, & petierunt ab eo templum ın ſuũ honotem à quodam extructum conſecrari: ut nugatur Tutonenſis capite decimooctauo & decimonono, in glotia Confeſſorum.

PELAGIVS.

Pelagius quidam fuit epiſcopus Tutonenſis. Gtegotius libro quinto, capite centeſimo quinquageſimoſecundo.

GREGORIVS TVRO-
*nenſis.*

Gregorius pattia Auernenſis, honeſtis parentibus ptognatus (quod uel hinc liquet, quia Gundulphus tegis Childeberti dux, fuit mattis ipſius auunculus: ut referũt Ioannes Egidius in uita Gregorij, & ipſe libto 6. cap. undecimo) anno ætatis octauo, Auito præceptore uſus eſt: ut ipſe teſtatut in Vitis patrũ, capite octauo. & poſtea à Nicetio Lugdunenſi epiſcopo in ſacris literis inſtitutus eſt. In Philoſophia mediocriter profecit. nã ipſe fatetur ſe rudem Rhetorices & Grammatices, in præfatione in gloriam Confeſſorum, & Ioannes Egidius in uita eius. Octauo deinde Iuſtini iunioris anno factus eſt ex monacho decimusnonus eccleſiæ Turonẽſis epiſcopus, ut referunt Hermanus Schedel in ſexts ætate: & ipſe libro decimo, capite trigeſimoptimo, & Chronicon Iuonis in uita Mauricij. Incendiũm quoddam oſtenſa aurea cruce extinxiſſe dicitut: id quod ſuperſtitioſum eſt. Cum ſetmones cum Siggone ſurdaſtro quondam Sigeberti fetentario conferret, intet loquendum Siggo auditum recepit. Vincentius libro uigeſimoptimo, capite centeſimo uigeſimoquinto. In infantia uiſionem habuit, qua ei oſtenſum eſt, quomodo patri podagra & febre correpto medetetur. Affirmat Fottunatus libro quinto, eum mitaculis fulſiſſe.

¶ Libri quos edidit, hoc ordine & numero enumeraotut:

Decẽ libri hiſtoriatũ de regib. Francorũ.
Septem miraculotum.
Vnus de laude ſanctorum martyrum.
Vnus in Pſalterium: ut refert ipſe Gregorius libto decimo, capite trigeſimoſecundo. His addit Ioannes à Trittenheim, libros duos de uita quorundã Confeſſorũ. Vnum de miraculis Iuliani martyris. Quatuor de mitaculis S. Martini. Vnum Epitomes. Gregorius capite trigeſimotettio eiuſdem libri, recenſet annos mundi uſq; ad ſuũ tempus. In fine quarti libti deſidetantur octo capita.

Quorundam etiam autorum in ſuis ſcriptis meminit. Libro quarto, capite duodecimo, citat Solinum: capite decimotettio eiuſdem libri, Saluſtiũ: capite uigeſimonono eiuſdem libri, Vitgilij meminit. In præfatione quinti libri fit mentio Oroſij. libro nono, capite decimoquinto, citat Euſebium. In pręfatione in uitis patrũ, A. Gellium & Plinium. In Vitis patrum capite ſexto, allegat Prudentium. libto decimo, capite trigeſimo tecenſet ordine epiſcopos Turonenſes, uſq; ad ſua tempora.

De Deo rectè docuit. confitetur enim Deum eſſe æternum, omnipotentem, & unum quo ad eſſentiã, & trinum quo ad perſonas: ut patet ex præfatione tertij libri, & capite uigeſimonono eiuſdem libri.

Docuit etiam rectè de humana natura in Chriſto. Dicit filium Dei nõ propter ſe eam aſſumpſiſſe, ſed ptopter nos, ut in ea noſtra peccata in ſe deriuata expiaret: libro ſexto, capite quinto.

Docuit etiam hominẽ omnibus uiribus rectum à Deo primò cteatum: ſed poſtea aſtutia diaboli deceptum, ſeipſum præcipitaſſe in hoc exitium, ex quo liberatus eſt per filium Dei, & patri turſus reconciliatus. libro ſexto, capite quinto.

Aſſeruit reſurrectionem mortuorum contra ptesbyterum, defendentẽ peſtiferum dogma Sadducęorum: lib.10.cap.13.

¶ Habuit econtrà næuos quamplurimos. Nam cum Childebertus & Theodobertus reges contra Lotharium fratrem atma caperent, hic in ſyluam fugit, cum eorum impetum ſuſtinere diffideret. Interim orta eſt magna tempeſtas, quæ totum Childeberti & Theodoberti exercitum diſsipauit, tentoria diſiecit, & ferè cuncta deleuit. Huic infortunio impliciti pœnitentiam egerũt, & ueniã à Deo precati ſunt, & ſic fratri Lothario reconciliati. Hoc Gregorius uirtuti Martini adſcribit, & Deum uerum pacis & concordiæ autorẽ debita gloria priuat: ut tefert libro 3.cap.26. Cato ptesbyter homo fuit tumidus & ſuperbus. hũc dicit plenũ fuiſſe humanitatis, & ſingularẽ pauperũ fautorẽ: & ob hoc ſupetbiæ peccatũ ei non imputatũ. Et ſic operibus tribuit reconciliationem: ut patet ex libro quarto, capite trigeſimo. Affirmat Martinum factæ pacis inter Sigebertum & Chilpericũ fratres diſsidentes autorem

rem

tem fuiſſe: libto quarto, capite quadrageſimonono.

Mortuis oſsibus tribuit etiam uim ſenſitiusm. Nam de Sergij martyris reliquijs loquens, inquit libto ſeptimo, capite trigeſimoprimo: Credo non etat acceptum martyri, ut hæc illi contingetent. Quòd nauicula qua uectus eſt, non ſubmerſa ſit, adſcribit reliquijs Martini & aliotum ſanctorum: libto octauo, capite decimoquarto.

Fuit & hoc ſupetſtitioſum, quòd credidit aliquid uirtutis opitulandi infirmis in caſula Nicecij epiſcopi fuiſſe. In Vitis patrũ, capite octauo. Gregorium epiſcopum Lingonenſem dicit de nocte templum ingreſſum, audiſſe pſallentium uoces. Cantantes iſtos, ſanctos fuiſſe ait: ſed diaboli potius. In Vitis patrum, capite ſeptimo.

Confirmauit inuocationem ſanctotum. nam ait, in aqua peticlitãtes imploraſſe auxilium S. Romanij, & liberatos eſſe. In gloria Confeſſorũ capite quadrageſimoſexto.

Caput trigeſimumprimum libri quarti iutitulauit nomine Iuliani monachi, cuius ramen ne uerbo quidem in eo capite fecit meutionem. Et caput trigeſimumſecundũ eiuſdem libri notauit titulo Symnulphi abbatis, cuius etiam ibidem non meminit. libto quarto, capite 31 & 32.

Certamina non pauca habuit. nam contta Agilauem hæteticum & Lemnieldi regis legstum, qni negsbat filium Dei patri eſſe æqualem, diſputauit, & fitmiſsimis argumentis ex Scriptuta eum cõuicit: libto quinto, capite quadrsgeſimotertio. Et Chriſtum uetum Deum, & ſimul uerum hominẽ eſſe, firmis ſacrę Scripturę dictis ptobauit. ibidẽ.

Refutanit & Chilpericum tegem, qui nõ admittebat diſtinctionem perſonarũ iu trinitate, ſed quòd Deus tantũ nominaretur. libro quinto, capite quadrageſimoquarto.

Diſputauit etiam unà cum Chilperico tege contra Iudæum, cui nomen erat Priſcus. Hic euim negabat Deum habere filium: ſed hũc refutauit dicto Pſalmi, Ex utero ante luciferum genui te. Et ex Eſaia confitmauit, eundem etiam uerum hominẽ eſſe. Inquit enim Eſaias: Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet filium, cuius nomen uocabitut Emanuel. libto ſex1o, capite quinto.

Diſputauit contra presbytetum, qui etrotem Sadducæotũ defendebat, negsns mortuorum reſurrectionem: ſed cùm alijs Scripturæ dictis, ıum hoc Eſaiæ eum refutauit, qui inquit: Mortui de ſepulchris reſutgent. libro decimo, capite decimotertio.

A' duobus epiſcopis apud Chilpeticum delatus fuerat, quòd in cauſa Prætextati epiſcopi præ cæteris in ſynodo ipſi reſtitiſſet: accuſstus igitur eſt à tege, quaſi contra iuſticiam egiſſet. ſed uitiliter Gregorius contrs regem ſe defendit, nec in minimo ei ceſsit. libro qninto, capite decimooctauo.

Reges Francicos inter ſe diſsidentes à bello ciuili dehortatus eſt, dicto Pauli Gal. 5. Si sb inuicem motdetis, &c. In ptæfatione libri quinti.

Reſutauit & Oppilam regis Hiſpaniarũ legatum, qui contendebat, caneudum eſſe, OLORIA patti per filium. ſed Gregorius inquit: Si ſic diceudum, ſequeretur, filiũ non æquè cum patre glorioſum. Igitur canẽdũ, OLORIA Deo patri, qui miſit filium: &, Gloria Deo filio, qui ſuo ſangnine mundum tedemit: &, Gloria Deo ſpirituiſancto, qui ſanctificat homiuẽ iam redemptũ. libro ſexto, capite quadrageſimo.

Fuit iniutiarum patiens. multis enim iniurijs à Felice Nanneticæ eccleſiæ epiſcopo affectus, eas ęquo animo tulit. libro quinto, capite quiuto.

Falſo delatus eſt à Lendaſte comite, quòd Fredegundem teginam de adulterio ſuſpectam habuiſſet, ac traduxiſſet. ſed ab hac accuſatione liberauit ſe, dato iureiurando. libro quinto, capite quadrageſimonono. nec hunc excommunicatum, licet rex mandabat, recipere uoluit: neq; tegina eum recipi uolebat. libro ſexto, capite trigeſimoſecũdo.

Singularem curam pto religione gerebat. Cum enim Lenigildua Hilpaniarũ rex contta filium in armis eſſet, ualde dubio animo fuit Gtegorius, ne Chriſtianorum religio in iſtis bellotum tumultibus periclitaretut. libro ſexto, capite decimooctauo.

Burgundionem Felicis Nanneticæ eccleſiæ epiſcopi nepotem ordinare noluit, ut Felici mortuo ſuccedetet: propterea quòd nõ per omnes gradus eccleſiaſticos aſcendiſſet. libro ſexto, capite decimoquinto,

Cum intet reges Guuthrannum, Childebertum & Btunhildem, relictam uiduam Sigeberti tegis, opera ſacerdotum & procerũ omnia componerentur quę uidebantur dare occaſionẽ diſcordiæ, interfuit etiam huic pactioni Gregotius. Libro nono, capite uigeſimo. Iugoberta tegina cũ in agone mortis eſſet, eum per nunciũ rogauit, ut ſe Deo precibus ſuis cõmendaret. libro nono, capite uigeſimoſeptimo. Cũ regina Radegundis ſepeliretur, Gregorius eius exequijs intetfuit. libro nono, capite ſecundo.

Videtut colligi poſſe ex libro quinto, capite trigeſimoquarto, eum maritum fuiſſe. Romam etiam ueniſſe, & à Gregorio papa honorificè exceptus dicitur.

PLATO.

Plato ſuit diſcipul' Gregorij epiſcopi Turonẽſis, & eiuſdẽ ſucceſſor in epiſcopatu: ut ex Fortunati carmine appatet, lib. 10.

MVNO-

### MVNOCHVS.

Munochus natione Britannus, cum Hieroſolyma iter faceret, uenit Turonum, & à Gregorio presbyter factus eſt. Turonenſis libro quinto, capite uigeſimoprimo.

### ILLIDIVS.

Illidius, pietate inſigni præditus Aruerni epiſcopus, Treuerici imperatoris filiam à diabolo obſeſſam liberauit. Pro eo officio cũ Imperator ei magnam argẽti & auri uim obtuliſſet, ſibi accipere recuſauit: ſed ciuitati Aruerno immunitatem à tributo de uino & tritico remitti flagitauit. Rediturus domum, in itinere obijt: ac in patriam delatus, ſepultus eſt. Gregorius in Vitis patrum, capite ſecundo.

### DRETEMONIVS.

Aruernæ eccleſiæ epiſcopus fuit Dretemonius. Ad eius ſepulchrum uocem reſtitutam periuro, qui ſermone propter peccatum cõmiſſum priuatus fuerat, narrat Turonenſis in gloria Confeſſorum, capite 29. Fides ſit penes lectorem.

### GALLVS.

Gallus natione Francus, patria Aruernenſis, patre Georgio ſenatore, & matre Leocadia, ex genere Ventij Epagati orta, natus eſt. Cũ pater ei uxorẽ obtrudere uellet, in monaſteriũ Cremonenſe ſex miliaribus Aruerno diſtans abijt: ac abbati ſupplicauit, ut ſe in numerum ſuorum monachorum referret. Abbas cum nomen, genus & patriam ex eo cognouiſſet, reſpondit ei: Primùm de hac re ad patrem referendum eſſe, cuius conſenſus ſi accideret, ſe libenter ipſius petitioni ſatisfacturum. Quum autem pater ex nuncio Abbatis animum filij cognouiſſet, primùm mœſtus reſpondit: Primogenitus mihi eſt, ideo maluiſſem eum uxorem ducere. ſed ſi Dominus uoluerit eum ſibi miniſtrum, fiat eius uoluntas. His auditis, abbas ſuo ordini eum annumerat. Quintianus epiſcopus cum ad id cœnobium aliquando ueniret, Galli ingenio plurimùm delectatus, eũ ſecum adduxit, & in ſuis ædibus educauit. Deinde à rege Theodorico uocatus eſt, apud quem diaconum egit. Epiſcopo Quintiano poſtea defuncto, Gallus à Theoderico rege eccleſiæ Aruernenſis epiſcopus eligitur, licet Treuerenſes clerici eo tempore à rege Gallum peterent, Aprunculi epiſcopi ſui mortui ſucceſſorem.

Miraculis inſignis fuit. Iulianum defenſorem, poſtea presbyterum, quartana febre correptum ſanauit. Incendium Aruerni ſua oratione repreſsit. Extitit & magnus ipſius tempore terræmotus, qui tamen ipſius populum non afflixit. Peſtem inguinariam à ſuis ciuib. oratione auertit: & ea de re reſpõſum ab angelo accepit, qui etiam ei poſt annos octo mortem prædixit. Iniuriarum patiens erat. In conuiuio à presbytero ſuo malè tractatus, æquiſsimo animo id tulit. Ennodio presbytero, à quo calumnijs affectus erat, cum eum facti pœniteret, citò reconciliatus eſt. Lectioni ſine intermiſsione incubuit: & ut ad eam aptior eſſet, cibis immodicis abſtinebat. Cum Theodorico rege Coloniam abijt. Reperit ibi templum uarijs ornamentis ornatum, in quo barbari ſplendida libamina offerentes, uſq; ad uomitũ cibo & potu replebantur. Fuitq; etiam ibi magnus idolorum cultus. Quum iſtam impietatem Gallus uideret, abſentib. incolis, iſtud delubrum incendio conſumpſit. Poſtremò, anno ætatis ſuæ ſexageſimoquinto, epiſcopatus uerò ſui uigeſimoſeptimo, febre mortuus eſt. Nugas de miraculis ad ſepulchrum eius editis, Turonenſis commemorat in Vitis patrum, capite ſexto: & libro quarto, capite quinto. Epitaphium eius extat apud Fortunatum libro quarto, capite quarto.

### CAVTINVS.

Cautinus ſacrarum & profanarum literarum rudis, à ſynodo Metenſi, iuſſu regis Theodoualdi, poſt Gallum ordinatur epiſcopus Aruernenſis. Turonenſis libro quarto, capite ſeptimo. Is autem ſuſceptum epiſcopatum uita & moribus inſigniter deformauit. nam potationibus operam dabat, adeò ut ebrium domum ſæpe quatuor deportarent. Auaricia plus quàm deteſtanda in eo erat. Rapiebat enim ad ſe per fas & nefas ſummorum & infimorum bona, magno aliorum ſcandalo. Neque collegæ ſuo Anaſtaſio presbytero pepercit. ab eo enim poſſeſsionem, qua à regina Chrotilde donatus fuerat, auferre ſtudebat. Cum autem ille reluctaretur, in carcerem eum coniecit, ut fame periret. ſed ex hoc per quendam liberatus, Lotharium regem adijt, ac epiſcopũ accuſauit: qui cõuictus de ſua crudelitate, qua uel Neronem uel Herodem ſuperaret, quia uiuum presbyterum ſepeliſſet, cum rubore abijt. Quum autem ex inſtitutione ſancti Galli in diœceſin Brinatenſem cantando & ſupplicationib. pergeret, Chramus, qui Catoni Cautini aduerſario fauebat, duos amicos ſui corporis cuſtodes, Hymnacariũ ſcilicet & Scaptarium, miſit, ut epiſcopum inſequerentur & comprehenderent. Sed epiſcopus celeritate equi adiutus, in baſilicam ſancti Iuliani fugit. Turonenſis libro quarto, capite decimotertio. Eulalium comitem, ob parricidum nepotis ſui filij ſuſpectum, excommunicauit. libro decimo, cap. octauo. Et tandem lue inguinaria interijt. Turonenſis libro quarto, capite 30.

### CATO.

Cato Aruernẽſis eccleſiæ presbyter, multis uitijs, ſuperbia, arrogantia, & ſimilibus inſignis fuit. Nam cum epiſcopi qui Gallum ſepelierant, eum in locum eius ordinare uellent, reſpondit: ſe non indigere ipſorum opera, ſed per ſe epiſcopatũ accepturum. quo ſatis dignus eſſet, cum per omnes eccleſiaſticos gradus tranſijſſet, & uiginti annos iam in miniſterio fuiſſet. Quare domũ abirẽt, ac ſua negocia curarẽt. Hoc ſuperbũ reſpõſum modeſtè ferẽtes, diſceſſerunt. Sed poſtea ſuę inſolentiæ pœnas dedit. Nam à rege Theodoualdo Cautinus ordinatur epiſcopus, & Cato repulſam patitur. Quæ res cauſa fuit multarum diſcordiarum inter epiſcopum Cautinum & Catonem, qui epiſcopo obedire nolebat. Turonenſis libro quarto, capite ſexto & ſeptimo. Vocabatur deinceps ad epiſcopatum Turonenſem, mortuo Guntario: ſed eum, ſuſcipere recuſauit. Turonenſis libro quarto, capite undecimo. Et regem Clotharium rogauit, ut Cautino amoto, ſe Aruernenſis eccleſiæ epiſcopum faceret. Rex iratus, reiecit eum, cum ſuo iuſſu eccleſiæ Turonenſi præeſſe noluiſſet. Turonenſis libro quarto, capite decimoquinto. Tandem lue in iſtis locis graſſante extinguitur. Turonenſis libro quarto, capite trigeſimo.

### MARCVS.

Aurelianenſis eccleſiæ epiſcopus fuit Marcus, qui ab obtrectatoribus & inuidis falſò delatus, in exiliũ relegatus fuit: poſtea iuſſu regis Childeberti ſynodus conuocata eſt, in qua cauſa diſcuſſa, Marcus innocens cognitus, ſuæ eccleſiæ reſtitutus eſt. Turonenſis in Vitia patrum, capite ſexto.

### NAMATIVS.

Mamatius eccleſiæ Aurelianenſis epiſcopus, à Gunthranno cum alijs quibuſdã ablegatus ad Britannos, effecit, ut illi reſtitutionem ablatorum promitterent, idque literis confirmarent. Cum autem in poſſeſsionibus & uillis paternis, quas receperat, cõmoraretur, ægrotare cœpit. Morbi igitur moleſtia confectus, ad ſuam eccleſiã redire parat: ſed intra terminum ciuitatis Andegauenſis obijt. Turonenſis lib. 9. cap. 18.

### AVSTRINVS.

Defuncto Namatio in epiſcopatu Aurelianenſi, ſucceſsit Auſtrinus, paſtoris cuiuſdam filius. Turonenſis ibidem.

### ALBINVS.

Abini Andegauorũ epiſcopi uitam, Fortunatus presbyter literis mãdauit. Turonenſis in gloria Confeſſorum, capite nonageſimoſexto. Quæ uerò de miraculis ad ſepulchrum eius editis idem autor nugatur, conſultò omittimus.

### ROMACHARIVS.

Cum Prætextatus Rothomagẽſis epiſcopus, iuſſu Fredegundis reginæ per inſidias interfectus eſſet: Romacharius Conſtãtinæ urbis epiſcopus, funus eius curauit. ut refert Gregorius Turonenſis libro octauo, capite trigeſimoprimo.

### LENDOVALDVS.

Eo tempore quo Fredegundis regina patraſſet cædem Prætextati, & inſuper ueneno è medio ſuſtuliſſet quendam Francum, uitũ ætate & conſilijs pręſtantem: Lendoualdus literas ad omnes epiſcopos miſit, & capto conſilio eccleſias Rothomagenſes claudi iuſſit, donec tantorum ſcelerum autor inueniretur. Turonenſis libro 8. capite 31.

### PRAETEXTATVS.

Prætextatũ Rothomagenſem epiſcopum regina Fredegundis apud Chilpericum regẽ detulit, autorem nuptiarũ Brunechildis cũ Mereueo fuiſſe: eumq; res precioſiores Brunechildis apud ſe habuiſſe, & ei cõtra uoluntatẽ regis reddidiſſe. Item, populo munera, ut Chilpericũ interimerent, largitum fuiſſe. Cum autẽ epiſcopo manus inijcere nõ auderet, Pariſijs ſynodum coegit in æde S. Petri, ubi Prætextatus ſe ſiſtit, quẽ Chilpericus in hunc modũ alloquitur: Heus bone uir, cur filium meũ Meroueũ, iam mihi hoſtẽ, cum patrui ſui cõiuge copulaſti? Ignoras hoc Canonibus interdictum? Non tantum aũt hoc deſignaſti, ſed inſup ipſum munerib. corrupiſti, quo è medio ego tollerer. Plebẽ pecunia ad defectionẽ ſollicitaſti, regnũ ad aliũ transferre uoluiſti. Cum epiſcopus obiecta crimina cõſtanter refutaret, adhibiti ſunt falſi teſtes, qui oſtenderunt ea quę ab ipſo acceperant, ut Mereueo fidem darent. Epiſcopus inquit: Fateor me hæc uobis dediſſe, nõ ut regẽ regno priuaretis: ſed ut gratitudinẽ meam erga uos, à quibus munerib. ſæpe donatus fui, declararẽ. Robertus Gaguinus libro 2. Cum hæc agerentur, & Chilpericus abijſſet, ex inſperato adfuit Etius Pariſienſis archidiaconus, & epiſcopos & aſſeſſores hortatus eſt, ut ſuarum conſcientiarũ habita ratione, innoxiũ & innocentẽ Prætextatũ in gratiam regis non damnarent, ſed potius regem ſuorum ſcelerum arguerent.

Cum ſecundò cauſa in ſynodo proponeretur, rex epiſcopum propter furtum cõmiſſum ab officio remoueri petijt. Sed epiſcop^9 ſe defendit. Cum aũt rex probatiões ſibi deficere intelligeret, abijt, & adulatores quoſdam pecunia corrupit, qui Prætextato perſuaderent, Chilpericũ eſſe pium regẽ, qui facilè ad miſericordiã flecteretur: fateretur ergo in gratiã regis, ſe obiecta facinora patraſſe, & tunc ſtatim ueniam impetraturũ. Prætextatus his adulatoribus fidem adhibens,

ſatis

ſaris graues ſuæ crudelitatis pœnas poſtea dedit. Hac enim confeſsione uictus, in carcerem conijcitur. Vnde quum clàm euadere tentaret, deprehenſus, grauiter uulneratus & cæſus eſt, ac in inſulam Conſtantianæ uicinam in exilium relegatus. Turonenſis libro quinto, capite decimooctauo. Chilperico ab exercitu ſuo in Burgundia interfecto, Rothomagenſes ſuum epiſcopum ab exilio à Gunthranno rege reuocatum, cum ſummo gaudio exceperunt: & in priorē locum & dignitatem reſtituerunt. Turonenſis libro ſeptimo, capite decimoſexto: & Robertus Gaguinus libro ſecundo. In ſynodo Matiſconenſi Prætextatus ſuas orationēs, quas in exilio compoſuerat, coram epiſcopis recitabat. Illæ quibuſdā arridebant, quibuſdam uerò non, quia artem non ſpitabāt. Turonenſis lib. 8. capite 20.

Cum autem contentio ei cum Fredegunde in ciuitate Rothomagenſi oborta eſſet, & odio aduerſus ipſum flagrans regina, eum iterum in exiliū pellendum diceret, reſpondit Prætextatus: Ego in & extra exiliū ſemper fui, ſum & ero epiſcopus: tu uerò regia dignitate non ſemper gaudebis. Ego ex exilio in regnum Deo dante abducar, tu uerò propter maliciam in infernū deturbaberis. Regina ira æſtuans, & hæc ægrè ferens, ſubornauit ſicarium, qui clàm epiſcopum interimeret. Die ergo Paſchatis cum ſacra peragerct, eū ſub ſcapulis uulnerauit: quo uulnere debilitatus, domum deportatus eſt. Statim adfuit Fredegundis cum Beppoleno duce, inquiens: Non ex re noſtra & reliquæ plebeculæ eſt, hæc tibi accidiſſe, optime ſacerdos. Si autor patrati facinoris manifeſtaretur, haud inultum auferret. Epiſcopus eius ſubdoli & uenenati animi haud ignatus, inquit: Quis ea patraſſet, niſi ea quæ reges interfecit, ſanguinem innocentem effudit, & neſcio quæ nō in regno turbauit? Apud nos medici ſunt, inquit regina, qui huic malo mederi poſſunt: admitte quæſo eos, Ego (inquit epiſcopus) ex hac miſeriarum ualle auocor: tu uerò quæ horum ſcelerum autor es, ſaris graues pœnas dabis. Deus enim ultor erit mei ſanguinis. Dum ipſa abiret, epiſcopus moritur. Turonēſis libro octauo, capite trigeſimoprimo: & Robertus Gaguinus libro ſecundo.

MELANTIVS.

Mortuo Prætextato, in epiſcopatu Rothomagenſi ſucceſsit Melantius, qui quinquaginta ſolidos contulerat, ut Prętextatus interficeretur: regina uerò centum, & archidiaconus alios quinquaginta. Turonenſis libro octauo, cap. 31. & 41.

VRSICCINVS.

Vrſiccinus fuit epiſcopus Tauritanæ ciuitatis: & hoſtibus irruentibus in illum locum, captiuus eſt abductus, & omnia eius bona ſimul ſunt ablata. Redijt tamen poſtea precio redemptus ad priorem locum & dignitatem: ut ſcribit Gregorius libro ſeptimo, epiſtola centeſima decimanona.

GERMANVS.

Germanus ex territorio Auguſtodunenſi oriundus, natus patre Eleutherio, matre Euſebia, à Nectario abbas ordinatus eſt ad ſanctum Simphorianum. Vincentius libro 21. cap. 63. Quatuor annos præſciuit ſuum epiſcopatum. In ſomno enim clauea Pariſienſis portę ſibi porrigi uidit, & ipſi interrogāti quid hoc portenderet? reſponſum eſt, eum animas pabulo uerbi paſturum. Mortuo igitur epiſcopo, Childeberto regi iuit obuiam, & ſtatim epiſcopus Pariſienſis eccleſiæ electus eſt: qui incredibili ęmulatione Francos ad pietatis cultum accendit. Vincentius lib. eodem, cap. 64. & Sabellicus Enneade octaua, libro quinto. In pauperes erat liberalis. Captiuos multos redimebat. In prædicando tanta uerbis inerat grauitas & pondus, ut ab angelo formata uiderentur. Extat eius epiſtola ad Brunechildem reginam, in qua bellum deprecatur. Cum ægrotaret, ex oppoſito in pariete ſculpi à Notario curauit hęc uerba, Quinto Calendis Maij, ſeu Iunij, ut Vincentius habet. mortuus aūt eſt ferè octogenarius, ſepultus in eccleſia quæ dicitur ad S. Germanum de pratis. Vincentius lib. 21. cap. 65. & Martinus Polonus in uita Tiberij. Huic à Chilperico rege, qui alioqui ſacerdotum irriſor ac contemptor erat, ſcriptum eſt epitaphium, his uerbis:

*Eccleſiæ ſpeculum, patriæ uigor, ara reorum,*
*Et pater & medicus, paſtor amorq; gregis:*
*Germanus uirtute, fide, corde, ore beatus,*
*Carne tenet tumulum, mentis honore polum.*

Robertus Gaguinus lib. 2.

THEODVLFVS.

Eccleſiæ Pariſienſis diaconus Theodulfus, multas rixas in ea mouebat. Relicto uerò hoc loco, ad Andegauos ſe contulit: ac Audoeni epiſcopi, cum quo magna ipſi intercedebat familiaritas, miniſter factus eſt. Nec ab hoc diſcedere uoluit, licet ſępe à Raimundo Pariſienſi epiſcopo propter reditum excommunicatus fuiſſet. Cum autē potationibus & libidinibus indulgeret, ebrius de muro ſubito motu impulſus pręcipitatur, & fractis oſsibus & pectore obijt. Turonenſis libro decimo, capite decimoquarto.

ETIVS.

Eccleſiæ Pariſienſis archidiaconus fuit Etius. Cum autem Chilpericus rex ſynodū Pariſijs in baſilica S. Petri coegiſſet, ut Prætextatū Rothomagenſem epiſcopum proditionis & aliorum ſcelerum reum peragerct:

in ipſa ſynodo comparuit,& ipſos epiſcopos & aſſeſſores admonuit ne ſuo ſuffragio dam nationem Prætextati innocentis adiuuarēt. Potius (inquit) oſtendite regi peccata ſua, memores iſtius Prophetici: Si uiderit ſpeculator iniquitatem hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis. Manifeſtum enim eſt, quòd Sigiſmundum Clodomeris filium in carcerē coniecerit Chilpericus. Turonenſia libro quinto, capite 18.

EVSEBIVS.

Euſebius negociator, natione Syrus, mu neribus epiſcopatum Pariſienſem adeptus eſt. Turonenſis libro decimo, capite uigeſi moquinto.

RAIMVNDVS.

Raimundus Pariſienſis epiſcopus, Germano ſucceſsit. Turonenſis libro quinto,ca pite decimo quarto & decimooctauo. Cum Prætextatus à Gunthranno rege ab exilio, in quod à Chilpetico iniuſtè pulſus fuerat, reuocatus eſſet, dixit regi: eum non debere recipi, cum ſententia quadragintaquinque epiſcoporū ab officio remotus eſſet. Rex igi tur conuocare ſynodum ob hanc cauſam uo luit. ſed Raimundus pro omnibus reſpōdit, Prætextato pœnitentiam à ſacerdotib. mandatam,nec prorſus ab epiſcopatu remotum. Et ſic Prætextatus à rege ſuſceptus eſt. Deſiderium Magnum, qui ei modeſtus fuerat, cum Dominica rogationū cum populo ſuo ſacra loca circuiret,prælata cruce (ut conſue tudo erat) cellulæ incluſit. Turonēſis lib. 9. cap. 6. Reginam Fredegundem uiduam cum ſuis theſauris ad eccleſiam Pariſienſem confugientem,contra Childebetrum regem defendit. Turonenſis libro ſeptimo, capite quarto. Ad hunc extat apud Fortunatum carmen libro nono, capite 10.

GABRIANVS.

Tredecimo anno Anaſtaſij,Gabrianus Sco tus (uel, ut Sigebertus refert,Gibrianus) cū fratribus ſuis Galliam peruagatus, Rhemenſem urbem & uita & morte ſua celebrē reddidit: teſte Henrico de Erfordia, capite quadrageſimo nono.

EGIDIVS.

Egidius Rhemenſiū epiſcopus fuit. Turonenſis libro ſexto, capite tertio & trigeſimo primo. Hic cum præcipuis conſiliarijs Childeberti regis, legatus miſſus eſt ad Chilpericum, ut pax inter ipſos reges conſtitueretur: quod factū eſt. & Chilpericus, quia orbatus liberis erat, totum ſuum regnū Childeberto fratris ſui filio poſt morte detulit. Secundò miſſus eſt legatus ad Chilpericum, cum quo egit, ut fœdus inter Childebertum & ipſum olim initum ratum haberetur, & fratri Gunthranno non ſuccurreret: quem Childebertus bello petiturus eſſet, & partē Maſsiliæ poſt obitū patris ſui Sigilberti ablatam recuperaturus. Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimoprimo. Gunthrannus rex poſtea Childeberto fratris ſui filio recōciliatus, diligenter monuit Childebertum, ne Egidio epiſcopo fideret, qui ipſi & fratri ſuo datam fidem ſæpe feſelliſſet. Turonēſis libro ſeptimo, capite trigeſimotertio. Cum ſuſpectus haberetur epiſcopus, q'd eſſet ex coniuratorum numero, qui regis uitæ inſidiati fuiſſent, muneribus regē placauit. Turonenſis libro nono, capite decimoquarto. Poſtremò cū Sunnigiſilus torqueretur, confeſſus eſt, Egidium epiſcopum cum Rachingo & alijs conſpiraſſe aduerſus regem Childebertum. Cōuocata itaq; ſynodo, Egidius iſtius ſceleris reus peragitur, & propria confeſsione conuincitur cum maximo epiſcoporum dolore. Spoliatur primùm dignitate ſacerdotali, & deinde Argentinam exulatum mittitur: ut refert Gregorius Turonenſis libro decimo, capite decimooctauo. Fortunatus tamen libro tertio, ſiue pro poetica licentia, ſeu temeritate & leuitate, commendat eum, q peruigil gregis ſui cuſtos fuerit.

VEDASTVS.

Vedaſtus, S. Remigij diſcipulus, epiſcopus Atrebatenſis electus, Atrebatum ingrediens, in ipſa ciuitatis porta cæcum & claudum mendicantes oratione ſanauit. Arrianis aduerſatus eſt, ut teſtatur Robertus Gaguinus libro primo. Præfuit eccleſiæ annos 40. Henricus de Erfordia, cap. 49. & 52. Vincentius libro uigeſimoprimo, capitibus nono & decimo.

VIGOR.

Vigor, in Atrebatenſi prouincia diſcipulus Vedaſti monachi, uenit ad uicum Redenerum, ubi ethnicos ueri Dei ignaros & idola colentes ad Chriſtianam fidem conuertit. Inde conſenſu cleri & populi uocatur ad epiſcopatum Baiocaſinum, epiſcopo mortuo. Henricus de Erfordia, capite quadrageſimo nono. Mortuum quendam in uitam reuocauit. Serpētes tres, flatu uenenato homines & alia animalia occidentes, abegit. Comes Betulphus, ui ipſius poſſeſsiones inuaſerat. Cum autem Deum oraret, ut illatam iniuriam uindicaret: comes ex equo, quo uehebatur, decidit, & fracta ceruice expirauit. Vincentius libro uigeſimoprimo, capite trigeſimonono & quadrageſimo.

DOMITIANVS.

Domitianus decimus Tungrorū epiſcopus, cum contra hæreticos in ſynodo Aurelianenſi diſputaret, terra in tumorem ſurrexit, ut ei ſedem præberet: & tanta eius erat uirtus, ut eleuata contra hæreticos manu, ipſi diuina potentia excæcarentur. Auxilio & beneficio Hildeberti regis prædia eccle-

ſiæ Tungrenſis dirutæ, à pluribus direpta recuperauit. Autor de geſtis epiſcoporum Tungrenſium.

MONVLFVS.

Monulfus nobili genere ortus, ac bonis moribus præditus, Tungronum fuit epiſcopus. Gregotius Turonenſis in gloria Confeſſorum, capite ſeptuageſimoſecundo. Prædixit quædam de ciuitate Leodienſi, & annos triginta nouem eccleſiæ præfuit. Autor de geſtis epiſcoporum Tungrenſium.

PERPETVVS, EGREGISIVS.

Perpetnus & Egregiſius epiſcopi fuerunt in eccleſia Tungrenſi, & parum memorabile geſsiſſe leguntur: niſi quòd in ædificatione baſilicarum occupati fuerunt, & poſteritas quędam ſuperſtitiolè de ipſotum miraculis fabulata eſt.

MEDARDVS.

Medardus natus eſt patre Nectardo Franco, & matre Prothaſia Romsna, in territorio Viromandenſi. Epiſcopus autē electus, Veromandenſem ſedem Nouiomum transferre coactus eſt, propter ſubuerſionem. Deinde in epiſcopstu Totnacenſi Eleutherio defuncto ſucceſsit. Fratrem habuit Gildatdum nomine: qui cum ipſo eodem die natus, epiſcopus factus, & mortuus eſt. Sigebertus & Volatertanus. Meminit eius Turonenſis libro quarto, capite nono hiſtoriæ: & libro de gloria Confeſſorum, capite quinto. In Fortunato eius epitaphium extat.

AMANDVS.

Anuo Iuſtini ſexto, honeſtis parentibus Amandus natus, à puericia literis ſacris inſtitutus, Turonum profectus eſt: & in cella ad ſepulchrū S. Martini annos quindecim moratur. Auxit regnum Antichriſti. Nam cum ab Hildeberto rege locum cui Vanco nomē fuit obtinuiſſet, monaſterium extruxit. Deinde Romā tranſijt: & uiſione admonitus, in Galliam reuerſus eſt.

Perſecutiones maximas pertulit: & cum regem Dagobertum ſuorum ſcelerū arguerer, regno eiectus eſt. Poſtea quum Dagoberto filius natus eſſet, à nemine eum tingi bsptiſmo uoluit, quàm ab Amando: ideo eum reuocauit. Redeuntem in regnum, rogauit ut ſibi quæ contra ipſum admiſiſſet, ignoſceret, ac filium baptiſaret. Regi petenti offenſam facilè remiſit, & infantem baptiſauit. Portò Traiectenſi epiſcopo mortuo, in epiſcopatu ſucceſsit, & tres annos conſtanter nerbum Dêi annunciauit. Sed quum & hic uideret, ſe ſine fructu docere, in Vaſconiam migrauit, ut gentem iſtam ferocißimam conuerteret: ſed fruſtra. ideo in aliam ciuitatem ſe contulit, ubi ab epiſcopo humaniter exceptus eſt. Poſtremò cum quidam epiſcopus intellexiſſet, eum cœnobium in loco uicino ædificatnrum, uitæ ipſius inſidiatus eſt: quas inſidias Deo auxiliante euaſit, ac tandem placidè mortuus eſt. Turonenſis lib. 21. cap. 119 & 120.

THEOMASTVS.

Theomaſtus uir pius & ſanctus, Moniacenſis ciuitatis epiſcopus fuit, & relicta uocatione Pictauum abijt, ibiq; mortuus eſt. Quæ de miraculis apud ſepulchrum eius factis à Turonenſi in gloria Confeſſorum, capite quinquageſimotertio dicuntur, ad ſuperſtitionum magiſtros pertinent.

CANDIDVS.

Candidus fuit presbyter & rector pattimonij apud Brunichildam reginam Francorum. Gregotius libro quinto, capite 105.

CLODOALDVS.

Clodoaldus filius Clodomiris regis, cum uidiſſet ſuos fratres à patruis Childeberto & Clothario regibus interfectos, ſuæ ſaluti fuga conſuluit, auxilio & conſilio procerum: & relicto regno, presbyter factus eſt. Adon in Commentarijs: Turonenſis libro tertio, capite decimoſeptimo. Oratione diabolos ex obſeſsis eiecit, mutis linguam ſoluit, cæcis uiſum reſtituit, ſurdos audire fecit, & claudos ambulare: ut nugstur Vincentius libro uigeſimoprimo, capite ſexageſimo. Patrimonium quod pater ei reliquerat, pauperibus diſtribuerat. Viliſsimo ueſtimento contentus uiuebat. Plumis ſomnum non conciliabat, ſed ſtratum ei erat terra. Vincsntius lib. uigeſimoptimo, cap. 60.

MAPINIVS.

Mspinius fuit epiſcopus in Gallia, Nicetio uicinus & amicus. Extat eius epiſtola, qua Nicetium conſulit de excōmunicatione quorundam, quos ipſe propter inceſtum à communione eccleſiaſtica remouerat. Addit ibi: ſe hanc pœnam, licet alijs ſcandala, & ſibi maxima pericula pariat, non poſſe tamē intermittere, niſi aliorum criminum particeps eſſe uelit. Vixit ſub Theobaldo rege Francotum: ut ex ea epiſtola apparet.

AVSPICIVS.

Auſpicius fuit epiſcopus eccleſiæ Tullenſis in Gallia: uir inſigniter doctus & pius, ut apparet ex eius epiſtola, quam metricis numeris ſcripſit ad Arbogaſtem Treuirorum comitem: quē ab auaricia & cupiditate uindictæ dehortatur.

BASILIVS.

Baſilius fuit epiſcopus in Gallia, ut ex Fortunato apparet, qui tale ei epitaphium compoſuit, quod extat in libro eius quarto:

*Impedior lachrymis prorumpere nomen amantis,*
*Vixq; dolenda poteſt ſcribere uerba manus.*
*Coniugis affectu cogor dare pauca ſepulto:*
*Si loquor, affligor: ſi nego, durus ero.*

*Qui cupis hoc tumulo cognoſcere lector humatum,*
*Baſilium illuſtrem mœſta ſepulchra tegunt.*
*Cuius blanda pio recreabat lingua relatu,*
*Et dabat eloquio uerba benigna ſuo.*
*Hinc doctrina rigans, illinc dulcedo redundans,*
*Ornauit radio lux geminata uirum.*
*Regis amor charus: populi ſic pectore dulcis,*
*Vt fieret iunctis in bonitate parens.*
*Tranquillus, ſapiens, iucundus & aſper, amicus,*
*Nullaq́; quò ſtabat ſemina luis erant.*
*Hunc conſultantem legati ſorte frequenter*
*Miſit ad Hiſpanos Gallica cura utros.*
*Sufficienter habens nunquam dedit arma rapinæ:*
*Non proprijs eguit, non aliena tulit.*
*Eccleſias ditans, loca ſancta decenter honorans,*
*Pauperibus tribuens, diues ad aſtra ſubit.*
*Annis bis denis cum Bandegunde iugali*
*Clauſit in urbe duos unus amore thorus.*
*Qui tamen undecimo luſtro citò raptus ab æuo,*
*Poſt finem terræ regna ſuperna petit.*
*Non tam flendus eris, humana ſorte recedens,*
*Dum patriam cœli dulcis amice tenes.*

MENNA.

Menna, Aetherius, Aregio & Toloſanus, fuerunt epiſcopi Gallię. Mentionem eorum facit Gregorius libro nono, capitibus 50, 51, & quinquageſimoſecundo.

ROMVLFVS.

Romulfus fuit epiſcopus Galliæ. Scribit ad eum Fortunatus libro 10.

IVCVNDVS.

Iucundus fuit epiſcopus Galliæ, tempore Childeberti regis: à quo ad Mauricium Imperatorem ineundæ amicitiæ gratia ablegatus legitur, in epiſtola Mauricij, quam reſpõſionis uice miſit Childeberto.

PRISCVS.

Tempore ſynodi Matiſconenſis inter miniſtros Priſci epiſcopi & Lendegiſili ducis, magna utrinq; facta eſt cædes. Priſcus tamẽ ut pacem redimeret, magnam pecuniæ ſummam obtulit: ut refert Gregorius Turonenſis libro octauo, capite uigeſimo. Fuit etiam Priſcus magnus aduerſarius Nicetij epiſcopi Lugdunenſis, ut idem Gregorius teſtatur in Vitis patrum, cap. 8.

PROCVLVS.

Cum arx Lonolantrum expugnaretur, Proculus presbyter, qui olim Quintianum epiſcopum iniuria affecerat, ad aram crudeliter ab hoſtibus trucidatus eſt: ut refert Gregorius Turonenſis libro tertio, capite 12.

ATTICVS.

Atticus fuit epiſcopus in Gallia: ut ex epitaphio eius, quod in Fortunato extat, apparet:

*Celſus in hoc humili tumulo iacet, Atticus ille,*
*Qui dabat eloquio dulcia mella ſuo*
*Impendens placidam ſuam modulamine linguam,*
*Pacificuḿq; ſuis ſermo medela fuit.*
*Cuius abundantem uenerata eſt Gallia ſenſum,*
*Excoluitq́; ſenem ſemper honore patrem.*
*Clarus ab antiquis, ſpes nobilitatis opimæ,*
*Sufficiens proprijs nulla rapina fuit.*
*Dogmata corde tenens, plenus uelut arca libellus:*
*Quiſquis, non uoluit, fonte fluente bibit.*
*Conſilio ſapiens, animo pius, ore ſerenus,*
*Omnibus ut populis eſſet amore parens.*
*Sic uenerabilibus templis, ſic fudit egenis,*
*Mitteret ut cœlis quas ſequeretur opes.*

SERVILION.

Seruilionem presbyterum fuiſſe in Gallia, epitaphium eius quod extat in Fortunato, oſtendit.

DEMOLDVS

Fuit archidiaconus in Gallia. Scribit ad eum Fortunatus aliquot uerſiculos, quibus eius pietatem commendat.

RVCCO.

Rucco fuit diaconus & presbyter in Gallia. Scribit ad eum Fortunatus libro tertio Elegiam, qua ualde eum commendat.

## HISPANIAE DOCTORES.

CHRYSANTVS.

Chryſantus fuit epiſcopus in Spoleto, ciuitate Hiſpaniæ, tempore Mauricij. Scribit de eo Gregorius, quòd multos eius loci homines ab idolorum cultura ad fidem Chriſtianam conuerterit, Gregorius libro 7. Epiſtolarum. capite ſecundo.

GRATIOSVS.

Gratioſus fuit epiſcopus Numantiæ. Gregorius libro ſecundo, capite quinquageſimonono.

MARTINVS.

Martinus natione Pannonius, ſacra loca in Oriente uiſitando tantam ſibi comparauerat eruditionem, ut cuilibet, ſui tẽporis doctrina facilè par eſſet. Tandem uenit Galliciam, ubi epiſcopus electus eſt. Compoſuit & uerſus quoſdam, qui in baſilica S. Martini ſupra oſtium ſcripti extant, & circiter trigeſimum ſui epiſcopatus annum mortuus eſt. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 37.

LEONTIVS.

Leontius fuit epiſcopus in ciuitate Portugalenſi, natione Gallus, atque ordinis patricij, ſicut ad eum ſcribit Fortunatus:

*Ciuibus ex Gallis ſupereminet alta poteſtas,*
*Tu potior reliquis, & tibi nemo prior.* Item:
*Ornaſti patriam, cui dona perennia præſtas,*
*Tu quoq; ducendus Portugalenſe decus.*
*Quantũ inter reliquas caput hæc ſuperextulit urbes,*
*Tantum pontifices uincis honore gradus.*

Aedificauit baſilicam, quam ſancto Martino ſacrauit. Item aliam, quam S. Vincentio dedicauit: & in qua, ut idem Fortunatus ait, miraculum edidit:

*Nam cum templa Dei præſul de more dicauit,*
*Martyris aduentu dæmonis ira fugit.*
*Redditur incolumis quidam de peſte maligna,*
*Cui uidiſſe pij templa medela fuit.*

Item aliam, quam Nyzario dedicauit. Item aliam ſancto Dionyſio martyri, cuius martyrium ibidem deſcribit Fortunatus. Item baſilicam ſancti Bibiani, incœptam ab Euſebio & Emeriro, ipſe abſoluit. Deniq; Eutropij baſilicã, quæ iam ferè collapſa erat ætate, reſtaurauit: ut libro quarto deſcribit Fortunatus. Fuit in iuuentute cum regio exercitu in militia, & ibi ſtrenuè ſe geſsit. inde rediẽs factus eſt epiſcopus. Vixit in cõiugio, & omnes opes ad templorum ornatum contulit: ut pulcherrimè Fortunatus ſcribit:

*O' felix, cuius ditat pia templa facultas,*
*Cui res iſta magis non peritura manet.*
*Non ærugo terit mordaci dente talentum,*
*Nec contra fures arma doloſa mouent.*
*Et data res uiuit, facit & bene uiuere dantes:*
*Cum moritur terris, ducitur inde polus.*
*Hæc poſſeſſor habet, quicquid tranſmiſerit antè:*
*Sola tenet ſecum, quæ prius ire facit.*

Obijt anno ætatis ſuæ 54. Epitaphium eius extat apud Fortunatum libro quarto.

SEVERVS.

Seuerus presbyter honeſto genere natus, notis Antichriſti inſignis fuit. Nam in rure Sexciacenſi, ubi habitabat, duo templa fundauit, in quibus ſuperſtitioſè ſanctorum reliquias coluit. Liberalis in pauperes erat. Quæ de lilijs in eius ſepulchro die anniuerſario florentib. narrãtur à Gregorio in glor. Confeſſ. capitibus 50 & 51. fabuloſa & præſtigiæ uidentur.

DRACONTIVS.

Dracontius hexameron creationis mũdi conſcripſit Heroico carmine: ut ait Iſidorus de Viris illuſtribus, cap. 24.

FOECVNDVS.

Fœcundus eccleſiæ Hermianenſis epiſcopus, pro defenſione triũ capitulorũ quæ Iuſtinianus Imp. damnauerat, duodecim libros compoſuit in Eutychianos. Ibid. cap. 19.

SEVERVS.

In ualle Interorina Seuerus eccleſiæ Mariæ presbyter, à quodam ægroto conſolandi cauſa accerſitus, ſerius uenit: & mortuum reperit, quẽ in uitam reuocauit. Gregorius lib. 1. Dialogorum, cap. 12. Poſtea epiſcopus Malacitanus factus, edidit libellum contra Vincentium epiſcopum Arianum: & unum de uirginitate, qui Annulus appellatur. Honorius Auguſtodunenſis de Scriptoribus, & Iſidorus. Obijt ſub Mauricio.

LEANDER.

Leander ex monacho Hiſpalenſis eccleſiæ, ſeu (ut alij) Toletanæ epiſcopus, doctrinæ & dicendi facultatę ex æquo ualuit: uteſtantur Platina in uita Benedicti primi papæ: & Sabellicus Enneade octaua, libro quinto. Honorius Auguſtodunenſis libro ſexto, de Scriptoribus, eius enumerat ſcripta in hunc modum:

Duo aduerſus hæreticorum dogma.

Vnus ad Florentinam ſororem, de inſtitutione uirginum.

Vnus contra Arianos.

Vnus de contemptu mundi.

Vnus epiſtolarum ad Gregorium papam, & alios coepiſcopos.

Orationes in totum Pſalterium.

Et de ſacrificiorum laudibus unum librũ compoſuit.

EVRICVS.

Euricus Myronis regis Gallicienſis filius, patri defuncto in regno ſucceſsit, & amicitiã Leuuigildi regis affectauit. Sed eius affinis comparato exercitu, Euricum ex regno eiecit, & eum presbyterũ ordinari iuſſit. Greg. Turonenſis libro ſexto, capite 43.

IVSTINIANVS.

Iuſtinianus tres habuit fratres epiſcopos: fuit eccleſiæ Valentinianæ in Hiſpania præfectus. Prædicatione ac rerum ſacrarum ſtudio illuſtre nomẽ adeptus eſt. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecondo. Librum reſponſionum ad Ruſticum de quibuſdã Quęſtionibus ſcripſit: quarum prima reſponſio eſt, De Spiritu ſancto.

Secunda, contra Bonoſianos, qui Chriſtum adoptiuum filium Dei, & non propriũ dicunt.

Tertia, de baptiſmo Chriſti, quod iterare non licet.

Quarta, de diſtinctione baptiſmi Ioannis & Chriſti.

Quinta, quòd filius ſicut pater inuiſibilis ſit. Iſidorus Hiſpalenſis de Viris illuſtribus, capite uigeſimo: & Honorius Auguſtod. de Scriptoribus eccleſiaſticis.

IVSTVS.

Iuſtus Orgelitanus epiſcopus, frater Iuſtiniani, edidit in Cãtica canticorum commentarium breuem, ſed tamen luculentũ.

NIBRIDIVS & ELPIDIVS.

Nibridius & Elpidius fratres Iuſti, etiam quędam poſteritati reliquiſſe dicuntur: quæ autem nobis ignota ſint, recenſere ea ſuperſedemus. Iſidorus Hiſpalenſis de Viris illuſtribus, capite uigeſimoprimo: & Honorius Auguſtodunenſis de Scriptoribus eccleſiaſticis.

EVTROPIVS.

Eutropius, cũ in monaſterio Sirbitano cœnobiarcha eſſet, ſcripſit epiſtolam ad epiſcopum Licinianum, qua petit ab eodẽ erudiri, cur infantes baptiſati chriſmate ungẽdi ſint.

Ad Irtalycenſem epiſcopum ſcripſit epiſtolam de diſtinctione monachorum: & poſtea Valentinæ eccleſiæ epiſcopus factus eſt. Iſidorus Hiſpalenſis de Viris illuſtribus, ca.32.

### IOHANNES.

Iohannes natione Gothus, natus fuit Scabelli, in prouincia Luuitania. Adoleſcens Cõſtantinopolim profectus eſt, ubi Græcas & Latinas literas didicit. Deinde Gerundenſis epiſcopus electus fuit. Edidit & aliquot libros, ex quibus hi ad nos peruenerunt:

Regula monachis præſcripta.

Liber Chronicorũ, quem à primo Iuſtini iunioris anno uſque ad octauum Mauricij pertexuit.

Et quarto Reccaredi regis anno utilem hiſtoriam compoſuit. Condidit monaſteriũ in exilio, Vidarro dictum, in quo monachos congregauit. Septimo anno Conſtantinopoli in Hiſpaniam redijt: quo tempore Ariana hæreſis, incitante rege Lennegildo, renaſcebatur. Cum autem recuſaret iuſſu regis Arianam hæreſim approbare, decennali exilio damnatus, & Varionanis exulatũ miſſus eſt: in quo multis inſidijs & moleſtijs ab Arianis affectus eſt. Iſidorus Hiſpalenſis de Viris illuſtribus, capite 31.

### MAXIMVS.

Maximus Cæſarauguſtanæ eccleſiæ epiſcopus, ſcripſit hiſtoriam de rebus quæ temporibus Gothorum in Hiſpania geſtæ ſunt: & multa alia, quæ ad nos non peruenerunt. Iſidorus de Viris illuſtribus, cap.33.

### APINGIVS.

Apingius eccleſiæ Pacenſis epiſcopus, uir facundus & eruditus, in Iohannis Apocalypſin ſcripſit doctum commentarium, & ferè melius explicaſſe dicitur quàm ueteres Eccleſiaſtici ſcriptores. Scripſit & quædã alia, quæ ad nos non peruenerunt. Iſidorus de Viris illuſtribus, cap.17.

### ISIDORVS.

Iſidorus Cyprignius, natione Hiſpanus, eruditiſsimus Commentarium in Ioannis Apocalypſin ſcripſit. Sabellicus Ennead. 8. libro ſecundo.

## GERMANIAE DOctores.

### COLVMBANVS.

Columbanus, ut ſcribit Auentinus, anno Chriſti 575 ad Boios & Venedos profectus eſt, ut eos ad Chriſtianam fidem conuerteret. Auentinus libro tertio.

### ANIANVS & MARINVS.

In eo bello quod Theodo Boiorũ rex aduerſus Romanos gerebat, & uictoriã aduerſus eoſdem obtinebat, Auguſta Vindelicorũ funditùs deleta eſt: & inter cæteros Anianus & Marinus epiſcopi interfecti ſunt. Ille ante aram ſacra peragens trucidatur, hic de arbore ſuſpenſus fuit: quorum oſſa poſtea Rhodam ſuperiorem translata ſunt, ubi cuſtodiuntur. Auentinus libro tertio.

### RVPERTVS.

Rupertus regio Francorum genere procreatus, & doctrinæ à Chriſto traditæ præco, ad Theodonem Boiorum regem adhuc gentili ſuperſtitioni deditũ uenit, ut eum ad ueram pietatẽ adduceret. Sed aulici illius ſuadebant, auitas ceremonias nequaquam deſerendas, quæ ipſis tot uictorias ac triumphos peperiſſent: Chriſtianam religionem eſſe nouam, & uiris rei bellicæ ſtudioſis aduerſam. & ut uera ſit, utilem tamen rei publicæ principem, ſiquidem rectè ſuum officium adminiſtrare uelit, nõ poſſe eſſe Chriſtianum. Romanos enim ob id bello inferiores eſſe, qđ à ueteri numinum cultu deſciuiſſent. Chriſtũ omnium deorum pauperrimum eſſe aſſerebant, qui ſuis cultoribus nihil aliud quàm contumelias & egeſtatem promittat & tribuat, & cæteris dijs deabusq; diuinitatẽ inuideat. Rupertus uidens ſe fruſtra inuitos ſeruandi ſumere laborem, domum redit. Poſtea cum Theodoretus Franciæ rex pientiſſimus, Reginodrudam filiam ſuam Theodoni tertio Boiorum duci elocaſſet, iuſsit Rupertum denuò ad Boios iter facere. Rupertus à Theodone Rheginoburgij honorificè exceptus, priuatim & publicè in concionib. Boios ad ueram religionẽ inuitabat: ac tandem effecit, ut relicta auita ſuperſtitione, & gentili numinum cultu, fidem Chriſtianam amplecterentur. Theodon enim unà cum filio Theodeberto baptiſatus eſt Rheginoburgij. Deinde & in alijs Bauariæ locis uerbum Dei ſeminare ac diuulgare cœpit. ac Vrinum ueniens, Vtonẽ ducem ibi baptiſauit: Theoualdam uerò Vtonis fratrem, Piſonij. Auentinus lib.3. annalium Boiorum. Iacobus Curio affirmat, Rupertũ primùm Rhenanas eccleſias, præcipuè Vuormacienſem, deinde Danubianas docuiſſe: lib.2.

### SIDONIVS.

Sidonius fuit epiſc. Moguntiæ, uir inſigniter doctus & pius, ut eum Fortunatus commendat libro nono inquiens:

*Reddita ne doleas felix Moguntia caſus,*
*Antiſtes redijt, qui tibi ferret opem.*
*Porriget ecce manum genitor Sidonius urbi,*
*Quo renouante loco priſca ruina perit.*
*Suſcipit hæredis cœleſti germine natus,*
*Tali nupta uiro quando marita placet.* Item:
*Te uigili cuſtode lupus non diripit agnos:*
*Te paſcente gregem, non ouis ulla perit.*
*Cautius in toto per mitia paſcua ducis,*
*Toxica ne noceant florea rura paras.*
*Nudos ueſte tegis, captorum uincula ſoluis,*
*Depoſito reddis libera colla iugo.*

Exulibus

*Exulibus domus es, atq; eſurientibus eſca:*
*Felix cui Chriſtus debitor inde manet.*
*Te doctrina probum, prouidentia ſacra modeſtum*
*Fecit, & eloquia uincere mella tuo.*

CARENTINVS.

Carentinus fuit epiſcopus Agrippinenſis, tempore Iuſtini iunioris: ut ſcribit Fortunatus libro tertio, in elegia quadam:

*Carentine decus fidei, delitatis amice,*
*Nomine de proprio chare perennis amor.*
*Pontificem pollens Agripina Colonia præfert,*
*Frugiferis agris digna colone Dei.*

Laudat eum à doctrina, ſanctimonia, liberalitate, zelo, & alijs uirtutibus non uulgaribus, ibidem.

SOLMVS, SIMENEVS, REMEDIVS

Solmus, Simeneus, Remedius, fuerunt epiſcopi Colonienſes: ut conſtat ex Catalogo epiſcoporum Colonienſium.

BRITANNICI DOctores.

SAMSON.

Samſon in Metiana prouincia patre Amone & matre Anna natus, præceptore Eleutone uſus eſt: & poſtea à Dubricio primùm presbyter, deinde diaconus ordinatur. Succeſsit tandem Dubricio in epiſcopatu Meneuenſi: quo relicto propter morbũ regium, in Britanniam Armoricam abijt, & Dolenſem epiſcopatum adeptus eſt. Sororem adulteram excommunicauit. Scripſit epiſtolam unam ad populares, & de pœnitentia ad diuerſos. Poculum ueneno infectum ſine noxa ebibit. Vitam eius deſcripſit Baldricus Dolenſis epiſcopus: ut refert Vincentius libro uigeſimoprimo, capite 105.

MAGLORIVS.

Maglorius à celebritate ſic dictus, natione Britannus, in epiſcopatu Dolenſi ſucceſſit Samſoni conſanguineo ſuo. Admonitus à diabolo, quem ille angelum putauit, epiſcopatum reliquit, & in monaſterium ſe abdidit. Comitem, qui ſeptem annos lepra laborauerat, ſanauit. In uigilia Paſchatos, cũ de more in templo excubias ageret, angelus ei mortis diem prædixit. In agone autem crebrò Dauidis uerſum, Vnum petij à Domino, &c. repetijt. Nono Calend. Nouembris uitam cum morte cõmutauit, & Buducum ſucceſſorem habuit. Vincentius libro uigeſimoprimo, capite 121.

AVGVSTINVS.

Auguſtinus Romanus, ordinis Benedicti monachus à Gregorio papa anno Domini 582, Mauricij decimoquarto, cum quadraginta militibus Italis, & aliquot Gallis, mittitur in Angliam, ut eam Romano pontifici lucretur, eiusq; quæſtuoſæ & ſuperſtitioſæ iuriſdictioni ſubjiciat. Cum autem aliquantulũ itineris confeciſſet, fratres ſuæ cuti motuentes, incipiunt propoſitum mutare, gentis ferocitatem & linguæ Britannicæ imperitiam expendentes. Ne autem temerè id quod cœperant, uideantur abiecisse, Auguſtinum ad Gregorium remittunt: qui ab illo reuerſus, adſert literas conſolatorias, & adhortatorias ad cœptum opus perficiendum. Beda libro primo, capite uigeſimotertio hiſtoriæ Anglicæ. Ingreſſus Cantionũ inſulam, quæ Tanatos nominatur, anno Domini 596, Edelbertũ regem cum uxore ſua ſuperſtitioſa, religione Romana imbuit: ea tamen conditione, ut omnino liber, & non coacticius iſte pontificius cultus eſſet. A' plebe in Dorobernenſem, quæ nunc Cantuaria dicitur, archiepiſcopum electus, ab Etherio Arelatenſi conſecratur: Londino, qui hactenus ea dignitate uſus fuerat, ſuo iure priuato. Poſtea conuocata ſynodo, Romanos ritus & conſuetudines illis eccleſijs obtruſit: nimirũ altaria, ueſtes, imagines, miſſas, calices, cruces, candelabra, thuribula, uexilla, uaſa ſacra, luſtrales aquas, Romanarũ ceremoniarũ codices, oblationes, proceſsiones, pompas, decimas, & ſimilia: quę hactenus Britanni ignorabant, cõtenti Aſianis & Græcis ceremonijs. & poſtulauit, ut eodem tempore Paſcha celebrarent, & baptiſmum ritibus Romanorum adminiſtrarent, & genti Anglorum unà ſecum prædicarent, ſeque archiepiſcopum ſuum agnoſcerent.

Cum autẽ Britanni nollent decretis eius parẽre, atrox bellum concitauit, & libertatẽ eccleſiæ tuentes perſecutus eſt. Beda libro ſecundo, capite ſecundo.

Scripſit de ſuo ſucceſſu proſpero ad Gregorium, librum unum: & Eccleſiarum ſuarum ſtatuta, librũ unum: & Quæſtiones undecim. ad quas Gregorius ei reſpondet libro duodecimo, tomo ſecundo: quas etiã Beda refert libro primo, cap. uigeſimo ſeptimo hiſtoriæ Anglicæ.

A' Gregorio palliũ, reliquias ſanctorũ, & ſimilia ſuperſtitionũ inſtrumenta: & ſocios Mellitum, Iuſtum, Paulinum, Rufinianum, ex Roma accepit. Beda lib. eodem, cap. 29.

Eccleſiam Saluatoris Cantuariæ inſtaurauit, & monaſteriũ in honorem Petri extruxit. Beda libro eodem, capite 33.

Miracula etiam eum feciſſe narrant. ſed cum ad ſuperſtitionis cõfirmationem penitius quàm ad ueritatis diuinæ directa fuerint, meritò ſuſpecta ſunt. Et Gregorius fortè nõ ſine cauſa eum per literas hortatus eſt, ne de ipſis nimiũ gloriaretur. Beda libro eodem, capite trigeſimoprimo. Illud certè, qđ cæco uiſum reſtituiſſe dicitur, ad ſui honoris

religionem inuitauit. Fuit & prophetia inſignia. uaſtationem enim regni Britannici inhabitatoribus his orbis prædixit: Tradens, inquit, tradet Dominus Britanniam exteris nationibus Deum ignorantibus: indigenis euacuabitur à Paganis inſula. Chriſtianæ legis religio uſq; ad præfinitũ tempus diſsipabitur: ſed in priſtinum ſtatum, imò meliorem, miſerante Deo, in fine reparabitur. ut ait Ioannes Balæus Centuria prima, in Appendice.

Libri quos compoſuit, hoc ordine & numero recenſentur:

Manuale ſuorum miniſteriorum, lib. 1.
In obitum Dauidis epiſcopi, Orat. 1.
De fidei obſeruatione, Orat. 1.
De charitate mutua, Orat. 1.
De Chriſtiana pace, Orat. 1.
De obedientia hominia, Orat. 1.
De hoſpitalitate tenenda, Orat. 1.
De ſcripturarum lectione, Orat. 1.
De oratione continua, Orat. 1.
Ad principem auarum. epiſt. 1.
Ad Rodericum regem, epiſt. 1.

& alia plura. Multos ad fidem conuertit, apoſtatas in uiam reuocauit, Pelagianos eiecit, nõdum baptiſatos ſacro flumine abluit: idola deſtruxit, eccleſias erexit, ægrotoa curauit. Ex ſuis diſcipulis quoſdam ad Orchades inſulas Noruegiam & Islandiam miſit, ut luce Euangelij illuminarentur. Ad id enim in collegio Eluienſi ſemper habebat trecentos ſexagintaquinque doctos uiros paratos. Tandem à mari Scotico reuerſus, ne domi ocioſus deſidêret, agriculturã proprijs manibus coluit. Poſtremò rebus compoſitis, Aſaphum diſcipulum in eccleſia Eluienſi ſucceſſorem ſibi reliquit: & in Scotiam reuerſus, Gleſuiæ in ſecundo ſuo epiſcopatu in fata conceſsit, Idibus Ianuarij, anno ſuæ ætatis centeſimo octuageſimoquinto, ut hiſtorici de eo ſcribunt. Claruit ſub Iuſtiniano, anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo. Iohannes Balæus Centuria 1.

THEONVS.

Anno Domini quingenteſimo octuageſimoſexto, Theonus Londinenſis eccleſiæ epiſcopus fuit, qui ſanctorum reliquias non ad ſuperſtitionem (ut teſtis eſt Matthæua Vueſtmonaſterius) ſed memoriam reſeruabat. Iohannes Balęus prima Centuria, in Appendice.

DVBRICIVS.

Dubricius Gainios, Vagenſis, à ſolo natali ſic dictus, monachi fortaſsis ex Eurdila nobili iuuencula filius, ualde celebris euaſit apud Anglos. Iuuenis cognitione literarum ita ſe inſtruxerat, ut ad ipſum ex longinquis regionibus diſcipuli confluerent. Ad Vagæ fluminis ripam ſcholas aperuit, in quibus operas ſcholaſticas multis annis fecit: ac auditores habuit Theliaum, Samſonem & Aidamum. Quum autem diebus Dominicis populo doctrinam pietatis proponeret, & hic eius induſtria cognoſceretur, primùm electus eſt epiſcopus Landauẽſis: deinde Legionum ciuitatis, quę erat metropolis Cambrorum, archiepiſcopus conſtitutus eſt.

Pro defenſione ſuæ gentis, contra Angloſaxones compoſuit hos libros:

Declamationes eruditas, lib. 1.
Contra Pelagianos, lib. 1.
In Arthuri coronatione, orationẽ unam.

Inter docendum uehementer in Pelagianos inuehebatur, ac eorum dogmata damnabat. Conſentiente uniuerſa multitudine, Vtherium primò, deinde Arthurum nothum, reges Britannicos coronauit. Poſtremò epiſcopatum relinquens, Dauidem elegit ſucceſſorem: & inter ſuos diſcipulos, ſuarum manuum laboribus uictitantes, expirauit, 18. Calend. Decembris, anno Salutis quingẽteſimo uigeſimo ſecundo. Balæus Centuria prima.

ILTVTVS.

Iltutus Morganenſis, quem alij Elchutum uocitarunt, equeſtris ordinis apud Anglos fuit: qui poſt Cadocum uſus fuit præceptore Germano Altiſiodorenſi. In ſcripturis ueteris ac noui Teſtamẽti, & philoſophis, præ omnibus ſuæ gentis eruditiſsimus, & à Deo ſcientia futurorum ornatus. Hos libros ſcripſiſſe dicitur:

Super quæſtione ad Samſonem, epiſt. 1.
Ad Iſanum & Atrorlium, epiſt. 1.

Spiritu Antichriſti inſignis fuit. nam contra Pauli doctrinam, ſi hiſtoricis credimus, contemnens uxorem pudiciſsimam repudiauit, & oculis inſuper priuauit. Contempſit & Chriſti præcepta, qui inimicos diligi præcepit, cum amore ſuõ homines in lapides mutarit. Mortuus tandem Doli ſepultus eſt. Balæus Centuria prima.

DAVID *Meneuienſis.*

David natione Anglus, & patria Meneuienſis. Xanthi comitis adulteri ex Melaria monacha filius fuit. Vſus in puericia doctiſſimis præceptoribus, Iltuto & Paulino, coæquales ſuos longè ſuperauit ingenij bonitate. Natura erat amabilis, ore uenuſtus, forma ſpecioſus, diſertus, & quatuor cubitorũ ſtatura. Poſtquam decem annos Theologiæ impendiſſet, Euangelium & legem populo Chriſtiano diligententer inculcauit. Scripta hæc ad poſteros tranſmiſit:

Decreta ſynodi Victorienſis, lib. 1.
Contra Pelagianos, lib. 1.
Regulam cœnobitarum, lib. 1.
Homilias Euangelicas, lib. 1.

Pelagianam hæreſim, de cuius remedio ſe rè deſperatum erat, ex totius gentis ſynodo præſul conſtiturus anno quingenteſimo decimonono, aſsidua prædicatione & diſputationibus publicis ſuſtulit, & eccleſiã repurgauit. Ob hoc factum Cambriæ metropolitanus factus eſt. ac tantum fauoris apud Arthurum regem adeptus fuit, ut ab urbe Legionum ad Meneuiam patriam ſuam ſedem epiſcopalem transferret: ut teſtatur Ranulphus Ceſtrienſis lib. primo, capite quinquageſimoſecundo. Quę ibi manſit uſq; ad Normannorum ætatem: & omnes Cambrorum epiſcopi ab ipſo confirmarionem, ut à ſuperiore acceperunt: & poſtea hæc ciuitas dicta eſt Dauidis fanum. Conſtruxit & duodecim monaſteria, ac monachos laboribus ſuarum manuum uictitare uoluit. Poſtremò, poſt centeſimum quadrageſimumquintum ætatis ſuæ annum, ut in eius uita indicatur, obijt. Ioan. Balæus Cent. 1.

### MACHVTVS.

Circa Machuti Cambri infantiam multa miracula accidiſſe, narrant Antonius titulo duodecimo, capite octauo: & Vincentius libro uigeſimoprimo, capite nonageſimotertio: quæ nos ut fabuloſa omittimus. Congello præceptore aliquandiu uſus, ad Brendanum Lancaruanenſis monaſterij præpoſitum ſe contulit: & eius in ſeptennali nauigatione, qua Fortunatę inſulę inuentę ſunt, comes fuit. In Armorica doctrinam Euangelij propagauit: & tandem in Althenſi ciuitate epiſcopatũ rexit. Epiſtolas aliquot poſteritati reliquit, referente Balæo. Ab Anglis irritatus, eis maledixit, & in Gallias abijt. & ſub Leontio Saxonum epiſcopo claruit: & Britannos ueniã precantes, poſt multas clades abſoluit. Sigebertus. Nullum ex alumnis Venedoticæ gentis facundiorem, & uita modeſtiorem extitiſſe, eius ſeculi ſcriptores reſtantur. Claruit anno Chriſti 540. ſub Iuſtiniano.

### THELIESINVS.

Theliesinus Helius, quem alij Theleſinũ appellarunt, ex Bardorum genere, Anglicus uates fuit & philoſophus & mathematicus. Scholam aperuit, & diſcipulos undequaq; confluentes philoſophiam docuit. Multa opuſcula partim Britannico, partim Latino ſermone conſcripta, poſteritati reliquit.

Hiſtoriam uaticinalem, lib. 1.
Acta regis Arthuri, lib. 1.
Vaticinia quædam, lib. 1.
Fragmenta carminum, lib. 1.

Anglia primo loco ſuorum poetarum antiquorum hunc celebrat. Iohannes Balæus Centuria prima.

### IOHANNES *Recluſus.*

Iohannes presbyter natione Britannus, uir excellenti pietate præditus, quoſdam ægrotos ſanauit. Exiguam ſibi caſam nõ procul à Cainonenſis oppiduli templo extruxit, iuxta quam & amœniſsimum hortũ plãtauit, in quo ſe ſcribendo & legendo exercebat. Gregorius Turonenſis in gloria Confeſſorum, capite uigeſimotertio.

## SCOTI.

### BRENDANVS.

Brendanus Conacius ex Occidentali Hybernia oriundus, puer Herci epiſcopi lateribus ſemper adhæſit, à quo potioris literaturæ rudimenta percepit. Gradior deinde factus monachatum ſuſcepit, ac in Britanniam ad Congellum monachorum antiſignanum ueniens, ab eo in cœnobio Bannochorenſi regulas uitæ monaſticæ didicit. Tandem præceptorũ ueſtigijs inſiſtens, ac iſtud uitæ genus augere cupiens, in Lancaruanenſi ualle monaſterium extruxit, cui aliquot annos præfuit. Totam Hyberniam ac Scotiam peruagans, tantam diſcipulorum, ſuarum tamen manuum laboribus uictitantium, multitudinem collegit, ut trium millium monachorum abbas diceretur. Inſulas fortunatas ſeptem annorum nauigatiõe inueniſſe dicitur, in qua multa miracula nidit. Compoſuit etiam libros aliquot:

De confeſsione Chriſtiana, lib. 1.
De cœleſti hæreditate, lib. 1.
De monachorum regula, lib. 1.

Dicitur multa ad monaſticã uitam ſpectantia ex ore angeli cõpoſuiſſe: ſed maledictus ſit iſte angelus, qui adfert doctrinam cum Euangelio Chriſti pugnantem. Floruit autem anno inſtauratæ ſalutis quingẽteſimo ſexageſimo. Ex hoc ſeculo tandem migrauit, & in Cluenarra ſepultus eſt. Iohannes Balæus Centuria decimaquarta.

### DAGANVS.

Daganus in Bannochorenſi celeberrimo Anglorum collegio rudimenta pietatis percepit, ac deinde Scotorum epiſcopus factus eſt. Librum unum ad Anglorum eccleſias ſcripſiſſe fertur. Nullam mutationem in ritibus, quos in eccleſia repererat, admittere uoluit. Orta eſt igitur magna diſſenſio & contentio inter ipſum & Auguſtinum Anglorũ epiſcopum, quem Gregorius Magnus eò miſerat. Hic enim uſitatis ritibus abolitis, Romanas ceremonias introducere, ac eis obtrudere conatus fuerat, præſertim in Paſchæ celebratione, & baptiſmi miniſterio. Sed huic conatui fortiter reſtitit Daganus. Iohan. Balæus Centuria 14.

### PATRICIVS.

Patricius, ſanctitate & doctrina egregius, Scotorum archiepiſcopus ordinatus fuit. Hic in quadraginta annorum ſpacio totam Hyber-

Hyberniam ad Chriſtum conuertit. Fuit & miraculis clarus: plures enim mortuos in uitam reuocauit. Notas Antichriſti habuit. multas enim eccleſias, ut papatum augeret, extruxit: ac canonicos beati Auguſtini ordinauit. Multa hominum millia baptizauit, captiuos proprijs ſumptibus redemit. Hartmannus Schedel, in ſexta ætate mundi.

### BRIGIDA.

Brigida Laginenſis mulier, ex Scotia oriunda, & ex adulterio nata, patre Dubtaco, matre uerò Brocſeca, pulchritudine ſpecioſa. Dubtacus ab uxore rixoſa coactus, grauidam ancillam mago uendidit: qui in ſuis ædibus matrem & filiam aluit, ac magicas artes edocuit. Adulta matrimonium ſpreuit, ac cum tribus puellis ad Machillam epiſcopum Sodrenſem naui tranſijt: ac in inſula Mona ueſte monachi induta, ipſi cohabitauit: & multa miracula, artibus magicis uſa, fecit. Per aquam enim luſtralem lapidem in ſal conuertit, cæco nato uiſum reſtituit. Leproſis, cum ab ipſa cereuiſiam peterent, quam non habebat, aquam in cereuiſiam mutauit. Balæus centuria 14. Getaldus Cambrẽſis autor eſt, hac orante, Angelo dictante, ac ſcriptore excipiente, librum conſcriptum eſſe. In cuius uerbis tanta eſt perplexitas, ut anilium fabularum expoſitoribus ad ea declaranda opus ſit. Obijt anno Domini 518.

### QVIRINVS.

Quirinus fuit epiſcopus in Hiberuia. Gregorius lib. 9. cap. 61.

## *DE MONACHIS Aſiaticis.*

### PALAESTINAE MONACHI.

SVB IVSTINIANO.

### BARSANVPHIVS.

IVſtiniani tẽpore fuerunt multi uiri miraculis inſignes. Inter hos eminebat Barſanuphius, natione Aegyptius. Hic prope ciuitatulam Gazam, in phrontiſterio quodã uixit uitam duriſsimam. Exiſtimabatur autem ſe continere in domuncula, licet in ſpacio quinquaginta annorũ aut ultrà nec uiſus, nec rebus terrenis uſus ſit. Cui opinioni cum Euſtochius epiſcopus Hieroſolymitanus fidem nõ haberet, ſed habitationem perfoderet, ut ubi ſe contineret uideret, ignis proſiliens omnes ferè abſumpſit. Euagrius libro 4. cap. 33.

### ZOSIMAS.

Zoſimas natione Phœnix, ex uico Sinda, diſtante ſtadijs uiginti à Tyro, oriundus, monaſticen exercuit circa Cæſaream Palæſtinæ, in Sindenorum cœnobio. Arceſilao uiro nobili familiaris, oculum uxoris eius excuſſum curauit oratione. Antiochenum terræmotum prædixit. Leonem, qui ei aſinum interfecerat, coegit onus Cæſaream portare, ſi credere fas eſt. Euagrius libro quarto, capite ſeptimo.

### IOANNES *Chuzubita.*

Ioannes in Laura Chuzubena monaſticam exercens, epiſcopatum Cæſareæ adminiſtrauit. familiaris fuit Zoſimæ, qui Arceſilai uxoris oculum excuſſum ſanauit. Euagrius libro quarto, capite ſeptimo: Nicephorus libro 17. capite 4.

SVB MAVRICIO.

### IOANNES.

IOannes fuit abbas in monte Sina, uir pius & bonus: in cuius preces ſe Gregorius cõmendat libro duodecimo, cap. 16.

### ANASTASIVS.

Anaſtaſius fuit monachus in Iſauria. Scribit Gregorius, quòd fuſtibus cæſus ſit à Ioanne Conſtantinopolitano, propterea quòd hæretica quædam ſcripſiſſet. poſtea abſoluit eum Gregorius ab hæreſis macula, & ad Catholicæ fidei integritatẽ reduxit. Epiſtolarũ libro ſecundo, capite nonageſimoprimo: & libro ſexto, capite 164.

### HELIAS.

Helias fuit abbas & presbyter in Iſauria. Gregrorius libro quarto, capite 74.

SVB TYBERIO.

### MARTYRIVS.

FVit monachus in Lycaonia. Is aliquando ex ſuo monaſterio uiſitationis gratia ad aliud expaciatus, inuenit inter eundum leproſum quẽdam. quem denſis uulneribus elephantinus morbus per membra fœdauerat. eum ex commiſeratione humeris leuauit, ac ſecum detulit. Cumq; ad monaſteriũ ueniſſet, ſpiritualis pater eius monaſterij magna uoce clamare cœpit: Aperite portas, quia frater Martyrius uenit, Dominum ſecum portans. Inde ſtatim leproſus ille de collo eius deſiliens, in ſpecie ea apparuit qua recognoſci ſolet ab hominibus redemptor generis humani Chriſtus. & paulo pòſt ad cœlum Martyrio aſpiciente ſublatus eſt, ſubinde reclamans: Quoniam non erubuiſti Martyri me ferre in terris, ego non erubeſcam te geſtare ad cœlos. Interrogatus deinde Martyrius à ſpirituali illo patre, ubi reliquiſſet quem portarat? reſpondit, ſe nullum pondus ſenſiſſe inter eundum, quod geſtaret. Hæc narrat de eo Epiphanius diaconus Roman' ad Gregorium: ut eſt in Gregorio ſuper Euangelia, homilia 39.

## MONACHI PER Aſiam Minorem.

### QVI SVB ANASTASIO ET IVſtiniano.

### SABBAS,

Libro ſuperiori quædam de Sabba dicta ſunt, quibus hæc adijcimus: Heremi incola Sabbas (Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimotertio) uir fuit magnæ apud omnes autoritatis & exiſtimationis, propter uitæ ſanctimoniam, certamina, & diuinos (ut idem Nicephorus loquitur) labores. Egregiam nauauit operam, æternaq; memoria & celebratione dignam, in prædicanda, laudanda, acriterque defendenda ſynodo Chalcedonenſi. Cum enim à patronis Eutycheris, Xenæa & ſimilibus, uehementi quodam impetu & uiolentia deteſtabili compelleretur ad prædictæ ſynodi abiectionem, conſtanter ſeſe oppoſuit, & uelut immota rupes in ſententia perſtitit: ac exilium potius cum ſuis ſynecgis perferre & pati ad Anaſtaſio (ut uidetur) maluit, quàm pedibus in ipſorum ſententiam concedere. Vſus eſt illius opera in obeunda legatione ad Anaſtaſium, Helias Hierosolymitanus epiſcopus. Apparuitq; in hac ipſa legatione animi eius celſitudo, & robur Chriſtianum. Cum Imperatore enim congreſſus, magna parrheſia inſolentiâ illius, & iratum flammas aduerſus Heliam animo conceptas compeſcuit & extinxit. Ioanni Hieroſolymitano, qui Heliæ in exilium pulſo ſubſtitutus, ac ad epiſcopatus dignitatem euectus erat, ſalutaribus monitis & dictis perſuaſit, ut relicta & reprobata Seueri Antiocheni communione, Chalcedonenſe concilium uel cum uitæ periculo tueretur & reciperet. Adhuc in uiuis fuit temporibus Iuſtinani: eodem Nicephoro libro decimoſeptimo, cap. uigeſimoquarto commemorante. Et annum agens nonageſimum, ab Aelienſi epiſcopo legatus Conſtantinopolim ad Iuſtinianum miſſus eſt, ut Iudæorum immanem crudelitatem, Iuliano duce horribiliter in miſeros Chriſtianos graſſantium, auerteret & reprimeret. Eadem tempeſtate Syluano ſectatori Iuliani, & adiutori contra Chriſtianos, diuinam uindictam prędixit, ac igni ipſum concremandum eſſe prænunciauit. Arſenio autem calumnijs ſuis & confictis mendacijs plurimùm Palęſtinis, quaſi tyrãnidem Iuliani fouiſſent & promouiſſent, apud Iuſtinianum incommodante, rurſus deprecator & orator ad eum miſſus eſt. Celeberrima & ſplendidiſsima pompa, urbi Conſtantinopolitanæ appropinquans, ab Imperatore eſt exceptus, obuiam ei prodeuntibus omnibus illuſtrib. uiris, & Epiphanio patriarcha. Addit Nicephorus: Iuſtinianũ, ubi procul aduenientẽ agnouerit, pulcherrimam coronam capiti eius imminentem cõſpexiſſe: quod ipſum & Anaſtaſius olim, cum ad ipſum ueniret, uiderit. Fides ſit penes autorem. Omnibus autem quæ uoluit ab Imperatore acceptis & impetratis, paulo pòſt uitam cum morte commutauit.

### EVTHYMIVS.

Euthymij meminit Nicephorus libro decimo ſexto, capite trigeſimotertio, & eremi habitatorem fuiſſe affirmat, uirum præclarum, & excellentem, dignum cuius certamina & labores peculiari libro decantentur: ſocium Theoctiſti, Theodoſij & Sabbæ, cum quibus contra calumniatores & obtrectatores Chalcedonenſis concilij, Xenæam uidelicet & ſimiles, utilem Eccleſiæ & ſtrenuam nauauerit operam.

### THEOCTISTVS.

Magnum appellat hunc Theoctiſtum Nicephorus loco ſuprà citato, & propugnatorem ſynodi Chalcedonenſis fuiſſe aſſerit.

### SYMEONES.

In Emiſa erat Symeones, uanitatis huius mundi tantus cõtemptor, ut ignorantibus delirare uideretur: licet rerum callentiſsimus, & uirtutibus omnium mortalium excellentiſsimus eſſet. Euagrius libro quarto, capite trigeſimoquarto: & libro quinto, capite 21. & libro 6. capite 24.

De multis uaticinatus eſt, quę Mauricio Imperium portendebant. Euagrius libro quinto, capite uigeſimoprimo. Cum terræmotus, qui Phœnicẽ maritimam concuſsit, inſtabat, plures columnas in foro flagellabat, inquiens: State, ſaliandum uobis eſt. Et quia nihil faciebat ocioſè, aderant qui hæc obſeruanda putabant. Eæ autem columnę quas non flagellauerat, paulo pòſt terræmotu concuſſæ ceciderunt, reliquis ſaluis. Euagrius lib. quarto, capite trigeſimoquarto. Dæmones eiecit, omnem morbum curauit, futura certiſsimè prædixit. Gregorio epiſcopo Antiocheno prędixit, quòd ipſius mortem non eſſet uiſurus. Puerum etiam, quem leo in ſpeluncam ſuam abduxerat, iuſſu Simeonis, miniſtri referunt. Euagrius libro 6. capite 24.

Simulator autem inſignis erat: nec cuiquam copiam faciebat penitùs cognoſcendi, quando uel quomodo Deum coleret, uel quando à cibis aut abſtineret aut uteretur. Cum unius ex ipſius familiaribus ancilla ſtuprata uterum geſtaret: & ab hero ut autorem facti indicaret, cogeretur, Symeonem clàm ſecũ concubuiſſe referebat. Cum Symeones hoc audiſſet, ſe hominem & carnis flammas ſentire faſſus eſt. Hic rumor

cum

cum ubiq; ſpargeretur, & ad infamiam boni uiri ſpectare uideretur, aliquandiu aliò tranſijt. Tempus pariendi cum aduenisset, pa̅rete grauida non potuit, ſed in ſummo uitæ periculo propter difficultatem uerſata eſt. Cum autem à Simeone, qui data opera tedierat, petiſſent, ut pro illa oraret: dixit, eam non parituram, niſi prius fœtus patrem manifeſtaret. cumq; ipſa uerum patrem monſtraſſet, ſine difficultate infans in lucem editus eſt. In ædes ſcorti ingreſſus, cibum & potum ieiunanti attulit. Tenui uictu utebatur. nam rami ex arboribus, quę in eo monte naſcebantur, ſuppeditabant ei cibum & potum. Interdum tamen in tabernis, quolibet genere cibi iuxta doctrinam Pauli, ſine diſcrimine ueſcebatur.

### THOMAS.

Thomas in Syria Caua ſimile uitæ genus cum Simeone exercuit: & Antiochiam uenit, ut annuum ſubſidium monaſterio ſuo acciperet. ex ea enim eccleſia ordinatus fuerat. Anaſtaſio epiſcopo Antiocheno ſæpe moleſtus fuit: à quo cum alapam accepiſſet, prædixit illi & ſibi mortem, quam etiã in ſuburbio Daphne paulo pòſt obijt. Euagrius libro quarto, capite 35.

## MONACHI AFRICANI.

### SVB ANASTASIO.

### EGESIPPVS.

SVb Anaſtaſio claruit Egeſippus, uir doctiſſimus, qui ſuis ſcriptis plurimũ Eccleſiam Dei iuuit: & monachorum regulas compoſuit. Eleganti ſtylo etiã uitam Seuerini abbatis pertexuit, ut refert Platina

### DOROTHEVS.

Inter duo millia uirorum qui apud Alexandriam in ſolitudine, & circum Mareotẽ habitatũt, maximè effulſit Dorotheus Thebanus. Exercitium autem ipſius hoc erat. Ex uicino mari lapides interdiu colligebat, & caſam ſingulis annis conſtruebat: eamq; monachis qui ædificare non ualebãt, concedebat. De nocte, ex palmæ uirgultis corbes conficiebat. Diæta ipſius frugalis: ſex enim unciarũ pane contentus uiuebat, & faſciculo holerum: potus aqua erat. Et hanc diætam in adoleſcentia inchoatam, in ultima ſenectute ſeruauit. Labori deditus fuit: ideo in lecto non quieſcebat, neque ſomnum unquã ſponte capiebat, ſed maximis laboribus fatigatus, quaſi ex improuiſo interdũ ab eo opprimebatur. præ ſomni enim uiolentia cibus ſæpe ei ore excidebat. Cum ab amico interpellaretur, ne ἄσπονδον bellum cum corpore gereret, & id adeò affligeret: reſpondit, Quare me id occidere conatur? Nicephorus lib. 11. cap. 35. & Sozomenus lib. 6. capite 29.

### SVB MAVRICIO.

### CONCODEVS.

FVit abbas monaſterij in Africa, ꝓpe Carthaginem. Scribit de eo Gregorius ad epiſcopum Carthaginenſem, quòd conqueſtus fuerit, ſuos monachos, ſi quando eos ſub regulari uoluerit diſciplina reſtringere, monaſteriũ deſeruiſſe, & in uicinia ꝑ libitu uagatos: idque prohiberi demandat. Epiſtolarum libro ſexto, capite 196.

### CANDIDVS.

Candidus fuit abbas monaſterij Sancti Andreæ, ad montem Scauri. Gregorius libro ſeptimo, capite decimotertio.

### HILARIVS.

Hilarius fuit monachus Africę. Gregori⁹ libro ſecundo, capite octuageſimoſecũdo.

## MONACHI INSVLARES.

### SVB MAVRICIO.

### DOMINICVS & *Antonius.*

DOminicus fuit presbyter & abbas: Antonius, ſubdiaconus monaſterij Luuiſiani, in territorio Panormitano Siciliæ. Gregorius libro ſeptimo, capite 27.

### MAXIMIANVS.

Maximianus primùm fuit abbas & presbyter monaſterij, in quo ipſe Gregorius, antequam ad ſedem Apoſtolicam uenit, fuit monachus. Ac narrat Gregorius, quòd ex ipſo uiſionem Victorini, uel Fumiliani monachi, cui aperto cœlo per lucem claram Deus apparuerat, & conſolationem de peccatorum ſuorum remiſſione dederat, cognouerit. Factus eſt poſtea epiſcopus apud Syracuſanos, & à Gregorio ſuper omnes eccleſias Siciliæ poſitus, quibus feliciſſimè præfuit uſque ad mortem: ut de eo paſſim idem prædicat in Euangelia, homilia 35. item Epiſtolarum libro ſecundo, capite 4. item libro quarto, capite ſexageſimotertio. Item Dialogorum libro tertio, capite trigeſimoſexto. ubi narrat, eum aliquando in mari Adriatico ex præſentiſſima morte diuinitùs ereptum, ita ut nauicula undis uſque ad ſupremas tabulas repleta, non merſa ſit, ſed uſque ad octauũ diem in medijs fluctibus curſum ſuum continuauerit, donec Maximianum cum ſuis omnibus ad portum Crothonenſis caſtri incolumem deduxerit: ubi tandem omnibus egreſſis, ſolummodò præ aquarum mole in profundum uiſa fuerit mergi.

### SAVINVS.

Sauinus fuit abbas monaſterij ſancti Stephani in inſula Cabis. Scribit de eo Gregorius, quòd reliquias ſanctæ Agathæ martyris apud ſe habuerit: eaſque petierit in ſuũ monaſterium cum conſecratione collocari. libro primo capite 52.

LAVRENTIVS & *Petrus.*

Hi duo, Laurentius presbyter & Petrus monachus, ab Auguſtino ex Anglia miſsi ſunt ad Gregorium papam, ut conuerſionẽ eius gentis ipſi nuuciarent, & ſimul plures uerbi miniſtros eò tranſmitti peterent: id quod factum eſt à Gregorio. ſueiũtq; præcipui inter eos quos miſit, Mellitus, Iuſtus, Paulinus & Ruffianus. Ioannes Diaconus libro 2. capite 36.

CAESARIVS.

Cæſarius fuit abbas in monaſterio S. Petri, quod ſuit extructũ in loco qui Baias dicitur, in Sicilia. Greg lib. 6. Epiſt. cap. 200.

IOANNES.

Ioannes fuit abbas monaſterij S. Luciæ. in Syracuſana ciuitate. Gregorius ibidem.

GREGORIVS.

Gregorius abbas fuit atq; presbyter monaſterij ſancti Theodori, in Panormitano caſtro: qui propter delictum quoddã, à Gregorio non ſolùm honoribus exutus, uerùm etiã grauiter & diu Romæ afflictus & caſtigatus legitur, & tandem dignitati & officio ſuo reſtitutus: niſi quòd præpoſitus ipſi additus eſt, qui eum in gubernatione monaſterij adiuuit. Libro 4. indictione 13. cap. 48. item lib. 1. indict 9. cap. 9.

MARTIANVS.

Martianus fuit monachus monaſterij S. Viti, in Aethna, monte Siciliç. Scribit de eo Gregorius, quòd ad ſe Romam uenerit, & cõqueſtus ſit, illud monaſteriũ multas moleſtias à quibuſdam ſuſtinere, & monachos tam diſſolutè uiuere, ut ſine metu cum mulierib. rem haberent. Libro 8. cap. 21. & 22.

MARMIANVS.

Marmianus ſuit abbas de Panormo. Gregorius libro 2. capite 66.

MARTIA.

Martia fuit abbatiſſa in monaſterio ſancti Martini, quod in Panormo extructum fuit. Migrauit inde inſcio Gregorio in aliud monaſterium: & eius locum Victoria occupauit, quæ res monaſterij diſperſit. Scribit de ijs Gregorius ad Victorem eius loci epiſcopum, & iubet Martiam in ſuũ locum reuocari: Victoriam uerò, rebus dilapidatis reſtitutis, in aliud monaſterium tranſmitti. Libro quarto, capite quadrageſimooctauo.

VRBICVS.

Vrbicus fuit abbas in Lucuſiano monaſterio Reprehenditur à Gregorio, quòd neſciat regere monachos, dum interdũ peccãtibus leniter ſtudeat blanditi, interdũ uerò inordinatè & extra modum iraſcatur. libro nono, capite quadrageſimoſecundo.

HOROSIVS.

Horoſius eſt à Gregorio abbas conſtitutus in inſula Montis Chriſti, & in Gorgone Corſicæ. Libro primo, capitibus 49. & 50.

# MONACHI EVROPAEI.

## ITALIAE MONACHI.

SVB ANASTASIO.

THEODOSIVS ABBAS.

Theodoſius cœnobij ſancti Martini, à Liberio quondam patricio in Campania fundati, abbas ſuit: ut autor eſt Gregorius ſecundo tomo, capitibus 15 & 16. Cum aũt So thericus & Philoxenus ſynodi Chalcedonenſis hoſtes intelligerent, ſynodum contra Heliam epiſcopũ Hieroſolymitanũ congregatam impediri, ui adorti ſunt Theodoſium abbatem, ac in ſuam ſententiã pertrahere conati, ut hoc modo ſynodus effectum ſortiretur. Sed Theodoſius monachis omnibus conuocatis, ſuggeſtum conſcendit: & manu multitudini ſilentiũ imperans, in hęc uerba Stẽtorea uoce erupit: SI QVIS quatuor Synodos quatuor Euangelijs non exæquat, anathema ſit. His uerbis prolatis, circumſtantes ipſius uerba tanquam angeli ſuſpicientes, in magnam admirationem adduxit, ac cum ſilentio per medium populum proceſsit. Deinde literas ad Imperatorem dedit, quibus indicauit, ſe pro uera religione ad ſanguinem uſq; pugnaturum: neq;, ſi quid accidat, ſe nullo modo à ſententia quatuor Conciliorum diſceſſurum. Poſtremò urbes circumiens, homines in pia doctrina contra hæreticos animauit & confirmauit, ac Chriſtum Deum ſimul & hominem in una perſona prædicauit: & hanc quoq; eſſe ſynodi Chalcedonenſis ſententiam, quam hæretici declinarent, affirmauit. Imperator impius ira motus, eum exilio mulctauit. à quo tamen, mortuo eo, reuocatus eſt: ut teſtatur Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimotertio. Obijt autem Iuſtiniano Imperatore: ut refert Nicephorus libro 17. capite 24.

CASSIODORVS.

Caſsiodorus Rauennas pręſtantibus maioribus ortus, Theodorico Gotthorũ & Italiæ regi propter excellentem eruditionem in Philoſophia primùm præceptor datus fuit: deinde Cancellarius factus, per omnes dignitatũ gradus ab eo ſubleuatus eſt. Senator factus, meruit ſacri Palatij eſſe quæſtor, deinde conſul ordinarius, tum officiorum magiſter, ac poſtremò patricius Romanus, quę ultima ac ſumma dignitas fuit.

Cum autem clariſsimorum uirorum fortunas ac caſus mirabiles uidiſſet, Gotthorumq; crudelitatem in bonos & innocentes graſſantem conſideraſſet, fortunæ diffidens, dignitatibus mundanis renunciauit, & monachus & abbas monaſterij Rauen-

natis

natis actus eſt. Multos etiam libros ad poſteritatem tranſmiſit, qui hoc numero & ordine recitantur:

Commentariorum in Pſalmos, lib. 1.
De ratione animæ, lib. 1.
De charitate Dei & proximi, ac uera amicitia.
In Canrica canticorum, lib. 1.
Complexiones in Apocalypſin, lib. 1.

Sicut reliqui Doctores huius ætatis, ita & Caſsiodorus doctrinã de Deo rectè conſeruauit & tradidit: in reliquis uerò articulis explicandis, neq; ita prolixus, neq; diligens eſt. De Trinitate inquit: Hæc propria unus Deus ſancta Trinitas habet, quòd pater ingenitus, filius genitus, Spiritus ſanctus à patre & filio procedit. Hoc fides integra, hoc catholica profitetur Eccleſia. In Pſal. 56.

De duabus in Christo naturis inquit Caſſiodorus, explicans dictum tertij Pſal. Tu aũt Domine ſuſceptor meus, &c. Hominis enim ſuſceptio, eſt uerbum caro factum: quæ propter gloriã ſuam & exaltationẽ capitis ſui, caro dicitur, quam ſuſcepit omnipotens Verbum, ut diuina humanaq; ſubſtantia una eſſet, ſine aliqua confuſione.

Et Spiritum ſanctum aſſerit Deum. Ideo Pſalmo 138. Arium taxat, oſtendens filium & ſpiritũ ſanctũ coæternos eſſe, & æquales patri. Itẽ ait: Animaduerrendũ eſt quoq; Spiritũ ſanctum ſic fuiſſe prophetis ſanctiſsimis attributũ, ut tamen ad tempus pro infirmitate carnis, & contagione peccati ab ipſis offenſus abſcederet: & iterũ placatus, ſub opportunitate temporis adueniret. In prologo Pſalmorum.

De peccato originali & actuali docet ex Pſalmo 71, & alijs.

De libero arbitrio inquit: Vocatio Domini omne meritum præcedit, nec inuenit dignum, ſed facit. In Pſalmum 5.

De oratione inquit: Omnis pœnitentia eſt oratio, non autem omnis oratio pœnitentia eſt. In Pſalmum 101.

Baptiſmum ait eſſe aquam refectionis. in Pſalmum 22.

Materias Cœnæ ſacræ ait eſſe corpus & ſanguinem Domini. In Pſalmum 110.

Eccleſiam ait rectæ fidei eſſe tenacem, & totum mundum complecti. In Pſalm. 34.

De cruce inquit, in Pſalm. trigeſimumſextum: Vidi impium ſuperexaltatum, &c. Dicunt quidam: Si Deo talia diſplicerent, peccatoribus tanta felicitas minimè proueniret. ideoq; per energian uidiſſe ſe dicit, impium creuiſſe non ad honorem, ſed ad ruinam. Eleuantur enim hic tales ſupra iuſtos, quia illi ſunt humiles, iſti ſuperbi: ſed iſti in iudicio cadent, illi feliciter erigentur.

Opinionẽ habet, quòd angeli preces ad Dominum referant. in Pſalmum 21.

¶ De iuſtificatione non habet puram doctrinam Caſsiodorus: nam & martyrio & eleemoſynis, alijsq; operib⁹ nos habere remiſsionem peccatorum docet: de ſeptem Pſalmis pœnitentialibus loquens.

Sic eleemoſynam ait eſſe purgationem peccatorum: Pſalmo quadrageſimo.

Pœnitentiam more aliorum imperfectè deſcribit, nihil de fide in Chriſtum adijciẽs: Pſalmo trigeſimoſexto.

FLORENTIVS.

Florentius monachus & presbyter, ſingularis perſecutor & oſor Benedicti erat. Nam primùm eum ueneno è medio tollere conatus eſt: ideo miſit ei panẽ ueneno infectum, quem coruus, qui à Benedicto alebatur, abduxit. Deinde cum hac ſpe fruſtratus eſſet, alia uia rem aggreſſus eſt. Septem puellas nudas iuſsit in horto cœnobij ludere & cantare, ut hoc modo monachi, quibus Benedictus præerat, accenderentur amore erga eas. Has inſidias intelligens Benedictus, locum iſtum mutauit, & paucos fratres ſecũ abduxit. Florentius uerò lætus propter abitum Benedicti, ſtatim à porticu in quã ambulabat, oppreſſus eſt: ut refert Vincentius libro 21. cap. 56. & Leo Hoſtienſis libro primo, capite primo.

BENEDICTVS.

Benedictus ex Nurſia prouincia oriundus, & honeſtis parentibus natus, Romæ liberalibus literarum ſtudijs adhibitus, parentibus relictis monachus factus eſt, & ad Sublacum fugit: ubi in ſpelunca quadã tres annos manſit contra IESV Chriſti præceptum Matth. 24. ut refert Gregorius papa libro Dialogorum ſecundo, capite primo & ſecundo: & Leo Hoſtienſis lib. 1. cap. 1.

Cum uicini monaſterij abbas mortuus eſſet, ad eum fratres uenerunt, & abbatem expetiuerunt. Quorũ precibus licet diu reluctabatur, tandem tamen uictus abbatiam ſuſcepit. Sed fratres non aſſueti tam duram agere uitã, ſed libidinibus indulgere, tandẽ Benedictũ ueneno è medio tollere ſtuduerunt. Cum hoc ſenſiſſet, abbatiam reliquit, ac priorem nidum repetiuit: ut ait Gregorius papa libro 2. Dialogorum, cap 3.

In ea ſolitudine cũ cœpiſſet inclareſcere, magna multitudo nobiliũ & ignobiliũ ad eum confluxit. ideo duodecim monaſteria conſtruxit, quibus ſingulis unum ex duodecim ſuis diſcipulis abbatem dedit: & regulã monaſticã circiter annũ Domini 530 præſcripſit. Vnde monachorũ Occidẽtaliũ pater dictus eſt, uſq; ad tempora cœnobitarum mendicantium, ut Zacharias papa in fine Leonis Hoſtienſis indicat.

Exierunt ex eius monaſtarijs multa monachorum agmina: unde ſuperſtitionis fœcundi-

cunditatem agnoſcas.

Ex eius diſcipulis octodecim, uel uiginti quatuor extiterunt epiſcopi Romani: Cardinales uerò ducenti ferè, archiepiſcopi in diuerſis eccleſijs mille ſexcenti, epiſcopi ferè 4000. abbates eruditione & ſcriptis celebres 15700. ut ait Ioannes à Trittenheim: & Sabellicus Enneade octaua, libro 2.

Ex eo loco perſecutione Florentij, uicinæ eccleſiæ presbyteri migrauit, ac in mõtem ubi arx Caſsina ſita fuit perueniens, & templũ idololatricum in honorem Apollinis à ruſticis ædificatum diruit, & monaſterium in ſolo Tertulli patricij erexit: Greg. lib. Dialogorũ eodem, cap. 8. Incolasq; ab idolorũ cultu ad Deum conuertit: Zacharias papa in fine Leonis Hoſtienſis.

¶ Multis miraculis hic Benedictus claruit. Quare Iuſtinianus nõ ueritus eſt eum cum ſanctis, & quidẽ Apoſtolis comparare, ut ait Leo Hoſtienſis. Nam iuuenem monachum, quem ruina parietis cõminuerat, in uitam oratione reuocauit. Clericum in eccleſia Aquenſi oratione ſanauit: ut affirmat Gregorius libro ſecundo, capite 11.

Puerum leproſum ſanauit, idem cap. 26.

Vas uacuum oleo, oratione plenum reddidit. idem capite uigeſimonono.

Solo intuitu ruſticum à Gallo Arriano, immanæ crudelitatis homine uinctum, ſoluit. idem capite trigeſimoprimo.

Mortuũ quẽdã oratiõe ſuſcitauit. idẽ c. 32.

Affirmat etiam Gregorius, Benedictum nocte totum mundum, quaſi ſub uno ſolis radio collectum uidiſſe: & animã Germani Capuanæ eccleſiæ epiſcopi, ab angelis in cœlum deportari. idem capite 35.

Meminit & aliarum mirabilium rerum: quæ cum plena ſuperſtitione ſint, indignas relatu iudicamus.

Videtur etiam ſpiritum uatidicum habuiſſe. nam Totilæ Gotthorum regi, quæ ipſi euentura erant, prædixit his uerbis: Multa mala facis, multa mala feciſti, iam aliquando ab iniquitate tua cõquieſce. Equidem Romam ingreſſurus es, mare tranſiturus, nouem annos regnans, decimo morieris. ut refert Gregorius libro ſecundo Dialogorum, cap. 15. Paulus Diaconus lib. 16. & Chronicon Iuonis de Iuſtiniano.

Deſtructionem monaſterij à ſe extructi prædixit: quæ etiam accidit. Nam Longobardi regionem iſtam populantes, noctu id cœnobium funditùs euerterunt.

Monachi tamen incolumes inde elapſi ſunt. Gregorius capite decimoſeptimo: Leo Hoſtienſis libro primo, capite primo.

Scripſit regulam monachorum: ut referunt Honorius Auguſtodunenſis, & Greg. libro ſecundo Dialogorum, capite 36.

Notis Antichriſti inſignis fuit. Nam eius regnũ multum auxit, condendo duodecim monaſteria, & colligendo (ut dictum eſt) multa monachorum agmina: ut refert Gregorius libro 2. Dialogorum, capite 3.

Die ante mortẽ ſexto, ſepulchrum aperiri iuſsit, & febre correptus ęgrotare cœpit. Cũ aũt morbus indies augeretur, ſexto die in oratoriũ portatus, ſe ſumptiõe corporis & ſanguinis IESV Chriſti cõfirmauit. & poſtea extẽſis in cœlũ manibus, in monaſterio Caſſino expirauit, uigilia Paſchatis, 12. Calend Aprilis: & in oratorio Ioãnis baptiſtę ſepultus eſt. Greg. libro 2 Dialogorum, cap. 37. & Chronicon Iuonis de Iuſtiniano.

De anno mortis ſcriptores ualde uariant. Marianus tamen Scotus, alioqui elegans & fide dignus computator, affirmat Benedictũ mortuum ultimo Mauricij Imp. anno, nempe anno Domini 601. ætatis uerò ſuæ plus minus 90. ut ait Ioãnes à Trittentheim. Sigebertus uerò teſtatur aliquos uelle, eum anno Domini 536. ex hac uita migraſſe.

CONSTANTINVS.

Benedicto Caſsinẽſis cœnobij fundatore mortuo, adminiſtrationẽ eiuſdẽ in ſe recepit Conſtantinus uir reuerẽdus, & Benedicti diſcipulus: ut refert Leo Hoſtiẽſis li. 1. ca. 2.

SIMPLICIVS.

Conſtantino ſucceſsit in iſtius cœnobij gubernatione Simplicius: teſte Leone Hoſtienſi libro primo, capite ſecundo.

VITALIS.

Simplicium ſecutus eſt Vitalis, in cœnobij Caſsinenſis adminiſtratione: ut refert Leo Hoſtienſis libro primo, capite 2.

BONITVS.

Poſt Vitalem Bonitus, eiuſdem cœnobij gubernationem ſuſcepit, teſte Hoſtienſi libro 1. cap. 2.

PLACIDVS.

Placidus Roman⁹ patria, Tertulli uiri clariſsimi filius, Benedicti diſcipulus, multũ apud eũ in pietate ꝓfecit. Iuſtinianus Imperator & Thedora Auguſta eum literis ſuis uocarunt Conſtantinopolim, ut pro Caſsinenſi eccleſia chryſobullium immunitatis acciperet: ut refert Leo Hoſtienſis.

Fuit miraculis inſignis. Nam in profectione in Siliciam cæco uiſum reſtituit, & Beneuenti claudum ſanauit, & Canuſiæ aridam manum habentem curauit.

In Sicilia monaſteriũ in honorẽ S. Ioannis Baptiſtæ ſumptibus patris extruxit. Cum aũt eò fratres eius & ſoror ad ipſum uiſẽdi gratia ueniſſent, Manucha dux Sarracenorũ in monaſteriũ irruens, eos cœpit: & Chriſtũ abnegare & blaſphemare, & ſuũ dominum Abdilam ꝓ Deo honorare iuſsit. Illi reſponderũt: Creatorẽ noſtrũ nunquã negabimus,

neque

neque ab eius cultu auelli nos patiemur. Aliũ Deũ pręter Ieſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ colere & adorare neſcimus: qa Chriſtiani ſumus, pro eius nomine mori cupimus.

Hac confeſsione tyrannus ad iram concitatus, capitali ſupplicio eos damnat. Ad qđ cũ ducti eſſent, Placidus in hunc modũ orauit: Domine Ieſu Chriſte fili Dei uiui, qui de cœlo in terrá deſcendiſti, pro noſtra ſalute crucis patibulũ ſuſtinuiſti, propitius eſto famulis tuis: & da nobis conſtantiá, ut huius agonis ſtadiũ intrepido animo & méte robuſta percurrere ualeamus: ne diabolus generis humani hoſtis, & tenebrarum princeps, nobis impediméta obijciat, ſed angelᵘˢ Michael animas noſtras in pace ſuſcipiat: quia tu es benedictus in ſecula ſeculorũ.

Poſt hæc Placido prius execta eſt lingua, antequam decollaretur, ut ait Leo Hoſtienſis: apud Meſſanam ciuitatem, anno ætatis ſuæ 26. tertio nonas Octobris: ut eſt in uita eius, & in epiſtola Siculorum ad Benedictum, apud Leonem Hoſtienſem.

### HONORATVS.

Honoratus coloni cuiuſdam in partibus Samnij filius, ab ineunte ætate amore cœleſtis patriæ flagrauit. Quare ab eſu carnis & omni ſermone inutili, ut hoc modo carnem domaret, abſtinuit. Cum aũt propter uitæ continentiá celebris euaderet, à Venantio patricio, patriæ ſuæ domino, unà cũ patre libertate donatᵘˢ, monaſteriũ in eo loco qui Fundi dicitur ædificauit, in quo ducentorũ fermè monachorum abbas extitit, quibus honeſtæ uitæ exemplis præiuit: teſte Gregorio libro primo Dialogorum.

### LIBERTINVS.

Libertinus Honorato præceptore uſus, tépore Totilæ regis Gothorũ Fundéſis monaſterij præpoſitus fuit. Cum aũt iter cauſa negociorũ prædicti cœnobij faceret, equoq; deiectus eſt, ab equitib. Totilæ: quib. & flagellum, quo equũ regerét, adiecit. Hac iniuria irritatus, Deũ orauit ut autoresq; puniret. à quo cũ exauditus eſſet, nequiuit exercitus Totilæ fluuiũ Vulturnũ tráſire, etiáſi equos calcaribus multũ urgeret ac fagitaret. Exiſtimantes igitur iniuriá libertino illatá, cauſam remoræ eſſe, equũ ei reſtituerunt: quo facto, ſine impedimento abierunt: teſte Gregorio lib. 1. Dialogorũ. Referuntur & alia his ſimilia ibidem.

### NONNOSVS.

Nonnoſus prępoſitus cœnobij q; in Soractis monte ſitũ eſt, miraculis inſignis fuit: nam oratione rupẽ loco mouit, & Lápadis inter eluendũ fractæ fruſta integritati reſtituit: teſte Gregorio lib. 1. Dialog. cap. 6.

### GORDIANVS.

Gordianus ultimᵘˢ Benedicti abbatis diſcipulus, in Siciliá cum Placido miſſus fuerat. Cum aũt Manuchra Agarenorum dux, monaſteriũ cui Placidus pręerat, diriperet, ac funditùs excepto Ioánis baptiſtæ téplo euerteret: Gordianus imminente perſecutione fuga ſaluti ſuæ conſuluit: abeuntibus tamen hoſtibus, mortuorũ monachorum corpora in littore collegit, ac unà cum; cadauere Placidi in templo ſepelijt.

Habuit auté hunc næuum, quòd non in Deum, & filium eius Chriſtum: ſed in patrem Benedictũ, & eius diſcipulum Placidum, omné ſuam fiduciam, ſpem & deuotioné collocauit: ut teſtatur Leo Hoſtiéſis.

Poſtremò cum ad Maurũ condiſcipulum ſcripſiſſet, ac ipſum ut Benedicto patri ac pręceptori ipſorũ totũ negociũ aperiret, rogaſſet: ab ipſo literis admonetur, ut ad cœnobiũ iuxta Meſſaná ſitum redeat, ac ipſius diligentem curam habeat. hanc eſſe uoluntatem & conſilium Benedicti: ut refert Leo Hoſtienſis in huius & Mauri epiſtola.

### DIONYSIVS.

Dionyſius abbas Romanus cognomine exiguus, utriuſq; linguæ peritiſsimus erat: ſed in eius cõputus (quem Sabellicus Enneade 8. lib. 2. & Paulus Diaconus lib. 1. de geſtis Longobardorũ, cap. 17. ualde commédat) à Sigeberto improbatur, quia à ueritate Euangelica diſcrepet. Iuo dicit, eum cyclũ completũ eſſe ſeptimo Iuſtini iunioris anno. in uita eiuſdem Iuſtini.

Hos libros reliquit:

Cyclum Paſchalem magnum, lib. 1.

De ratione feſti Paſchalis, lib. 1.

Ex Græco in Latinum tranſtulit uitá Bachómij abbatis.

Item librum Gregorij Emiſeni de conditione hominis, & ſcripta Protherij Alexandrini epiſcopi ad Leonem papam, ut refert Ioannes à Trittenheim.

### AMANTIVS.

Amantius fuit presbyter Tudertinæ Eccleſiæ, in prouincia Thuſsia ſub epiſcopo Florido, miraculis clarus: adeò ut Apoſtolorũ more impoſitione manuũ ægrotos ſanauerit, phreneticos ad ſanitaté reduxerit: & ſerpentes quos reperit, ſigno crucis enecarit. Gregorius lib. 3. Dialogorũ, capite 35.

### MENAS.

Menas fuit monachus ſolitarius in Samnij prouincia, qué ſcribit. Gregorius miraculis claruiſſe, & obſeſſos à dæmone liberaſſe, & omnia ſecreta nouiſſe. Vixit tépore Iuſtini iunioris. Gregorius libro 3. Dialog. capite 26.

### ANDREAS.

Andreas fuit monachus in monaſterio ad ſanctum Paulũ, in Theſſalia. Is propter maliciá fuit carceri inclusus, ibique uſque

ad finem uitæ detentus. Nam inter alia mala quæ fecit, ſcribit Gregorius quòd epiſtolam, quam Euſebius ad ſe ſcripſerat, adulterauerit: ita ut qui eam legeret, putaret Euſebium non rectè ſapere. Itē quòd aliquos ſermones non rectè ad Scripturā accōmodatos ediderit, eisq́; nomē Gregorij inſcripſerit. libro nono Epiſtolarum, capite 69.

CYRVS.

Mentionem fecit Cyri cuiuſdā de Cuniſenſi monaſterio, quòd errorem ſparſerit, Iohannes papa in epiſtola ad Iuſtinianū.

CLAVDEVS.

Claudeus fuit abbas Rauennæ in quodā monaſterio, uir pius & diligens: qui & Gregorium, Cantica canticorum, Prophetas, libros Regū, & alia enarrantē audiens, cum ea Gregori⁹ propter infirmitatē non poſſet ſcripto tradere, ipſe ſuo ſtilo contexuit, ne obliuione deperirent, & poſtea Gregorio emendanda exhibuit: ut de ipſo Gregorius cōmemorat Epiſt lib. 10. c. 222. lib. 5. c. 124.

## MONACHI GALLIAE.

MAXENTIVS.

Maxentius abbas Pictauienſis, mortuū ſanauit, cœnobiū ſuum oratione contra uim hoſtilē defendit, & horam ſuæ mortis prædixit. Turonenſis lib. 2. cap. 37. Vincentius lib. 21. cap. 22. Claruit tēpore Hormiſdæ, cuius epiſtolā contra Schytarū monachos ad Poſſeſſorem refutauit: ut apparet ex eius ſcripto, quod extat.

FAVSTVS.

Fauſtus Benedicti diſcipulus fuit, & cum Mauro in Galliam miſſus eſt, ubi epiſcopū egit: ſed in quo loco, non aſsignatur. Conſcripſit hiſtoriam Benedicti, ut ait Leo Hoſtienſis libro primo, capite primo.

MAVRVS.

Maurus Euicij ſenatoris Romani filius, (ut refert Gregorius libro 2. Dialogorum, capite tertio: & Leo Hoſtienſis libro primo, capite primo, hiſtoriæ Caſsinenſis cœnobij) Benedicti diſcipulus, in Galliam, ut ritus monaſticos ibi inſtauraret, mittitur, cum Galli id legatis & literis à Benedicto flagitaſſent: teſte Sabellico Enneade octaua libro tertio. Cum autem eò ueniſſet, ceremonias monaſticas per totam Galliam ſeminauit, ac ſimul miraculis clarere incœpit. Super aquā gradiens, puerum ſubmerſioni uicinum extraxit: ut refert Gregorius libro ſecundo Dialogorum, capite ſeptimo: & Vincentius libro uigeſimoprimo, capite ſexageſimooctauo. Anno ſeptuageſimo tertio, moritur, prope Lutetiam ſepelitur. Iuo & Martinus Polonus.

PRAESIDIVS.

Præſidius fuit abbas quidam in Gallia, cuius monaſterium non nominatur à Fortunato. Epitaphium autem tale extat:

*Vita breuis hominum, ſed non breuis illa piorum,*
*Dum migrante die proſperiora tenent.*
*Qui meruere magis de carcere carnis euntes,*
*Poſt tenebras mundi luce perenne frui.*
*Ex quibus hic recubans meritis Præſidius almus,*
*Carne tenet tumulum, ſpiritus igne polum.*
*Pectore de proprio Chriſti reſponſa rigando,*
*Multorum extinxit fonte fluente ſitum.*
*Inuitans inſtanter oues ad paſcua regis,*
*Diſtribuit dulcem fratribus ore ſalem.*
*Nam quoties monachus peccati eſt uulnere fixus,*
*Miſſus ad artificem certa medela fuit.*
*Talibus officijs intentus amore Tonantis,*
*Inter & angelicos fulget honore choros.*

Fortunatus lib. quarto.

VICTORIANVS.

Fuit abbas in monaſterio Aſana. Epitaphium eius extat in Fortunato, quod pietatem & reliquas uirtutes eius amplo præconio deſcribit:

*Quiſquis ab occaſu properans, huc quiſquis ab ortu,*
*Munus in hoc tumulo quod uenereris habes:*
*Reſpice ditatum cœleſti dote talentum,*
*Cuius ſemper habet pectoris arca Deum,*
*Religionis apex, uitæ decus, arma ſalutis,*
*Eximius meritis Victorianus adeſt:*
*Dignum opus exercens, qui fructificante labore*
*Cunctis, non ſoli uixit in orbe ſibi.*
*Plurima per patriam monachorum examina fundens,*
*Floribus æternis mellificauit apes.*
*Plura ſalutiferis tribuens oracula rebus,*
*Sæpe dedit ſignis uita beata fidem.*
*Bis ſenis rexit patrio moderamine luſtris,*
*Rite Deo placitas paſtor opimus oues.*
*Calle ſequens recto ſacra per ueſtigia Chriſtum,*
*Nunc fruitur uultu quem cupiebat amor.*

Fortunatus libro quarto.

DOCTROVEVS.

Meminit idem Fortunatus Doctrouei abbatis cuiuſdam, ad quem Elegiam ſcripſit, in qua ſe precibus eius commendat, lib. 9.

PATERNVS.

Scribit idem Fortunatus ad Paternum, quē abbatis titulo ſalutat lib. 3. his uerſibus:

*Parui mus tandem iuſſis uenerande ſacerdos,*
*Nominis officium iure Paterne regis.*
*Qui proprijs meritis ornans altaria Chriſti,*
*Tam prece quàm uoto das placitura Deo.*
*Supplico cede tamen ſi quid me forte feſellit:*
*Nam ſolet iſte meas error habere manus.*
*Obtinuit ſupplex modò pagina miſſa ſalutis:*
*Hæc quoq; cum relegis, me memorare uelis.*

Fortunatus libro tertio.

PHOTINVS.

Photinus monachus Beliſarij patricij, ducis Iuſtiniani priuign⁹, à Iuſtino miſſus eſt cum plena poteſtate, ut uniuerſas eccleſias Alexandriæ & Aegypti diſsidentes, ad concor-

concordiam reduceret. Henricus de Erfordia, in uita Iuſtini iunioris.

### PATROCLVS.

Patroclus Bituricenſis Ætherio patre natus, ex ouium paſtore literarum ſtudioſus factus, in tantum profecit, ut fratrem Antoniũ antecelleret. Deinde Mummioni, cuius exiſtimatio magna erat apud Childebertum Gallorum regem, traditus eſt in diſciplinã, à quo ſumma fide & diligentia inſtitutus eſt. Ab Arcadio Biturigum epiſcopo diaconus ordinatus, hominem uelanum, & à diabolo obſeſſum, priſtinæ ſanitati reſtituit: infirmos ad ſe uenientes ſanauit.

Relicto deinde officio diaconi, in eremũ ſeceſsit: & iuxta uicũ Nereenſem ſcholam aperuit, & pueros erudiendos ſuſcepit.

Fuit & notis Antichriſti clarus. nam monaſterium Monialium extruxit, & cœnobiũ Columbarieſe fundauit: in quo ſenex, cum præfuiſſet octodecim annos, obijt.

Turonenſis nugatur, ad eius ſepulchrum quoſdam cæcos ſanatos eſſe: quod ſuperſtitionis obſeruatoribus relinquimus. libro quinto, capite decimo: & in Vitis patrum, capite nono.

### CALVPPA uel CALVPPANES.

Caluppanes religioni Chriſtianæ deditus, in monaſterio Meletenſi, in finibus Aruerni monachus fuit. Deinde ab Auito epiſcopo diaconus ordinatus eſt.

Dono ſanandi diuinitùs ornatus fuit: nam multos infirmos curauit.

A cibo & potu adeò abſtinebat, ut operas impoſitas imbecillitate impeditus facere nequiret. Eam uerò ob rem à præpoſito male acceptus, monaſterium deſeruit, & in eremũ ſeceſsit, & in excisa rupe cellam ſibi fabricauit, & ſe diabolo tentandum ſponte expoſuit. qui etiam ſolerter id præſtitit, dũ ei interdom ſerpentis, interdum uerò draconum forma apparuit, & moleſtiam exhibuit. Cui aliquando reſpondiſſe fertur: Tu ne es ille, qui primos parentes paradiſo exturbaſti, & fratris dextrã parricidio cruentaſti? Apage te, nihil enim commercij tibi cum Chriſti ſeruis & fidelibus. Hi uerò crepitu uentris emiſſo, fœtore totum locum repleuerunt, ac euanoerunt. anno quinquageſimo mortuus eſt. Turonenſis in Vitis patrum, capite undecimo: & libro quinto, capite nono.

### AEMILIANVS.

Æmilianus eremita relictis parentibus & facultatibus proprijs, in eremo Aruerni territorij uixit, in qua colebat hortũ, unde petebat ſuſtentationem corporis. Nonagenarius factus, mortuus eſt, Brachione in teſtamento hærede inſtituto. Turonenſis in Vitis patrum, capite duodecimo.

### BRACHION.

Brachion natione Thuringus, ab Æmilio conuerſus eſt, ac deinde abbas cellulæ Manatenſis factus eſt. Notas Antichriſti habuit. nam Aruerni monaſterium condidit: deinde Turonos profectus, alia duo extruxit. Inde Aruernum rediens, obijt. Gregorius Turonenſis in Vitis patrum, cap. 12.

### MARTIVS.

Martius Aruerni territorij abbas, in ſacris literis eruditiſsimus fuit. Dæmones ex obſeſsis uerbo Chriſti eijciebat. Veneno infectos liberauit, febribus & hydrope laborantes ſanauit. Nec notis Antichriſti caruit. Nam in cœnobio multos collegit monachos, quos informabat. Victu tenui utebatur, ut ad oraodum aptior eſſet. Nonagenarius obijt. Turonenſis capite 14.

### SENOCH.

Senoch genere Theiphalus Pictaui pagi, ad Deum conuerſus, ab Euphronio diaconus ordinatus eſt: deinde & abbas factus eſt. Turonenſis in gloria Confeſſorum, capite uigeſimoquinto.

Miracula quædam fecit, quæ ibidem enumerantur.

Cum autem propter donum miraculorum ſe efferret, à Gregorio Turonenſe admonitus eſt, ne de alienis bonis gloriaretur ac ſuperbiret. A Deo enim collata eſſe, qui & dare & auferre ea poſſet. Hac ſalutari admonitione humiliatus, ſuam imbecillitatẽ agnouit: & illud Pauli (Qui gloriatur, in Domino glorietur) ſæpe reperijt.

Erat erga egenos beneficus: pecuniam enim quam fideles ei dabant, non in ſuum, ſed pauperum conuertebat uſum. Seruos ducentos circiter, pecunia dominis data in libertatẽ aſſerebat. Obæratos à creditoribus redimebat. Victus ei erat panis hordeaceus, & aqua. Hac frugalitate carnẽ domabat, ut ad precandum promptior eſſet. Frigoris patiens, hyeme nudis pedibus incedebat. Febre correptus obijt, cum ad annum ſuæ ætatis quadrageſimum perueniſſet. Turonenſis capite decimoquinto.

### VENANTIVS

Venantius Biturigum incola, parentum iuſſu ac conſenſu in iuuenili ætate cũ honeſta puella matrimoniũ cõtraxit: poſt celebrata ſpõſalia, fortè Turonũ in monaſteriũ S. Martini ueniens, & omnia luſtrans, eo uitæ genere mirũ in modũ delectatus fuit. Quare pœnitentia ductus, ſponſæ libellum repudij miſit, & ab abbate Siluino in monachorum ordinẽ coadoptatus eſt. In hoc ordine talẽ ſe exhibuit, ut omnibus charus euaderet: ac abbati Siluino mortuo, omnium fratrum ſuffragio ſurrogaretur.

Nugatur de eius miraculis multa Turonenſis,

nenſis, inter quæ etiam hoc narrat. Nocte ex templo domum reuerſus, inuenit ſuam habitationem diabolis plenam. ad quos dixit, Vnde eſtis? Roma, inquiunt, heri egreſsi ſum'. Quibus ille: Diſcedite, inquit, damnati: ueſtrum non eſt, in loco in quo nomen Domini inuocatur, uerſari. & ſtatim euanuerunt. in Vitis patrnm.

PORTIANVS.

Portianus cuiuſdam barbari ſeruus, relicto domino in monaſterium tranſijt: in quo adeò pfecit, ut mortuo abbati ſuccederet. Cum Reginaldi, qui ſecundas à rege Theodorico tenebat, porui benediceret: uas in quo uenenũ latebat, diſsilijt. Theodorico Aruernos fines uaſtáti, & in Archonenſis oppiduli agris caſtra metauti, occurrit ſupplicaturus pro populo: à quo benignè exauditus, à captiuitate ſuos liberauit. Turonenſis in Vitis patrum, capite quinto.

AVGVSTVS.

Auguſtus cum contractus eſſet, collectis eleemoſynis apud Brias cœnobiũ extruxit. in quod cum reliquias epiſcopi Vrſini tranſtuliſſet, ſanitati reſtitutus eſt: ac poſtea ab epiſcopo abbas ordinatus in baſilica Symphoriani, ambobus monaſterijs præfuit. Turonenſis in gloria Confeſſorũ, capite. 80.

EVSICHIVS.

In finibus Biturigum Euſichius heremita, Cildeberto 50 aureos offerente reſpondit: Date eos pauperibns, ego illis non indigeo. Turonenſis in gloria Confeſſorum capite octuageſimoſecundo.

AREDIVS.

Atedius patria Lemouicinus, honeſtis parentibus natus, & Theodoberto regi oblatus, aulicis annumeratur. Hunc cũ Nicetius epiſcopus in aula uidiſſet, moribus ac ingenio eius captus, ipſum ad ſe pertraxit, conuertit, ſacriſque literis erudluit. Mortuo patre ac fratre, domum reuertirur, ut matrem Pelagiam conſoletur.

Non caruit notis Antichriſti. nam templa in ſanctorũ honorem ædificauit, monaſterium fundauit, ac ex parentum familia monachos inſtituit, quibus mater neceſſaria ſuppeditabat. dyſenteria perijt. Turonẽſis libro decimo, capite uigeſimooctauo.

DAGVLFVS.

Dagulfus abbas, homo ſceleratus, & multis propter furta, homicidia, adulteria quibus ſe polluerat, notus. Cum aũt uitæ mariti eius mulieris, cũ qua rem habebat, inſidiatetur, ipſe in foueam quam alteri fecerat, incidit. Ingreſſus enim cum alio clerico ædes mariti abſentis, lautè excipirur: & diu potando inebriarus, in lectis collocantur. Matitus reuerſus, ſtramen accendit, & ſecuri utrumque interfecit. Turonenſis libro octauo, capite decimonono.

VVVLSILAICVS.

Vuulſilaicus natione Longobardus, Aridio præceptore uſus literas didicit. Trenrenſium fines ingreſſus, gentibus Dianam colentibus concionatur, Dianam nihil eſſe: & Deum omnipotentem, qui cœlum & terram condidit, adorari debere. Hac concione auditorũ animos flexit, ut Deum ſequerentur, & idolum deſtruerent.

Non caruit Antichriſti noris. nam monaſteriũ prædictum ędificauit, ac Martini Turonij reliquijs ornauit, & monachos cõquiſiuit. Deinde eo loco quo Diana ſteterat, columnam erexit, in qua Simeonem Antiochenum imitatus, macerauit ſe, ut eo opere uitã æternam conſequererur. cibus ei erat panis & holus, porus uerò aqua, donec in ea columna morabarur. Sed uicini epiſcopi eum hortati ſunt, ut relicta ſtatua, quam ipſi poſtera die poſt eius diſceſſum demoliebantur, ad ſuos fratres tranſiret, ac cum illis uiueret: quorum admonitionibus paruit. Melius autẽ fuerat diuinis & à Deo pręceptis cultibus uacare, quàm humanis. Turonenſis libro octauo, capite 15.

BASOLVS

Baſolus ex territorio Lemouicinæ urbis orinndus, diuini uerbi ſtudio ſe totum tradidit, patriam deſerens comite angelo, ad Remenſem ciuitatem peruenit, & ab Egidio epiſcopo honorificè exceptus eſt. Huius fauore aliquandiu in cœnobio ad radices mõtis Remorum ſito uitam egit. Et deinde in excelſo nemoroſi montis uertice cellam & oratorium ædificauit, in qua quadraginta annos ſe continuit.

Cnm aquæ penuria laboraret, preces ad Deum fudit, quibus impetrauit fontis ſcaturiginem, qui copioſam aquam poſtea ei ſuppeditauit. Vincentius libro uigeſimoprimo, capite centeſimo decimoſexto. Referunt & alia de apro & fure ſuſpenſo liberato: ſed cum fabulis ſimiliora uideátur quàm uero, omiſimus. Claruit circiter annum 567. iuxta Sigebertum.

SINDVLPHVS

Sindulphi presbyteri & recluſi in Francia, meminit Sigebertus circiter annum Domini quingenteſim ſexageſimumum ſeptimum.

EPARCHIVS.

Eparchius patria Petragoricenſis, ad religionem Chriſtianam conuerſus, contulit ſe Ecoleſmam, ubi cellulam ſibi extruxit.

Inter miracula commemorat Turonenſis, quòd furem ſuſpenſum de patibulo liberauit. Antichriſti charactere inſignis erat. nam in cella collegit monachos, quibus præerat. Si pecunia ei dabatur, eam

paupe-

pauperibus diſtribuebat, aut captiuos redimebat. pro captiuos apud magiſtratū intercedebat, & ſæpe eius animū ad miſericordiam dicendi facultate flexit. Quadrageſimoquarto anno ſuæ incluſionis febre correptus, obijt. Gregorius Turonenſis libro ſexto, capite octauo.

### LVPENTIVS.

Lupentius in baſilica Priuati martyris in ciuitate Gaballitana abbas, ab Innocentio præfecto delatus eſt, quòd famam Brunichildis reginæ uerbis læſiſſet. Citatus autē comparuit, ac ſuam innocenriam demonſtrauit, quare abſolutus & dimiſſus: ſed domum proficiſcens, in itinere à præfecto prædicto deprehenſus, ac in uillam Ponteconem abductus, uarijs ſupplicijs affectus eſt & dimiſſus. Cum ſecundò in manus hoſtis ueniſſet, capite truncatus eſt. Quæ de ſepultura eius Turonenſis libro ſexto, capite trigeſimoſeptimo narrat, fabuloſa uidentur,

### KARILEPHVS.

Karilephus in finibus Aruernenſis territorij natus, in monaſterio Menacenſi literas didicit, & cum Auito ad ſuburbiū Aurelianenſe profectus eſt, & fama Maximini abbatis cœnobij Miciacenſis excitati eum acceſſerunt: à quo humaniter excepti, & ordinati ſunt ſacerdotes.

Relicto autem Auito, cum Daumero & Gallo in eremum Cenomaniæ ciuitatis ſeceſsit. Tandemque uenit in Caſagotiam: in parochia Labroſinenſi ſitam. Vincenrius, libro uigeſimoprimo, capite 41.

Quæ de Childeberti equo ſubſiſtēte Vincentius narrat, nugæ uidentur.

Non caruit Antichriſti notis. nam monaſterium extruxit, & monachos apud ſe habuit, quos ſuperſtitionem docuit. Vincentius libro uigeſimoprimo, capite quadrageſimoquarto. Claruit tempore Lotharij, & Childeberti regis Francorum.

### LEONARDVS.

Tempore Lotharij regis Leonardus eremita uixit in pago Cenomanenſi: & præter alia miracula quæ fecit, duobus cæcis uiſum reſtituit.

Notis Antichriſti inſignis fuit. Conſtruxit enim ibidē monaſteriū ꝑ ſe & ſuis poſteris.

Lotharius rex, apud quem falſò delatus fuerat, eū eijcere cōſtituerat: ſed hęc eiectio diuinitùs impedita fuit. Nam regis famuli Leonardi oratiōe territi, re infecta abierūt: idibus Octobris, anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimonono obijt. Vincenrius libro uigeſimoptimo, capite 82.

### HOSPITIVS.

Hoſpitius Dei ſeruus apud Niceam urbem in Gallia, turri incluſus, ac ferreis cathenis uinctus, miraculis & prophetijs claruit. Longobardos enim in Gallias uenturos, & ſeptem ciuitates propter maliciam & peccata hominum uaſtaturos, per reuelationem Spiritus ſancti prædixit: & incolas ut ſubſtantias ſuas, ne ab hoſtibus diriperentur, ſeponerent admonuit.

Hoſtes aduentantes turrim aſcenderūt, & tectū deiecerūt: ac uidentes ipſum cathenis ligatū, cauſam ab eo per interpretē ſciſcitantur. Quibus reſpondit, ſe homicidij reum eſſe. Hoc reſpōſo unus ex illis motus, gladiū, ut eū decollaret, ſtrinxit. Sed manus eius adeò riguit, ut eam retrahere non poſſet. Quo miraculo hoſtes territi, rogarunt Hoſpitium ut edoceret, quibus remedijs utendum, ut ſanitati reſtitueretur. Hoſpitius impoſito crucis ſigno, eam curauit. Longobardus ſanatus ad fidem Chriſtianam conuerſus eſt, ac monachus factus. Deinde infirmum curauit in nomine IESV Chriſti redemptoris, cæco uiſum reſtituit, dæmonis tria ex muliere eiecit, puellam obſeſſam à diabolo liberauit, ſibijpſi tempus mortis prædixit.

Gregorius Turonenſis libro ſexto, capite ſexto & ſeptimo, & nonageſimoſeptimo, in gloria Confeſſorum, ſuperſtitioſa quædam miracula ab eius reliquijs facta commemorat: quæ ijs qui talibus delectantur, relinquimus.

## MONACHAE GALLIAE.

MEminerunt Turonenſis, Vincentius, & alij, monialium mulierum, quas ſuperſtitione & mendacibus ſignis nugatoriè commendant. De illis nos quaſdam ſubijcimus, ut pius lector agnoſcat, in omni ſexu hoc ſeculo ἐθελοθρησκείας horribiliter creuiſſe, & uiguiſſe.

### GENOFEVA.

Genofeua uirgo Pariſienſis, uiua mortuum ſuſcitauit. Mortua inuocata febricitantes liberauit: id quod prorſus eſt idololatricum, & honori diuino contrariū: ut refert Gregorius Turonenſis capite 91.

### MONEGVNDIS.

Monegundis patria Carnotenſis. notas Antichriſti habuit. nam parentū conſenſu uiro nupſit, cui duas filias peperit: quibus mortuis, marito relicto ſolitariā agere cœpit uitam, ſatis pauperem: ueſcebatur enim tantū pane ordeaceo, ſtrato uili & ex iuncis contexto utebatur. In orando aſsidua erat: ad quæ exercitia & uirgines, quas ſibi adſciuerat, adigebat. Quædam eius miracula narrat Turonenſis.

### PAPPVLA.

Pappula puella à parentibus ſæpe petijt,

ut in

ut in monaſterium uirginum mitteretur: ſed cum uoti compos non fieret, ueſte uirili induta, & capite raſo Turoniam diœceſin ingreſſa, in monachorũ monaſteriũ (ut etiã alibi dictum eſt) tranſit. Mortuo abbate, fratres ſexum ignorantes, eam propter uirtutes quibus prædita erat, abbatem elegerunt: quod officiũ ſuſcipere recuſauit. Cum autem triginta annos in cœnobio uixiſſet, & à nemine ſexu cognitus eſſet, ipſa tertio die ante mortem monachis reuelauit. Turonenſis in gloria Confeſſorũ capite 16.

RADEGVNDIS.

Radegundis regina, ex Thuringia oriunda, patre Berengario, uel Berechario rege nata fuit. Hęc Lothario rege marito relicto, ad Medardum Nouiomi epiſcopum, ut ſacris initiaretur, confugit. Deinde Pictaui monaſterium extruxit, in quo abbatiſſam egit. Vincentius libro 21. capite 79. & capite 80. & 85.

Idem miracula quædam ei tribuit libro eodem, capite nonageſimo. Cum patria ipſius à Francorum regibus bello deuaſtata eſſet, captiua abducta eſt: & cum in ſortem Lotharij regis ceſsiſſet, ei nupſit. Vincentius libro uigeſimoprimo, capite 70.

## MONACHI HISpani.

EQVITIVS.

Equitius in Vualerię prouinciæ partibus, multorum cœnobiorũ abbatem egit: & inter cætera miracula puellam obſeſſam à diabolo liberauit. Gregorius papa libro primo Dialogorum.

## MONACHI GERmani.

EGIPPIVS.

Egippius abbas libellum de uita Seuerini monachi compoſuit, quem cuidam diacono dedicauit. Scripſit & regulã, quã monachis in cœnobio Seuerini uiuẽtibus, teſtamenti loco reliquit: ut ait Iſidorus de Viris illuſtribus, capite decimoquarto, & Honorius Auguſtodunenſis.

MARTINVS.

Martinus Dumienſis monaſterij abbas, ex Oriente in Galliam nauigauit, & Sueuos Arriana hæreſi infectos ad ueram fidem cõuertit, eorumq́; eccleſias fideliter erudiuit.

Edidit librũ de Differentijs quatuor uirtutum, prudentia, fortitudine, iuſticia & tẽperantia. Item librũ Epiſtolarũ, quibus inuitat ad uitæ emendationem, fidei exercitia, & orationis aſsiduitatem, ac eleemoſynarum largitionẽ. Iſidorus de Viris illuſtribus, cap. 22. & Honorius Auguſtodunenſis.

VISVNDVS.

Viſundus primus abbas Vueltenburgij fuit, quod Theſſalonus anno à nato Chriſto quingenteſimo ſeptuageſimo condidit, in ripa Danubij, ubi Ratiſbona ſita eſt.

LVPICINVS.

Lupicinus à teneris pietate flagrans, cum adoleuiſſet, mortuis parentibus in eremum conceſsit: & poſtea cœnobium in ducatu Burgundienſi extruxit, quod Condatiſcone uocitatum eſt. Deinde confluente multitudine, & hunc locum mutauit, & aliud monaſterium ædificauit. Poſtremò & tertium extruere coactus eſt, in quibus ſingulis abbatem egit.

Sobrius erat, potu ciboq́ue abſtinebat, ut orationibus & cultibus diuinis melius uacaret. Satis durus & moleſtus inſpector monachis erat. Cum enim eos aliquando uiſitaret, & deprehenderet ipſos cibis lautioribus quàm cõueniebat uti: piſces, oleta & legumina in una olla coxit, & huiuſmodi pultibus monachos ali iuſsit. Hoc indignè ferentes, duodecim conſilio inito aufugerunt.

Acceſsit porrò Lupicinus Chilpericum Burgundiæ regem, & ab eo ad ſuã ſuorumque fratrum ſuſtentationem eleemoſynas petijt, quas à rege accepit: quotannis nempe trecentos tritici modios, totq́ue uini uaſa, centũ florenos ad cõparandas ueſtes. Greg. Turonenſis in Vitas patrũ, cap. 1.

ROMANVS.

Romanus cũ Lupicino in prædictis monaſterijs uixit, & leproſos quoſdam in noſocomio oratione ſanauit. Duodecim monachos, quos Lupicinus ſua grauitate abegerat, oratione ad pietatem reuocauit. Turonenſis in Vitas patrum, capite primo.

## MONACHI BRItanni.

ETHBINVS.

Ethbinus Britannus, uſque ad annum decimumquintum in philoſophia inſtitutus eſt. Deinde patre mortuo, mater eum ad Samſonem epiſcopũ deduxit, qui eum in clericorum ordinem aſciuit. Claudum ſanauit, & paralyticum ſanitati reſtituit. Vincentius libro uigeſimo primo, capite centeſimo decimoquinto. Cum audiſſet hęc Chriſti uerba, Qui non renunciauerit omnibus quæ poſsidet, &c. omnia relinquens, ad Similianum abbatem ſe contulit, ac monachus in Cautaco monaſterio factus eſt.

Francis deinde Britanniam uaſtantibus, in Hiberniam tranſijt: ac in ſilua Nictenſi cœnobiũ extruxit, ut & ipſe regnũ Antichriſti ampliaret, in quo annos uiginti uixit. Cum autem annum octogeſimum tertium attigiſſet, morbo quo laborabat abſumptus

ſumptus

ſumptus, decimoquarto calendas Nouembris obijt. Vincentius libro eodem.

AMPHIBALVS.

Amphibalus Simenus, natiõe Britannus, Vuintonienſis abbas: ad Gildam ſcripſit epiſtolam unam, de immani facinore. Balæus.

CADOCVS.

Cadocus patria Ventoſugius, non procul à ponte Guaino cœnobium fundauit. Contra ſui temporis Epicureos ſcripſit ad Gildã epiſtolam unã, de uita animæ. Hunc Gildas ex Hibernia reuerſus inuiſit. Idem & alij doctrina celebres & cõſpicui factitarũt. Succeſſorem habuit Elleninm. Balæus.

MERLINVS.

Merlinus Caledonius, à ſylua Caledonia ſic dictus (aliàs Syluestrius, quòd deſerta loca petebat) ex Scotiæ terminis oriundus, Telieſini uatis quondam auditor fuit, Anglicas & Gallicas regiones peragrabat. In phyſicis, præcipuè in matheſi, eruditiſſimus fuit.

Ex libris eius Britannico ſermone primũ editis, hi recenſentur:

Suarum diuinationum, lib. 1.
De Albaniorum fortunis, lib. 1.
Prophetia proſaica, lib. 1
Super quibuſdam honoribus, lib. 1.
De quodam Sexto, lib. 1.
Dicta de Septimo, lib. 1.
Pro tempore regis Arthuri, lib. 1.

Præter hoſce alios multos ſcripſit. In his multa hiſtorica habet, ut teſtis eſt Galfridus, qui aliquot eius opuſcula Latino carmine uertit. Inter cœnobitas in Bardeſeia Venedotarum inſula terræ mandatus eſt, cũ tamen non fuiſſet monachus. Balæus.

GILDAS.

Gildas Badonicus, cognomine Sapiens, Iltuto uiro doctiſſimo præceptore uſus eſt: & grauiſſimus author (ut Polydorus teſtatur) in Bannochorẽſi monaſterio monachus factus eſt. Cum autem bonarum artium fundamenta diligenter & fideliter ieciſſet, totũ ſe ſtudio theologico dedit, ut populum eo melius & expeditius docere poſſet. Et ut liberius peccantium peccata taxaret, integerrimam duxit uitam, & bono exemplo ſuis auditoribus præiuit. Doctrina etiã plus ualebat, quàm dicendi facultate: quod tempori tribuendum. Britannorum peccata, quibus Deũ ad iram prouocabant, & pœnas per Angloſaxones ipſis inferendas ſubinde deplorabat. Libros ab ipſo conſcriptos hoc ordine & numero recenſent:

De excidio Britanniæ, lib. 1.
In ſui temporis clerum, lib. 1.
Conciones mordentes, lib. 1.
Hiſtoriam quandam, lib. 1.
De immortalitate animæ, lib. 1.

Pro cõcione peruerſos hominũ mores acerrimè inſectatus eſt, præcipuè ſacerdotũ & principum. Conſtantinum Cadorum, Aurelium Conanũ, Vertiperium, Cuneglaſũ, Maglocunum, & cæteros regni proceres, ob innumera eorum ſcelera quæ indies perpetrabant, ac ſtupra & adulteria, legitimis uxoribus repudiatis, paternè primò pœnitentię admonuit: his cum nihil efficeret, ſeueriſſimè eos obiurgauit.

Epiſcopos, monachos & clericos, authores & anteſignanos flagitiorum uocabat. & cum uideret ipſos ſe opponere Deo, grauiſſimis ſacræ Scripturæ teſtimonijs eos refutabat. Poſtremò nonagenarius, Bannochori in fata conceſſit. Ioan. Balæus.

ELVODVGVS.

Eluodugus probus natura, benignus, optimam ſuæ adoleſcentiæ partem in literarum ſtudijs, quibus ab ipſa pueritia adhibitus fuerat, apud optimos pręceptores triuit, & præcipuè in collegio Bannochorenſi, ubi plurimũ in omni diſciplinarum ſcientia profecit. Deinde propter excellentem ſacrarum literarum cognitionem, ac uitæ integritatem, omnium rector ac pręceptor eligitur: multosque diſcipulos eruditione & pietate præſtantes habuit.

Poſteris ſuis reliquit:

Hiſtoriam Britannorum, lib. 1. Balæus.

ASAPHVS.

Aſaphus ex Venedotarum gente Anglus, cum domi à parentibus liberaliter educatus eſſet, traditus eſt Kentigerno præceptori doctiſſimo, apud quem profecit tum in artiũ cognitione, tum bonis moribus. Hunc Kentigernus ob obſequia ſibi præſtita, cœnobij Elguenſis ſeu Eluienſis ſucceſſorẽ reliquit. Deinde à pio & Chriſtiano principe Roderico ad prædicationem uerbi reuocatus, eundem in epiſcopatu cum populi cõſenſu ſucceſſorem conſtituit.

Hos libros ſcripſiſſe dicitur:

Ordinationes ſuæ eccleſiæ, lib. 1.
Magiſtri Kentigerni uitam, lib. 1.

Accepit tamẽ beſtiæ Romanæ characterem, & cũ meretrice ſcortatus fuit. Nam primus dicitur fuiſſe, qui unctionem ab epiſcopo Romano accepit. Balæus.

ANONYMVS.

Anonymus natione Britannus, uir haud uulgariter doctus, claruit ea tẽpeſtate, teſte Lelando, qua Angloſaxones Leogriam fœcundiſſimam uniuerſæ Angliæ partem per uim occupabant: circiter annũ Domini 590. Cauſas autem huius calamitatis diligenter inquiſiuit, & quid rerum olim incolæ iſtius inſulæ geſſiſſent perſcrutatus fuit. Tandem cauſis cognitis, hiſtoriam pertexere aggreditur, quam ſumma cum laude abſoluit.

Titulus autem huius libri fuit:

Albani Martyris uita lib. 1. Balæus Cēturia 1.

DIONOTVS.

Dionotus Anonius, natione Britannus, in artibus liberalib. & Theologia interpretatiua eruditiſsimus fuit, magnámq́; ſuis concionibus doctis laudē apud omnes meruit.

Hic cum eruditione & pietatē præ cæteris emineret, in celebri Bannochorenſi collegio 2100 monachis præfuit, quos in ſeptem claſſes ſeu familias (ut Balæus uocat) diſtinxerat, ut maiorib. ſeptē eccleſijs iſtius regionis miniſtrarent: ut teſtes ſunt, Bedas, Galfridus, & Capgrauus. Hi nō in ocio uiuētes, pauperum ſudores deuorabant: ſed (iuxta Pauli mandatum) laboribus ſuarum manuū in communi uictitabant.

Hos libros ſcripſiſſe inter cætera dicitur:

Ad Vniciorum ſynodum reſponſa.

Super conſeruandis eorum ritibus, lib. 1.

Diſputationes quaſdam, lib. 1.

Defenſorium ſedis Meneuenſis, lib. 1.

Commentarios ſcripturarum. lib. 1.

Orationes, epiſtolas, & alia pura.

Oppoſuit ſeſe acriter Auguſtino in ſynodo Anglicana: & firmis rationibus demonſtrauit, ueteres ritus, quos hactenus obſeruabant, cum celebratione paſchatis, & adminiſtratione baptiſmi, nō eſſe mutandos: & priuilegia Meneuenſis eccleſiæ defendit, & Auguſtinū archiepiſcopū agnoſcere recuſauit.

Sed propter hanc conſtantiam cum 1200 collegis, anno ſalutis 603, martyrio affectus eſt: Auguſtino monacho ut, aiebant, impulſore apud Ethelfredum Northumbriorum regem. Balæus.

HONORIVS.

Honorius ex Combria oriūdus, Trefriauci filius fuit: & Dauide Meneuenſi archiepiſcopo pręceptore uſus, doctrina & bonis moribus conſpicuus euaſit, & in inſula Rameſega duriſsimam uitam uixit. Balæus.

CONGELLVS.

Congellus Bannochorenſis honeſto loco natus, eruditione & operibus inſignis fuit, & optima indole præditus.

Hos libros edidit:

Regularis uitæ methodum, lib. 1.

Ad cœnobiorum patres, epiſtolas plures. Hic monachatū Aegyptiū ualde auxit. nam nobile collegiū philoſophorū Chriſtianorū Bannochorenſe, quòd annos 350 circiter floruerat, in monaſterium Apoſtolici ordinis mutauit: ac circiter annum 530, primus eius abbas factus eſt. Ac Bernardus Clareuallenſis autor eſt, hoc cœnobium caput eſſe præcipuorum monaſteriorum in Europa, ac aliquot monachorum millia genuiſſe. Ex hoc enim prodijt Columbanus, qui Galliā, Germaniam & Italiam cœnobijs repleuit: & Brendanus, qui Hyberniam & Scotiam. Senex obijt in prædicto monaſterio. Ioannes Balæus.

# CAPVT XI.

## DE HAERETICIS ET *ſeductoribus.*

XENAEAS.

Genere Perſa fuit Xenæas, fortuna ſeruus: teſte Nicephoro lib. 17. cap. 27. qui Calandione apud Antiochenos epiſcopatum procurante, ab hero ſuo fugiens, & clericum ſe eſſe ſimulans, nondū baptiſatus ad eccleſiam ſe contulit. Ab eodem Calandione, animaduertente & deprehendente latentem & occultam in eo maliciā, ab eccleſia eiectus & proſcriptus eſt. Sed à Petro Gnapheo non ſolùm receptus eſt, & priſtinæ dignitati reſtitutus: uerùm etiam, quamuis baptiſmū non ſuſcepiſſet, Hierapolis tamē epiſcopus creatus, & Philoxenus appellatus eſt. Euagrius (quemadmodū & Nicephorus) ca. 31. li. 3. uocat eum uirū uerè à Deo alienum. nam Neſtorij & Eutychetis errorem amplexus eſt: & cum uideret Anaſtaſium Imperatorem non admodum fauere decretis ſynodi Chalcedonenſis, ideo & ipſe ut gratiam aulicam aucuparetur, nō modò eam ſynodum reiecit, ſed etiam alios, ut Flauianum, idem ut facerēt cogere tentauit. Coniunxit enim ſe cum Dioſcoro, & armata manu Antiochiam irruit, & ſeditionis autor extitit: Macedonium etiam, & Iohannē Platenſem, & Flauianum in exilium extrudere iuuit. Euagrius narrat, quàm fuerit moleſtus Flauiano perpetuis criminationibus: lib. 3. cap. 31. Nicephorus lib. 16. cap 27. attribuit illi pro errore, ipſe potius errans hac quidem in parte: quòd docuerit, imagines Chriſti & aliorum ſanctorum non eſſe uenerandas.

Præfuit etiam ſynodo Sidone congregatæ ab Anaſtaſio Imperatore, contra Heliam Hieroſolymitanum & Flauianum Antiochenum. Nam calumnioſè Flauianum apud Imp. detulerat. Ibi igitur ſummis uiribus, & magno animi conatu, ut Eutychetis & Dioſcori res in Oriente obtinerent, ſtuduit. Nicephorus capite trigeſimoſecundo, libro eodem.

CONON.

Meminit Nicephorus libro decimooctauo, capite quadrageſimoſeptimo, Cononis cuiuſdam, qui tametſi aliquandiu cum Philopono Monophyſita ſenſerat, poſtea tamen eius lucubrationes repudiauit, ac docuit (ſicuti refert Nicephorus) corpora non ſecundum materiam, ſed tantum iuxta formā occidere: eaq́; denuò confirmati, præſtabiliorem ſpeciē materia ipſa recipiente.

Mundi

Mundi ille quoq; creationem iuxta materiá & formam, interitum aût eiuſdem iuxta formam ſolummodo, non ſût ſecundû materiá ferre dicit. Reſurrectionem tamen mortuorû eſſe, corporis iſtius cû anima rationali unionem indiſſolubilé, decernit. Capite 49. eiuſdem libri, Cononitarû ſectæ meminit, quæ ab epiſcopo Conone ita nominata ſit.

GEORGIVS & THEODORVS.

Georgius hic presbyter fuit, Theodorus diaconus, eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Errorê ſparſerunt de Chriſti deſcenſu ad inferos, quòd uidelicet Chriſtus deſcendês ad inferos omnib. ibi concionatus ſit: & quotquot eum receperint, ſaluarit. Refutat eos Gregorius ex dicto Pſalmi: In inferno quis confitebitur tibi? & Pauli: Quotquot ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt. Allegat quoq; teſtimonia Philaſtrij & Auguſtini côtra hanc hæreſin: & tandem côcludit, quòd Chriſtus deſcendês ad inferos, tantum illos ab inferni clauſtris eripuerit, quos adhuc uiuentes per ſuam gratiam in fide & bona operatione ſeruarat. Et addit, in illo dicto (Cum exaltatus fuero de terra, omnia ad me trahá) uniuerſalem reſtringendam eſſe ad electos ſolùm. uide epiſtolam Gregorij lib. 5. indictione 15. cap. 179.

SOTERICHVS.

Soterichus Cæſariæ Cappadociæ epiſcopum egit. Præfuit autem concilio Sidonenſi, ab Anaſtaſio Imperatore contra Flauianum Antiochenum & Heliam Hieroſolymitanum congregato. Hoſtis fuit acerrimus Chalcedonêſis ſynodi, defenſor & patronus Eutychetis & Dioſcori: ſumma animi contentione laborauit, ut oppreſſa ſynodo Chalcedonenſi, omnes Eutychetis errorê amplecterentur. Nicephorus lib. 16. cap. 32.

THEODORVS.

Theodorus cognomine Aſcidas, Cæſariæ Cappadociæ metropolis epiſcopus fuit, & Iuſtiniani Imperatoris amicitia familiariter uſus eſt. Hic ſectatores dogmatis Origenis, ab Euſtochio epiſcopo Hieroſolymitano eiectos, tutatus eſt, & eiectionem iſtam ſummam impietatem appellauit. Sed ſynodo habita, & cauſa cognita, ipſe cum ſectatoribus illis damnatur: propterea quòd aſſeruiſſet, Apoſtolos & martyres in reſurrectione mortuorû pares fore. Euagrius libro quarto, capite trigeſimooctauo.

SEVERVS.

Seuerus Sozopoli Piſidię ortus, Beryti legum ſcientiæ & actionibus forenſibus primùm operam dedit: Chriſtianiſmo autem nónihil percepto, Tripoliq; in Phœnicia in templo Leontij martyris baptiſatus, animû ad monaſticam uitam adiecit, inter Gazam & Mauitam oppida. Natura fuit contentioſus, & in diſputationibus audax. Vnde Nicephorus eum ἀκέφαλον, id eſt ſine capite, ſcilicet ſano & firmo in ueritate, appellatum eſſe dicit. Sine fine autem diſſerebat, unicam tantum in Chriſto eſſe naturam, atq; Chalcedonenſis ſynodi decreta exibilabat: quo quidem ſtudio plurimos ſubinde turbauit. Nephalius itaq; hominem inquietû, turbulentum & inſanabilem monaſterio eiecit. Vt autem erat ſine omni fronte, ad Imperatorem ſe confert, petens in priſtinum ſeſe locum reſtitui. Ea occaſione in noticiam aulicorum peruenit, altioraq; meditatus eſt. Flauianum epiſcopum Antiochenû uarijs machinis impugnabat: & eius locû, ut erat ambitioſus & effrons, occupabat. Memoriæ tradit Theodorus Lector Collectaneorû libro ſecundo, Iohannem quendam Diacrinomenum de Seuero ſcripſiſſe, iuramentum ab ipſo Imperatorem Athanaſiû ſumpſiſſe, ſi Antiochenus epiſcopus fieret, ſeſe nullo pacto, ſub pœna anathematis, Calcedonenſi ſynodo adhæſurum. Compos igitur ſui uoti factus, anno urbis illius quingenteſimo ſexageſimoprimo, mox eo ipſo, quo Antiochiæ epiſcopus ordinatus eſt, die, conſenſo ſuggeſtu anathemate eam ſynodû percuſsit: ut nimirû ſtatim in principio ſpecimen ſuæ pietatis exhiberet. Nicephorus uerò ait, eum ſcripto promiſiſſe Imperatori, ſeſe non damnaturum eſſe eam Synodum: id quod tamen à ſectatoribus ſuis inſtigatus fecerit, tum in prima ſua ad populum concione, tum etiam in literis ſynodalibus. lib. 16. cap. 29. Diſſentientes igitur à ſeſe qua potuit tyrannide preſsit: atq; adeò monachi in Palæſtina omnes Seueri crudelitatem experti ſunt.

Alamundaro Saracenorû phylarcho Chriſtianiſmum amplectente, miſit ad eum Seuerus duos epiſcopos, qui ſuam ei ſententiam inſtillarent: uerùm Dei conſilio peculiari factum eſt, ut baptiſaretur ab ijs qui ſynodum probabât. Theodorus Lector Collectaneorum libro ſecundo: Nicephorus libro decimoſexto, capite trigeſimoquinto. Paulus Diaconus lib. 15. Iohannes Zonaras tomo 3.

Deniq; cum ſæuicia turbulentiſsimi hominis nimiû creſceret, Iuſtinus Imperator primo ſui imperij anno eum comprehendi, linguamq; eſſrenem ei amputari mandat: dato hoc negocio Irenæo, qui in Oriente Antiochenam præfecturam gerebat. Fuêre qui Vitalino id tribuerent, quòd cum apud Imperatorem primas eo tempore tenere uideretur, præciſionem linguæ ſuaſerit: uerùm Seuerus (ut erat ſagax huius ſeculi filius) olfactis inſidijs aufugit, poſtquá ſex annos eccleſiam Antiochenam tyrannide obtinuiſſet: eſtq; ei ſubrogatus Paulus, qui ne Chalcedonenſem ſynodum, ut uidebatur, lauda-

ret, ſponte ſua & ipſe diſcedit. Zonaras narrat, Seuerum in Ægyptum fugiſſe, ibiq; ſua uenena ſparſiſſe.

Cum autem Theodora, uxor Iuſtiniani, Seueritis, iiſq; qui unam tantum aſſerebant naturam in Chriſto, faueret: muliebribus blanditijs atq; inſidijs effecit, ut ab Imperatore Seuerus reuocaretur. Verùm paulo pòſt rectius expendens omnia Imperator, Seuerum cum omnibus ſuis aſſeclis anathemate ferit. Euagrius libro quarto, capite decimo & undecimo.

PAVLVS.

Paulus Seueri ſucceſſor Antiochiæ, initiò quidem uerbo promiſit, ſeſe Chalcedonenſem ſynodum, uerioremq; ſententiam prædicaturum eſſe: poſtea uerò ad inſaniam reuerſus, ſponte reliquit uocationem & locũ. Euagrius libro quarto, capite quarto.

BASILIDES.

Baſilides Conſtantinopolitanus epiſcopus, Seuero Antiocheno in hæretica ſententia ſuffragatur, unicam tantũ in Chriſto naturam aſſerens, atq; Chalcedonenſem ſynodum damnans. Euagrius lib. 4. cap. 9.

THEODOSIVS.

Dioſcori ſucceſſor Alexandriæ Theodoſius fuit. is Seuero acceſſit, unã in Chriſto naturam eſſe dictitans, etiam poſt unionem. Scripſit Seuerus ad ipſum. Euagri' li. 4. ca. 11.

ATHOCLVS.

Facit mentionẽ Athocli Gregorius, qui acerrimè Ariani ſententiam eſt tutatus, mira arte ſcripturas ſacras ad errorẽ detorquẽs. Sed cum pauci ei ſuffragarentur, dolore atq; impatientia morbum ſibi contrahens, extinctus eſt. lib. 9. Hiſtoriarum, cap. 15.

ACACIVS.

Fuit unus de Eutychia diſcipulis Acacius. Euagrius lib. 3. cap. 31.

NICIVS.

Laodiceæ Syriæ fuit epiſcopus Nicius, qui ſe Xençæ aduerſus Flauianũ coniunxit. Euagrius libro tertio, capite 31.

ELEVSINIVS.

Idem quod Nicius, & hic Eleuſinius ſecundæ Cappadociæ epiſcopus, cũ Xençã cõtra Flauianum egit. Euagrius lib. 3. cap. 31.

# CAPVT XII.

## DE MARTYRIBVS SVB *Iuſtino Seniore.*

CVM in Negra Arabiæ felicis ciuitate miſerabilẽ ederet Chriſtianorum lanienam Iudæus quidam Pſeudomoyſes: inter conſtantiſsimos alios martyres, in primis puerulus quidã, egregiũ uirilis animi ſpecimẽ edidit. Nam cum matre ad pyram accenſam, contra tyranni uoluntatem, qui eum ſeruare ſtudebat, acceſſit, & mortẽ oppetijt. Nicephorus lib. 17. cap. 6.

SVB IVSTINIANO.

IN Campania Italiæ, cum Totila Gottorum rex Benedictum iuniorem ſanctitate clarum, propter Chriſtum, eiuſq; doctrinæ confeſsionẽ, cum cellula comburere cuperet, nec poſſet, eũ in ardentẽ clibanũ proiecit. Qui tamen inde altero die illæſus corpore & ueſtimentis exiſſe dicitur: ut etiam alibi diximus. Sigebertus in ſuo Chronico.

RVSTICI QVADRAGINTA.

Anno 35 Iuſtiani (ut Marianus Scotus narrat, ex lib. 3. Dialogorum Gregorij papæ, cap. 27 & 28.) cum Longobardi XL ruſticos bello captos ad comedendas carnes dijs immolatas compellere non poſſent, mortẽ illis minari cœperunt. Ruſtici ſacrilegũ cibũ extremè auerſantes, & æternæ potius quàm præſentis & caducæ uitæ rationem habentes, firmiter in ſua confeſsione perſtiterunt, atq; in pietatis conſtantia ſimul omnes glorioſam mortem oppetierunt.

Eodem tempore cum ferè XL alios captiuos Longobardi tenerent, more ſuo capræ caput adorabant, quod immolaturi erant: ac Chriſtianos, ut idem factitarent, cogere tentabãt. Verùm illi ceruices ſuas potius carnifici præcidendas præbuerunt, quàm idololatria uitam ſuam redimerẽt. Gregorius papa lib. 3 Dialogorum, cap. 28.

SVB TYBERIO.

IVGVNDIS & HERMINGILDVS.

IN Hiſpania Eroiſuintha fœmina, Arrianæ lue infecta, tanta crudelitate Chriſtianos perſecuta eſt, ut ne propinquis quidẽ ſuis pepercerit. Rex fuit tũ tẽporis Hiſpaniæ Leouichildus, quẽ alij Leuigildũ uocant. Huius filius natu maior Ermingildus, Sigeberti Francorum regis filiam Iugundẽ uxorem duxit. Ea pro more regio cum magno apparatu in Hiſpanias profecta, ab auia Eroiſuintha humaniſsimè accepta fuit. Quia uerò in orthodoxæ religionis doctrina educata & inſtituta fuerat, Eroiſuiotha uarijs blanditijs eam à uera pietate ad Arrianas blaſphemias traducere, & ut in Arrij hæreſi rebaptizaretur illicere cœpit. At Iogundia conſtantiſsimè in ſua, uel Chriſti potius, ſententia perſeuerans: Sufficit mihi (inquit) me ſemel ſacroſancti baptiſmi lauacro ab originali peccato ablutam, & ſanctam in una æqualitate confeſſam eſſe Trinitatem. Hanc doctrinam me credere ex toto corde confiteor: & ab hac fide, qua à pueris ſum imbuta, auelli me nunquam, uel uitæ periculo, patiar. Eroiſuintha his auditis, iracundiæ furore accẽſa puellam pilis comprehenſam ſolo colliſit: & pedibus conculcatam & cruentatam ſpoliari, & piſcinæ immergi iuſsit. Verùm diuino be

neficio

neſcio ſeruata, maritũ deinceps Hermingildum ſua pietate ad fidem Chriſti conuertit. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 38.

Hermingildo uerò, uxoris & Leandri Hiſpalenſis epiſcopi prædicatione ab Arrianiſmo ad ueram pietatem traducto, Lenigildus pater Arrianus filium tum minis, tum promiſsionibus, ab orthodoxa religione anocare, & in ſuam ſententiam retrahere conatus fuit. Quod cum perficere non poſſet, regno ipſum initiò abdicauit, omnibusq; bonis ſpoliauit. Sed cum nec hoc modo eum flectere poſſet, in uincula coniectum, ferro collum manusque ei crudeliter ligari iuſsit. Tandem in uigilia Paſchatis, parens Arrianum epiſcopum Ermingildum accedere iubet, eo conſilio ut ipſi ferro ligato concionetur, eumq; à ſua ſentẽtia abducere conetur. Epiſcopus, quod poteſt, tentat. Verùm ille cum indignatione Arriani epiſcopi repudiato cõſilio, cõſtantiſsimè in ſua fide & orthodoxa religionis ſententia perſeuerauit. Quo cognito, crudelis pater proprio filio ſecuri caput per lictores in Paſchatis uigilia præcidere iubet. Gregorius papa lib. 3 Dialogorũ, cap. 31. Adon Viennẽſis in Cõmẽtario quartæ ætatis: & Marianus Scotus lib. 2. ætate ſexta, quarto Mauricij imperantis anno, hęc facta fuiſſe narrant.

Cæterùm interfecto Ermingildo martyre, uxor Iugundis ex Hiſpanijs fugiens, dũ in Galliam reditum parat, in militum manus, qui Hiſpaniæ fines cuſtodiebant aduerſus Gotthos, incidit: à quibus cum filiolo paruo capta, & in Siciliam, ubi diem extremum clauſit, abducta fuit. Filius uerò Mauricio Imperatori, matre defuncta Conſtantinopolim tranſmiſſus eſſe dicitur. Paulus Diaconus libro tertio de geſtis Longobardorum, capite decimo.

## SVB MAVRICIO.

### GALANDVCH.

GAlenduch femina Perſica, omnis generis tormenta multis annis ob confeſsionem Chriſtianæ religionis à Perſis perpeſſa eſt: Euagrius libro ſexto, capite uigeſimo. quæ omnia fortiſsimè ſuperauit. Tandem uerò grauiſsimis cruciatibus debilitata, martyrij coronam expetijt. Angelus aũt, qui ei ſępius antea apparere & adeſſe ſolitus fuerat, aſsiſtens, iuuenem quendam enſiferum produxit, qui deſiderio eius ſatisfecit, eiq; caput præcidit. Obſerua angelum homicidam. Poſt capitis reſectionem, aliquandiu deinceps ſuperſtitem fuiſſe, & miracula edidiſſe, Nicephorus lib. 18. cap. 25. ex Stephano Hieropolitano epiſcopo nugatur: ſed fides ſit penes autorem.

### MAVRICIVS IMPERATOR.

TEmpore conceptionis eius, parens in ſomnis uidit uitẽ maximã è cubili ſuo prodire: & plurimas uuas, easq; maturas, ab ea pendere. Circa partũ, mater fragrantiã quandam exoticam & peregrinã è terra euaporare ſenſit. Empuſa infantem frequenter tranſpoſuit, quaſi necatura: ſed nihil ei nocuit. Euagrius lib. 5. cap. 21, Acciderunt etiam poſtea portenta, quæ ei uaticinata ſunt Imperium. Nam Chriſtus illi in ſomnis apparuit in Oriente, & petijt ut ſe ulciſceretur: & in adito Antiochiæ, cum fumigaret cortina ſacræ menſæ cõflagrauit. Euagrius ibidem.

Lapſus eſt 14. Imperij ſui anno, Diacono teſte, in eam ex humana imbecillitate auariciam, ut cum infinitã captiuorũ hominum multitudinẽ Chaganus Auarum Hunnorũ rex, uirũ quẽq; duobus aureis nummis (ut Nicephorus habet) Mauricio redimendos proponeret, multa millia potius hominum enſe crudeliter necari à tyranno, quàm aliquam pecuniæ iacturam pro eorum redemptione fieri pateretur. Hinc & Dei iram, & grauiſsime hominum & ſubditorum ſuorum odia incurrit. Cum autem patratæ impietatis memoria grauiter eum excruciaret, ſcriptis literis, omnium præcipuarũ eccleſiarũ epiſcopos pro ſe preces ad Deũ fundere iubet, quò in mortali hac uita, citra æternam animæ iacturam, peccatorũ ſuorum remunerationem ſibi recipere liceret. Hæc dum agitat, & in luctu ac lachrymis anteactę uitæ pœnitentia ſeſe macerat, quandã Chriſti imaginem in ſomnis, clarè & euidenter uocem edidiſſe ferunt: ipſum uoti fore compotem, & in hac uita pœnas ſoluturum. Vidiſſe etiam in ſomnis dicitur, ſe & ſuam Cõſtantiam uxorẽ cum filijs & filiabus, totaq; ſua familia, gladio Phocæ perimendũ tradi.

Phoca autem Imperatore iam deſignato, cum uxore & liberis Phoca perſequente fugam molitus, nauigio Chalcedonem (oppidum id eſt contra Byzantium) delatus fuit: ubi captus, cum tota familia, & anno ætatis ſuæ ſexageſimo tertio ſecuri percuſſus fuit. Tum uerò egregiam animi conſpexiſſes fortitudinem, & conſtantem pietatis cõfeſsionem in Mauricio. Cum enim ſpectante parente, maſcula Imperatoris ſoboles miſerè à tyranno occideretur, in ſingulorum cæde ea uerba protulit: Iuſtus es Domine, & iuſtũ iudicium tuum. Cumq; liberorum nutrix infante Imperatoris ſubtracto, puerum ipſe ſuum lactentem ad cædem protuliſſet: Mauricius aſtans, ſuũ requiſiuit, & proferri iuſsit: iniquum eſſe dicens, in alium, cum ab ipſo Deus pœnas expeteret, animaduerti. Filijs quinq; gladio truncatis, pater quoque ipſe fortiſsimè capite reſecto occubuit. Deinde uerò tyrannus Conſtantiam Imperatricem, cum fratribus, filiabus, in priuatorũ

 ordinem

ordinem redegit: & primùm quidem eas uili quadam & exili domuncula incluſit, tandem uerò crudelitate ebrius, ferro quoq; io terimi iuſsit. Nicephorus libro decimooctauo, capite trigeſimooctauo, & in ſequentibus.

## CAPVT XIII.

### DE MIRACVLIS. SVB ANASTASIO *Imperatore.*

THEODORICVS Longobardorum rex, in epiſtola ad Fauſtum præpoſitum narrat, Veſuuium montem ruptum in uertice, tantum ex ſe eieciſſe incendij, ut regiones uicinas & agros cum fructibus exuſſerit: pampinosq; Veſuuij mõtis crudelitate uaſtatos, ſupplices à ſe impetraſſe tributorum remiſsionem.

Eodem Theodorico Ariano apud Longobardos rerum potiente, Deuterius quidã epiſcopus Arianus, Conſtantinopoli quendam Barbam nomine (ut etiam alibi recitauimus, uerùm hic repetendum uidetur) ſacro baptiſmatis fonte abluere uolens, formam uerborum baptiſmi impudenti temeritate immutare non eſt ueritus, dicens: Baptizatur Barbas in nomen patris per filium, in ſpiritu ſancto. Mirando autem modo ſiccatus eſt ſubitò fons baptiſterij, aqua diſparente. Barbas uerò timore perculſus aufugit, & omnibus miraculum patefecit: ut narrat Nicephorus lib. 16. cap 35. & Paulus Diaconus lib. 15. Porrò hoc miraculum Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo, paulo aliter narrat, & dicit: eum qui baptiſmum adminiſtrauit, Barbam uocatũ. id quod non in magno ponimus diſcrimine.

Paulus Diaconus libro decimoquinto recitat, Olympum quendam antiſtitem Arianorum, in Africa, cum impias & in ſanctam Trinitatem palàm cõtumelioſas uoces euomeret, ignito iaculo miſſo, uiſibiliter in Elyaneuſium balneo combuſtum. Sabellicus Enneade octaua, libro ſecundo, dicit ipſum tribus fulminibus ictum, cœleſti flamma cõſumptum eſſe.

Antequam Bulgari iterum in Illyricum irrumperent, ſtella crinita fulſit: & corui ante & poſt Romanorum exercitum uolitantes, cladem exercitui quæ ſubſecuta eſt prænunciarunt. Zonaras tomo tertio, ſub Anaſtaſio Dicoro. Paulus Diaconus libro decimoquinto, in uita Anaſtaſij commemorat, anno undecimo eius imperij, Conſtantinopolim urbem incendio maximo abſumptã. Addit ibidem, quendam militem non procul ab urbe Neocæſarea iter facientem, paulo antè quàm ea terræmotu concuteretur, in aere ſupra eam duos conſpexiſſe milites: & alterum à tergo clamantem, Conſeruate ædes in quibus ſepulchrum extat Gregorij. Facto autem terræmotu, maximam quidem partem ciuitatis collapſam & euerſam, illæſa manente Gregorij Thaumaturgi domo.

Circa annum decimumquintum Imperij Anaſtaſij, cum Vitalianus Thrax tyrannicè eum impeteret, eiq; rebellaret, Rhodos uehementi & graui terræmotu concuſſa eſt tribus uicibus, & quidem intempeſta nocte. Euagrius libro tertio, capite quadrageſimotertio.

Cuſpinianus in Cõſulibus refert, Anaſtaſio principe, Auguſto & Ruffo Coſſ. terræmotũ factũ noctu ante cantus gallorũ, VII. Idus Iunij: ac Laodiceam, Hierapolim, Tripolim atq; Agathium urbes, uno tempore unoq; terræmotu corruiſſe.

Clodoneus rex Franciæ, bello petens Alaricum Gothorum regem, cum exercitu uenit ad Vincennam flumẽ: quod propter crebras pluuias ita intumuerat, ut non ſine ingenti periculo tranſiri poſſet. Noctu igitur ardentibus uotis Deum precatus, ut uadum ſibi monſtraret: manè miræ magnitudinis uidit ceruam, quæ flumen ingrediens, tranando exercitui ſecurum monſtrauit tranſitum. Præterea rege Clodoueo apud Pictauos in caſtris cõmorante, pharus ignea egreſſa de Hilarij baſilica, uiſa eſt ei tanquam ſuper ſe aduenire. Gregorius Turonenſis hiſtoriarum libro ſecundo, capite trigeſimoſeptimo.

Conuenerunt Andegauiæ, anno 22. Anaſtaſij, Melanius, Albinus, Marſus & Victor. Melanius uerò cæteris offert eulogiam. quã cum ſuſcepiſſent, Marſus ſuam eulogiam in ſinũ cadere permiſit: quæ in ſerpentis cingulum conuerſa eſt. Quod cum animaduerteret, reuertitur ad Melanium, quid ſibi accidiſſet ſignificans. Ille iubet accedere Albinum, ut confiteatur quod fecerat. Hic rurſus eum ad Victorem Cenomanum ablegat. Tandem remittitur ad Melanium: qui precibus ſuis effecit, ut ſerpens in eulogiam rediret, priſtinamq; formam aſſumeret. Henricus de Erphordia, capite quadrageſimonono. Fides ſit penes autorem.

Alcimus Viennenſis refert, in Homilia de prima feſti Rogationũ inſtitutione, ſuo tempore crebra incendia & terręmotus aſsiduos extitiſſe: ædes quoq; publicas Viennæ terribilibus flammis abſumptas.

Anno undecimo imperij Anaſtaſij, ea nocte qua mortem obijt, Vedaſto Atrebatenſi epiſcopo miraculis claro conſpecta eſt columna lucidiſsima, à ſummitate domus uſque ad ipſum cœlum pertingens, duarũ horarum

ratū ſpacio. Henricus de Erphordia, cap.49.

Sub Anaſtaſio, Paulus Diaconus lib. 16. Alexandriæ multos uiros, mulieres ac pueros à dæmonibus obſeſſos, repentè latraſſe ut canes, dicit.

Narrat Zonaras, Anaſtaſium paulo ante obitum, nunciatis ſibi inſidijs, multos comprehendiſſe: atq; inter alios Iuſtinum & Iuſtinianum, qui pòſt rerum potiti ſunt: atq; in animo habuiſſe eos neci tradere. ſed ſomnio deterritum, cum uir terribilis ei aſtitiſſe uiſus eſſet, ac dicere: Iuſtino & Iuſtiniano ne quid mali feceris, nam uterq; ſuo tempore Deo inſeruiet. Illis igitur crimine læſæ maieſtatis abſolutis, denuò aliud uidiſſe ſomnium, uirum terribilem, qui librū manu geſtans diceret: Ecce ob peruerſitatē fidei tuæ, annos quatuordecim uitæ tuæ deleo. Quia autē fatale ſibi eſſe ex oraculo didicerat Anaſtaſius, ut fulmine interiret, Tholotum ædificium conſtruxit, in eoq; degit, ſed fruſtra. Nam quum aliquando tonitrua horrendū in modum reſonarent, & fulgura multa eliderentur, atq; ipſe perterritus è cœnaculo in cœnaculum deſcēderet, & alios atq; alios thalamos ſubiret, in quodam regio cubiculo mortuus eſt inuentus. Id quod hoc etiam loco repetendum putauimus. Hęc Zonaras.

## SVB IVSTINO IMperatore.

Zonaras Annalium tomo tertio ſcribit, Iuſtini temporibus cometam in oriente uiſum, radijs deorſum uergentibus, quem Pogoniam, quaſi barbatam, dicas.

Paulo pòſt refert, Anazarbam ſecundę Ciliciæ metropolim terræmotu concidiſſe: & Edeſſam urbem illuſtrē Oſroenæ prouinciæ ſubuerſam eſſe, cū Scirtus fluuius, qui eam mediā perfluit, exundaſſet, & urbis ædificia deieciſſet atq; auexiſſet, & ciues partim ruina, partim undis oppreſſiſſet. Aliquot dieb. elapſis aqua imminuta, lapidea tabula in ripa fluminis eſt reperta, cui notis Hieroglyphicis inſculptū erat: Scirtus fluuius (habet aūt à ſaltando nomen, quaſi ſaltatorē dicas) malè ſaltabit ciuib. Cōcidit & ſemiſsis Pompeiopolis, urbe media dehiſcente: in eoque hiatu, multi mortales uiuentes adhuc auxilium petierunt, cum opem nemo ferre poſſet.

Narrat ibidem, tum mulierem quandam è Cilicia inſtar Gigantia fuiſſe, cùm proceritate corporis, tum aliorum membrorū proporrione. nam ſupra quamuis proceros uiros integrum cubitum eminebat, pectore & humeris ſupra modum latis: cum & cætera omnia, ut uox & facies, brachiorum & cubitorum firmitas & magnitudo, & digitorum craſsitudo, & reliqua, longitudini & latitudini reſponderent.

Theodorici regis Longobardorum animam à dæmonibus in ignem Lipareū præcipitatam, in uiſione cuidam eremitæ reuelatam & oſtenſam, Simoneta refert libro quarto, capite uigeſimo. Videtur autem ſumpſiſſe ex Diacono, qui libro decimoquinto idem aſſerit. Quod uerò ita ludant cum animabus defunctorum diaboli, non eſt in ſacris literis proditum: niſi quòd in terrorem, phantaſma quoddam diaboli hominibus obijcere poſſunt.

Anno ſeptimo Imperij Iuſtini, menſe decimo (qui tum Artemiſius ſeu Maius erat) 29 eius die, in ipſa meridie, die ſexta hebdomadæ, Antiochia terræmotu ferè uniuerſa concidit. Hunc comitatus eſt ignis, calamitatem acceptam ex terræmotu latius extendens. Etenim quæ terræmotus intacta reliquerat, ab igne in cinerem ſunt redacta. Non ſolùm autem ædificia collapſa ſunt, uerum etiam magna hominum multitudo, terræmotu ac igne abſorpta eſt. In hac ruina ſimul urbis epiſcopus Euphraſius perijt. Euagrius libro quarto, capite quinto. Præceſsiſſe hanc horrendam deuaſtationem Antiochiæ incendia, futuræ calamitatis quaſi quædam præludia, idem Euagrius teſtis eſt.

Zoſimas monachus miraculis clarus, quamuis procul abeſſet Antiochia, tamen terræmotum Antiochię ſciuit, ac in ipſo momento ſenſit. Subitò enim conſternatus, gemebundus, tantumq́ue lachrymarum fundens, ut ipſam terram rigaret, arculam thurariam popoſcit: ac toto illo tempore, quo Antiochia terræmotibus concutiebatur, ſacrificans in terram ſeſe proiecit, precibusq́; Deum placauit. Arceſilao uerò quærenti, quæ huius ſubitaneæ triſticiæ eſſet cauſa? reſpondit, ruentis Antiochiæ fragorem aures ſuas repleuiſſe. Arceſilaus & qui ſimul aderant hæc audientes, obſtupefacti horam annotarunt: ac poſtèa diligenti inquiſitione rem ſic geſtam eſſe, ut Zoſimas dixerat, deprehenderunt. Euagrius libro quarto, capite ſeptimo.

Claruit eodem tempore cum Zoſima, Iohannes quidam in Laura Chuzubena monaſticam exercens. Hic Chuzubita cum uxorem ſupradicti Arceſilai altero oculo fragmento quodam excuſſo priuatam eſſe audiſſet, curſu ad illam cōtendit, uiſurus quid illi accidiſſet incommodi. Vt itaq; pupillam oculi deficientem, oculumq́ue ipſum prorſus profluentem uidit, cuidam qui medicos affectabatur præcipit, ut ſpongiam adferret, & quod ex oculo promanabat cohiberet, ſicuti poſſet, ac ſpongiā oculo admotā faſciolis alligaret: atq; id fiebat Arceſilao abſente. Erat enim cū Zoſima in illius phrōtiſterio,

quoꝺ Sindenorum cinitati adiacet, à Cæſatea diſtante ſtadijs circitet quingentis. Curſores itaq; ad Arceſilaum excurrunt, qui iſta nunciareut. Sedebat autem ille apud Zoſimam, & cum eo ſermocinabatur. Qui ubi quid accidiſſet cognouit, admodum eiulauit, capilloſq; diuulſos ac diſcerptos ſurſum in cœlum erexit. Iuterroganti autem Zoſimæ ploratus cauſam, caſum expoſuit, ſimul gemitibus ac denſis lachrymis lamentãs. Relicto eo Zoſimas ad interiora cellulæ cuiuſdam ſeſe recipit, ibiq; ad Deum (ſicuti tales ſolent) interpellat. Pòſt aliquanto progreſſus, placideq; ſubtidens, ad Arceſilaum manu ex animo ſublata dixit: Abi cum gandio, abi. Gratia data eſt Chuzubitæ. Curata eſt uxor tua: ambos habet oculos: nihil potuit illi caſus iſte adimere, ſic uolente Chuzubita: quod & utroq; iuſto in eadem te miraculoſè operante factum eſt. Euagrius.

SVB IMPERATORE
*Iuſtiniano.*

NEapoli tes mira accidit circa hæc tempora, quã ex Procopio recitabimus. Gothorum quondam regis Theodorici imago in foro erat collocata, lapillis ſectilibus quadratiſq;, narioq; colore infectis compoſita. huius imaginis caput, Theodorico adhuc ſuperſtite, defluxit derepentè, & ſua ſpõte depulſa lapillorum compage: unde mox ſubſequutum, ut Theodoricus uitam finiret. Poſt annos deinde octo lapilli, qui imaginis eius uentrem effigiabant, cum eundẽ in modum protinus excidiſſent, Athalaricus Theodorici ex filia nepos, fato ſuo defungitur. Paulo pòſt labeutibus circa pudenda lapillis, Amalaſſuntha ſeu Himelſuita Theodorici filia ex humanis exceſsit. Gotthis itaq; urbem obſidentibus, à femoribue ipſis ad imos eiuſdem imaginis pedes, lapillorum compsges omnis dilsbitur & imago tota ex pariete abolita eſt. Quod Romani interpretati ſunt, Imperatoris exercitum tum fore ſuperiorem contrs Gotthos: quod & factum eſt. diſcedere enim, & obſidionem relinquere coacti ſunt. Procopius libro primo, de bello Gotthorum.

Libro ſecundo de bello Gotthico nattat, Veſuuium montem mugitum edidiſſe pet id tempus, quo Huuni Gotthos bello affligebant: cineres tamen non ſtatim etuctaſſe, etſi ex mugitu quòd breui eructaturus eſſet, colligebant. unde & proximas accolae formidine ingenti affecerat.

Ibidem cõmemorat ualde lugubrem & tragicam hiſtoriã de fame, qua plurimi mortales tum propter bellicos tumultus premebantur. Qui in Aemilia habitabant, proptijs ſedibus ac bonis relictie, in agrum Picennm profugiebant. Thuſcos etiam famee urgebat. In Piceno agro tradunt non minus quàm quinqusginta milia homiuum præ inedia interijſſe, & longè plures extra Ionicum ſinum. Inualeſcente autem hoe malo, tandem eò deuentum eſt, ut homines cogerentur humanis carnibus ueſci. Duas fuiſſe tunc fœminae tradunt, quæ uiros ſeptendecim interfectos abſumpſerãt. Sed eò iam alibi quoq; creuerat famis neceſsitas, nt quicquid ubiq; herbarum eſſet, celeriue nõnulli adirent: & genu in terram nixi, cum auellere has niterẽtur, deficientibus uiribus (nam è corpotibue uigor omnie abſceſſerat) porrectas ad herbas ſolo moribuudi procumberent, inſepultiq; paſsim manerent, quũ nemo hos humo contegeret: non enim erat, qui ſepulturæ rationem haberet. Hermannus Gygas meminit huius graniſsimæ famis in Italia: & dicit tantum inualuiſſe famem, ut matres mactarint ſuos liberos, ijsq; pro cibo uſi ſint. Blondus quoque Decadis primæ lib. 4. recitat ex Dacio Medolanenſi epiſcopo, qui ijs tẽporib ad gubernacula ſedit, quib. Vitiges Romã obſidebat, q in ſua diœceſi inuenta ſit miſera quædã genitrix, quæ mortui fame filioli carnes comederit.

Idem Procopius lib. de bello Gotthorum ſcribit, Mediolanenſes ciues obſeſſos à Gotthis, longo tempore fame oppreſſos, urgente nimium malo, canibus muribuſq;, & cæteris item obſcœnis, à quibus aliàs ſemper homines abhorruerint, ueſci coactos.

Memorabile eſt miraculum, quod Euagrius lib. 4. cap. 36. narrat. Iudæi uitriarij cuiuſdam Cõſtantinopolitani puer, unà cum reliquis Chriſtianorũ pueris particulam immaculati corporis Chriſti Domini noſtri acceperat. ob hanc cauſam à patre in furnum ardentem cõijcitur: ibiq; miraculoſo & ſtupendo planè modo illęſus & incolumis ſeruatur, donec tandem à matre ſua inuenitur. Interrogatus quomodo illæſus tamdiu permãſiſſet: Mulier, inquit, purpura ueſtita crebrò ad me ueniens, aquã porrexit, illaq; carbones uicinos extinxit, cibumq; mihi quoties eſuriui ſubminiſtrauit.

Gregorius Turonenſis libro tertio, capite trigeſimoquarto narrat, homicidam Portenium dormientem ſubitò in ſomno exclamaſſe: Heu heu ſuccurite qui adeſtis, & auxilium ferte pereunti. Auſuanus enim amicus meue, unà cũ cõiuge Papianilla, quos olim interfeci, ad iudiciũ corã Deo me accerſunt. Addit aũt, eum paulo pòſt lapidib. à populo obrutũ periſſe. Lib. 4. cap. 5. annotat, Gallũ Auernæ epiſcopũ, ardenti ad Deũ oratione obtinniſſe, ne peſtie uel lues illa quã Inguinariam uocent (quæ tamẽ non ſolũ reliquã Galliã, ſed alias quoq; orbis partes infeſtabat) Anetnã urbẽ deuaſtaret. Apud Euagriũ

libro

libro quarto, capite uigeſimouono, prolixa extat huius peſtiferæ luis, quæ annos totos quinquaginta durauit, deſcriptio. Accidit aũt (ut Euagrius ibi annotauit) & eo quo ipſe uixit, & hæc ſcripſit, tempore.

Mirum quiddam & horrendum his temporibus circa caſtrum Tauredunum in Gallijs contigit, ut Turonẽſis ſcribit lib.4. cap. 30. Fuit hoc caſtrum ſitum in monte ſupra Rhodanum. Auditus eſt uerò per dies amplius ſexaginta mugitum edere mons, donec tandem mirabiliter ſciſſus ab alio ſibi uicino mõte, cum uniuerſo caſtro omnibusq; incolis in Rhodanum præceps rueret. Aqua itaq; retrocedens, & impedita atq; obſtructa tanta mole, cũ aliàs inter anguſtias montium laberetur, multos nihil tale opinantes oppreſſit.

Triginta quoq; monachi paulo pôſt uenientes, & circa ea loca unde mons prolapſus erat fodientes, æs ſeu ferrum reperiũt. Verùm ſubitò incipit mons, ſicut antea, mugire: ſed cum ipſi nihilominus ab incœpto non deſiſterent, reliqua montis pars corruit, eosq; interfecit. Hanc cladem multa præceſſere prodigia. Aliquãdiu manè ſole oriente, tres uel quatuor ſoles uiſi ſunt. Sol denique ita obſcuratus & obtenebratus eſt, ut nec quarta pars in eo lucens remaneret. Apparuit quoq; integro anno cometa, radiũ de ſe ſpargens inſtar gladij. cœlũ item ardere uiſum eſt, & alia multa horrẽda: quibus haud dubiè Deus futuram ſtragem, de qua dictum eſt, ſignificare & oſtendere uoluit.

Zonaras tomo tertio ſcribit, quinto anno imperij Iuſtiniani cometam eſſe conſpectũ: qui ob radios ſurſum inſtar facis porrectos, lampadias dicebatur, & per dies 20 fulſit.

Nicephorus quaſi in faſciculum colligens miracula & prodigia, quæ ſub Iuſtiniano quàm plurima acciderunt, libro decimoſeptimo, capite trigeſimoſecundo, in hunc modum ſcribit: Prodigia quoq; quàm plurima Iuſtiniano imperante extitere. Ingentes terræmotus, concuſsiones & hiatus ſtellarum, faces admirandæ, atq; exundationes maris, quod propè ad quatuor miliaria in Thraciam excurrit.

Paulus Diaconus libro decimoſexto, anno octauo Iuſtiniani, ſcribit terræmotu & cõcuſsione ruptam terram, ac dimidiam urbis Pompeiopolitanę in Miſia partẽ abſorptam. Audita autem eſt uox miſerabilis hominum pereuntium, qui auxilium implorabant: uerùm fruſtra. Sanguinẽ quoq; ẽ nubibus decidiſſe, in hominum ueſtimenta. Subſecuta uaria morborũ genera, quibus miſeri mortales abſumpti ſunt.

Procopius li. 2. de bello Perſico, meminit ſęuiſsimæ peſtis, quę Cõſtãtinopoli graſſata eſt, maximãq; hominũ multitudinẽ ſtrauit.

Paulus Diaconus libro ſecundo de geſtis Longobardorũ, capite decimotertio, de Alboino rege Longobardorũ rem mirandam commemorat. Ille enim cum integro triennio, & præterea aliquot menſibus Papiam magno labore obſediſſet, fruſtra uouerat ſeſe capta urbe omnes ciues gladio interfecturum. Verùm cum oppidani fracti diuturna obſidione, ſeſe tandem in Alboini fidem dederẽt, regis Alboini equus in ipſa urbis porta concidit: & quamuis calcaribus acriter ſtimularetur, & deniq; fuſtibus cæderetur, eleuari tamen non poterat. Quidam igitur ex miniſtris regem allocutus, dicebat: Memento qualẽ uotum uoueris. Itaq; rex commonefactus, ocius iuramentum reuocãs equo ſurgente urbem ingreditur. Hæc etiam alibi recitata, hic repetenda fuere.

Anno ſecũdo Imperij Iuſtiniani, ut Vſpergenſis ſcribit, Antiochia terræmotu concuſſa eſt. Tantùs aũt pauor occupauit populũ, ut omnes preces facerent diſcalceati. Addit autem, pio cuidam & Deum timenti homini reuelatum, ut omnes ſignarent ædes ſuas hac inſcriptione: Chriſtus nobiſcum, ſtate. Tandem uerò terræmotum quieuiſſe.

Annotat Sigebertus, circa annũ Domini 530, anno 3 Imperij Iuſtiniani, in Africa epiſcopis quibuſdam orthodoxis à Vuandalis linguas radicitus exciſas: qui tamen nihilominus, Deo mirabiliter ſuam præſẽtiã ac fauorem erga conſtantes ueritatis aſſectatores declarante, clarè & diſertè loqui potuerint. Vnum uerò ex his ſuperbientem hac gratia, rurſum priuatum hoc beneficio eſſe.

Circa 13. annũ Imperij Iuſtiniani, cometa pluribus diebus apparuit, prima quidẽ parte uiri magnitudine in occidentẽ uerſa, poſteriore aũt longè maior in orientẽ ſpectans: ſolem in capricorno exiſtentẽ, ipſe in ſagittario, ſequebatur. Xiphiã uocãt, quod longè in acutũ tendat: nonnulli pogoniam. Haud dubiè Hunnorũ ſæuitiã & lanienam horribilem, quã in tota ferè Europa exercuerunt eo ipſo & ſequẽtibus annis, deſignauit. Procopius libro ſecundo de bello Perſico.

De Benedicto, qui claruit ſub Iuſtiniano, circa annũ Imperij eius 14, ſcribit Gregorius Dialog. lib.2.cap. 8. diabolũ ſeſe ei palàm & uiſibiliter oppoſuiſſe clamando, propterea quòd ſacellũ Apollini cõſecratũ demolitus fuerat. Capite 18. eiuſdẽ libri recitat, exhilaratũ puerũ, iuſſu domini ſui Benedicto attuliſſe duo uaſa uini, alterũq; inter eundum abſcondiſſe. Commonefactum autem à Benedicto, ne ex abſcondito uaſculo biberet, ſerpentem in uaſe reperiſſe.

De Benedicto & hoc ſcribit, Gothi cella eius incenſa, & ſimul ipſum quoq; flammis

ultri-

ulrricibus axurere conati ſunt. uerùm diuinitùs accidiſſe, ut ignis quidem in circuitu omnia deuoraret, cellam uerò illæſam relinqueret. Quod cum Gothi cernerẽt, furibundi ipſum rapiunt, & in clibanum ardentem proijciunt: ex quo tamen poſtero die ſaluus & incolumis extractus eſt. Dialogorum libro tertio, capite décimooctauo.

Ibidem & hoc miraculum addit, de tribus pueris ligaris manibus & pedibus, in ardenrem caminũ abiectis: qui altera die, Totila requirẽre, in camino illæſis ueſtibus deambulantes reperti fuarint.

Anno 21. Iuſtiniani, cum Auguſta Theodora Imperaroris coniunx uitam finiret, accidit ut magnus globus in magna tẽpli ſtructura collocatus, ex terræmotu decideret, qui & menſam atq; ambulacrũ ſuperius continuit. Zonaras tomo tertio. Eiuſdem terræmotus tonitruis homines dormientes læſos eſſe, Paulus Diaconus lib. 16. narrat.

Circa annũ 23. Iuſtiniani, arboris quæ ſambucus dicitur, flores, grana & fructus, in uites transformantur. Sigebartus.

Ibidẽ annorauit, anno Iuſtiniani 27. tam aſperam & duram fuiſſe hyemem, ut uolucres & immanes beſtiæ capi potuerint. Anno eiuſdem 28, in cœlo conſpecta eſt ſpecies præ ſe ferens lanceæ formam, à ſeptentrione occidentem uerſus: ut idem Sigebertus refert.

Regino lib. 1. Chronicorum, in prælio cõmiſſo inter Clotharium & Theodoricum (quo tanta eſt edita ſtrages, ut fluuius Aroa di magis ſanguinem quàm aquam fundere uideretur) conſpectum eſſe angelum euaginato gladio ſupra aciem, refert.

Terræmotum in uniuerſo mundo factũ, aſſerit Paulus Diacon. lib. 16. anno Iuſtiniani 17. Et anno eiuſdem 18. magnam fuiſſe rerum neceſſariarum ad uictum inopiam: utpote frumenti, uini & olei.

Narrat idem lib. 16. in Cilicia, Anazarbo & Antiochia magna, horribilem ſtragẽ ediſſe mortem. genus ramen morbi quo homines interierint, non aſsignans. Accidiſſe & terræmotus. Facta aũt hæc eſſe anno Iuſtiniani triceſimoquarto ſcribit.

Euagrius lib. 4. cap. 16. ex Procopio refert: Iuſtinianũ per uiſionẽ in ſomnis admonitũ, iuſſumq́; ne irruptionẽ propoſitá differret, eo quòd res Vandalorum oppreſſurus eſſet, ſi Chriſtianos uindicaret.

Gregorius Turonenſis ſcribit, Childeberto apud Francos ad Imperij gubernacula ſedente, Aruernorũ regionem diluuia perpeſſam, cum per dies uiginti cõtinuò plueret. Rhodanum & Ararim ita auctos, ut Lugdunenſiũ muros aliqua ex parte ſubuerterint. Vrbem Burdegalá à terræmotu concuſſam. Incendiũ diuinitùs ortum, uicos Burdegalenſes conſumpſiſſe. libro quarto, capite trigeſimotertio.

Antiochenorum calamitatem, quam perpeſsi ſunt à Coſroe Perſa, Deus omnipotens haud dubiè prodigijs quibuſdá apud eos futuram ſignificauit. Signa enim militũ, qui ibi iamdudũ conſiſtere ſolebant, fixa, ac in ſolis occaſum ſpectantia, conuerſa in Orientẽ, ac rurſus in ordinem priſtinũ reuerſa, nullo attingẽte apparuẽre. Idẽ Procopius lib. 2. de bello Perſico, pagina 282. Eodẽ libro, pagina 303. refert, Coſroem in Lazorũ regionẽ materiæ multũ, exciſæ ad nauiũ fabricationem cõtra Romanos, uexiſſe: quę ſorte quadá fulmine omnis in cinerẽ ſit redacta. Lib. 4. de bello Vandalico, pagina 362 narrat, ante Aphricaná ſeditionem à militibus motam, ſolem ſine radijs, ſicuti lunam, ſplendorẽ toto anno emittere, ac quodammodo deficere magna ex parte uiſum eſſe: ſic de ſolido iubare remittentem, ſubfuſcum apparuiſſe: ſecutam quoque peſtem & famem.

Agathius lib. 2. pag. 420 refert, hac ipſa tẽpeſtate maturis iam frugibus, Byzantij & alijs plerisq; in locis terrá uehementius motam, adeò ut ciuitates quamplurimæ, tam inſulares quàm continentis, repentè quaſſatæ euerterẽtur, habitatoresq́; funditùs interirent. Vnde Berytos ciuitas pulcherrima, Phœniciæ maximũ ornamentũ, prorſus proſtrata, ita ut præter pauimenta nihil ferè ſit reliquum factũ, multiq́; mortales, ut incolæ, ita & peregini, ruentium ædificiorũ mole oppreſsi occubuẽre. Senſit & Alexandria eo tempore commotionem terræ. Cous inſula quoq; terræmotu concuſſa, & ſolo æquata eſt.

Sigebertus in ſuo Chronico annotat, Iudæum quendam imaginem Chriſti furtim è templo raptam telo transfixiſſe, ac ſecũ domum detuliſſe, ut flammis exureret. Verùm ſubitò animaduertens ſe ſanguine imaginis eſſe cruentatum, præ timore & ſtupore abſcondit. Hanc Chriſtiani requirentes, & per ueſtigia ſanguinis inuenientes, eam ſanguinolentam receperunt, ipſum uerò Iudæum lapidibus obruerunt.

Gregorius Dialogorum libro primo, capite ſecundo, Francos inuaſiſſe monaſteriũ Libertini ſcribit, ut aurum quo abundare dicebatur auferrent. Verùm ipſo orante, cæcitate percuſſos, ſpeq́; ſua fruſtratos, recedere coactos eſſe.

DE MIRACVLIS ET PROdigijs ſub Flauio Valentino Iuſtino Imperatore.

EVagrius libro quinto, capite octauo narrat, multa portẽta & alia [illegible]na quæ futura mala portendebant, Iuſtino regnante conſpe-

conſpecta eſſe: eo præſertim tempore, quo Coſroes ei bellum intulit. Refert ſe uidiſſe bouem recens natum initio belli, ex cuius collo duo capita prominebant.

Hiſpanis 12 Calendas Aprilis, Francis uerò 14. Calendas Maij Paſcha celebrantibus, miraculo comprobatã eſſe Franciæ eccleſiæ ſententiã, Sigebertus ſcribit. Fontes enim, qui in Sabbato paſchæ ad baptizandũ ſponte diuinitùs repleri ſolebãt, nõ Hiſpanis, ſed Francis Paſcha celebrantibus, aqua cõpleti ſunt. Circa annum Iuſtini octauum hæc facta eſſe, ex Sigeberti Chronico liquet.

Poſteaquam uerò Narſes Italiæ præfectus (offenſus & exacerbatus Sophiæ Imperatricis literis, quibus ei comminata fuerat, fore ut Conſtantinopolim reuerſus, ne priuatus ageret, penſa diſtribueret ancillis) Lõgobardos in Italiam miſſa legatione uocaſſet, continuò horrenda prodigia in cœlo conſpecta ſunt: utpote igneę acies in cœlo apparentes. Hæc Diaconus libro ſecundo de geſtis Longobardorum, capite quinto. Sabellicus Enneade octaua, libro quinto, paulo aliter hæc de prodigijs cõmemorat. Dicit enim igneas acies per id tempus in cœlo uiſas, ſanguine manantes. Sequutas quoq; inundationes, propter crebras imbrium tempeſtates. Rhodanum in Gallijs adeò exundaſſe, ut Arari ſuas infuderit aquas. Tyberim quoq; ſua inundatione ſtragẽ dediſſe. Et quod longè triſtius eſt, & horribilius, Alboinũ ex Pãnonia cum omni Longobardorũ gente ingreſſum in Italiam. Accidiſſe hoc anno Iuſtini decimotertio, idem Sabellicus annotauit.

Pariſijs uiginti radij ab Aquilonari parte ad occidentem procurrebant: ex quibus unus longior, cum in ſublime ferretur, euanuit: mox reliqui quoque defecerunt. paulo pòſt ſubſecutus eſt Merouechi, Chilperici Francorũ regis filij interitus. Turonenſis hiſtoriarum libro quinto, capite decimooctauo.

Gregorius Turonenſis lib. 5. hiſtoriarũ, cap. 23. annotat: Iuſtino regnãte, tertio Idus Nouembris (anni non facit mentionem) in medio lunæ ſtellam fulgentem & radiantem uiſam: alias quoq; ſtellas circa lunã apparuiſſe: halonem quoq; eam cinxiſſe. Eodem anno lunã ſæpe nigram conſpectã eſſe. Plures quoq; uiſi ſunt ſoles, aliaq; prodigia, mutationem uel cladem aliquam inſignem prænunciantia, conſpecta ſunt.

## DE MIRACVLIS ET PRO- *digijs ſub Tyberio Conſtantino Imperatore.*

ANtiochiæ, & in uicina Daphne, tertio imperij Tyberij Cæſaris anno (ut narrat Euagrius lib. 5. cap. 17) uehemens in ipſo meridiei momento facta eſt terræ conquaſſatio: quando & uniuerſa Daphne terræmotu corruit: & Antiochiæ tam publicæ quàm priuatæ domus diſruptæ quidem ſunt, ad pauimentum tamen uſq; non prolapſæ.

Eodem anno, ut Sigebertus refert, ignis per cœlum diſcurrere uiſus eſt.

Turonenſis Hiſtoriarũ lib. 4. cap. 33. ſcribit. hoc tempore diluuijs & inundationib. ex pluuia, quæ per dies continuos uiginti durabat, Galliæ populos in aliquibus locis quæ Ligeri & Rhodano uicina ſunt & adiacent, ferè abſorptos. Italia quoq; magnã cladem perpeſſa eſt aquarũ inundatione: quæ tanta fuit (referente Simoneta lib. 4. ca. 30.) ut homines Noe diluuiũ inſtaurari putarẽt. Lugdunenſis urbis muri aquarum uaſta mole ſubuerſi ſunt. Vrbs Burdegala terræmotu concuſſa eſt. Aurelianenſis ciuitas incendio conflagrauit. In Carnotenſi territorio de fracto pane uerus effluxit ſanguis. Hæc prodigia lues grauiſsima eſt ſubſecuta.

De Anatolio mago, & innumeris flagitijs obnoxio homine, qui Antiochiæ diu ſimulauerat Chriſtianiſmum, ac Gregorio epiſcopo Antiocheno familiaritate iunctus fuerat, recitat Euagrius libro quinto, capite decimooctauo, miraculoſam hiſtoriam. Deprehenſus enim Anatolius, & conuictus ſcelerũ, de quibus accuſabatur, iuſſus eſt à Tyberio Cæſare quàm celerrimè aduolare Cõſtantinopolim, ut ipſe quoq; rei ueritatẽ euidentius cognoſceret. Qua re cognita, Anatolius ad imaginẽ quandã Deiparæ in cuſtodia funiculo ſuſpenſam excurrit, & manib. poſt tergum cõplicatis ſupplicẽ ac precatorẽ confingit. Illa uerò deteſtata eum & ſceleſtum Deoq; odibilẽ redarguens auerſatur, miraculo horrendo: quod & à cunctis eius loci municipibus, & ipſa cuſtodia quæ iſthic exiſtebat, illis etiam qui circa ipſum erant, ad oculum perſpectum, omnibus eſt annunciatũ. Viſa etiã in ſomnis nonnullis fidelibus, incitans eos contra peſtẽ illam, & Anatoliũ filio ipſius cõtumeliã inferre dicens. Eiuſmodi ludibrijs homines ſuperſtitioſi faſcinati ſunt.

Idem Euagrius libro quinto, capite uigeſimoprimo ſcribit, accidiſſe portenta quędã imperium Mauricio uaticinantia. Multa enim nocte, cum in adytis ſacræ ædis Mariæ fumigaret, quam Antiocheni Iuſtinianã appellant, cortina ſacræ menſæ igne conflagrauit, ſic ut conſternaretur etiam Mauricius, obſtupeſceretque, & uiſionem formidaret. Cui aſtans Gregorius epiſcopus, rem illam diuinationem habere, ipſiq; res maximas & eximias portendere dixit. Et Chriſtus Deus quoq; in oriẽte illi in ſomnis apparuit, ut ſe ulciſceretur ac uindicaret, petens: id quod manifeſtè imperium ſignificabat.

Circa hæc tẽpora (ut Turonẽſis lib. 8. capite quadrageſimoſecũdo narrat) multa prodigia

digia conſpecta ſunt. Menſe ſeptimo arbores floruerunt. Et quædam arbores, quæ antea poma produxerant, noua producunt, quæ uſque ad natalem Chriſti in arboribus hæſerunt. Fulgur quoq; per cœlum in modum ſerpētis cucurriſſe uiſum eſt. Et libro nono, capite quinto, cōmemorat prodigia quæ acciderunt in urbe Carnotina, Aurelianenſi, & reliquis uicinis oppidis: uaſa per domos ſignis quibuſdam ſunt notata, quæ deleri nullo modo potuerunt. Octauo menſe uindemia iam peracta, palmites uuas recētes protulerunt. Serpentes quoq; ex nubibus decidiſſe, quidam aſſerunt.

Pelagij pōtificatū Romanæ eccleſiæ obtinente, ſub Tyberio Cæſare, draco mortuus cum magna ſerpentum copia Romam præterfluens, peſtem excitauit: quę ipſum quoque papam ſuſtulit, ut refert Martini Chronicon manuſcriptum. Sigeberti Chronicon ſub ſeptimum annū Mauricij hanc hiſtoriā collocat. Præterea Sigebertus in Chronico annotat, ſexto & poſtremo anno Tyberij Cæſaris, Turoni uerum ſanguinem ex pane fluxiſſe. Videtur autem hoc miraculū idem eſſe, quod ſuprà ex Turonenſi recitauimus.

In urbe Turonica, populo ante lucem in eccleſiam feſtinante, cœlo nubilo, cum pluuia globus igneus de cœlo lapſus eſt, tantā & tam claram lucem de ſe præbens, ut tanquam in meridie, cū ſol ad cœli mediū peruenit, omnia cernerentur. Receptus eſt hic globus à nube: ſubſecutæ ſunt exundationes aquarum inſolitæ: Sequana & Matrona in tantum creuerunt circa urbem Pariſiorum Lutetiam, ut prope eam aliquoties naufragia contingerent. Autor eſt Turonenſis libro ſexto, capite uigeſimoquinto.

Iohannes diaconus Romanus in uita Gregorij, mirabilem de naufragio, quod contigit epiſcopo Syracuſano Maximiano Roma domum reuertente à Gregorio, qui tum ſub Pelagio papa ſcriba palatij erat, hiſtoriam recitat. Horribili enim uentorum ſæuitia nauis quaſſata, fluctibus marinis fracta, uſque ad tabulas ſuperiores aqua eſt cōpleta, nec tamen ſtatim ſubmerſa. Cum itaque Maximianus cū ſuis animaduerteret, ſeſe in mortis periculo uerſari, ſumpſerunt omnes cœnam Domini, Deo ſeſe ardētiſsimis gemitibus cōmendantes. Mirabili igitur Dei omnipotentis prouidentia accidit, ut nauis per octiduum in mari diuagata, tandem ad portum quendam omnes qui in ea erant deduceret: ac quamprimùm ſinguli ex ea incolumes deſcendiſſent, ſubmergeretur.

### DE MIRACVLIS ET PRODIGIJS *ſub Mauricio Imperatore.*

CHronicō Antonini narrat, anno Mauricij primo Perſas direptionibus, incēdijs & alijs maleficijs Armeniam uaſtantes, Eccleſiam quadragintaocto martyrū in Armenia ſub Licinio paſſorum, incendere & flammis exurere nequaquam potuiſſe.

Anno ſecundo Mauricij, iuxta Sigeberti Chronicon, Antiochia diuinitùs euerſa eſt. Vidit quidam ex ciuibus uir pius & liberalis, largusq́; in erogādis eleemoſynis, ſeniorem albo indutum ueſtimento, cum duobus ſocijs ſtantem in medio urbis, ſudariū quod in manibus gerebat excutientem ſuper mediam ciuitatis partem, quæ ſubitò cum ædificijs & hominibus euerſa eſt. Vix autem retineri poterat à duobus ſocijs, quo minus ſudarium ſuper reliquam quoq; urbis partem, quæ incolumis ſtabat, excuteret. Cum uirum hunc blandis uerbis eſſet conſolatus, ultrà non eſt uiſus.

Mouet & hoc admirationem, quod idem Sigebertus de Gunthranno Gallorum rege commemorat: quòd cum ex uenatione defeſſus recumberet in ſinu armigeri, de ore ipſius animal exiguum egredi uiderit armiger, cui uolenti per riuum tranſire, armiger gladio euaginato tranſitum & reditum patefecit. Quod cum rurſus in os eius ingrederetur, rex expergefactus & ſtupefactus dicit, ſe in ſomnis ferreum tranſiſſe pontem, & ſub monte quodam ingentes theſauros conſpexiſſe: quos cum inquireret, ſicut in ſomnio uiderat, reperit, & Eccleſiæ donat.

Narrat Paulus Diaconus lib. 17. ſub Mauricio: Cæſarem Mauricium nauigio Perinthum iter facientem, uentorum uehementia & pluuiarum importunitate, uix ſaluum & incolumem ad locum qui dicitur Daoniū perueniſſe. Nocte uerò illa mulierculam quandam eius loci peperiſſe, uocesq́; maximè miſerabiles propter immenſos dolores edidiſſe. Mane autem facto, miſiſſe Imperatorem famulos, qui ſeriò inquirerent de eo quod acciderat. inueniſſe uerò infantem natum, oculis, palpebris, manibus carentē, & caudam inſtar piſcis habentem. Hac ipſa deniq; die Mauricij equum, qui aureo erat circumdatus ornatu, ſubitò ruptum eſſe, cum caderet.

Terræmotum Antiochię factum, his uerbis deſcribit Euagrius libro ſexto, capite octauo. Anno nuncupationis Antiochenæ ſexcenteſimo trigeſimoſeptimo, & poſt priores terræmotus ſexageſimoprimo, ultimo die menſis ultimi, cum ducta puella uirgine nuptias celebrarem, ipſaq́; ciuitas publicam panegyrim ageret, in ipſa pompa, exiſtentibus nobis in thalamo nuptiali, circa horam tertiam, qua lucernæ accendi ſolent, concuſſio & motus terræ totam ciuitatem impetu ſuo conquaſſant, & magnam ipſius partem ipſis fundamentis cōcuſsis deijciunt: ſicut

cuncta

cuncta quæ circa ſanctiſsimsm erant eccleſiam, ad psuimentum uſq; proſternerentur: ſolo ſeruato hemiſphærio, qđ ex lignie lauri ab Ephraimio cōſtructum erat, poſteaquā ex motu qui Iuſtinl tempore acciderat, continuie quaſſationibus ad aquilonarem partem ſubuerſum eſſet, deinde & ligna trabalia prolaberentur, quæ & propter conquaſſationis uehementiam ceciderunt, nutante quidem hemiſphęrio, & tamen quaſi ad certam quandam regulam in locum ſuum reſtituto. Ciderunt etism multa de Oſtracina, quam uocant, & Pſephion, de quo antea diximus: & omnia ea quæ Briſia uocantur, & quæ circa uenerabiliſsimū ſunt Deiparę templum, ſola media porticu mirabilitet ſeruata. Et omnes quoq; turres in plano conſtitutæ, idem mali perpeſſæ ſunt: rsliqua œconomia illæſa manente, demptis propugnaculis, quorū nonnulli lapides in diuerſum quidem mutati ſunt, non autem prolapſi. Concuſſa ſunt autsm & alia templa, & ex publicie balneis alterum ijſdem boris diruptum eſt, & multitudo promiſcua in illo intercepta: & nt quidam conijciunt, ſumpta è pane coniectura, circiter ſexaginta millia calamitas iſta abſumpſit. Seruatur autem ſacerdoe ſupra ſpem omnem, cum tamen habitaculū in quo ipſe ſedebat, in uniuerſum deciderit: nec quiſquam prorſus ſeruatus ſit, niſi ij tantum qui circa illum ſtabant: qui etiam portando educti, perq; funem quendam deſcenderunt, altero motu locum illum eruente, atque ita periculo ſeſe ſubduxerunt. Verùm uiciſsim ſalus quædam contigit huic ciuitati, magno Deo iram ſuam miſericorditer terminante, ramoq; miſerationis & miſericordiæ peccata caſtigante. Nullum enim ortum eſt incendium, quamuis tam frequens paſſim flamma eſſet in ciuitate, cùm eorum lichnorum qui tam publicæ quàm priuatæ lætitiæ gratia accenſi erant, tum culinarū, uaporatiorum, balneorum, & alij innumeri. Sunt autē & plurimi magnæ dignitatis uiti comprehenſi, inter quos fuit etiam Aſterius, & ipſe terræmotu oppreſſus.

Circa annū Mauricij, ut uidetur, octauū, cum Childebertus Galliæ rex accepta pecunia ab Imperatore, ut Longobsrdos Italia pelleret, cum exsrcitu Italiam peteret, multa prodigia conſpecta ſunt: teferente Turonenſe libro octauo, capite 18. Ait enim, ſeſe cum alijs quibuſdam per duas noctes uidiſſe radios ab Aquilone fulgentes, & ſplendorem ds ſe emittentes: ab orru & occaſu ſanguinolētas nubes. Tertia nocte hora ſecunda rurſus apparuiſſe hos radios confirmat, totū cœlum operientes: & ad nubem pellucidam, quæ erat in medio cœli, ſe conferenres. In medio autem radiorum alias extitiſſe nubes coruſcantes & fulgurantes. Meminit & eodsm libro, capite uigeſimoquarto, inſularū incendio abſumptarum per dies ſeptem. Itē inſulæ nō procul à Venetorum utbe ſitæ, in quibus ſtagnum cōuerſum ſit in ſanguinem.

Lōgobardi Antbari, Flauio duce, iniquis auſpicijs urbem Romam obſident: cuius obſidionem, aſsiduis imbribua rempeſtatibusq; deterriti, non ſine magna hominum pecorumq; iactura ſolusre coacti ſunt. Peſtilentia ſubinde uehemens & perniciosa ſucceſsit, ur authot sſt Bonfinius Decade prima, libro octauo.

Maximam fuiſſe ſiccitatē à Ianuario uſque ad Septembrem, quam comitata eſt femes, & terum ad nictum neceſſariarum extrema inopia, Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capits primo refert, circa decimum annum Mauricij Imperatoris. Et addit Gregorius Turonenſis, in tantum inualuiſſe & auctsm sſſe famem, ur non ſolū iumenta, ſed & immitiſsimæ feræ mortuę ſint in ſyluis. libro dscimo Hiſtoriarum, cspite uigeſimonono.

Hanc quoque ſiccitatem (ut idem Diaconus loco antè citeto commsmorat) inaudita locuſtarū multitudo ſubſecuta eſt: quæ abſumptis biennio longè lateque ſegetibus grauiſsimam Italiæ rsliquerunt famem. Turonenſis etiam libro ſexto Hiſtoriarum, capite quadrageſimoquarto, facit mentionem locuſtarum, quæ per quinquennium Carpitaniam prouinciam uaſtauerint, & poſtea in aliam prouinciam auolauerint.

Recenſet & alia prodigis, quæ eodem Imperatore accidiſſe adfirmat. Ianuario menſe roſas uiſae. Circa ſolem, conſpsctum circulum mixtum diuerſis coloribue, ſicut iris apparere ſolet. Tempeſtatem quoque horribilem ſubſecutam, quæ uineas & ſegetes deuaſtauerit. Libro ſeptimo, capite undecimo, idsm Turonenſis alia prodigia uiſa eſſe narrat. In uineis conſpecti ſunt noui palmites, menſe decimo uuas habentsa. Atbores floruerunt. Pharus magna per cœlum diſcurrit. Radij item in cœlo conſpecti ſunt: à parte Septentrionali colūne ignea quaſi de cœlo pendens, & ſtella ſuper eam ſpacio duarum borarum uiſa sſt. Andegauenſia terra tremore eſt concuſſa.

Cometam hoc rempore per integrum mēſem in cœlo arſiſſe, ſcribit Bonfiuius decade prima, libro octauo.

Tredecimo imperij Mauricij anno, naſcuntur mōſtra in ſuburbanis Byzantij: puer uidelicet quatuor pedes babens, & biceps alter. autor eſt Paulus Dieconus libro decimoſeptimo. Nicephorus libro 18. eapite 35. addir, utrumque mandato Imperatoris ferro conciſum eſſe.

Gregorius in Euangelia, homilia prima, quaſi in faſciculum colligit uim tempeſtatum, & concurſum calamitatum ſui temporis, ad hunc modum inquiens: Quòd terræmotus urbes innumerabiles obruat, ex alijs mundi partibus ſciris quàm frequenter audiuimus, peſtilentias ſine ceſſatione patimur. Signa uerò in ſole & luna & ſtellis adhuc apertè minimè uidimus: ſed quia & hæc non longè ſint, ex ipſa iam aeris immutatione colligimus. Quamuis, priuſquam Italia gentili gladio ferienda traderetur, igneas in cœlo acies uidimus, ipſumq́;, qui poſtea humani generis fuſus eſt, ſanguinem coruſcantes.

Memorabilis eſt & miraculoſa hiſtoria, quam recitat Dialogorũ lib. 4. cap. 18. de puero qui ab incunabilis, parentibus conniuentibus prauo & peruerſo amore filij, maledicere & blaſphemare nomen Dei conſueuerat: quòd uiderit ad ſe accurrere ſpiritus malos, ui ex paterno ſinu eum rapere uolentes, ſubitoque efflauerit animam.

Decimonono imperij Maurícij anno, Mena præfecto Aegyptum gubernante, etiam in flumine Nilo portenta quædã extiterunt. Poſtquã enim præfectus in Delta (locus hic apud Aegyptios præclarus eſt, ex literæ eius figura nomen habens) uenit, & in ipſo diluculo ad amnis ripam iter fecit, ſubitò ex fluminis alueo uir quidam horrorem ſecũ afferens prodijt, uultu giganti ſimilis, aſpectu graui, capillo ſubflauo, & canis reſperſo, pectore ingenti, dorſo & brachijs heroicõ quiddam præ ſe ferens, atq; puberenus cum ſubinde ex ondis ſubſiliret, ſpectandum ſe præbens: reliquo uerò corpore ſub aqua latens, ueluti etiam erubeſceret, ſic arcana naturę occultauit. Eum ubi dux conſpexit, ſolenniter eum identidem adiurauit, ſiquidem dæmonium eſſet, ut è conſpectu abiret, & in ſolitudinem ſe reciperet: ſin creatrix aliqua uis id protuliſſet, ut ne prius ſpectandum ſe ſubduceret, quàm omnes inopinato aſpectu ſatiati eſſent. Hæc Niceph. lib. 18. cap. 36.

Paulo ante mortem Mauricij, maximum cometam uiſum eſſe plurimis diebus, Paulus Diaconus lib. 17. & Nicephorus lib. 18. capite 35. annotarunt.

Mirabilem & præſagientem uiſionẽ Mauricio Imperatori, ſollicitè pro remiſsione peccatorũ ſuorũ ad Deum ſupplicanti, oblatam uigeſimo & poſtremo imperij ſui anno, recenſet Paulus Diaconus libro decimoſeptimo. Nocte enim quadã dormiens, in uiſione ante æneam palatij portã uidit, ſeſe ſtare magna ſimul multitudine ſtipatũ. Facta eſt autem uox ex imagine Chriſti, dicens: Date Mauriciũ. Et apprehendentes eum iudiciorum miniſtri, exhibuerunt ante purpureum umbilicum, qui illi erat, & ait ad eum propria uoce: Vbi uis reddam tibi? hic, an in futuro ſeculo? Quo audito, ille reſpõdit: Amator hominum Domine, & iudex iuſte, hic potius, & non in illo ſeculo. Iuſsit igitur diuina uox tradi Mauricium, & Cõſtantinam uxorem eius, & liberos, & omnem cognationem, Phocæ militi. Hanc uiſionem non inane ſomnium fuiſſe, euentus triſtiſsimus & luctuoſiſsimus paulo pòſt comprobauit. Idem Diaconus addit: Mauricio occiſo, lac ſanguini iunctum uel admixtum de eius corpore profluxiſſe. Fides penes autorem eſto.

## DE MIRACVLIS SVPERſtitionem & idololatriam redolentibus.

SVbinde creuit miraculorũ expetendorũ amor: & quia doctrina uera de articulis fidei extingui cœpit, ideo plurimæ faſcinationes à malo ſpiritu, ad confirmandas idolomanias & impias opiniones obiectæ ſunt. Nimis quoq; pleriq; fuerũt creduli, ut quoſuis rumores temerè exortos pro ueris rebus ſint amplexi. Hinc ſcatent hiſtoriæ miraculis. Sunt autem à falſis diſcernenda, quantum fieri poteſt.

Superſtitionẽ redolet, quòd Paulus Diaconus refert lib. 5. de Macedonio epiſcopo Conſtantinopolitano: quod cuidam apparens, iuſſerit Anaſtaſio, à quo erat interfectus, nunciari, ſe à precibus non deſiturum, donec ipſe ad tribunal Dei pertraheretur. Eiuſdem moneræ eſt, quòd Theodoretus libro ſecundo Collectaneorum de Anaſtaſio refert, ſanctum Bartholomæum iratum Anaſtaſio, ob repudiatas corporis ſui reliquias, minitatum in ſomnis, impedimentũ ciuitatis Daræ, quam uolebat extruere. Tam ſcilicet ſancti etiam poſt mortem ſunt uindictæ cupidi, & de ciuitatum ædificijs ſolliciti.

Narrat Heioricus Erphordenſis cap. 49. anno 26. imperij Anaſtaſij, Karilophũ miraculis clarũ uixiſſe, qui nunquã mulieres aſpicere uoluerit: & precibus à Deo impetrauerit, ut à monaſterio ipſius mulieres arcerentur. Accidit igitur, ut mulier quædam Gunda nomine abſciſſa coma, induta uirili habitu monaſterium ingrediens, & interiora domus curioſè ſcrutans, ſubito uiſu priuaretur, & à ſatana agitata, ſanguinem per os euomeret. Hæc certè nihil aliud quàm ſuperſtitionem ſapiunt.

Anno Anaſtaſij 14. Genebaudus uxore deſerta cœlebs uiuebat. Factus epiſcopus, uxorem ad ſe uenientẽ ut in pietate inſtitueretur, frequenter admiſit. Tandẽ blandis colloquijs uictus, cum ea rem habet. quæ grauida ex eo facta, parit filiũ, quem Latronẽ appellat. Illa rurſus ut antea ædes ipſius frequentante, concipit, & parit filiam, quam Vulpeculam nominat. Ad ſe igitur reuerſus, multis lachrymis uocato Remigio totum hoc

nego-

negocinm patafacit: & ad daſperationam inclinans, à Ramigio conſolarionibus arigitur. Par ſapteooiũ incloſus, uixit in anguſta cellula, Remigio interim ipſius ecclaſiam procuranta. Saptimo damum anno apparat ei angelus Domini, & iubet ipſum agredi è cella. Raſpondet illa: ſibi oon aſſa integrum ut exeat: apud Remigium enim clauas ſeruari. Aogelus uiciſsim: Vt cognoſcas ma à Dao ad ta miſſum aſſe, ecce ſaluis ſignis omnibus oſtium tibi patebit apartum, ſicut & cœlum tibi apartum aſt. Genabaudus rurſus ad angalum dicit, ſeſa agradi nolle, niſi ipſo Ramigio ueniente, à quo incluſus aſſat. Itaq; angelus Ramigio hæc omnia cõmamorans, effiсit ut Ganabaudus ax illo carcera liberatus, in apiſcopatum raſtituatur. Rafart & Sigebartus hanc apparitionem. Sed manifeſtè pugnat hæc daſertio coniugij, itẽ ſatisfactio contra uarbum Dai, & uidatur ad cœlibatũ & ſatisfactionas coofirmandas hæc tabella confiсta aſſe.

¶ Superſtirionam & idololatriam, fiduciam in homines demortuos, & eorũ iouocationẽ confirmat hoc miraculum, quod ex Gregorio Turonanſi cõmamorabimus: qualia cartè multa hac ętata & poſteriorib. temporibus accidarunt, uel potius cõficta ſunt. Libro 5. cap. 6. ſcribit, Leonaſtam Bituricũ archidiaconũ, cataractis dacidantibus oculorum banaficio priuatũ eſſa. Fruſtra sũt medicorum opem implorans, ac ſeſe tandam ad Martini baſilicam cõfarans, ſpacio duorum aut trium manſium iaiunio & precibus macarans, uiſum ut reciperat ardenter patebat. Inſtante feſto Martini, uiſum racipit. Ex ipſo aũt fina huius miraculi patet, quàm fœdè diabolus impoſuarit hominibus, ut cõfirmaret idololatriam mortuarũ creaturarum, contra mandatum Dai, quod adorationam craatnrarũ ſiue uiuentium ſiue defunctarum ſeueriſsimè prohibat. Adijcit Turoonſis ibidam, tunc multa accidiſſa miracula circa Marrini ſepulchrum. Et paulo pòſt cap. 8. eiuſdam libri ioquit: ad ſapulchrũ Garmani epiſcopi Pariſianſis, complures quoq; miraculoſas uirtutas contigiſſe. Hæc abſq; dubio, Dao parmittenta, à diabolo ſunt facta, ut inuocatio mortuorum hominom conſtabiliratur, & homioas miſari ab inuocatiooa filij Dai mediatoris abdocerentur.

Zonaras annaliũ tomo tartio recitat, ſub Anaſtaſio ſimulachrũ æneum Fortunæ urbanæ muliebri ſpecie, quod alterum padam in naui ante ſa poſita, ænaa & ipſa, habarat, alicubi in urba ſtetiſſa, coius nauis ual uatuſtate corruptæ, ual par inſidias cõtoſę, fragmẽta quædam ablata fuarint. Ex eo naues onararias Byzantiũ amplius non appuliſſa: ſed cum propè acceſciſſent, uioleotia uentorum rapulſas eſſa. ac niſi lõgæ neuas, multie concitatæ remigibus, ſarcinas aarũ in urbẽ paruexiſſaot, populum fortaſsis fame pariturũ fuiſſa. Quæ res cum ad tampus duraſſet, curæ fuit magiſtratibus: caoſaq; mali à quodã ſolarti coniactura indagata, fragmentis nauis illius ænaæ ſtudioſè cõquiſitis, & in ſuũ locum raſtituris, axpaditam nauigarionam & mare oauigijs raplatum fuiſſa. Vt autẽ cartò ſcirant, illud appellandis nauibus obſtitiſſe, danuò ſublatis fragmantis quæcunque nauas tum appellarant, iterum ui uantorum raiectas fuiſſa. Ea ra comparta, nauem illam magno adhibito ſtudio eſſe renouatã. Sad apparat, hoc quoq; miraculũ ſuperſtitionem & culturam idolorum cõſtabilire: & potuit diabolus hominibus alioqui daditis idololatriæ, ita permittenta Dao, illudare. Hinc atiam licet cõiacturam facara, unde miracula circa ſanctos in accleſiam Dai irrepſerint: cum atiam gentilium dij, ut hic Fortuna, ita miraculis, id aſt illuſiooibus quibuſdam ſibi cultũ quandã & uanerarionẽ cõparauerunt.

Nicephorus lib. 16. cap. 5. autor eſt: Thaodoram fœminam nõ procul ab urba Alexandria, uirili habitu in monaſtica uita pœnitenriam egiſſe, propter cõmiſſum ſtuprum, ac à nemina anta diam obitus cognitam. Migrationem uerò aius, monaſterij præfacto oſtendiſſe Deum: aſcenſum uidalicet quendã mirificum, & domum lõgè ſplandidiſsimã, per quam Theodora ipſa à comitatu & à ſatallitio illuſtri producabatur. Sad hæc fabulam reſipiunt, & ad coofirmationam ſatisfactionum humanarum, quæ merito Chriſti derogant, tandunt.

Euagrius ex Procopio racitat, Narſam pręfactum Italiæ, proptar piatatis ſtudiũ monitum à Daipara uirgine, quando ſibi pugnandum aſſat, quando non: & qđ manus conſetenda non eſſat, niſi accepta prius teſſera. libro 4. cap. 24. Sine dubio autam fuit mara diabolica illuſio, ad cultũ Mariæ confirmandum. Nam quid aſt magis à ueritate alianũ, quàm Mariam, quæ in uiuis arma oulla, naque aiuſmodi ras militares tractauit, nunc poſt mortem de cæde, deq; uictoria uaticinari, ſina omni uarbo Dei? hic nimirum à diabolo miſari homines irridentur & faſcinantur, quando uarbo Dei relicto, uiſionae & ſomnia curant: magisq; prolabuntur in cultum craaturarum, quàm uari creatoris ratum omnium.

Idem autor ax Procopio cõmemorat mirabilem quandam, ſed tamen ſuparſtirioſam quoq; hiſtoriolam, de Thoma Apamaorum epiſcopo: qui rogatus à plebe, lignũ crucis (ò idololatriam fœdam cõtra uarbum Dei) adorandum axoſculandumq; præbat. Sacutum autam hunc Thomam, de loco in locũ

migrantem, ignem admodum grandem, lucentem quidem, ſed non combutentem: ſic ut omnis ille locus, ubi crucis lignum oſtendebatur, ardete uidetetur. Factumq́; hoc nõ ſemel atq; iterum, ſed frequentet. Euagrius libro quarto, capite uigeſimoſexto.

Ex Procopio etiam hanc nartationẽ texit Euagrius: Edeſſæ urbia ciues in ſumma terum deſpetatione, cum iamiam utbs capienda eſſet per Choſroen Perſam, imaginẽ quá Chriſtus ipſe fecetat, & ad Abgarũ miſerat, ad foſſam adduxiſſe, & immerſam aquæ contra togũ & ligna obieciſſe: quo facto, dicto citius ſtruem lignorum in cinerem tedactá, & aggetem, quem Choſroes extruxerat ut pedeſtri impreſsione urbem inuaderer, cõbuſtum. Sed cum hæc hiſtoria de imagine à Chriſto facta, & Abgaro tranſmiſſa, non ſit literis tradita ab Euſebio Pamphili, qui tamẽ epiſtolæ Chriſti mentionem facit: quis non ſuſpicetur, inferiotibus ſeculis hæc conficta eſſe, ubi nimirum non tantũ cineres defunctorum, ſed etiam pictæ imagines cœperunt adorationem & culturam, quæ ſoli Deo conuenit, expetere, imò extorquere?

Choſroe Sergiopolim obſidente, tandem cõditione ſeſe dedunt ciues, ut pro redimenda ciuitate ſacri theſauri datentur. Seruauerant autem ciues Sergij martyris reliquias in oblonga quadam urna deargentata. Hoc cum ad Choſroen perlatum eſſet, uniuerſum exercitum iratus ciuitati immittit. Verùm ſubitò acies quædam in ambitu ciuitatis apparens, acriter pro illa decertat: quare uiſa, exercitus retrocedit, & Choſroi ea cum admiratione renunciat. Qui intellecto miraculo martyris, Sergij metu correptus, & Chriſtianorum fidem admiratus, diſceſsit. Euagrius lib. 4. cap. 28. Et hoc miraculum eò directum eſt, ut culturam martyrum, & hominum mortuorum perſuadeat. Mirum autem eſt, quod Dei ſumma eſt obliuio, ubi iſta ſpectra deſcribuntur.

Hoc etiam miraculum (quod idem Euagrius libro quarto, capite trigeſimoquinto, de Thoma eremiticam uitam in Syria concaua colente, recẽſet) ſuperſtitioſum defunctorum cultũ confirmat. Corpus huius Thomæ miraculis claruit. nam cũ unus & alter poſt ipſum ſepulti eſſent, corpus illius ſupra illos inuentum eſt. Admirantes itaq; de hoc, ſancto Ephraimo ſignificant, ac corpus illius publico honore & pompa Antiochiá tranſferunt, inq́; cœmiterio condunt. unde & peſtifer morbus, qui tum inualuerat, facta hac translatione quieuit: ſi credere fas eſt.

Paulus Diaconus libro ſecundo de geſtis Longobardorum, capite nono recenſet, Felicem & Fortunatum oculorum dolore uehementi cruciatos, ad altare Martini ſeſe contuliſſe, ibique in oleo lucernæ, quæ coram ib. Martini erat accenſa, paululum intincto digito oculos illeuiſſe: quo facto, uiſum recuperarint. Ergo debebant homines ſuperſtitioſi oleum adorare & colere, non oſſa mortua Martini.

Sigebertus ſcribit, Benedicto ad montem Caſsinum iter inſtituenti, ad omne biuium duos angelos occurriſſe, uiam ipſi mõſtrantes. Eiuſmodi apparitionibus uoluit malignus ſpiritus monaſticam uitam, quá Chriſtus ipſe taxat Matthæi uigeſimoquarto, confirmare.

Maurum Benedicti diſcipulum eo ipſo tempore, quo Benedictus ex hac uita emigrauit, in uiſione quaſi ſtratam uiam pallijs & lampadibus coruſcam, recto tramite ab eius cella in cœlum directam uidiſſe, hancque eſſe uiam per quam Benedictus in æternam patriam aſcenderet, autor eſt ſuo in Chronico. Hac uiſione monaſticá uitam uoluerunt confirmare, quæ eſt contra uerbum Dei.

Ex Procopio refert Euagrius, Cyprianum frequẽter in ſomnis apparuiſſe Libycis, propter uiolatum templum ſuum contriſtatis, ac dixiſſe: Chriſtianos minimè decere de hoc ſuo templo contriſtari, & curis angi. ſe namq; progreſſu temporis ultionẽ ſumpturum, eamq́ue prophetiam Beliſarij temporibus affectum eſſe ſortituram: idq́; poſtea ſic accidiſſe. Hoc conſidera Lector, quòd non modò omnia propemodum beneficia defunctis creaturis tribuantur, quæ Deo accepta ſunt ferenda: ſed etiam, quòd eiuſmodi apparitiones defunctorum prorſus ſunt contra uerbum Dei. Item, quid crudelius, quàm ſanctos poſt mortem ſemet ulciſci? O' tenebras ingentes. Ita nimirum dementantur homines, quando uerbo Dei relicto, à mortuis creaturis auxiliũ & ſalutẽ ſperant.

Turonenſis libro octauo, capite decimoſexto, catalogum texit miraculorum Martini, quæ à Vulſilaico diacono ſe audiſſe dicit: ſed ea ſunt prorſus ad hunc directa finẽ, ut idololatricam hominum defunctorũ adorationem promoueant, cultusq́ue ſoli Deo præſtandos impediant ac obſcurent. Eodem libro, cap. trigeſimotertio, ſancto Germano aſcribit: quòd quum urbs Pariſina incendio flagraret, & uis ignis graſſaretur in carcerem, quo uincti detinebantur, apparuerit, captiuosq́ue ex præſentiſsima internecione liberauerit, fractis ac cõminutis cathenis quibus erant ligati. Sancto uerò Martino attribuit, quòd à flammis incendij & ignitis globis aduolantibus, ſacellum ſuum cum uicinis ædificijs ſeruauerit & protexerit. Et uirum quendam cum ſua coniuge fuiſſe in oratorio, qui precibus ſuis & inuocatione Martini hoc impetrauerint.

Ibidem

Ibidem nattat, urbem Pariſinam antiquitùs fuiſſe conſecratam, ita ut nec incendium ibi graſſari, uel ſerpens aut glis apparere poſſet. Accidiſſe uerò tunc, ut cuniculus pōtis à ſordibus expurgaretur, ac ſetpens & glis ęneus inuenireturt. Quibus ablatis, non ſolùm glires ac ſerpentes apparere, ſed incendia quoque graſſari cœpiſſe. Verùm illa omnia meram ſupeſtitionem & idolomaniam ſpitant.

De ſancto Gregorio mitaculoſam hiſtoriolam recenſet in Vitis pattum, Gregórius Turonenſis capite ſeptimo· Quòd nocte ad preces faciendas ſolitus ſit ſurgere inſcijs omnibus, & quòd ei oſtiū baptiſterij diuinitùs ſit apertum, ac auditæ ſibi uoces pſallentium trium horarum ſpacio. Turonenſis adijcit, ſeſe exiſtimare, quia In eo loco ſeruentur reliquiæ ſanctorū, quòd ipſi ſeſe pſallenti Gregorio adiunxerint. Prolixum uerò catalogum texit miraculorum huius Geegotij, ibidem: ut quòd uinctos in carcere ipſum inuocantes, cum ipſius funus deduceretut, mirabiliter in conſpectu omnium liberauerit, diſruptis uinculis, & oſtio carceris aperto. Et huiuſmodi alia, quæ omnia tendunt ad deſtructionem ueri cultus Dei, & inſtaurationem idololatriæ, quæ committitur inuocatione & cultu ſanctotum.

Copioſus quoq; eſt Turonenſis in deſcribendis miraculis Nicetij Lugdunenſis epiſcopi: ſed pleraq; omnia ſuperſtitionem redolent. Et ut pius Lector animaduertat, diabolum hoſtem Dei & ueræ religionis, palpabilibus tenebris ac mendacijs tunc lucē uerbi obſcuraſſe & obnubilaſſe, ultra ea quæ enumerauimus, adhuc alia quędam cōmemorabimus, ut ex ungue leonem, quod dicitur. Diacono ſuo dederat caſulam, qua ſolebat uti pro ueſtimento: qui ſcindens partem de capſa, faſiolam inde ſibi faciebat, qua pedes cōtegeret. Sed quamprimū pedes ea cooperuiſſet, à diabolo proſtratus eſt in terram, ſanguinem euomens, ac extendens ad focū pedes, eos ab igne deuorari paſſus eſt. Eiuſdem farinæ eſt & illud, quod de eodem Nicetio iam defuncto commemorat. Populus herbulas ſparſerat ſuper tumulum Nicetij. Aigulphus itaq; diaconus Roma ueniens, de hiſce herbis ſacerdote porrigente, ſecū aſportauit, ac febricitantibus cū hauſtu aquæ frigidæ exbibuit, ac ſanitati eueſtigiò reſtituit. Siquidem hæc ita facta ſunt, ut ea Turonēſis ſua ætate facta eſſe ꝑ certo affirmat: ludibria ſunt ſatanæ, miſeros homines decipientis.

Chronicon Martini manuſcriptū refert, oſſa ſeu reliquias Stephani à nobili quadam muliere ignorante, Hieroſolyma Conſtantinopolim tranſlatas, exiſtimantem ſe oſſa ſui mariti habere. Accidiſſe uerò, ut dæmones in aere ululantes factum prodiderint: quos angeli ſuauiter canentes fugauerint. Filiam uerò Imperatoris dæmoniacam exclamaſſe: Si Stephan⁹ uenerit, ſtatim ſanabor, &c. Sed hæc ſuperſtitioſa & ludibria ſatanæ ſunt.

Fortunatus multa miracula Medardi (qui obijt anno Iuſtiniani 29) commemorat: ut quòd cæco uiſum reſtituerit: quòd furem in uinea uuas rapientem ita ligauerit, ut inde exire nequiuerit, niſi de ipſius uoluntate: itē quòd cæcū illuminauerit tunc, cum corpus ipſius ſepeliebatur: item quòd uinctos liberauerit: anū quandam morbidas manus habentē ſanauerit, & ſimilia. Fides eſto penes autorem. Scribit idem Fortunatus, quòd quidā in tēplo Vincentij à peſte ſit liberatus.

Gregorius Turonenſis totus in hoc eſt, ut ſanctorū defunctorū miracula ſummis laudibus uel in cœlum (quod dicitur) uſq; euehat. Tale eſt quod capite primo de Gloria confeſſorū recitat ſua ætate accidiſſe, ſibiq; à uiro fide digno relatum· Famulum cuiuſdam uiri, potum meſſoribus coctum & præparatum exhauſiſſe. Virū autem inuocatis angelis ab eis impetraſſe, ut potus iſte relictus, abūdè ſuis meſſoribus tota die haurientibus ſufficeret. Cæterùm inuocare angelos, contra uerbū & honorem Dei eſt. Eodem libro, cap. 9. multa prodigioſa miracula de oleo ſepulchri Martini recenſet. Mulier quædam obſeſſa, inuncta hoc oleo, à dæmone eſt liberata. Cæcus inde uiſum recepit. Item, dæmoniacus quidā unctus hoc oleo, dæmonem per fluxum uentris egeſſit. Capite decimo eiuſdem libri, de uua decerpta ex uite, quam S. Martinus plantauerat, deq; cera ſepulchri ipſius mirabilia narrat. Ex uuis enim inde procreatis, dicit quendam, cui os tumefactum erat propter uenena, ſanitati protinus reſtitutum, quum tetigiſſet. Cera uerò mulierem ſurdam & mutam, dæmoniumq́ue habentem, in cuius autem inſerebatur pauxillum de illa cera, ſanatam ac liberatam.

Capite undecimo narrat, presbytero cuidam obuiam factum S. Martinum, eiusq; pedem debilē in nomine Chriſti ſanaſſe. Hunc presbyterum iuſſum à puero Martini comite, extruere templum in eo ipſo loco, quo S. Martinus ſteterat, cum ipſius pedē reſtitueret, in quo paralytici & cæci ſanitatem oculosq; recuperarint. Ad quid uerò Martinus templo indiget?

Mauri cuiuſdam ſeruus, cum perpetrato ſcelere aufugiſſet in templum Lupi Tricaſſinorū epiſcopi, à domino ſuo eſt deprehenſus. Cum autem ira cōmotus herus in hæc prorumperet uerba: En tu Lupe, nō auferes mihi ſeruū meum, nec manu tua eum proteges: mox lingua eius ligatur, ac mugire incipit inſtar uaccæ, & die tertia pòſt moritur.

Capite ſeptuageſimotertio ſcribit idem Turonenſis, libro eodem: In urbe Auguſtodunenſi, præſertim uerò in Baſilica S. Stephani, auditum ſonum pſallentium. Acceſsiſſe uerò duos uiros, qui precandi gratia aderant. Cum introſpicerent chorum pſallentium, uiderunt inſigni claritate perfulgentem, ac ſplendore ſuo cuncta illuſtrantem. Vnum autem ex illis, hoſce duos uiros allocutum dixiſſe: execrabilem eos rem feciſſe, quòd ſua curioſitate hæc intueri præſumpſerint. ilicò igitur diſcedant, niſi perire & uitam amittere malint. Vnum ex his obtemperaſſe: alterum uerò manſiſſe, qui paucis diebus pòſtè uita migrauerit. Vide autem Spiritum homicidij. Sic decet homines affligi, quando uerbo Dei repudiato, uiſionibus nimium tribuunt. Ac certum eſt, non angelos bonos, ſed malos, iſtius homicidij autores fuiſſe.

Capite 81. refert, de Mariano heremita, cuius feſtum quotannis celebrari ſolitum fuit, quòd ædes cuiuſdam (qui propter domeſtica negocia & neceſſarias occupationes ad feſtum ipſius diem non aduenerat, cōmonefactusq́; à uicino reſponderat: Melius eſſe domi opera facere neceſſaria, quàm talem ſanctum colere, de cuius ſalute ambigatur) incenderit, & flammis ultricibus abſumpſerit: ita tamen, ut ignis non niſi in ipſius ædes graſſaretur. Iterum hic Chriſtiane lector conſidera ſpiritum igne ſæuientem, ut cultutam mortuorum extorqueat.

Capite 83. annotat, ad ſepulchrum Maximi Regenſis epiſcopi cæcos uiſum recipere. Infantulum mortuum à parentibus ante ſepulchrum ipſius proiectum, & per noctem clauſo templo ibi relictum, à mortuis excitatum: exaudita precatione & fiducia parētum, quā de eius meritis conceperant. Turonenſis addit, ſeſe ipſum puerum adultum hæc ſibi referentem uidiſſe. Hæc relatio nō ſatis eſt ad fidem tantæ rei faciendam.

Capite 84. reuelationem mirabilem Valerij epiſcopi Conſoranenſis texit. Dicit Theodorum epiſcopum reperiſſe duo ſepulchra, hæſitantem tamen utrum eſſet Valerij. Cum clero itaque tota nocte uigilias celebrans, petebat à Valerio ſupplex, ut ſibi locum in quo requieſceret, patefacere ac monſtrare dignaretur. Duas igitur ampullas uino plenas ſuper ſepulchria collocans, dicebat: In qua ampulla uinum fuerit auctum, manifeſtum ſignum erit, hoc ſepulchrum eſſe Valerij. Sequenti die reperit unam ex ampullis, quæ erant impoſitę tumulo Valerij, exundare uino. Vide hic quoq; ineptias & ſtoliditatem, contra uerbū Dei.

Capite 85. de Syluestri Cauillonenſis epiſcopi lectulo funibus ligato, mira quædam narrat. Febricitantes poſiti ſubtus hunc lectum, recreati & refocillati ſunt. Multos dicit ſeſe uidiſſe, qui abſciſsis particulis de funibus lectuli, cum infirmos hiſce tangerent, priſtinæ reſtituiſſe ualetudini. Matrem ſuam ait, particula abſciſſa de iſtis funibus, puellam febricitantem, cum de collo ſuſpenderet, ſanaſſe. Sic ſcilicet aucta eſt cultura mortuarum creaturarum, cum ſumma contumelia nominis diuini.

Sequanum abbatem, cum adhuc in uiuis eſſet, expuliſſe dæmonia, capite octuageſimooctauo refert: & poſt obitum tres uiros iuſſu & mandato Gunthranni regis uinctos cathenis, cum ad ſepulchrum ipſius inuocarent, fractis cathenis & uinculis diſruptis libertati reſtituiſſe. Germanum Pariſienſem epiſcopū, paralyticum, recubantem in porticu Vincentij, in qua ſepultus eſt, ſanaſſe, & à paralyſi aliàs incurabili morbo liberaſſe, refert capite nonageſimo.

Capite nonageſimoſexto, de alio quodam paralytico miraculoſam recitat hiſtoriam. Ad diem feſtum Albini Andegauienſis epiſcopi, cum paralyticus ille curru uectus adeſſet, in ſomnis per noctem uidit ad ſe uenientem uirū, ac dicentem: Hora tertia ſurge, & baſilicam ingredere. futurum enim eſt, ut ea hora Martinus cum Albino ingrediatur. Si eo momento adfueris, ſanitatem recuperabis. Quod ita factum eſſe, multis idipſum ſpectantibus, ſicuti fuerat ei in ſomnis prædictum, Turonenſis confirmat. Eò enim homines iam redacti erant, ut poſthabito uerbo Dei, in illas præſtigias animum cogitationeſque intenderent.

Huc & illud pertinet miraculum, quòd capite nonageſimoſeptimo de Hoſpitio confeſſore in literas retulit. Cum enim ſepeliretur, uir quidam de ſepulchro ipſius puluerem ſumpſit linteo inuolutum, ſecum aſportans, ac ad Lirinenſe monaſterium pergens. Naui autem uectus cum appropinquaret monaſterio prædicto, nauis uelut rupes immota in medio mari conſiſtit. Mirantibus uerò & ſtupentibus Iudæis, quorum erat nauis, uir ille patefacit, ſeſe habere reliquias Hoſpitij ſecum. ideoque nunc demum reipſa experiri, nauem ab iiſdem reliquijs teneri, nec loco moueri poſſe, niſi uela dirigant ad Lirinenſe monaſterium, ubi ſanctas reliquias ſit depoſiturus. A' quo uerò ſpiritu hæc facta eſſe credas? certè ſanctus Spiritus uetat id fieri.

Huius farinæ eſt hoc quod capite nonageſimooctauo recitat, de quodam eremita, qui multis annis in lignea olla coxit cibum ſuū, igne nō deuorante & cōſumente materiā ligni. O' credulos & ſtupidos homines.

Sequēti capite, Auiti abbatis Carnotenſis

potentiam

potentiam & ulm in plectendis ijs qui feſtum ipſios diem colere & obleruare neglexerunr, deſcribit. Quidam enim ciuis Aurelianenſis, quum in uineam ſuam ſeſe conferret laboraturus, die feſto Auiti, admonitus à reliquis ne id facerer, quáprimûm manum operi admouit, facies eius conrorta ad tergum (ſcilicet à ſpiritu homicida) eſt conuería. Tumebundus igirur ſpectsote magna hominũ multitudioe, baſilicam Auiti iugreditur, deprecãs culpã: & paucia diebus põſt, ut facies in ſuum locum cõuerteretur, impetrat. Et ſic ſtabilitur cult' mortuæ ctearuiæ.

Viſionem de duabus uirginibua, non procul à Turonenſi urbe in moticulo quodam rubia & ſeoribus conſito ſepultis, cõmemorat capire 18. Noctu dornsienri cuidam apparent, exponunt ſe ibi eſſe ſepultas, ac ſine operculo imbrium in lurias diurius ferre nõ poſſe. O' puluerem delicarũ. Orare itaq; & obſecrare, ut ſi uellet rebus ſuis conſultũ, inciſis uepribus, rumulia opercula addaret. Quod cum negligeret uir ille, altera uice ei apparent, comminantes mortem oi impegata faciat. Scilicet, ut ſpiritus homicidij ſe pateſaceret.

In dedicatione oratorij ſui, ignitum globum apparuiſſe, & totum orstorium replerum eſſe fulgore terribili: cap. 20 tradit.

Apud ſepulchrum S. Tolennis, febricitantes curari, capire 22 ſcribit. Et capite 22, idẽ de Maximo abbate recitat, quòd pueium febri ferè enectum ſeruauerit: & puellam eodem morbo conflictantem ſanauerit.

De Monegunde ſcribit capite 24, quòd ulcera curauerit ſaliua ſua: & quartana febri oppreſſos liberauerit. Marriali epiſcopo urbis Lemouisinæ tribuir, quòd puellam aridam manum habentem ſanauerit.

In eccleſia Aruernenſi quidam impius homo mendaciter iurauerat. Subitò autem linguam ſibi ligatam ſentiens, mugire iocipit. Ac de admiſſo ſcelere dolens & gemẽs, proſternitur aote ſepulchrum Dretemouij epiſcopi, eius opem (non ipſum Deum, ut præceptum eſt) ſupplex implorans. Sentit itaq; ſibi relaxari uinculum linguæ: & expedirè rurſua, ut antè, loquirur, publicè confirens ſuom peccatum, quo ſibi hanc pœnam ſciẽs & uolens accerſiuerat. Capite 29.

Capite 32 narrat, Aruerni uirum quẽdam cum puella, quam duxerat, caſtè oixiſſe per omnem uitam, nec eam unquã cognouiſſe. puella autem mortua, cum ſepeliretur, ſublaria in cœlũ manibus, io hæc uerba proruپiſſe: Gratias ago tibi omnipotens cõditor, quòd hanc puellã, ſicut eam mihi tradidiſti, impolluram & ab omni noluptatis cõtagio purá, ita tibi reſtituo. Illa uerò ſubridens ait: Sile uir Dei, quia non eſt neceſſe proloqui noſtrum nemine interrogante ſecretum: O' præſtigias, quibus contra uerbum Dai coniugij uſus ſancitur: ut eſt ille malus ſpiritus ſemper contratius ordinationi diuinę.

Viſionem & apparitionem factam uxori Gregorij Comitis Aruernæ urbis, capite triceſimoquinto reſert. Illa enim uexara diorurno morbo, tandem oculorum eius uis ita labefactata eſt & proſtrata, ut uiſu prorſus priuaretur, nulla iuuante & ſuccurrenre medicina. Oblata demum eſt ei in oiſione perſona, præcipiens ut reqoiſito lapide mundo puellæ, quæ in ſancti Venerádi baſilica qoieſcerer, tumulum contegeret: tum eam certò uidendi faculrstam recuperaturam. Nihil tale fieri iuſsit Chriſtus, uel Apoſtoli. Capire trigeſimonono dicit, ſæpe contigiſſe hoc miraculum, nimirum ut ignis proroperit è ſanctorum reliquijs, ſpectantibus ramẽ non multis: quia non omnibus datum ſit.

Narrat cap. quadrageſimoſeptimo, duos presbyteros Burdegalenſes, quandocũque clerici in templo cõueniant ad implendum pſallendi officium, ex ſepulchro ſuam uocẽ cæteris canentibus & pſallentibus adiungere: ita ut claiè intelligi & diſcerni poſsit, ac ſuauitate cõceotus mirum in modum animos audientium afficere. Quis enim dubitet, pulnerem defunctorum & oſſa rũſumpta ac diſsipata, ſpiritũ uitæ priſtinæ adhuc habere reſiduum, animas eriam ſimul cubare & reſidere in puluere ſepulchri? O' efficacem illuſionẽ prædictam à Paulo, & comparatá ad horrendas idolomanias ſtabiliendas.

Lupiano confeſſori Daum tantam & tam ualidam ac efficacem arribuiſſe potentiam, ut apud ſepulchrũ ipſius, cæci uiſum, paralyrici greſſum, muti eloquium recipiaut: capite quinquageſimoquarto refert.

Vrſpergenſis Chronicon pagina 146, uiſionem cõmemorat, & apparitionem Iohannis Baptiſtæ: nimirum quòd homini cuidã rapaci & ſacrilego, qui monumentum regis Longobardorum Ruotheri in baſilica ſibi extructa quieſcentis apparuerat, & ornamenta corporis, quibus cum erat humatus rex, abſtulerar, apparuerit: eumq; duriter compellarit, cur auſus ſit corpus huius hominis attingere, qui rametſi non recto pede ad ueritatem inceſſerit, tamen ſeſe ipſius rutelæ & patrocinio commiſerit? Quapropter ipſum, patrato hoc facto, non ingreſſurum amplius hoc templum: quod & factũ eſt. Quoties enim eccleſiam uoloit ingredi, ſubitò ab aliquo qui gladio iugulũ ipſius perebar, rerrocedere coactus eſt. Et hoc ſpectrũ fuit diabolus ipſe.

Prolixam oalde texit narrationem Euagrius lib. 6. cap. uigeſimoprimo, de ſuperſtitioſa & idololatrica uiſione Sergij martyris;

quomodo ſcilicet Choſroes Perſarũ rex eum inuocauerit: & quòd ipſi apparuerit, promittens certò prolem ex Sira coniuge.

Redolet & hoc ſuperſtitionẽ & fabulam, quod Nicephorus libro 18. capite 31. recitat, de ſanguineo unguẽto è corpore Euphemiæ martyris Chalcedone profluẽte: & Mauricio imperatore, qui hoc miraculũ inueſtigauit. Capite 32 eiuſdem libri, conſimilem narrat hiſtoriam de unguenti ad Glyceriæ tumulum miraculo.

¶ Gregorius Magnus plurima recenſet miracula in libris ſuis, præſertim uerò in Dialogis, quæ palàm confirmant ſuperſtitionẽ, fiduciam in ſanctos, idololatriã, inuocationem mortuorũ hominum, miſſam impiam, & alios errores pugnantes manifeſtè cũ uerbo Dei. Quę quidem omnia ſigillatim commemorare, nimia prolixũ foret. Nos ex magno cumulo quædam breuiter & extremis tantum digitis attingemus. Dialogorum libro ſecundo, capite 28 refert: Benedicto iubente, uas uitreũ continens pauxillum olei, fuiſſe forâs proiectum in ſaxa, nec tamẽ confractum. Vide miraculum ingens. Eodem libro, capite 38 narrat, mulierem quandam mente captam, in ſpecu Benedicti ſanatam. Libro tertio Dialogorum, cap. 15, fabulam de Vrſo recitat, qui precibus Florentij monachi ouium cuſtos eſt factus: ac poſteaquam à monachis quibuſdã ex inuidia occiſus eſſet, elephantiaſi hos eſſe percuſſos. Capite uigeſimoquarto eiuſdem libri dicit: Petrum apoſtolum in ſtola candida apparuiſſe Theodoro, lampadem in templo accendenti. Capite trigeſimoprimo, Ermingildi mortẽ hæc ſequuta miracula adſerit: Nocte pſalmodiæ cantum auditum iuxta corpus ipſius, item lampades accenſas apparuiſſe. Capite trigeſimoſeptimo, Sanctulum presbyterum aquam benedictione ſua in oleum cõuertiſſe adfirmat. De hoc Sanctulo ibidem dicit, quòd inuocato nomine Iohannis (nõ ipſius Dei ueri) ceruicẽ carnifici præbuerit amputandam: ipſum uerò carnificem leuatũ gladium non potuiſſe mouere.

Libro quarto Dialogorum, capite undecimo, Vrſino presbytero moriẽti Apoſtolorũ principes Petrum & Paulum apparuiſſe, & ab eis hilariter exceptum eſſe, hac uoce addita: Bene ueniant domini mei, ecce uenio: & ſic efflaſſe animam affirmat. Capite ſequenti eiuſdem libri, conſimilem narrat uiſionẽ: Probo nimirum Reatinæ urbis epiſcopo in extremis agente, ingreſſos ad ipſum Iuuenalem & Eleutherium martyres, ſtolis albis amictos, animam eius excipientes, ſecumq́; auferentes. Capite decimotertio refert: Gallæ ancillę Dei grauiter ex morbo, quem Cancrum medici uocant, decumbenti, nocturno tempore Petrum apoſtolũ apparuiſſe, dicentem: Dimiſſa ſunt tibi peccata, ueni, eamq́; tertio die pòſt defunctam. Capite decimoquinto ſcribit, ante cellulam Romulæ monachæ cœleſtes exequias celebratas à duobus choris pſallentium: ac eodem tempore, ipſam ex hoc exilio ærumnoſo in æternam migraſſe patriam. Capite decimoſexto, de Tarſilla amita ſua Gregorius narrat, Felicem atauum ſuum, Romanæ eccleſiæ antiſtitem, per uiſionem Tarſillæ manſionẽ perpetuæ claritatis oſtẽdiſſe, ac dixiſſe: Veni, quia in hac te lucis manſione recipiam. Poſtea & hæc annectit: Ieſum Tarſillæ moriẽti præſtò fuiſſe. Capite decimoſeptimo recitat, Mariam matrẽ Chriſti cinctam choro puellarum, albis ueſtibus induto, Muſæ puellæ in uiſione dixiſſe: Si uelit ad hunc cœtũ auguſtiſſimum trigeſimo die pòſt peruenire, ut nihil ultrà leue & puellare ageret. Capite uigeſimoprimo, duos monachos à Longobardis de arboribus ſuſpenſos, eodem die clara uoce pſallere cœpiſſe aſſerit. Capite uigeſimoſecundo commemorat, mõtem & ſyluam tremore cõcuſſam, cum Surani abbatis corpus à Longobardo confoſſum, in terram caderet: quaſi tetra, ſanctitatis eius pondus ferre ſe non poſſe diceret. Capite quadrageſimoſeptimo trium meminit uiſionũ ſeu apparitionũ, de Antonio, Merulo & Iohanne, monachis. Antonio dicit per uiſionẽ ſignificatum, ut præparet ſe ad migrationẽ ex hac uita. Merulo adfirmat coronam, ex albis & flagrantibus floribus contextam, de cœlo in caput poſitam, cum iam ſpiritum efflaret. Iohanni ægrotanti ait ſenem quendã apparuiſſe, eiq́; dixiſſe: Surge, hac uice non migrabis, ſed aliquanto pòſt. Quinquageſimo capite ſanctimonialẽ quandam in templo Laurentij tumulatam, cuſtodi eccleſiæ per uiſionem ſemiuſtam eſſe cõmonſtratam annotat. Capite quinquageſimotertio, ut planum fieret non prodeſſe, uel non iuuare animas impiorũ, ſi corpora mortuorum in eccleſijs ſanctorum ſepeliantur, confirmat, duos cacodæmones Genuæ, corpus Valentini ligatis pedibus, cernentibus id cuſtodibus, ex ſepulchro extraxiſſe, ac extra eccleſiam ad aliud ſepulchrum proieciſſe. Simile ferè miraculum de Tinctoris corpore, Romæ in Ianuarij martyris templo ſepulto, ac in ſepulchro combuſto, relictis ſaltem ueſtibus, quibus fuerat inuolutus, cap. 54 recitat.

Dialogorum libro primo, capite quarto, recitat uiſionẽ de caſtratione Equitij, ab angelo facta. Meminit & miraculi circa ſepulchrum eius, quòd ſcilicet uentus arcam quã ruſticus quidam frumento plenam impoſuerat tumulo raptam longè proiecerit. Eodem libro, cap. 5. adfirmat, Conſtantium ec-

cleſiæ

cleſiæ S. Stephani miniſtrum, aqua & papyro lampades, cum oleũ deficeret, repleuiſſe, ac igne admoto papyrum incendiſſe, ac in oleum conuertiſſe. Capite octauo aſſerit, Anaſtaſium abbatem monaſterij quod Suppentonia uocatur, de nocte alta ex rupe monaſterio uicino nominatim uocatũ cum ſeptem fratribus, & paulo pòſt mortuum. Vndecimo capite narrat miraculũ Martyrij monachi Valeriæ prouinciæ: quòd pané in furno, cineribus & prunis tectũ, fide ſua cruce ſignauerit. Pertinet & hoc miraculum ad confirmationem monaſticæ ſuperſtitionis, quod Dialogorum lib. 2. cap. 24 cõmemorat de monacho, qui ad parétes ſine benedictione clauſtra monaſterij exierat, quòd eodem die ſit mortuus. Cumq; eſſer ſepultus, poſtero die corpus eius extra ſepulchrum proiectum eſt inuentum. Huc etiam illud miraculum ſpectat, quod eodem libro, cap. 25. annotat, de monacho qui inuitus retinebatur in monaſterio, & ſeriò inſtabat ut facultas diſcedendi ſibi cõcederetur. Dimiſſus enim à Benedicto, in uia obuium habuit draconé aperto ore eum inuadentem & aggredienté: ac tremens & palpitans cum auxiliũ monachorũ inclamaret, in monaſteriũ eſt reduct⁹.

In epiſtola ad Theoctiſtum inquit, quendam ex Longobardis in Tranſpadana regione reperiſſe clauem Petri auream, regi Longobardico maximi muneris loco tranſmiſſam, ac cultro eam incidiſſe. quod quamprimùm tétaret, furore correptus ſatanico, cultro ſibi iugulum diſcidit, eademq; hora mortem oppetijt. Ecce ſpiritum homicidij. Et unde Petro tam precioſa clauis? & ad qd?

Ad monaſticam uitam corroborandam & ſtabiliendam, faciunt & hæc miracula, quæ Gregorius lib. 9. Epiſtolarũ, indictiõe quarta complectitur: quòd monacho uolenti deſerere monaſticam uitam, & clàm ſeſe è monaſterio proripere, canis ater uenerit obuiã, ipſum dilaniaturus. Is uerè fuit diabolus, ſine omni dubitatione. Item, quòd alius è monachorũ grege, inſcijs reliquis diſceſſum parans, à cacodæmone horribiliter ſit uexatus: quia nimirum diabolus cultum monaſticum uoluit obſeruari.

In expoſitione Euangeliorum, homilia 7. recitat quædam miracula pro confirmatione miſſæ. Mulier quædam, cuius nomen diſsimulat, marito in captiuitatem abducto peregrè, exiſtimans eum mortem obijſſe, certis diebus curabat pro eo miſſam offerri. Mirum dictu, quoties ſacrificulus miſsificabat, toties ei uincula quibus erat conſtrictus, laxabantur. Sed ubi Chriſtus ita iuſsit miſſam offerri? Conſule uerba teſtamenti Domini, quæ aliter te erudient. Refert itẽ & uiſionem cuidam, diacono Caſsij Narnienſis urbis epiſcopi, oblatam. Iuſſus enim diaconus fuerat, ut epiſcopo ſacrificãti diceret, ut ſtrenuè peracto officio, accingeret ſeſe ad iter ex hac miſeriarum ualle ad cœleſtem patriam. Quod cum ille epiſcopo annunciare negligeret, uerberibus à domino (ſcilicet cacodæmone) percuſſum, ac uulnera ei inflicta. Eſt enim diabolus ſpiritus homicidij, eiuſmodi tyrannide cultus ſuos confirmans.

In Euangelia, homilia 39 narrat, quendã amore fratris, qui monachum profitebatur, aliquandiu hæſiſſe in cõſortio reliquorum: non tamen perſuaderi potuiſſe ullis blandimentis, ut ipſe quoque ordinis ſtigma ſuſciperet. Tandem uerò cum peſtis ad mortem uſq; ipſum afflixiſſet, ſubitò inclamare cœperit, ſeſe à dracone deuorari: & precibus monachorum ſeruatum eſſe. Et ſic reuera deuoratus fuit.

In Euangelia, homil. 29 dicit, Martyrium monachum in ſpecie leproſi ipſum Chriſtũ Dominũ noſtrũ geſtaſſe: agnitũ tum deniq;, cum in cœlũ ruſus aſcendiſſet. Sed ad quid?

In Euangelia, homil. 32, recitat hiſtoriolã miraculoſam de matrona orante: quod egrediés duos peregrinos ſub habitu monachorum inuenerit angelos, quibus cum uellet erogare eleemoſynam, ſubitò euanuerint. Quis uerò dubitare hac de re audebit? Hiſtoriolam de Victorino in peccatum lapſo, & agnito ſcelere, conuerſo ad Deum, annotat in Euãgelia homilia 34. Is cum poſt actã pœnitentiam ſe in monaſterium contuliſſet, ſolitus eſt ante uigiliarum celebrationé exire in locum quendam ſecretum, ut precibus uacaret. Subitò aũt eum lux de cœlo circumfulſit, & uox audita quæ diceret, Dimiſſa ei eſſe peccata.

Cõmemorat etiam de Theophanio Centumcellenſi, in Euangelia hõmilia 36, quòd poſt obitum cõiugi ipſius reuelatum ſit, ut marmor ſepulchro impoſitũ tolleret & mutaret. Quo facto, tantam ex eius corpore fragrantiã odoris emanaſſe, ac ſi ex putreſcentè carne illius pro uermib. aromata ferbuiſſent.

Iohannes Diaconus in uita Gregorij multus eſt in recenſendis apparitionibus, & ſuperſtitioſis miraculis. Pagina tertia, in manu ſcripto exẽplari, refert, Gregorio tribus uicibus angelũ in ſpecie naufragi apparuiſſe, ab eoq; eleemoſynam petijſſe, ac conſecutum quoque eſſe. Tandem uerò tantis miraculis condecoraſſe Gregorium, ut omnibus exemplo ac terrori eſſet.

Libro 2. cap. 22 cõmemorat, Chriſtum in forma peregrini ueniſſe ad Gregorium: cui cum aquã fundere uellet ad lauãdas manus, euanuerit. eademq; nocte per uiſioné ei dixerit: Cæteris diebus me in membris meis, heſterno aũt die me in memetipſo ſuſcepiſti.

Ibidem

Ibidē & hoc addit, à Gregorio angelū, ipſo tamen primùm ignotante, ſuſceptum hoſpitio: qui poſtea aperiēs ſeſe, promiſerit ei, propter liberalitatem quam erga egenos & pauperes exercebat, pontificatum omnipotentis Dei nomine. En præmium ampliſsimum. Capite 41, libro 2. dicit, Gregorium panem myſticum oratione ſua, ut confunderet mulierculā, quæ nolebat credere ſibi exhiberi uerum corpus in cœna, in carnem uertiſſe. Capite 40, libro 2, ſomnium refert cuiuſdam eremitæ, qui petierat à Domino, ut ſibi oſtenderet: quam in cœlo eſſet habiturus manſionem, propter ſua merita. Ei reſponſum datum, cum Gregorio recepturum eum laboris ſui præmia. Idem Ioannes libro 3, cap. 58. recitat de ueſtibus ſub altari Iohannis ſeruatis, quæ ſiccitatis tempore excuſſæ pluuiā, pluuioſo uerò & nimboſo tempore ſerenitatem attulerint.

Hæc odioſa ſatis & moleſta narratiōe percurrimus, ut attendant lectores, qualia nunc tempora ſurgāt: nempe in quibus homines quibuſuis præſtigijs fidem adhibuerunt, uerbo Dei relicto: & mortuarum creaturarum cultum ſummopere adauctum eſſe. Quæ autem poteſt maior eſſe dementia, quàm exanguia oſſa, imò puluerem defunctorum tanta reuerentia colere, ut etiam inuocatio, quæ ſoli Deo conuenit, eis attribuatur? Sint ſanè quædam præſtigiæ hominib. obiectæ à malis ſpiritibus: uerùm intentio finisq; conſideretur. Nam eò adduxit miſerrimos homines cacodæmon ille aſtutiſsimus, ut relicto uerbo, imò contra uerbum Dei, putarint ſe ueneratione defunctarum creaturarum ſalutem corporalem & æternam conſequi.

# CAPVT XIIII.

## DE REBVS IVDAICIS, EXternis, *ſiue politicis.*

GEntem Iudaicam hac etiam ętate, per totum orbem diſperſam fuiſſe, & ſua in amplis quoque ciuitatibus habuiſſe loca, multorum teſtimonia affirmant. Gregorius enim in Commentarijs ſuper Cantica canticorū, explicans hæc uerba, Reuertere, reuertere, &c. inquit: Bene quater reuerti monetur, quia in quatuor mūdi partes modò Iudæi diſperſi ſunt.

Fit autem expreſſa quorundam locorum mentio. Nā in Perſia Iudęos habitaſſe, Theodorus Lector in ſuis Collectaneis lib. 2. annotat, inquiens: Iudæos & Manichæos uſq; ad id tēpus priores ibi habuiſſe. Teſtatur Nicephorus, Homeritas & uicinos populos in Arabia fælici, Iudaicam religionem coluiſſe: & quidē tanto cum zelo, ut fidem Chriſtianam ibi ne peregrinari quidem paſsi ſint. libro 17. cap. 32. Plurimos deinde in Tarracinenſi caſtro, & reliquis Hiſpaniæ partibus conſtitiſſe, ibiq; ad celebrandas feſtiuitates ſuas confluxiſſe, Gregorij epiſtola docet: in qua epiſcopum eius loci hortatur, ut eos toleret, & humanitate quadam ad Chriſtianā fidem flectat. lib. 1. cap. 24. Plurimos item in Narbona ciuitate, & Maſsilia Galliarū fuiſſe, idem Gregorius teſtatur Epiſtolarū libro primo, capite 45. & libro 6. cap. 185.

Fuerunt inſuper aliqui in Lunenſi ciuitate Hetruriæ, item Genuæ, Mediolani, Neapoli, in urbe Romana, & Panormitana: ut paſsim uidere eſt in epiſtolis Gregorij & Theodorici regis Gothorum. Gregorius lib. 3. Epiſtolarum, capite 23: libro 7. cap. 16: libro 5. cap. 131. Theodoricus lib. 2. & lib. 5. in Epiſtolis ad Iudæos ſcriptis.

Fuerunt deniq; plurimi in Sardinia in Cathina ciuitate, in Agrigentino territorio, & ſic paſsim uarijs in locis per Siciliam, & alias inſulas ac terras diffuſi: ut uerè de ipſis dixerit Propheta, Peccata noſtra ſicut uenti diſsipauerunt nos.

Neq; uerò ſuam uſpiam in repub. habuerunt αὐτονομίαν: ſed ubicunq; habitauerunt, ſuperioribus magiſtratibus cuiuſq; loci inter gentes & Chriſtianos fuerunt ſubiecti, & in omnibus dependerunt ex arbitrio Imperatoris, niſi quòd ad religionem nulla uiolētia ſunt coacti: ut Gregorius ait lib. 12. cap.

Paſsim aūt Theodoricus rex Gothorum edicta ipſis proponit, leges conſtituit, & pœnas delinquentibus minatur: ut Epiſtolarū ſuarum libro 2 & 5 teſtatur. ubi inter alia inquit: Noueritis uos ſeueritatem ueteris ſanctionis minimè diffugere, ſi rebus non abſtineatis illicitis. Et paulo pòſt ſubiungit: Religionē imperare nō poſſumus, quia nemo cogitur ut credat inuitus. Conceſsit tamen ipſis quædam priuilegia, in ijs quæ ad ſynagogam ſpectarunt: & ſubinde mitiora decreta repetiuit, ut eo facilius ad Chriſtianam fidem allici & adduci poſſent. Similiter & Gregorius rationib. magis quàm uiolentijs eos ſanare ſtuduit: ut narrat de eo Ioannes Diac. lib. 4. cap. 42. Ipſi uerò, ſicut eſt duræ & infractæ ceruicis populus, ſemper aduerſa frōte reſtiterunt: naq; blanditijs neq; minis perſuaderi potuerūt, ut ab erroribus deſiſterent, & ſe ad Chriſti agnitionem deduci paterētur: ſed traditi in reprobū ſenſum, ſubinde magis magisq; cœperunt indureſcere, & tandē anno Anaſtaſij 25, qui eſt à Chriſto nato 516, omnes uno ore Thalmud Babylonicū, tanquā ius ciuile & ſacrū receperūt, ſeq; ad illud obſtrinxerunt iuramēto: fuitq; hæc aperta defectio à Lege & Prophetis, ut teſtatur Bibliander Tabula 10.

Deinde

Deinde uerò fuerunt Iudæi ualde inquieti hoſpites, ægerrimè aliorum iugum ferentes, ubicunq; eis hoſpitium eſt datum. ſæpiſſimè enim ad libertatem ſuam priſtinam temerario auſu aſpirarunt: ſæpe etiam leuiſsima occaſione data, turbulentiſsimos motus & ſeditiones cõcitarunt. Romæ ſub Theodorico clandeſtinã molientes ſeditionẽ, cœperãt aliquos ciues interficere. Sed re cognita, ſtatim multitudo ſeruorum confluxit, cupiens dominorũ cædẽ ulciſci: & niſi à ſenatu eſſent retracti, totam ſynagogã cum omnib. Iudæis incẽdio perdidiſſent: ut narrat Theodoricus libro quarto in epiſtola ad ſenatum Romanum.

Eodem tempore in Gallia ſeditionem mouerunt cum Aruernis populis, inter quos habitarunt: ſed expulſi ſunt, & diruta eſt ipſorum ſynagoga. id quod Fortunatus libro 5. capite 75. ad Gregorium hiſce uerſiculis perſcribit:

*Gens Aruerna etenim ſibi erat diſciſſa tumultu:*
*Vrbe manens una, non erat una fides.*
*Chriſticolis Iudæus odor reſilibat amarus,*
*Obſtabatq; pijs impia turba ſacris:*
*Extollens ceruix, Domini iuga ferre recuſans,*
*Sic tumidis animis turget inane cutis.*
*Quos in amore Dei monitabat ſæpe ſacerdos,*
*Vt de conuerſis iret ad aſtra ſeges.*
*Plebi armante fide Iudaica templa reuellit,*
*Et campus patuit qua ſynagoga fuit.* &c.

Idem Gregorius Turonenſis libro quinto, capite undecimo refert.

Tempore Iuſtini, Iudæus quidã Dunaas nomine, in Homeritarum regione, Moyſen ſe eſſe cõtendens, multos Iudæos excitauit: & dum conator priſtinam libertatem uindicare, magnã tyrannidem in ea regione exercet, multa oppida capit & deuaſtat. Negram quoq; munitiſsimam urbem adortus, cum ui capere non poſſet, Sinonijs artibus pacem cum ea ſancit: & intromiſſus, omnes Chriſtianos crudeliter & perfidè trucidat, ac ipſam urbem incendit. Id quum Iuſtino nunciatum eſſet, ſtatim Elesbaan ducem Aethiopum cum exercitu miſit, ut ſupplicium de ſeditioſis ſumeret. Is uerò ſingulari zelo pro Chriſtiana religione præditus, fortiter cum Iudæo congreditur: & primo ſtatim conflictu ſuperior euadens, uiuum eum capit. tandem reliqua multitudine proſtrata, autorẽ tumultus, adhibitis prius exquiſitis tormentis & cruciatibus, ferro necari iubet. Vt autem Elesbaan Deo magis gratus eſſet (ſicut ipſe ſuperſtitioſa quadam perſuaſione opinabatur) pro conceſſa uictoria, depoſito regno & diademate, aſperam monachorum lacernam ſumpſit: & anguſtam quandam cellulam ingreſſus, ita ut per omnem uitam adiri non poſſet, ſolo pane & oleribus ueſcens, ſanctè uitam finijt: ut Nicephorus, eiuſmodi ſuperſtitionibus mirificè gaudens, libro decimoſeptimo, capite ſexto recenſet.

Iuſtiniani imperatoris anno primo, Chriſti uerò 528, in Palæſtina Iudæi & Samaritæ Iulianum quendam ſibi creauerunt regem: & armis ſumptis, paſsim in Chriſtianos rapinis, homicidijs & incendijs immaniter ſæuierunt. Sed à Iuſtiniano repreſsi ſunt, qui ſeditioſos interemit, & Iulianum capitali ſupplicio affecit: ut ſcribit Paulus Diaconus libro decimoſexto.

Aliam anno eius uigeſimonono ſeditionem mouerunt Iudæi & Samaritæ, in Cæſarea Paleſtina. Nam impetũ facientes in Chriſtianos, multos interfecerunt, Eccleſias incenderunt, & Shephanum quendam ciuitatis præfectum in prætorio peremerunt, ac ſubſtantiam eius diripuerunt. Verùm uxor illius fugiens in urbem, adijt Imperatorem, rogans Adamantiũ magiſtrum militum, ut ferret ſibi ſuppetias, atq; de autoribus cædis inquireret. Is uerò non diu moram trahens, quoſcunq; reperit, grauiter punit: alios quidem ſuſpendit, alios capite plectit, alios opibus exuit, & timorẽ incuſsit omnib. Orientalibus: ut ſcriptum reliquit Paulus Diaconus libro decimoſexto.

Paulo pòſt rurſum alium regem contra Iuſtinianum ibidem eligunt: ſed fracti & oppreſsi, paſsim trucidãtur: ut Diaconus lib. 16. narrat. Hac nimirũ ratione ſemper Deus ipſos publicis pœnis repreſsit, ne aliquã Rempub. aut regnũ conſtituerent: quàuis factioſè & crudeliter illud tentarent, ut extaret teſtimonium de Meſsia exhibito, de pœnis aduerſus pertinaces.

Conſtricti igitur legibus & authoritate Imperatorum, cogebantor tranquillius uiuere: ſed tamen quibus potuerunt rationibus Chriſtianos afflixerunt. Habuerunt igitur mancipia Chriſtiana, ac ſuis obſequijs & utilitatibus deputarũt, eaq; occaſione Chriſtianos duriſsimè tractauerunt: ut patet ex epiſtolis Gregorij, qui ea ipſis uiolenter auferri, aut precio redimi iubet, Epiſtolarum libro 2. capite 76: libro 3. cap. 21: libro 5. capite 131, & cap. 132: libro ſexto, capite 185: libro 7, capite 22, & capite 35, & capite 113. Et Iohannes Diaconus libro quarto, capite quadrageſimoquarto. Vſuris autem ſemper dedita gens fuit: & abhorrens à labore, mercimonijs potiſsimùm uacauit: ut Iohannes Diaconus libro quarto, capite quinquageſimo ſcribit.

Excluſi tamẽ ſont Iudæi ab omnib. dignitatibus, honoribus, functionibos & cõgreſſibus Chriſtianorũ: fuitq; lege uetitũ, ne quis Chriſtianus munera à Iudæo ſuſciperet. Ad alloquiũ etiam põtificum nunquã ſunt

admiſsi,

admiſsi, neque conceſſum ur in ſcamnis ſederent, ſed in pauimento merces ſuas exponere cogebantur: ut ſeribit Diaconus ibidē. Si quis etiam Chriſtianum læſerat, aut religionem uiolauerat, grauiſsimè puniebatur. Vt anno Chriſti quingentsſimo ſexageſimo, in Oriente Iudæus quidam imaginem Saluatotis de eccleſia furtim deponens relo trāſfixerat: & domum deferens, cum uellet eam flāmis exurere, uidit ſe ſanguine imaginis cruentatum. ibi præ ſtupote eam abſcondit. Sed Chriſtiani eam quærentes & per ueſtigia ſanguinis inuenientes, ſanguinolentam receperunt, & Iudæum lapidibus obruerūt: ut habet Chronicon Sigeberti.

Fuit ſub Iuſtiniano Conſtantinopoli Iudæus quidam uitriarius, cuius filius cū Chriſtianorum pueris (ut alibi narratum eſt) in templo corpus & ſanguinem Chriſti acceperat. ob eam tem pater puerum in furnum ardentem coniecit: ibi per triduum illæſus & ab igne intactus eſt conſeruatus. Hoc cum Iuſtiniano narratum eſſet, filium quidem & matrem lauacro regenerationis illuminatos ſeruauit, parentem uerò in Sycis tanquam parricidam filij ſui cruci affixit: ut ſcribit Euagrius libro quarto, capite trigeſimoſexto, & Sigebertus in Chronico.

## CAPVT XV.

### DE ALIIS RELIGIONIbus extra Eccleſiam.

### DE IVDAISMO.

ETſi ſubinde multi Iudæi ad Chriſtianam fidem paſsim conuertebantur, tamen plurimi faſcinati in ſuis perſiſtebant erroribus, nec inde poterant auelli. ut Gregorius homilia decimanona ſuper Euangelia conqueritur, inquiens: Præcepta quidem Domini audiunt, ſed conuerti nolunt. Et paulo pòſt: Synagoga legis quidem mandata percepit, prophetias de incarnatione ac paſsiona Domini audiuit, ſed credere in mortuum noluit. Item: Hærebunt in erroribus uſq; ad finem mundi. primo Regum, libro ſecundo, capite ſecundo. Capita autem eadem doctrinæ profeſsi ſunt, quæ in ſeculis ſuperioribus.

### DE SCRIPTVRA.

NOn ſolùm ſacra Biblia, eaq; Hebraicè, ſed etiā peculiares babueruot & compoſuerunt libros, quibus opinionem ſuam ſtabilire conati ſunt, inter quos eſt Talmud, quod anno Anaſtaſij uigeſimoquinto, Chriſti quingenteſimo decimoſexto, Merimar & Mar filius Rabi Aſſe, à Rabi Aſſe aliquouſque perductum, abſoluerunt, & publicarūt: ut annotat Bibliander in Tabulis chronicis. Et Olympiodorus inqoit: Recentium Iudæorum uolumina infinita ſunt, & meris fabulis conferta. Dum enim Scripturas nouis quibuſdam figuris interpretari ſtudent, in ridiculas fabellas & genealogias conuerſi ſunt, traditionesq; ediderunt à ſentētia ſcriptoris longiſsimè aberrantes. in Eccleſiaſt. capite duodecimo.

### DE MESSIA.

MEſsiam neq; Deum eſſe crediderunt, neq; exhibitū, aur etiā ita exhibeodū ut moreretur: id quod paſsim ex Gregorio eſt uidere. Nam primo Regum, capite ſecundo, ita inquit: Iudæi expectant ſaluatorem, ſed Deū eſſe nō credunt: & dum nominant Saluatoré, non de filio, ſed de patris perſona intelligunt. Item: Sacra ſcriptura euidenter incarnationē & paſsionē Meſsiæ prædicat: nec Iudæi tam irrationabiles ſunt, ut nō uideant hæc opera redemptori conuenire: ſed tam cæci ſunt, ut promiſſa audiant, & non credant. ibidem. Singulariter tamen ſanctum fore Chriſtum, quem expectant, & ſuū Dominū aſſerunt: omnes reliquas promiſſiones carnaliter accipiunt. ibid.

### DE IESV CHRISTO.

HVnc Chriſtum, quem nos mortuū & reſuſcitatum credimus, ipſi maleficū hominem, qui propter ſua ſcelera ſupplicio ſit affectus, dicunt. Gregorius ibidem. Ac longa hac de re diſputatio eſt inter Iudæum quendam & Gregorium Turonenſem, quæ in eius hiſtoria extat libro ſexto, cap. quinto. Venerat enim Iudæus quidā, Priſcus nomine, ad Chilpericum regem, qui ei ad ſpecies coemendas familiaris erat. Huius cæſariem rex blandè apprehendens, ait ad ſacerdotem: Veni, & impone manum ſuper eum. Illo autem renuente, ait rex: O' mens dura, & generatio ſemper incredula, quæ non intelligit filium Dei ſibi Prophetarum uocib. promiſſum, nec eccleſiaſtica myſteria in ſacrificijs figurata. Hæc eo dicente, ſubiecit Iudæus: Deus non eget coniugio, neq; prole ditatur, neq; ullum conſortem regni habet, inquiens: Ego ſum Dominus, & nō eſt Deus præter me. Ad hæc rex: Quid autem? Ante luciferum genui te? Item: Nunquid ego qui alios párere facio, ipſe non pariam? Reſpondit Iudæus: Deus non poteſt homo fieri, ex mulieri naſci, uerberibus ſubdi, aut morte dānari. Accedit deinde Gregorius, & explicat: hoc non propter ipſum Deū, ſed propter noſtram neceſsitaté fieri oportuiſſe: ac adducit multa teſtimonia ex Lege & Prophetis, præſertim ex Eſaiæ quinquageſimotertio capite: quibus euidenter & irrefragabiliter demonſtrat, quòd Chriſtus ſit filius

Dei, quòd oportuerit eum utramq; habere naturam, diuinam & humanam: quòd pati & reſurgere neceſſe fuerit. Sed Iudæus, hæc eo dicente, non compunctus eſt corde, ut crederet: ſicut ipſe ſubijcit ibidem.

## DE RITIBVS ET CEREmonijs Iudaicis.

Synagogas paſsim habuerunt, in quibus feſtiuitates ſuas feriasq; liberam habuerunt obſeruandi, celebrandiq; licentiam: ut in Tarracinenſi caſtro. Gregorius Epiſtolarum libro primo, capite 33. In Panormitana ciuitate. idem libro ſeptimo Epiſtolarum, capite 26. Neapoli. idem libro 11. Epiſtolarum, capite 15. Caralis Sardiniæ. idem libro ſeptimo Epiſtolarum, capite 5. Et alijs multis in locis, ubicunq; per longa locorum interualla, iuxta quatuor mundi plagas fuerunt à ſe inuicem ſeparati & diſperſi. Item codices & ornamenta quædã poſſederunt. Gregorius libro 7. indict. 2. epiſtola 58. Neq; tamen licuit ipſis in ſynagogis ſuis quicquã, ultra quàm permiſſum fuit legibus, præſumere: quod & ipſum Gregorius indicat Epiſtolarum lib. ſeptimo, capite 26. Item primo Regum, capite 4. & 14. Et Iuſtinianus Hebræos Paſcha ſuum ante Chriſtianos celebrare nunquã paſſus eſt: ut Nicephorus teſtatur lib. 17. cap. 29.

Feſtiuitatum ſuarũ ſolennia celebrarunt. Gregorius lib. 11. indictione 6. epiſt. 15.

Circumciſionẽ retinuerunt pertinaciſsimè. Ideoq; quando emerũt mancipia Chriſtiana uel pagana, ea quoq; circumciderũt: id quod ſeueriſsimè poſtea interdicit Gregorius Epiſtolarum libro 5. cap. 132.

Ac quamuis Gregorius & alij pij doctores ueræ Eccleſiæ Dei, hac ætate ſedulò cõtra Iudaicam religionẽ ore & ſcriptis concertarunt (ut narrat Gregorius 1. Regum, libro 1. capite 2. & alibi,) tamẽ ſemper concluditur: Etiamſi manifeſtè conuincuntur, tamen non credunt, quia uidelicet ita proiecti ſunt, ut non ſolum non uideant, ſed etiam ut uiderè non poſsint. Gregorius 1. Reg. lib. 3. cap. 1 4. 14. & alibi.

Infenſiſsimi deniq; ſemper fuerunt omnes Iudæi Chriſtianæ religioni, & ſuos liberos ſumma diligentia domi continuerunt, ne Chriſtianorũ congreſsibus intereſſent, aut ab ijs ſeducerẽtur. ac narrat eius rei exemplũ memorabile Euagrius lib. 4. cap. 36. de filio nitriatij, ut ſuprà recẽſuimus.

Iudæi patronos quoſdam habuerunt etiam ex epiſcopis, maximè uerò Romanos pontifices. Sic Gregorius aliquoties pro ipſis ſententiam dixit: ut apparet ex libro 7. indict. 2. cap. 58. ubi Victorem, qui ijs eripuerat Synagogam Panormi, iubet precium ſoluere, & codices & ornamẽta reſtituere. Et ex lib. 12. indict. 7. epiſt. 18. ubi illis locũ ad ſynagogam concedi iubet, ac cauet ne à quoquam affligantur: fortè ideo, quia ipſi plus quàm alij pendebant: ut apparet ex libro eodem, indict. eadem, epiſtola 30.

## DE GENTILISMO.

Etſi ſubinde in hac ætate Eccleſia Dei creuit, & beneficio Dei per pios doctores & magiſtratus latè propagata eſt: tamẽ Gentiliſmus adhuc maximam partem orbis terrarum occupauit, & florentiſsima regna per Aſiam, Africam & Europã faſcinauit. Sicut inquit Gregorius in Ezechielem lib. 1. cap. 183. Gentilitas longè lateq; in uniuerſo mundo diſtenditur. Item: Sacerdotes Dagon uſq; in hodiernum diem remanent, quia qui per immunda deſideria antiquo hoſti diabolo ſacrificant, ubiq; adhuc ſunt. Primo Regum, libro 3. capite 5. Ac quidem in Aſia prius nominantur Perſæ, quòd omnis generis idolomanias exercuerint. Euagrius libro 5. cap. 14. Procopius de bello Perſico, lib. 1. Agathius lib. 2. Deinde Sarraceni, Turci, & Aſſyrij: Nicephorus libro 18. capite 30.

In Africa Scenetæ, Alitarum & Sclauianorum populi Blẽmies & Nobatæ, apud Nilum habitantes: ut Euagrius libro ſexto, capite 23. refert: Procopius de bello Gotthorum lib. 3. Idem de bello Perſico lib. 1.

In Europa deniq;, tota Anglia, & Thulæ inſulæ potentiſsimæ: ſicut inquit Gregorius Epiſtolarum libro 7. cap. 30. Gens Anglorũ in mundi angulo poſita, lapides & ligna colit. Et Procopius de bello Gotthorum libro ſecundo: In Inſula Thule deos & dæmones plurimos colunt. Tota Francia ſub Ludouico rege, ut ſcribit Theodoricus rex Gotthorũ ad Boetium, ut cytharœdum mitteret, qui dulci ſono fera corda Gentiliũ demulceret. Theodoric⁹ Epiſtolar. lib. 2. Item in epiſtola ad Colluſſeum Comitẽ, quem hortatur ut Barbaros potius morum honeſtate ac beneficijs, quàm armis ſibi ſubiungat. Item Boij populi. Iohannes Auentinus libro tertio. Longobardi circa Mediolanum. Chronicon Antonini titulo duodecimo, capite ſexto. Et aliæ plurimæ ac opulẽtiſsimæ ciuitates & regiones, quarũ tetræ ſuperſtitiones, idolomaniǽ & blaſphemiǽ poſtea ſeorſim ordine enumerãtur.

### De libris quibus uſi ſunt.

Sacram Scripturã omnino tanquã fabuloſam reiecerunt, & aſpernati ſunt. Ideoq; tantum humana cõmenta & ſomnia, eaq; uarijs in locis, uaria ac diuerſa, pro ut alij alijs ciuiliores & ſaniores fuerũt, receperũt. De omnib. aũt Olympiodor⁹ inquit: Quòd gentiliũ libri & monumẽta alter alterius euertãt & impugnẽt ſentẽtiã, ſemperq; inter

N ſe gra

ſe grauiſsimũ bellum gerant. Olympiodorus in Eccleſiaſten, capite 12.

## CAPITA DOCTRINAE.

### De Deo.

Deum uerũ omnes ignorarũt, ſicut Gregorius inquit: Barbari omnes ſicut inſenſata animalia uiuunt, Deum uerũ neſciunt, ligna & lapides adorant. Gregor. lib. 3. Epiſtolarum, capite uigeſimoſeptimo.

Varia aũt habuerunt ſimulacra, quæ pro dijs coluerunt. Perſę, perinde ut Manichęi, finxerunt duo principia: alterũ quidẽ ut bonum, ita & optima queq; parturiens: alterum, quod penitùs his aduerſetur. Nomina uerò iſtis impoſuerunt barbara. bonũ nãq; Deum ſiue creatorem Hormiſdatim dixere: alterum pernicioſum, Arimanem appellarũt. Aquam maximè uenerari ſunt, atq; adeò, ut ne hac quidem faciem abluerent, nec eã quoquo modo attingerẽt, ſiue potandi gratia, ſiue arbores rigandi, ſiue aliter. Habuerunt quoq; alios deos, quos Gręcorũ more & ritu coluerunt. Verùm ignis ipſis ſanctiſſimus fuit, ideo in ædiculis quibuſdã ſacris & ſemotis ignem Magi perennẽ ſeruarunt, eũq; de futuris interrogarũt. Agathius li. 2.

In bellũ quoq; proficiſcentes, in ſarcinis ignem deũ ſuũ ſecũ portarunt: ſicut ſcribit Mirranes rex Perſicus, ad Belliſarium ducẽ Romæorum, tempore Iuſtiniani. Nos non abſq; dijs in bellũ deſcẽdimus, ſed ducibus ipſis comitati uenimus, quos ſpero cras in urbẽ Daran Perſas introducturos, ubi & balneum & prãdiũ fac mihi intra mœnia pares. Procopius de bello Perſico lib. 1. item Euagrius li. 5. cap. 14. qui ſubijcit, eos aliquãdo à Tyberio hoc deo ſpoliatos eſſe in bello.

In oppido Nardabigara, quod in Aſſyrijs ſitum eſt, magnũ Pyræum fuit, quod Perſæ maximè uenerati ſunt. Ibi enim ignẽ perpetuũ, quem Veſtã olim Romani uocarũt, cuſtodierũt Magi: & diligenter ſacrificãtes eo ad uaticiniũ in rebus maximis uſi ſunt. Procopius libro 2. de bello Perſico.

Turci quoq; ſummopere ignẽ coluerũt, aerem & aquã honorarũt, terrã hymnis celebrarunt, eamq; ſolam adorarũt. Deũ tamẽ quoq; qui cœlum & terram condidit, nominarũt, eiq; equos & boues ſacrificarunt. Nicephorus libro 18. capite 30.

Hoc tempore Mahometus, qui poſtea tanquã magnus Propheta Dei execrandas Sarracenis leges dedit, natus eſt in Arabia, ex nobili patre gentili, matre Hebræa, Anno Chriſti 597 ſub Gregorio papa, & Imperatore Mauricio.

Sceoetę populi Venerẽ coluerunt, eiusq; ſimulachrũ adorarunt. Ac narrat Euagrius, Phylacrũ quendã eius loci habuiſſe aureã Veneris ſtatuam: eamq; poſtea cũ ad Chriſtianos eſſet conuerſus, igne liquefactã pauperib. diſtribuiſſe. Euagrius lib. 6. cap. 23.

Antarum & Sclauinorũ gens, unũ Deum præcipuũ fulminis fabricatorẽ coluit: deinde etiam Dæmones, Syluas, & Nymphas. Procopius de bello Gotthorum li. 3.

Blemyes & Nobatæ apud Nilum habitantes, Iſim & Oſyrim magnopere coluerunt: item Priapũ. Procopius de bello Perſico li. 1.

In inſula Thule deos ac dæmones plurimos coluerũt, in cœlo, terra, aere, mari, fontib. & fluuijs. Procopius de bello Gotth. li. 2.

In Gallia, Treueris coluerunt Dianam.

In Auguſtodunẽſi ciuitate, Berecynthiã. Gregorius Toronenſis.

Boij populi coluerunt Fortunam & Herculem Alemannũ: ſicut Theodoricus regulus Boiorum, incepturos bellũ contra Romanos, ſuos hortatur inquiens: Quò nos Fortuna, Dij immortales, Alemanus Hercules inuictus, parens & autor generis noſtri uocat, ô ſocij, ibimus. in Annalibus Boiorum Ioannes Auentinus.

Idem parta ea uictoria Herculi lucum & montẽ cõſecrauit. Anno etiã Domini 508. ſub Anaſtaſio, duas quercus ſacrauit: & earum uiſcum, perinde ut aquã luſtralem, ad omnia uenena, & alia mala ac incommoda pellẽda adhibuit. Ioannes Auentinus ibidẽ.

Longobardi circa Mediolanũ coluerunt arborẽ quandã peculiarẽ, & ſimulacrum uiperę. Chronicon Antonini titulo 11. cap. 6.

Terratinæ quidã idola & arbores coluerunt. Greg. Epiſtolarũ lib. 7. capite 20.

In Caſsino monte Italiæ uetuſtiſsimũ fanum fuit, in quo ſtultus ruſticorũ populus Apollinem coluit, tempore Iuſtiniani. Chronicon Iuonis.

Beneuenti Dalmatiæ, quod olim Maleuentum à uiolentia uenti dictum eſt, coluerunt ſimulachrum Mineruæ, quod olim ab Ænea ex Troia, antequã Iliũ fuit expugnatum, eò deportatũ fuerat, & durauit ibi in templo Fortunę uſq; ad tẽpora Cõſtantini. Venerem coluerunt in Papho, Martem in Thracia, Iouem in Creta. Caſsiodorus in Pſalmum quadrageſimumſextum.

Romæ adhuc Dianam coluerunt, eamq; triplici nomine: in cœlo, tanquã Lunã: in terra, tanquã Dianã: apud inferos uerò, tanquam Proſerpinã: ut apparet ex ludis, quos in honorem eius quotannis exhibuerunt. Theodoricus rex Gotthorum libro quinto Epiſtolarum, ad Maximum conſulem.

Patriciorum quoque familia Ioui fuit dicata, ut ſummi Dei coltura locum primarium poſsideret. Theodoricus libro ſexto, de forma patriciatus.

In Sueuia Mercurium coluerunt. Vincentius libro uigeſimoſecundo, capite 7.

DE DAEMO-

*De dæmonibus.*

Dæmones paſsim Deos ſecerunt, eosq́; ſacrificijs & alijs ritibus coluerunt. Agathi⁹ lib. 2. Procopi⁹ de bello Gothico & Perſico.

*De animabus.*

Animas alij mortales, alij immortales crediderunt: iuſtos autem dijs ſimiles fecere. Agathius libro ſecundo.

*De peccato.*

Aliqui, ut Perſę, peculiarẽ crediderũt Deũ, à quo omnis generis mala ꝓuenirẽt. Suprà.

*De Euangelio.*

Sicut nerũ Deum, ac eius filiũ ignorarũt, ita etiam de uoluntate Dei, præſertim quæ pateſacta eſt in Euangelio, nihil omnino habuerunt.

*De ſacrificijs.*

Non tantum boues & alia pecora ſacrificarunt, ſed plurimis in locis etiã humanis hoſtijs uſi ſunt: arbitrati uictimã, quo eſſet præſtantior, eo eſſe Deo gratiorẽ. In inſula Thulæ, quẽ omniũ primũ in prælio ceperunt, ſacrificarũt Marti: eũq́; prius uiuum in arborem ſuſpendebant, indeq́; inter ſenticeta & uepres proiectum miris modis cruciarunt: ut narrat Procopius de bello Gothorum libro ſecundo.

Galli quoq́; hoſtijs humanis ſua idola maximè placari putarũt. Procopius ibidem. Itẽ in Ægypto uſq́; ad tempora Iuſtiniani, qui poſtea abrogauit. Procopi⁹ de bello Perſico lib. 1. Item apud Scenetas: ut de Naame Scenetarum philarcho ſcribit Euagrius libro ſexto, capite uigeſimotertio.

*De oraculis.*

Sub Cuma ciuitate in ſpelunca fuit Sibylla Italica, quæ olim Æneæ prædixerat uarios euentus: ea omnibus interrogantibus expoſuit oracula, quæ pro Deorũ reſponſis populus habuit, & magnifecit. Agath. li. 1.

Perſæ bellaturi, prius Magos conſuluerunt, quis potiturus eſſet uictoria. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo.

*De ceremonijs.*

Aris, ſimulachris, & incenſo Deum celebrandũ putarũt. Agathius lib. 2. aliquoties: & Procopius de Erulis, in bello Gotthorũ

*De coniugio.*

Sicut omnibus ætatibus, ita hac etiã, magna & horrenda fuit apud gentiles libidinũ confuſio. Perſæ non ſolũ cũ ſororibus ſuis, & conſobrinis, impudenter congrediũtur: ſed cum filiabus uel genitores miſcentur, & cum matribus filij, inquit Agathius lib. 2.

Et Cabades Perozi rex Perſarum legem tulit, ut fœminæ uiris in cõmuni eſſent expoſitæ: & ut cuiuis ex lege liceret, ad quamcũq́; animus ferret accedere, priuatiq́; thori participare. Agathius libro quarto.

Maurußijs lege licitum fuit, ut quinquaginta feminas ſimul haberet. Chriſtianã aũt uxorẽ nulli habere licuit. Euag. lib. 6. ca. 21.

Eruli apud Hiſtrum flumen habitantes, impios coitus cũ uiris & beluis habuerũt. Procopius de bello Gotthorum lib. 2.

*De martyrum reliquijs.*

Choſroes rex Perſarum, audiens Sergiũ martyrẽ eſſe datorẽ omniũ quæ petebãtur: petijt ab eo auxiliũ in defenſione regni, & fœcunditatem coniugis ſterilis. quibus ab ipſo, ut putabat, impetratis, mittit ad Gregorium auream crucem, diſcum, poculum, thuribulum, & alia dona, in honorẽ Sergij martyris. Euagrius libro ſexto; capite 21.

Artulphus dux gentilis Lõgobardorũ, ne niens aliquando in baſilicam beati Sabini martyris, & audiẽs ipſum à Chriſtianis præliaturis inuocari, dixit: Nunquid homo mortuus uiuẽtibus poteſt auxiliũ præſtare? Sed poſtea intuens picturas eius baſilicæ, & tandẽ ad ipſius Sabini imaginem deueniens, iuramento affirmauit, tali forma & habitu uirum ſibi ſemper, quoties in bellis eſſet periclitatus, aſtitiſſe, & ſuo clypeo pro texiſſe. cœpit deinceps colere Sabinũ, & uu merum idololatrarũ augere. Paulus Diac. de geſtis Longobardorum lib. 4. capite 5.

*De Purgatorio.*

Boetius lib. 4. inquit: Nulla'ne animarum ſupplicia poſt defunctum morte corpus relinquis? Philoſophia: Et magna quidem, inquit, quorũ alia pœnali acerbitate, alia uerò purgatoria clementia exerceri puto. Boetius proſa quartá.

*De regimine ſacro.*

Vbiq́; habuerunt ſuos ſactorũ miniſtros & ſacerdotes, ariolos, æditous, flamines, quorũ miniſterio in ſacris pagendis uſi ſunt: in primis uerò aruſpices & magos magni fecerũt, à quib. futura potuerũt cognoſcere.

Agilulfus dux Taurinenſis ciuitatis, cum Authari regi Longobardorũ ſponſam ſuam Theodelindam, regis Baioariæ filiam adduceret, ſecũ habuit aruſpicem, qui ipſi ex fulminis ictu prædixit, ſe paulo pòſt ipſa ſponſa & regno potiturũ: idq́; euentus cõprobauit. Interfecto enim Authari in bello, Agilulfus ei in regno & coniugio ſucceſsit. Paulus Diac. de geſtis Longobardorũ ca. 14.

In Perſia, antequã Sabor rex naſcitur poſthumus, & ſubditi regẽ poſtulabant, Magi reginæ prædicunt, quòd maſculum eſſet paritura. Idq́; prius grauida equa probant. Reſpondit euentus. Agathius libro 4.

Choſroes rex Perſarũ cũ prope Sutenorũ ciuitatẽ equitaret, conſtitit equus in quo inſidebat, & terrã pede percutere cœpit. Inde magi uaticinati ſunt, illud oppidum in regis poteſtatẽ uẽturum. Procopi⁹ de bello Perſico.

Apud Mauruſios nefas eſt uirum uaticinari, ſed fœminæ id muneris expediunt. Procopius de bello Vandalorum lib. 4.

*De templis.*

Templa paſsim habuerunt, in quibus ſacra peregerunt: Lucos, arbores ſacratas, & fana, ex quibus dæmones uoce reſponſa dederunt. Chronicon Iuonis.

*De feſtis.*

Singulis dijs peculiare feſtū inſtituerunt: ut Ioui, Saturno, Marti, Veneri, Apollini, Mercurio, Proſerpinæ, Iunoni, Dianæ, &c. Perſarum celeberrimum feſtum fuit, quòd uocarunt uitiorum interitum: in quo multas ſerpentes interficere, & ſuis magis offerre ſoliti ſunt, opinati ſe Arimani ſuo ægrè facere. Agathius libro ſecundo.

In inſula Thule præcipua ſolennia ſunt, quæ quotannis in honorē Solis celebrātur, quando ſpeculatores ex altiſsimis montibus nunciant, Solem redire ad ipſorum horizontem, cū antea uerno tempore dies 40. integras noctes habuerunt, ſicut & in Autumno dies 40 continuam lucem. Procopius de bello Gotthorum libro ſecundo.

*De ludis.*

Ludorum meminit Caſsiodorus, quòd in feſtis ſoliti ſint per funem pede ſuſpenſo currere, ludere facibus ignitis in theatris, ſcenicas audire tragœdias. Caſsiodorus in Pſalmum trigeſimumnonum.

Item Romæ multos ludos in honorem Proſerpinæ inſtituerunt, ut decertationes cum beſtijs, digladiationes gymnaſticas, ſaltationes, & alia ſpectacula: ut ſcribit Theodoricus rex Gotthorum lib. 5 Epiſtolarum, ad Maximum conſulem, quem eo nomine tacitè obiurgat.

*Ritus circa defunctos.*

Perſæ hunc ſepulturæ ritum ex lege ſeruarunt, ut nudata carnibus oſſa per campos diſperſa iacerent. Apud hos enim mortuū in arcam condere, uel terra obruere, nequaquā fas fuit. Si non ſtatim aduolarunt aues, cōiecerunt illū hominē fuiſſe inquinatis moribus. Quòd ſi quàm celerrimè deuorabatur, beatum eum putarunt: & eius animam admirantes, Deo ſimilem fecerūt. Viliores homines quando in morbum inciderunt, adhuc ſpirantes exportarūt: & panis fruſtū cum aquæ potu, & baculo quo ſe à beluis tuerentur, ſi poſſent, appoſuerūt. Agathius libro ſecundo.

Memorabilis etiam hiſtoria eſt, quæ ibidem recitatur. Quondā Damaſcius Syrus, Symplicius ex Sicilia, & alij docti uiri conuenerant, ut in Perſiam ad uidendum Ghoſroem regem, cuius uirtutem prædicari audierant, unà abirent. Inde cum domum reuerterentur, in reditu fortè inuenerunt hominis cadauer inhumatum in agro quodā iacere. Ibi commiſerati prauitatem legis barbaricæ, cadauer illud ſepelierunt, & progreſsi ſunt ad hoſpitium. Noctu uerò unus quidam ex eo comitatu, obuerſari ſibi ſpeciem uidit hominis ſenioris, grauis & uenerandi, qui ipſi dixerit: Noli inhumatum corpus humare, permitte canibus lacerādum: Terra uniuerſorum mater, matris corruptorem hominem nō ſuſcipit. Tum ille expergefactus, alijs ſomnium expoſuit. Illi mane regreſsi in illum agrum, uiderunt corpus nudū in campi ſuperficie iacēre. Agathius.

De Erulis populis Italiæ ſcripſit Procopius, quòd olim ſuper Hiſtrum flumen habitarint, & fuerint homines ſuperſtitioſi in multis rebus: præcipuè uerò, quòd leges habuerint, ut ſeneſcentibus, & morbo affectis non liceret uita frui, ſed interficerentur & comburerentur. Item ut defuncti uxor ſeſe paulo pòſt apud ſepulchrum mariti laqueo ſuſpenderet, & cum marito uitam finiret. Procopius de bello Gotthorū libro ſecundo.

Alia gentilitas, ut Caſsiodorus monet, in exequijs funebribus, aut parentalibus, inuocauit nomina mortuorū in ſepulchris: & putarunt ſe manibus ipſorum gratum facere, ſi nominum ſuorum memoriam retinerent. Caſsiodorus in Pſalmum 48.

Apud Turcas in ciuitate Chubdan lex eſt, ut mortuum præfectum eius coniuges perpetuò lugeant, neque unquam à ſepulchro diſcedant, pulla ueſte indutæ, & capite nouacula raſo. Nicephorus libro 18. capite 30.

MORES GENTILIVM.

Etſi aliquæ ſaniores gentes, & ſtudijs Philoſophicis imbutæ, utcunque honeſtari externæ ſtuduerunt: tamen apud pleraſque magna fuit morum turpitudo & confuſio. Siquidem uerum finem, ad quem actiones externas dirigere debebant, omnes ex æquo ignorarunt. Narrat Euagrius, Gabaonem Mauruſiorum principem, licet à uera religione alienum, iuſtè tamen interdū maxima & difficilima negocia expediuiſſe. Vt cum Vandalos contra ſe exercitum ducere audiuiſſet, primùm ſubditis denunciauit, ut omni in iuſticia, à quouis cibo ad delicias faciente, & præſertim omni mulierū conſuetudine abſtinerent. Deinde exploratores miſit Carthaginem, ut quid agerent in expeditione Vandali, ſpectarent. & ſimul mandauit, ut ſi uiderent Vandalos templo cuidam Chriſtianorum contumeliam inferre, ut ipſi poſt eorum diſceſſum templa confeſtim repurgarent, ſacerdotes uenerarentur, pauperibus eleemoſynas diſtribuerent. Ac addidit: Licet ipſe ignoret uerum Deum, quem Chriſtiani colant, eſſe tamen uerisſimi.

ueriſimile, ſi potens ſit (ut fertur) ut de contemptoribus pœnas ſumat, & colẽtes ſe tueatur. Multa præterea alia de ipſo narrat Euagrius, quæ laudabilia ſunt, & bono principe digna: ſed ſine dubio, ſicot ibidem fatetur, non fuit ipſius Cabaonis opus, ſed Dei ſingularis & miraculoſa operatio, qua interdum propter conſeruationem diſciplinæ, etiam inter geotes ignaras Euangelij heroicos & ſalutares gubernatores excitat & tuetur.

Simile exemplum huius ætatis recitat Nicephorus de principe Scythico in Taugaſt ciuitate, quòd pacatum regnum à ſeditionibus uacuum teneat, quòd leges ibi iuſtæ ſinr, uitam ſobriè degant: & conſtirututionem habeant, ne quis uirorum ſe auro exornet, quamuis auro & argento propter commoditatẽ marcimoniorum abundent. Nicephorus libro decimooctauo, cap. 30.

Apud reliquam multitudinem plus quàm beluina ferocia & barbaries fuit: ut de Thuliris narrat Procopius. In inſula Thule homines beluarum more uiuũt, nec ueſtibus operiunrur, nec calceati incedunt, nec uino uruntur in potum, nec ullum habent è terra edulium, quia nec eam excolunt: nec feminæ quicquam his operantur, ſed cum uiris uenationi ſtudent, ueſcunrur carnibus ferarum, & earum tergoribus ueſtiuntur, colligaris plurimis. Infsotes oon nutriunt lacte, ſed ferarum medullis: & quamprimũ femina parit, mox ad arborem pelle iouolutum ſuſpenduot fœtum, ferinis cerebellis in ore eius ingeſtis, ac puerpera ſine mora ad uenationem redit. Procopius de bello Gotthorum libro ſecundo.

De Perſis narrat Agathius, quòd licet ſit uarijs ſceleribus gens dedita, tamen erga ſuos ſe beneuolos exhibeant: & firmiter teneant, quod ſemel ſanxeriot. Item, quòd uictos & ſuperatos bello non trucident, ſed ſubactos tributa pendere cogant, primoribus tantum ſublstis. Agathius libro tertio, in oratione Æetis ad Colchos: & libro 4.

Fuit & hoc moris in Perſia, ut ante regiam ſemper tripus ferrea ſtaret, apud quã eos quibus rex iraſci cœperat oportebat regiam expectara ſententiam, nullo penitùs pro eius uita intercedente. Procopius libro primo de bello Perſico.

Apud Mauruſios extrema morum diſſolotio fuit, & leuitas, de quibus ſcribit Procopius: Mauruſij ex more patrio neque Deum metuunt, neq; hominem reoerentur, neque iuriſiurãdi aut obſidum ulla cura afficiuntur. Denique cum nullo homine pacem habent, niſi quorum metu cohercentor. Procopius de bello Vandalorum libro quarto.

Eruli, præterquam quòd multos deos crediderunt, eosq; ſacrificijs ac litationibus placari: leges quoque habuerunt de trucidandis ſenibus & ægrotis, de coniuge ſuſpendenda poſt mariti mortem, & alijs rebus cum natura pugnantibus, & inſuper fuerũt ſuopte ingenio infidi, habendi ſemper ac rapiendi cupiditatibus inhiantes: impios denique coitus cum uiris & beluis admiſerunt, ut ſuprà eſt oſtenſum. Procopius de bello Gotthorũ lib. ſecundo.

*A quibus, & quomodo propugnatus ſit Gentiliſmus.*

IN gentilium religione defendenda & propaganda ſudarũt primùm ſacrifici & ſacerdotes illorum, & philoſophi. Deinde etiã quidã Chriſtianorũ presbyteri, ei malo dediti fuerũt. nam Siſinniũ Regitanæ ciuitatis presbyterum in domo ſua idolum habuiſſe, & ueneratum eſſe, narrat Gregorius libro octauo, indictione tertia, epiſtola quinta. Tertiò magiſtratus, quorum alij clàm, alij aperta ui Chriſtianiſmũ impugnarunt, ut ſuis idolis conſaruarent ſuũ cultũ.

Narrat Procopius, quòd Iuſtini tempore Cabades rex Perſarum Iberos, quòd eſſent Chriſtiani, non permiſerit ſepeliri, ſed auibus & canibus mortuos exponi iuſſerit. Procopius libro primo, de bello Perſico.

In Hiſpania anno Chriſti quingenteſimo uigeſimonono, fuit impijſsimus Chriſti perſecutor Abdylas. Is centum naues miſit cum Manucha Agareno pręfecto, cõtra Romanum imperium: eiq; mandauit ciuitates cremari, Eccleſias deſtrui, Chriſtianos ad dæmonum culturam compelli, & oolentas exquiſitis tormentis & ſupplicijs nacari. Isq; Msouchas poſt magnam Chriſtianorum ſtragem, Placidum quoq; cum Euticho & Victorino fratribus, Flauia uirgine ſorore, Fauſto & Firmato diaconis, & alijs 30, nolentes diabolis ſacrificare, decollauit. teſtis eſt autor uitæ Placidi.

Alij humaniores non armis, ſed rationibus ſuas ſuperſtitiones propugnare conati ſunt. ut Boiorum proceres, cum S. Rupertus ad eos ueniret, deq; Chriſtiana fide doceret, uociferabantur, ſe non poſſe auitas ceremonias deſerere, quæ ipſis tot triumphos præſtitiſſent. Hanc nouam religionẽ aduerſam eſſe uiris fortibus, & inutilem reipublicæ: Chriſtum omoium deorum eſſe pauperrimum, qui ſuis cultoribus nihil aliud præterquã contumelias & egeſtatem polliceatur & præbeat: eſſe inuidum, qui non poſſet alios etiam Deos ſuo loco pati. Ioannes Auentinus in Annalib. Boiorum, libro tertio.

Ita alij, quotquot de religione diſputarunt, tantũ ab humilitate perſonæ, ab ab-

ſurditate doctrinæ, & à cruce quæ eius indiuiduus comes eſt, argumenta ſumpſerunt. Verùm Deus ſubinde in ſua Eccleſia aliquos etiam excitauit pios doctores & magiſtratus, qui ore & ſcriptis ea refutarunt: atque etiam ſæpe ſingulari zelo perciti, externa ui idolomanias aboleuerunt.

A' QVIBVS ET QVOMODO CONtra Gentiliſmum laboratum ſit.

In gentilium ſuperſtitione refutanda & abolenda, ſtrenuam operam nauarunt primùm eccleſiarum miniſtri, ac etiam monachi. Nam Benedictus cum in montem Caſsinum Italiæ ueniret, & lucos in quibus Apollo colebatur conſpexit, idolũ eius contriuit, aram ſubuertit, & lucos ſuccîdit, ac populum in uicinia ad religionem Chriſtianam conuertit. Chronicon Iuonis, tempore Iuſtiniani. Idem in ſede Varronis aram dæmonum ſubuertit, & ſibi monaſteriũ ibi ſtatuit. Leo Hoſtienſis hiſtoriæ lib. primo, capite primo. Gregorius per Mellitum Auguſtino indicauit, ne fana idolorũ in Anglia deſtrueret, ſed tantũ idola. Gregorius lib. 9. indictione 4. epiſtola 71. Beda lib. 1. cap. 3. hiſtoriæ Anglicæ. Idem Sauino ſubdiacono mandat, ut de idololatria Siſinnij presbyteri inquirat. lib. 8. indictione 3. epiſtola 5. & lib. 7. epiſtola 20. monet Agnellum epiſcopum Terratinæ, ut eos qui arbores colebãt inquireret, ac in eos animaduertat: ac indicat ſeſe ad Maurum uicecomitẽ eadem ſcripſiſſe, ut epiſcopo in ea re ſuppetias ferat.

Sub Iuſtino ſecundo, anno Domini 570. Beneuentanus epiſcopus arborem quam colebant Longobardi, ſuccîdit, & uiperæ ſimulachrum in aureum calicem commutauit. Chronicõ Antonini titulo 12. capite 6.

Cum Perſici legati à Iuſtiniano amicitias & fœdus peterent, & inter alia in religione quóque aliquã conformitatem fieri, & ſaltem ignem à Romanis coli contendebant; grauiſsimè contra eos diſputat epiſcopus eius loci, inquiens: Quæ eſt in igne deitas, ut coli queat? quem Deus ad uſum hominum creauit, qui aqua reſtinguitur. Vide Gregorium Turonenſem lib. 4. cap. 32.

Deinde etiam magiſtratus politici. Nam ita Gregorius paſsim in Sardinia adhortatur nobiles, item reginam Francorum Brunichildam, ut ſuos ſubditos qui adhuc idola colebant, & lapides adorabant, ad Chriſtum perducerent. Gregorius epiſtolarum libro 3. capite 22. item libro 7. capite 5.

Tẽpore Tyberij, Anatolius quidã Antiochiæ, idolorũ cultor, magus & incantator, cũ non uellet cõuerti, ex mãdato Tyberij beſtijs proijcitur: & ab illis diſcerptus, corpore tandem cruci affigitur, & ibi demũ à lupis deuoratur. Euagrius lib. 5. cap. 18.

Iuſtinianus tertio anno ſui Imperij promulgauit edictum, ut nulla eſſet religio niſi Chriſtiana in ſuis regionibus & prouincijs. Ac dedit inducias omnib. idololatris, tres menſes ad conuerſionem. Paulus Diaconus libro decimoſexto.

In ſynodis etiam decreta contra gentilium ſuperſtitionem ſunt facta. Sic ſecunda Aurelianenſis, canone decimo nono, excõmunicationi eos ſubijcit, qui ex catholicis idola colant, aut ueſcantur idolothytis: & in tertij Toletani concilij canone decimoſexto, ſtatutum eſt, ut epiſcopi cum iudicibus idola deſtruant, & domini idololatriam ſeruus prohibeat.

# CAPVT XVI.

## DE MOTIBVS ET MVTAtionibus politicis.

Vltę inſignes mutationes hac ætate paſsim acciderunt, ita ut imperium Romanum continuis & perpetuis motibus, quaſi nauis in ſyrtibus, agitatum & conquaſſatum fuerit. Præterquam enim quòd foris omnia bellis arſerunt, quæ quidem non exiguam cladẽ Romania attulerunt: domi etiam infuſis peregrinis & barbaris nationibus, horribiles uaſtationes, direptiones, cædes factæ ſunt, & lamẽtabile fatum patriæ, quo tandem Italia ferè penitùs euerſa, ac in ſolitudinẽ redacta eſt, ſubſecutum eſt. id quod Gregorius, qui in finem huius miſerabilis ſtatus incidit, paſſim in ſuis ſcriptis deplorat inquiens: Quid eſt qđ iã in mũdo delectet? ubiq; luctus inſpicim⁹, ubiq; gemitus audimus: deſtructæ ſunt urbes, euerſa caſtra, depopulati agri, in ſolitudinem terra redacta eſt, nullus in agris incola, ſenatus deeſt, populus interijt, mala quotidie cumulantur, uacua ardet Roma. ſuper Ezechielẽ lib. 2. homilia 18. item Epiſtolarum lib. 1. capite 3. & paſsim alibi.

SVB ANASTASIO.

Qoamuis in Italia, Africa, Hiſpanijs, Gallijs, & alijs prouincijs res adhuc paulo quietiores uidebantur, ita ut nõ multũ negocij Romano Imperatori faceſſerẽt, ut Blondus decadis 1. lib. 3. teſtatur: tamen alibi plurimum fuit cædis & lanienæ. Ac hæ ipſæ gentes ſæpe inter ſeſe colliſæ, tandẽ Romanæ calamitatis cauſa & occaſio extiterunt.

In Perſi rex Perozes contra Nephtalitas Hunnos bellũ mouit, ſed ſine magna gloria in regnũ ſuũ redijt. in anguſtijs enim quibuſdã, ubi eos perſequebatur, agmine ipſorum circũuentus, exituq; omni clauſus, ab eis captus eſt. Itaq; ad neceſsitatẽ eam redactus,

dactus, pacẽ petijt. Nephtalitarũ uerò dux nõ pri' cõditiones pacis admiſit, quàm Perozes corpore inclinato eũ adoraret: & inſuper ſponſionẽ daret cũ iuramẽto, ſe Nephtalitis nunquã bellũ illaturũ eſſe. Hoc pacto, cũ maximo dedecore domò reuerſus eſt Perozes. Poſtea uerò cũ ignominiã eam nullo modo poſſet decoquere, cõtra iuriſiurandi religionẽ cũ exercitu cõtra eoſdem redijt: ſed cũ exercitu, in pœnam uiolati iuramenti cęſus, obiit. Nicephorus libro decimo ſexto, capite trigeſimoſexto.

Cabadęq; aũt minori ei' filio regnũ tradũt Perſæ. quod cũ ille ſuſcepiſſet, legẽ publicã impudẽtiſsimè ferre auſus eſt, ut communes omnib. uxores eſſent. Quam quidẽ ob cauſam à Perſis regno exutus, in carcerẽ cõijcitur, & eligitur alter Perozis fili' Blaſus. Gabadæ aũt uxor carceris cuſtodẽ demulcẽs, & ipſum ſui amoris cõpotem faciẽs, impetrat, ut in carcerẽ demittatur, & marito inſeruiat. Id uerò ubi factũ eſt, ueſtẽ cũ marito cõmutat, eũq; ſuo loco muliebri habitu exire facit, ipſa in carcere cõſidet. Liberatus ille ad Nephtalitas fugit, & ab eorũ principe cũ filia in matrimoniũ iũcta exercitũ impetrat: quo in Perſas ducto, regnũ ſuum nullo labore recepit, & fratrem excæcauit, atque in carcerem concluſit. Ibidem.

Porrò Cabades anno regni ſui 11. primùm cũ Romanis pacẽ fecit. Deinde uerò cũ ab Anaſtaſio pecuniã mutuò accipere uellet, & Anaſtaſius cautionis ſyngraphã poſtularet, eã ob cauſam pacis fœdus rupit, & Romanis bellũ intulit, atq; in Armeniã ac Meſopotamiã irruens, latè populatus eſt omnia, Theodoſiopolim cepit, Amidã expugnauit, quã poſtea Anaſtaſius magnis impenſis uix recuperauit. Verùm Hunnis in eius terram inuadentibus, domum reuerti coactus eſt: & cum illud bellũ diu duraret, ſeptem annorũ inducias cũ Romanis fecit.

Anaſtaſius poſtea in agro qui Daras dicitur (propterea q; Alexãdar Magnus ibi Dariũ deuicit) urbẽ extruxit, quę quaſi limes quiſpiã extremos fines Perſarũ ac Rom. diſtingueret. repoſita aũt ibi dicũtur oſſa diui Bartholomęi apoſtoli. Niceph. li. 16. c. 37.

Irruerunt eodẽ tẽpore in Palæſtinã Alamandarus Saracenorũ philarchus, & Zarethaa. Fecerũt & Scenitæ incurſionẽ in Meſopotamiã: q & Armeniã, & utrãq; Phœniciã depopulati ſunt. Sed malè accepti à ducib. Romanis, pace inita cũ Romanis quieuerunt. Nicephorus libro 16. cap. 36.

Hunni quoq; Orientẽ uaſtatunt: nec cõtẽti illis ſpolijs Cappadociã quoq;, Galatiã & Põtũ inuaſerũt, ita ut Euchaitã quoq; penè peruaderent. Niceph. lib. 16. cap. 26. Paulus Diaconus de reb Romanorũ lib. 15.

Geræ etiã Macedoniã, Theſſaliã & Epirũ infeſtarũt: utroſq; autem Cæſar coactus eſt maximis præmijs & iacturis placare. ibidẽ.

Exorti ſunt poſtea motus per Ciciliã: ſed ſedati ſunt, oppreſſo authore. Inde Longinus frater Zenonis cũ epiſcopo Apameno & Iſauris, Anaſtaſio bellũ infert. Occurrit ipſis Ioãnes Schytha cũ exercitu, q Iſauros deleuit, & capita Theodori & Lõgini præfecti ad Imperatorẽ Cõſtãtinopolim miſit. Euagrius lib 3. cap. 35. Nicephorus lib. 16. ca. 36.

Paulo pòſt alius quidã Longinus Selenũtius cognominatus, & cũ eo Indes quidã, qui diu tyrannidẽ exercuerãt, à Ioãne Cyrto uicti, captiui ducuntur ad Imperatorẽ; & uincti cathenis circũ trahũtur in triũpho. Subiugãtur Iſauri penitùs, & cogũtur quotannis 5000. libras auri numerare Imperatori. ibidẽ. Item Põponi' Lętus de Anaſtaſio.

In Italia Theodoricus rex Gotthorũ cõtra Romanos bellũ mouet: & exercitu eorũ fuſo, multa loca Italiæ ſibi ſubijcit. A' Francis quoq; Italiã liberat: & rãdẽ Odoacre uicto & ſublato, Gotthorũ & Italorũ regno potitur ſolus. Romani tamẽ Imperatoris nec inſignia quidẽ, nec nomẽ ſibi uẽdicauit: ſed Rex eſt appellat', ſicut Barbari duces uocari ſolẽt. Cuſpinian' in Cõmẽt. de Cõſulib.

Clodoueus Francorũ rex cũ Alarico Vueſtgotthorũ rege cõgreditur: eoq; perempto, quicquid Galliarũ Vueſtgotthi poſsidebãt, ad Frãcorũ partes trãsfert, ſuũq; regnũ uſq; ad Pyrenęos mõtes dilatat. dicuntur muri Ecoleſinæ urbis ante faciẽ eius ſponte corruiſſe. Almaricus fili' Alarici fugit in Hiſpaniã, & ibi patris regnũ occupans annos 17. dominatur. Audiẽs uerò Theodericus Gotthorũ rex, Alaricũ generũ ſuũ interfectũ, colligit exercitũ, & in uindictam eius 30 millia Frãcorũ trucidat. Greg. Tur. li. 2. c. 35. 37. 41.

Clodoueus aũt tandẽ regno Francorum per oẽs Gallias dilatato, moritur an. Chriſti 509, ætatis ſuę 45. cũ regnaſſet annos 30. Relinquit aũt poſt ſe filiã unam, quã poſtea Almaricus duxit: & 4 filios, Theodericum, Clodomirũ, Childeberrũ, & Clotharium. Chro. Iuonis, de Anaſtaſio: Itẽ, Chro. Sigeb.

Hi poſtea regnũ paternũ, tanquam catuli leonum opimã prædã à leone obiectã, præ auiditate prędæ diſcerpſerunt, & mutuã lanienam in ſemetipſos exercuerunt: ut ex ſequentibus patebit.

Circa hæc tẽpora inter Turingorũ reges, Hermiuefridũ & Badericũ fratres, cõtentio & bellũ oritur. Theodoricus Clodouei filius paciſcens cũ Herminefrido de medietate regni, bello uires addit: & tandẽ in prælio ſuperior, Baldericum interficit: & ſic ad Herminefridũ ſolũ regnũ peruenit, cũ antea tertiũ ſuũ fratrẽ Berthrariũ dolo ſuſtuliſſet.

Verùm re confecta, Herminefridus fidē ſallit, Theodorico medietatem regni cedere renuit. Ibi Theodericus ad ſocietatē uocans fratrem Clotharium, uires belli contra eum uertit, & in pręlio ſuperior uincit. Herminefridus fugiens tantam poſt ſe relinquit ſtragem ſuorum, ut cadauera alueū fluuij Oneſtrodis repletēt, & Franci tanquam per pontem ſuper ea in littus ulterius tranſirēt. Tandem ſub fidē receptus doloſè, cum aliquando cum Theoderico per murū ciuitatis Tulbiacenſis circumiret, de muro præcipitatus interijt. Turonenſis lib.3.cap.4 & 7.

Dum autem adhuc in Thuringia commorātur, Theodericus Clothario fratri inſidias ſtruit, uolens eum ſublatum. Verùm Clotharius dolum ſentiēs, inſidias cauet: & ſic conſilium eius non ſuccedit. Recōciliati ex Thuringia decedunt, & expeditionem in Hiſpaniam contra Amaldricum ſuſcipiunt, ut poſtea ſequetur. Greg. Turonenſis ibidem.

In Britannia etiam hoc tempore Arctutus Magnus ad gubernacula rerum accaſsit, ſuccedēs patri Vtero. Is primùm profligauit Saxones: deinde multa alia bella quàm feliciſſimè geſsit, ſubegit barbaros, pacauit eccleſiam, eamq; latè propagauit. Dicitur gladiū habuiſſe Caliburnum nomine, quo 460 milites in uno prælio proſtrauit ſua manu. Inſignibus eius inſculpta fuit imago genitricis Chriſti, quā pro mediatrice ſuperſtitioſè coluit. Subiecit aūt ſibi intra paucos annos triginta regna: & tandem in prælio quodā ſauciatus & captus eſt, ac in inſulam quandam relegatus. Nauclerus uolumine ſecundo, generatione 17.

In Dania ſimiliter Suartmannus Raualdo rex crudeliter in ſuos ſæuijt, magnū numerum Danorū proſcripſit: nec paucos in Galliam, Germaniam, ceteraſq; terras uendidit. Obijt ille anno Chriſti 509, cū regnaſſe tannos 28. Succeſsit ei Tordo rex æquè crudelis. Dani ſub eo ad amiſſam libertatē aſpirantes, paulatim ſe in Angliā, Galliā, & Germaniam ad ſuos, qui pridem proſcripti fuerant, ſubduxerunt, & exercitū ingentem inde adduxerunt. Sed à Tordone uicti & ſuperati ſunt. Ioannes Magninus hiſtoria Gothorum & Senonum, lib.8.cap.29.

Tandem Heroldus Arzuro Anglo cōiunctus, nauali pugna Tordonē adoritur: eoq; uicto & interempto, Arzurus ſibi Daniā ſubigit. ibidem, cap. 30.

Proruerunt poſtea Dani in Galliā, & inferioris Germaniæ oram grauiter afflixerunt: ſed per Theodericū repreſsi, fuſi & cęſi ſunt. Auentinus in Annalibus Boiorū lib.3. item Greg. Turonenſis libro & capite tertio.

Gens Bulgarorū ignota in Illyriā & Thraciam impreſsionē facit, & Romanas legiones ſibi oppoſitas miſerrimè fundit, ita ut paucis exceptis ferè ad unū omnes cędātur. Eam cladem Romanis cometa pręnūciauit, & corui qui & ſupra & ante exercitū exeuntem uolitarunt, & tubicines qui pro bellico mœſtum & lugubrem edebant ſonum. Ioannes Zonaras tomo 3.

Rodolphus Erulorum dux contra Lōgobardos ducit exercitum: ſed profligato exercitu, ipſe Rodolphus interficitur. Tandē demigrant Eruli in Italiam, & ab Anaſtaſio benignè admittuntur. Procopius de bello Gothorum libro ſecundo.

Vitalianus Thrax inſtinctu populi inſurgit in imperatorem Anaſtaſium, propter Eutychianā hæreſim: & captis Anchiolo & Odyſſopoli ciuitatibus, ipſam quoq; Cōſtantinopolim, portā Cæſaris, claſſe obſidet: ſed arte inde pellitur, nō ui aperta. Procl' enim philoſoph' ſpecula ex ære uſtoria fabricaſſe fertur, eaq; de muro e regionè hoſtiliū nauiū ſuſpendiſſe, in quæ cum ſolares radij impegiſſent, ignē inde fulminis inſtar erumpentem, claſsiarios, ipſaſq; naues hoſtium combuſsiſſe. id quod olim Archimedem excogitaſſe, Romanis Syracuſas obſidentibus, Diō refert. Tandem Vitalianus Romanis exercitibus in duobus prælijs ſuperior, à Mariano Syro in fugam uertitur: ubi poſtea ſpōte quieuit. Euagrius lib.3.cap.43. item Paulus Diac. lib.15. Zonaras tomo 3.

Alia deinde Byzantij oritur ſeditio, eaque adeò inualeſcit, ut Anaſtaſius nulla ui eā reprimere poſſet. Inuenit igitur ſtratagema. mittit præcones qui uociferentur: Se quidē paratū eſſe Imperij ſceptra deponere, uerùm impoſsibile eſſe ut omnes illis potiātur. Sed ex omnib. unum futurū, qui poſt ipſum imperet. Populus hęc audiens, obſecrat ut Anaſtaſius coronā retineat, ac ſimul ſe quieturū pollicetur. Euagr. lib.3.cap.44.

Omniū præterea quæ laude digna geſsit Anaſtaſius imp. armis ſuis, quaſi breuē ſummam recitat Iornādes in ſuo libello, quē de Temporū & regnorū ſucceſsione ſcripſit: ut quòd cōtra Ilos pugnauerit ſex cōtinuos annos, eoſq; tandē cum regione illa deleuerit: qđ pugnauerit in Illyrico cum Sabiniano, cum Mundone ad Margū, cum Pompeio ad Adrianopolim, cū Ariſto ad Zorrā, cum Pathis in Syria, & ultimò cōtra Vitalianū. Hęc præcipua ſunt quæ ſub Anaſtaſio acciderūt. Ipſe uerò cū in hæreſin Eutycheris incidiſſet, & catholicos Chriſtanos perſequi cœpiſſet, fulminis ictu tandē perijt: anō Chriſti 518, cū regnaſſet annos 27, menſes tres, & totidē dies. Sigebertus: Niceph. lib.16.cap.45.

## SVB IVSTINO SENIORE.

ANaſtaſio defuncto, Perſæ contra Romanos copias ducunt, Iuſtinus ad

Zeliobem

Zeliobē regē Hūnorum multa munera mittit, petens auxiliū contra Perſas. Is licet iuramento id promiſerat, tamē poſtea etiam à Cabade ſollicitatus, contra Romanos ad Perſas cum 20000 militū ſe coniungit. Deſtitutus igitur Iuſtinus auxilio, pacē à Cabade petit. qua impetrata, Zeliobes à Cabade propter ſuſpicionem proditionis, ſiquidē à Romanis munera acceperat, cum exercitu ſuo interficitur. Deficiūt inde Lazi à Perſis ad Romanos, & Chriſtianā fidē amplectuntur. Sancitur fœdus inter Iuſtinum & Cabadem: qđ & utrinq; inuiolatè ſeruatur, quādiu uiuit Iuſtinus: niſi quòd paulò ante eius obitum aliquot millia Manichæorum trucidata ſunt à Cabade, propterea quòd filium eis Phatuarſam ipſorum doctrina infecerāt, & patri inſidias moliri ſuaſerant, ut alibi expoſitū eſt. Paul' Diaconus lib. 15.

In Gallia Clodouei regis filij, Clodomirus, Childebertus & Clotharius, irruptionem faciunt in regnum Burgundię, & contra Sigiſmundum & fratrem eius, Gothmarum pugnant. Sigiſmundum in primo conflictu capiunt, ac interficiunt. Paulo pòſt etiam Gothmarum tollūt, & ſic Burgundionum terram ſibi tributariam faciunt. Sed in iſto prælio ſimul unus ex his fratribus Clodomirus cadit, eiusq; filij poſtea omnes à patruis interficiuntur, ne in ſocietatem regni uenirent: præter unum, qui elapſus ex ipſorū manibus, factus eſt monachus. Gregorius Turonenſis libro tertio, capite decimo & decimo ſeptimo.

Clotharius porrò cum audiret ſororem ſuā in Hiſpania ab Amaldrico coniuge propter fidem Chriſtianam multis modis affligi, pugnā in Hiſpaniam uertit: ibiq; Amaldrico interfecto, theſauris eius direptis, & Tholeto urbe uaſtata, cum ſorore domum reuertitur. Chronicon Iuonis, de Iuſtino. Item Adon ætate ſexta.

Sclaui gens Scythica, Hiſtriam primasq; Veneti anguli fauces inuaſerunt. Vnde poſtea Mauricij tempore, ut ſequetur, in Bohemiam & Poloniam ſunt delati. Sabellicus Ennead. 8. libro 2.

Hiſtri Sclauonico tumultu territi, ex continenti in inſulam tranſiuerunt, cui Capriæ tum fuit nomen: ibi oppidum ſibi condiderunt, quod in Iuſtini Imperatoris gratiam Iuſtinopolim dixerunt. ibidem. Hoc tempore Vandali crebras excurſiones fecerunt ex Libya in Italiam, eamq; in Campaniæ partibus latè depopulati ſunt, multis ex ea terra in Africam abductis. Ac memorabile eſt qđ de Paulino Nolanæ urbis epiſcopo refert Gregorius. Is enim urbe ſua expugnata, & ciuibus captis, plurimos ab hoſtibus emit, pecunia ꝑ cis ſoluta, donec omnē ſubſtantiā ſuam ita diſpenſauit. Tandem cum nihil ei ſupereſſet, ac uidua quædam χήρα ꝑ filio capto ab eo peteret, ipſe ſe pro captiuo hoſti tradidit, & uiduæ ſuum filium reſtituit. Hortulanum autem ſe eſſe profeſſus, apud regis generum horto amœniſsimo præfectus eſt. Ibi cum induſtriis eſſet, facilè ſibi domini ſui fauorem conciliauit, adeò ut frequenter conſilijs & colloquijs ſuis dominus frueretur. Tandē cum in regis quoq; familiaritatem ueniſſet, eiq; inter alia de morte ſua aliquando prædiceret, propter uirtutis admirationem non ſolum ipſe ex captiuitate & ſeruitute dimiſſus eſt, ſed omnibus etiam ciuibus ſuis libeorationem impetrauit, & cum nauibus onuſtis frumento domum rediit. Gregorius in Dialog. libro tertio, capite primo.

Cum Mauritanis quoq; bellum geſſerūt Vandali, in quo memorabile eſt quod accidit. Cabaones enim dux Maurorum circa Tripolim, poſtquam Vandalos bellum aduerſus ſe mouere audiuit, hæc fecit: primū ſubditis ſuis præcepit, ut ab omni iniquitate & cibo, qui ad delicias faceret, abſtinerent, omniumq; maximè à mulierum conſuetudine. & binia caſtris poſitis, in alteris quidem ipſe cum uiris in armis fuit, in alteris mulieres incluſit: mortis ſupplicium minatus, ſi quis fœminarum uallum ingreſſus eſſet. Deinde exploratores Carthaginē miſit, cum mandatis, ſi quid impij à Vandalis in Chriſtianorum templis perpetrari uiderent, ut illi ſpectarent: & poſtea cùm Vandali diſceſsiſſent, illud reſtituerent. Ac ſubiecit, ſe quidem Deum, quem Chriſtiani colerent, ignorare: conſentaneū uerò ſibi uideri, ſiquidem (quod diceretur) fortis potensq; eſſet, ut contemptores ſui numinis puniret, & cultores tueretur. Exploratores poſtquā uenerunt Carthaginē, uiderūt belli apparatum ingentem. Deinde ſecuti exercitum in Chriſtianorū templa, paſsim quocunq; uenerunt, equus & iumenta introduci, laſciuiam & libidinem exerceri, ſacerdotes plagis affici, & alia multa impia & horrenda à Vandalis fieri ſpectarunt. Illi poſt eorum diſceſſum templa repurgarunt, ſacerdotes coluerūt, & eleemoſynas in pauperes largè diſtribuerunt. Tandem facto conflictu, Vandali ad unum omues ſunt trucidati, & Mauruſij uictoriā reportarunt. Euagrius libro 4. capite decimquinto: Nicephorus libro decimoſeptimo, capite 11.

Iuſtinus contra Parthos feliciter dimicat. & tandē cum ipſorū rege fœdus ſancit. Chronicon Iuonis de Iuſtino ſeniore.

Inde Arrianā peſtem abolere uolens, oēs antiſtites eius ſectę ex toto Orientali imperio eijcere cœpit. Eam rem moleſtè ferens

Theo-

Theodoricus rex Gottorũ ( quem alij Dietherichũ de Berna nominát ) ſeſe omnib. uiribus Iuſtino oppoſuit, utpote Oſtgottus, quæ gens 100 & amplius anno ſub Valente principe Arriani furoris uenenũ hauſerat. Multos igitur ille crudeliter ſuſtulit, quos Iuſtini partibus ſtudere ſciuit: inter quos & doctiſsimi uiri, Symmach⁹ & Boetius, Ioannes pontifex Romanus, & alij ex Senatorio ordine p̃ſtantiſsimi fuerũt. Et tandé coegit Iuſtinũ, ut Arrianos reſtitueret, ut ſuo loco eſt dictũ. Paulo pòſt ipſe Theodoricus eius tyránidis pœná dedit: & 90 die poſt illá nefariá cædé, morbo animi, cum ei in cœna caput grandioris piſcis eſſet oblatum, idq́; ſibi uideretur eſſe caput Symmachi, q̃ inferiori labro mordicus apprehenſo toruis ſibi oculis minaretur, eſt extinctus. Sabellicus Enneade 8. libro 2.

Poſt hæc Amantius quidam cubicularius Iuſtini regnũ affectãs, inſidias Iuſtino ſtruit: & multa pecunia ſibi populi fauoré conciliatus, amicũ ſuũ Theocritum clàm ad regia ſceptra euehere tẽtat. Verùm Iuſtinus re cognita, utrũq; è medio tollit. Euagrius lib. 4. cap. 2. Vitalianũ quoq; , qui antea Anaſtaſium imperio pellere uoluerat, blãdirijs ad ſe pertractũ, dolo occidi mandat. ibidem c. 3.

Tandẽ ipſe Iuſtinus moritur, cũ regnaſſet annos 9. Succeſsit ei Iuſtinianus, ſororis F.

SVB IVSTINIANO.

IVſtinianus mox ut Imperialia iura ſceptraq́; ſuſcepit, ad reparãdum Reip. ſtatũ animũ intendit: ac primùm per Beliſariũ patriciũ, pręſtantiſsimũ uirũ, Perſas aggreſſus eſt: qui denuò fœderis obliti, & tranſgreſsis Romanorum terminis, eorũ regiones grauiter depopulabantur. Hos Beliſarius multis & magis prælijs fudit, & tandẽ ex uolũtate Imperatoris de illis Byzantij triumphauit.

Primũ aũt Cuzes & Buzes, qui apud Libanũ exercitibus præerant, ſeſe incurſionibus Perſicis opponũt: ſed multitudine Perſarum ſuperati, cum ſuis militibus partim trucidantur, partim captiui abducuntur. Procopius libro 1. de bello Perſico.

Beliſarius collecto exercitu ad Daram uenit: & cum iam hoſtes ipſam Daram euerſuri putarentur, ſubitò in eos irruit: & magna cum ſtrage eorũ, Mirrhanem cum exercitu ſuo repellit ac fugat. Ibidem.

Cabades Perſarũ rex cladę ſuorũ expertus, ſtatim aliũ exercitũ in Armeniá Romanis ſubditam mittit: cum quib. & Hunorũ, qui Iſadeni uocantur, tria millia fuere, ferociſsimũ hominũ genus. illi ſimiliter à Romanis ad unũ oẽs trucidantur: & recipiunt ibi Romani omnia loca in Perſarmenijs, arcemq́; illá unde aurum Perſæ fodiunt. Sunicam quoq; genté partim extinguũt, partim ad ſe conuertunt. Procopius de bello Perſico libro primo.

Saracenus uerò dux Scenetarũ Alamandarus, qui antea per annos 50 Romanos afflixerat, ex Ægypti finibus incipiens, uſque in Meſopotamiá, loca omnia depopulãdo, ædificia cuncta incendendo, & homines ſæpe ad decem millia capiendo, uidens Perſas à Romanis ſuperari, ſeſe adiũgit Perſico regi, & cõiunctis copijs Romanos inuadit. Huius metu Iuſtinianus Arethá eligit, qui in Arabia Saracenis imperabat, eumq́; regia dignitate exornat, & ad Beliſarium mittit. Verùm is ab Alamandaro ſuperatur in omnib. certaminibus. Omné igitur Orientẽ Perſæ depopulãtur. Hinc Æthiopes quidá, & Homeritæ, cõtra Perſas cũ Iuſtiniano ſocietaté ineũt: ſed fracti metu Perſarũ, neutri ſtát p̃miſsis. Moritur interim Cabades rex Perſarum, & in eius locũ Choſroes eligitur. quo ad gubernacula rerũ accedente, Romani cũ Perſis cõgrediuntur, & primá uictoriá reportant circa Daran & Niſibé. Inde Iuſtinianus domũ uocat Beliſariũ, ut in Vandalos duceret exercitũ: & ſubſtituit in eius locum Sittá, ad Orientis cuſtodiam. Perſę poſt Beliſarij diſceſſum iterũ magno cũ exercitu excurrunt in Meſopotamiá, & Martyropolim obſidẽt. Ibi Sittas, uidẽs ſe non poſſe urbẽ tueri, de pace p̃petua cũ Chroſroe, p legatos agit, eaq́; cõſentiente Iuſtiniano confirmatur. Procopius de bello Perſico lib. 1.

¶ Hoc anno, qui fuit Iuſtiniani ſeptimus, Byzantij orta eſt ſeditio, quæ teſſerá popularé dedit ( hac enim nota ſe inuicé cõiuncti agnouerũt) expulſiq́; ſunt ciues boni, & incenſa ædificia, inter quæ & tẽplum Sapiẽtiæ Dei fuit. ſed repreſſa eſt à Iuſtiniano, auxilio Beliſarij, ſublatis autorib. Hypatio & Pompeio, & trucidatis triginta millibus hominũ. Procopius ibidem. Euagrius lib. 4. cap. 13. Nicephorus lib. 17. cap. 10.

Eodé anno ſuſceptũ eſt bellũ Vandalicũ in Africa, & ſequenti Gotticũ in Italia: quibus tam ex Africa Vandalos, quàm ex Italia Gottos extirpauit Beliſarius, & utraſq; prouincias in priſtinũ ſtatũ reduxit. Sed quib. occaſionibus, uicibus & euentibus ea geſta ſint, ſeorſim poſtea ordine explicabitur. iam ad inſtitutum redeamus.

Choſroes pace facta cũ Iuſtiniano, quieuit ad annos ſex. Cognitis autem quæ Romani in Italia & Africa effecerant, tum inuidia motus, quòd uidebat Romanum imperium creſcere: tum inſtigatus à Vitige Gotthorum rege, qui à Romanis in anguſtias redactus, eius opem implorabat, pacem ſoluit: & Iuſtiniano bellum indicens, ſtatim Euphratem traijcit cum exercitu, Suram ciuitatem expugnat, Beœam incendit, Antio-

chiam

chiam quoq; inuadit, ibiq; omnis ferro & igni perdit: paſsim etiã alibi crudeliter ſęuit & graſſatur. Euagrius libro quarto, cap. 25. Procopius libro ſecundo de bello Perſico, ab initio, anno Iuſtiniani octauo. Interim uerò dum Beliſarius impeditur bello Italico, Sitras & Buzes Choſroi occurrunt: ſed uterq; trucidatur. Mittit igitur Iuſtinianus legatos, qui cum eo de pace agant: & conuenit inter eos, ut Choſroes in pręſens quinquaginta millia nũmûm aureorũ, & toridẽ perperuò ſingulis annis acciperet à Romanis, neque ipſos ulterius laceſſeret. Procopius de bello Perſico.

Interim Lazi à Romanis deficiũt, eo quòd Præfectus Romani exercitus, ipſorũ regem clàm ſuſtulerat, ſeſeq; Perſis dedũt: Choſroes fœdus negligens, ſecundam in Romanorum terras irruptionem molitur. Beliſarius aũt Virige capto, & Conſtantinopolim perducto, in Meſopotamia undecunque exercitum cõſcribit, & in Perſidem ingreditur: Siſauramum arcem, quam Perſicũ pręſidium tuebatur, obſidet, expugnat, & ſolo æquat. Ipſos uerò Perſas, quos ibi cæpit cũ duce Bleſehamo, Byzantium mittit, quibus Iuſtinian' poſtea in Italia cõtra Gotthos utitur. Procopius de bello Perſico.

Choſroes Sergiopolim obſidet: ubi Beliſarius ei obuiam procedit. ſed inter eundũ tanta peſtis eius exercitũ infeſtat, ut tertia eius pars ſemiſepulta iacuerit. Sergiopolitani itaq; cum Choſroe de ſeruanda ciuitate agunt, eiq; pro redimenda urbe ſacros theſauros offerũt, inter quos & aurea crux erat, quã illuc Iuſtinianus & Theodora miſerant. Illis receptis, cum plura poſtularet Choſroes, & inter reliqua argenteã urnam, in qua Sergij martyris reliquiæ continebãtur auferre tentaret; ſubitò acies quædam in ambitu urbis apparuit, quæ Perſas ab urbe repulit, & in fugam conuertit. Sic urbs ſine milite per miraculum eſt liberata, ut etiam alibi attigimus. ibidẽ: item Euagrius libro quarto, capite uigeſimooctauo.

Tertiò redit Choſroes: cumq; Beliſarius militibus deſtitutus eſſet, pacẽ cum eo ſancit, & obſidem ei mittit. Choſroes tamen uix ut ab eo receſsit, pactum uiolat, & alia quàm recepèrat facit, ingenio quidem ipſius inſtabili & inconſtanti cõuenientis: prudenti aũt ulro, nedum regi rationẽ pactorum habenti haud competentia. Callinicum enim ciuitatem occupat. Deinde Edeſſam obſidet, omnia cędibus paſsim implens. Cum autem in ſatis eſſe quòd Edeſſa non poſſet capi, uulgo crederetur, propter imaginẽ Chriſti ab ipſo Chriſto fabrefactã, ad Abgarum olim eò miſſam: Choſroes ea ſe irrita redditurum ratus, innumeris manibus in eam irrũpere conatus eſt: multumq; telluris congeſsit, ſic ut muros quoq; ciuitatis tranſilire potuiſſet, & mille alias machinationes adſtruxit: ſed tamen ea non eſt potitus. Nam cum iam ingentẽ lignorum ſtruem congeſsiſſet, & aggere ſuperſtructo uſq; adeò eam molẽ in ſublime ſupra muros euexiſſet, ut eos qui priores ad tuẽdos ciuitatis muros periculo ſeſe exponebant, iaculis expeditiſsimè impeteret: atq; iam in eo conatu eſſet, ut ciuitatẽ pedeſtri impreſsiõe inuaderet: mox urbani foſſam ſubterraneam machinantur, in qua igni accenſo, ac ſulphure iniecto, magnam illam ſtruẽ lignorum cum aggere ſuperſtructo, & illis qui in aggere conſtituti pugnabant, deturbarũt, & demoliti ſunt. Sicq; Choſroes quaſi diuina uirtute repreſſus, per legatos cum Iuſtiniano inducias per quinque annos facit: & cum ſuis quos reliquos habebat, domum reuertitur. Beliſarius quoq; domum reuocatur, ut in Italiam mitteretur, rebus Imperij iam ibi collabentibus. Sicq; huic bello impoſitus eſt finis, anno Iuſtiniani decimonono: & receperunt Romani Lazorũ ciuitates, & alia loca, quæ antea ad Perſas defecerant. Procopius lib. 2. de bello Perſico: Euagrius lib. 4. capite 27.

## DE BELLO VANDALICO *in Africa.*

SEptimo Iuſtiniani anno motum eſt bellum Vandalicũ. Mittitur eò Beliſarius. Is magna cum celeritate intra tres menſes Vandalos ſuperauit. Libyamq; ad corpus Reipublicæ iungens, Bilimirem regem captiuum cum opibus ſpolijsq; Vandalorum Conſtantinopolim perduxit, ad Imperatorem, & de eo triumphauit.

Occaſio eius belli fuit, quòd Vandali infinitam tyrannidem & crudelitatem erga Chriſtianos in Libya & uicinis locis exercerent. Eam cũ Deus punire uellet, (ſiquidem tunc per annos 95. durauerat, à quo Genſerichus primã irruptionẽ cum ſuis barbaris in hanc terram fecerat) hoc tẽpore epiſcopo cuidã Orientali per uiſionẽ mãdauit, ut Iuſtiniano autor eſſet huius belli ſuſcipiẽdi, ꝓ liberatione Chriſtianorũ in Libya. Is ad Iuſtinianũ ueniens, mandatũ diuinũ ei exponit. Eãdẽ uerò nocte Iuſtinianus quoq; in ſomno hac de re admonetur diuinitùs. Ideoque animo magno concepto, circiter æſtiuũ ſolſtitium mittit Beliſarium ad bellũ Carthaginenſe ſuſcipiendũ: quod is magna cum alacritate expedijt. Nicephorus lib. 17. cap. 12. Procopius de bello Vandalico lib. 3. Paulus Diaconus libro 16.

Beliſarius igitur claſſe accepta, in Africã tendit: ac nemine prohibente, Carthaginem uſque peruenit. Reliqua enim oppida omnia

omnia erant muris nudata, præter Carthaginem: id quod ſingulari dolo fecerãt Vandali, ſed tamen ipſis ceſſit in malũ. Carthaginẽ quoq;, cũ iã Gilimer nihil hoſtile metuens, apud Hermionem relictis locis maritimis moraretur, & frater eius Zazon omnes belli uires in Sardiniam ad Godam eius loci ducem perſequendum cõuerterat, citra negocium Beliſarius capit. Gilimer igitur audiens Beliſarium urbe potitum, in Bulæ campo ſe abſcondit, donec Zazon cũ exercitu rediret: Afros autem ruſticos multa pecunia ſolicitat, ut Romanos ubicunq; inuenirent diſperſos trucidarent, ſeque pro ſingulorum capitibus aureum daturũ pollicetur. illi ubicunq; lixas in pagis uictum quærentes offendunt, clàm capiunt, & eorum capita reciſa Gilimeri mittunt, pro quibus pecuniam accipiunt. Ibi memorabile quiddam geſſit Diogenes Beliſarij eques. Is enim cum uiginti duobus ſcutatis militibus ad explorandos hoſtes miſſus, fortè in ruſticos incidit: qui cum ſuis uiribus diffiderent, rem ad regem deferunt. Ille ſtatim trecentos delectos equites mittit, & captos & uiuos adducerẽt. uerùm Diogenes cum ſuis uiginti duobus equitibus omnes uincit, & ex ipſorum manibus elabitur. Nam domum quandam ingreſſus, in ſuperiore cœnaculo cũ ſuis dormiuit, nihil omnino ſuſpicans, quia audiſſet hoſtes procul abeſſe. Vandali autem manè paulo ante lucem uenientes, effringere quidem ianuam, ſeu noctu domum ingredi minimè tutum putabant: metuentes, ſi in nocturnam incidiſſent pugnam, ne ſeipſos pro hoſtibus inuicem in tenebris interfecerent. iſta tamẽ ob formidinem cogitabãt: cum nihil facilius fuiſſet, quàm uiros ex improuiſo non armatos, nudos ac humi ſtratos capere. Verùm ipſi domum undique circum circà cingunt. Interim quidam ex Romanis murmurantium uoce & armorũ ſonitu ex ſomno excitatur. ille uidens quid rei eſſet, reliquos quoque excitat. omnes igitur ſtatim ueſtes tacitè induunt, arma corripiunt, & clàm equos conſcendunt: tandem ad pugnam inſtructi, omnes repentè unà erumpunt, & ſcutis operti certatim hoſtes repellunt, & ſic omnes euadunt, niſi duobus tantum deſideratis. Procopius de bello Vandalorum, libro tertio. Beliſarius interim Carthaginẽ ingreſſus, muros foſſa ingenti, uallo'q; ac denſis cancellis munijt: atque hæc omnia mira celeritate, ita ut Carthaginenſes mirarentur: & poſtea ipſe Gilimer cũ captus introduceretur, opus magnopere prædicaret.

Zazon uerò Gilimeris frater in Sardiniã cum claſſe delatus, Caralim ciuitatem repentè cepit, ac Godam tyrannũ cum omnibus quæ ipſe inexpugnabilia putauerat, ſuſtulit. Vbi uerò audiuit claſſem Iuſtiniani Africæ terram attigiſſe, neſcios adhuc quæ geſta erant, fratri in hanc ſententiã ſcripſit: Godam tyrannum meis manibus perijſſe, & inſulam rurſus tuo regno reſtitutã, Vandalorum atque Alanorũ rex, profectò ſcias, quapropter uictoriæ feſtũ, celebritatemq; agito. Reliquos uerò hoſtes qui noſtrã inuadere terram auſi ſunt, exiſtima breui eũdem fortunæ exitum habituros, qui eiſdẽ contra maiores noſtros uenientibus contigit. Hiſce literis lectis, Gilimer ſtatim aliã epiſtolã remiſit, in qua hæc ſcripta fuerunt: Exiſtimo profectò, non Godam in Sardinia deficientem à nobis, ſed quoddam hoc tempore Vandalorum fatum, teque ac cæteros fortiſsimos mihi ſurripuiſſe, ex quo contigerit omnes Gizerichi opes ac bona ſimul corruiſſe. non enim ut inſulã ſeruares, hinc à nobis abijſti: ſed ut Africa tota Iuſtiniano potiretur. Omnis enim Africa, cũ ipſa etiam Carthagine, ab hoſtibus tenetur: nobis tantum Bulæ campus relictus eſt. Quapropter Sardiniam, omnemq́ue curã circa iſta loca relinque, & ad nos cum omni claſſe propriꝰ aduola. Hæc ubi Zazon accepit, Vandaliſque retulit, omnes in luctus atque lamẽtationes conuerſi ſunt. Ac ſtatim naues conſcendunt, & claſſe ſoluta tertia die in Africæ littus perueniunt. Inde pedeſtri itinere in Bulæ campum contendunt, & ſecũ alio exercitu coniungunt. ibi demũ aliquãdiu morantur, donec dolorem parumper lenierunt. Procopius de bello Vandalorum libro tertio, in fine.

Tandem cõgregatis undique Vandalis, Gilimer Carthaginem uerſus duxit exercitum: & circa fluuij ripas conſiſtens, aciem ſuam ordinat. In altera ripa Romani aduerſus locati, ſe quoque ad pugnã accingunt. ac dum utrinque in armis parati conſiſtunt, grauiſsimus conflictus oritur: pugnaque ar dua & anceps fuit, donec Vandalorum fortiſsimi atq; optimi plures cũ ipſo Zazone ceciderunt: poſtea reliqua multitudo nullo negocio in fugam eſt conuerſa. Ac deſiderati ſunt in hac pugna Romanorum minus quàm quinquaginta, Vandalorũ uerò octingenti. Beliſarius cum reliquo peditum exercitu accelerans, circa diei ueſperam Vandalorum caſtra petit. quem cum Gilimer procul aduentãtẽ uidit, nihil penitus neq; dicens, neque mandans, clàm equo conſcenſo aufugit per uiam quæ ducit in Numidas, unà cũ paucis propinquis & ſeruis eum conſequentibus. Reliqui conſternati, cum fugam regis cernerent, & Romanos in conſpectu haberent, protinus uia quæ cuiq; occurrit, nullo decore certatim fugiunt. Romani

mani uacua caſtra ingreſsi, tantam pecuniá reperiunt, quanta nec uſquá uiſa eſt. Procopius de bello Vandalorum libro 4. cap. 342. 343. 344. & 345.

Gilimer porrò iuxta Hipponé in Papuá montem confugit. qui cum abruptus, aditu〈q;〉 difficilis, petriſ〈q;〉 undiq; altiſsimis, cō munitus eſſet, cum ſuis ibi quieuit. Subſequitur eum Beliſarius: & cum uideret montem non facilem eſſe captu, Pharam ducem cum quibuſdam militibus ad montis obſidionem relinquit, ipſe Charthaginem redit, & Vandalos ſupplices ſub fidem recipit. Interim Cyrillum mittit in Sardiniam, cuius incolas ille cū Zazonis interfecti capite ad ſpontaneam deditionem flectit.

Hoc tēpore Mauruſij, quos ſacra Scriptura Gergeſæos & Iebuſæos uocat, terra Palæſtina relicta, Libyam quoq; inhabitarunt, ſicut legitur ibi in columua apud fontem poſita, hiice uerbis: Nos ſumus qui à facie Ieſu latronis filij Naue profugimus. Illi quoque ſimul cum Vandalis in poteſtaté Romanorum uenerunt, & fertur Iuſtinianus poſtea ibi centū quinquaginta ciuitates collapſas renouaſſe. Euagrius lib. 4. cap. 18. item Paulus Diaconus lib. 16.

Gilimer autem in monte cum ſuis confidens, tandō pane uino〈q;〉, & alijs bonis uſui neceſſarijs deſtitui cœpit. Ibi Pharas epiſtolam ad eum ſcripſit, in qua ad deditioné ſollicitauit, uariè hanc eius fortunam exaſperans: & econtrà multa largiſsima bona ſi ad Iuſtinianum tranſiret, promittēs. Ille fidum quidem conſilium agnoſcens, gratias egit: ſed tamen ſe inimico ſeruire nō poſſe reſcripſit. Petijt autē à Phara, ut ſibi citharam, & panem unum ac ſpōgiam mittere uellet, qđ his opus haberet. Addidit nuncius qui epiſtolam attulerat, ipſum ideo panem petere, quòd eum ſimul uidere & edere cuperet: ſi quidem ex eo tempore quo Papuam aſcendiſſet, panem coctum non uidiſſe. Deinde ſpongiam ei neceſſariam eſſe, quòd alterum oculum, lachrymarum copia offenſum, maximè doleret. Citharā denique, ut præſentem calamitatem, cum bonus muſicus eſſet, flebilibus numeris demulceret. Hæc ubi Pharas intellexit, humanam miſeratus conditionem, omnia miſit quæ poſtulauit: obſidionem tamen nequaquam intermiſit, ſed maiorem adhibuit cuſtodiá. Trium igitur iam menſium ſpacio in hac mora conſumpto, Gilimer tum quòd ipſe uiſcerū tormentis cruciaretur, tum etiam quòd horum qui cum eo erant calamitatem diutius ſpectare non poſſet, corpore pariter & animo affligi cœpit. uiderat enim rem ualde indignam & odioſam. Mulier quædá Mauruſia frumentum contuſum, torrendū ſupra cratem poſuerat. iuxta eam ſedebant duo pueri ualde famelici, alter ipſius fœminæ filius, alter Gilimeris, nepos ex fratre. illi expectabant ut ederent. Acceſsit Vandalus, & maſſam nondum coctam abſtulit, eam〈q;〉 feruentem adhuc, cinere〈q;〉 refertam in os coniecit. Alius quidá hunc capillis apprehédēs cæcîdit, & maſſam ſemideuoratá à faucib. reddere coegit. Hoc intuens Gilimer, animo deiect⁹, & rebus omnib. deſperatis, tandem ad Phará de deditiōe ſcripſit, & ſe in eius poteſtatem tradidit. Is cum ſuis ad Beliſarium Carthaginem eū deduxit, à quo honorificè eſt ſuſceptus, & cū dignitate cuſtoditus. Procopius de bello Vandalorum lib. 4.

Gilimere igitur capto, impoſitus eſt finis bello Vādalico, & recuperata eſt Carthago cum tota Africa, anno Chriſti 533. Iuſtiniani ſexto: cum quidem eam tenuiſſent Vandali annos 95. Anno enim Chriſti 438, à Genſericho Vandalo primùm occupata eſt, quum antea fuiſſet ſub Rom. imperio annis 585. ſic〈q;〉 regnum Vandalorum deſtructum eſt, perijt〈q;〉 Vandalica rabies cum ipſo nomine. Nicephorus libro 17. cap. 12. itē Euagrius libro 4. cap. 16. item Otho Phriſingenſis lib. 5. cap. 4. item Paulus Diac. lib. 16. item Sigebertus, & Regino lib. 1.

Beliſarius, rebus iſtis confectis, Conſtantinopolim ueniens triumphum agit, ſecum ducens captiuum Gilimerum Vandalorum principem, & multa alia precioſa ſpolia: ut aureos thronos, uehicula ornatu uario, plurimis〈q;〉 gemmis precioſis conſtructa, aurea quoque pocula, & alia omnia quæ ad regis capti miniſterium eſſe conſueuerant: argentum præterea multarum talētorum myriadum, omnem deniq; ſuppellectilem regiá admodum precioſam atq; admirandam: utpote à Genſericho quondam Romæ è palatio, cum ibi depopulatus eſſet, direptam: in qua & Iudæorū res nobiles extiterunt, quę olim Titus Veſpaſianus ex Hieroſolymis Romam deportarat. Ea cum quidam ex Iudæis uideret, ad quendam Imperatori familiarem dixit: Has opes Byzantinum palatiū minimè inferri debere, quia alibi nuſquam quàm in eo loco in quem Salomon Iudæorum rex ab initio eas conſtituiſſet, conſiſtere poſſent: eamque ob cauſam olim Romanum imperium à Genſericho direptum, & nunc Vandalorum ſimiliter à Romanis. Hæc cum ad Imperatorem eſſent delata, ſtatim omnia illa Hieroſolymam ad Chriſtianorū templa remiſit. Gilimer aūt in triumpho circūducitur. & cum in ipſo hippodromo Imperatorem in alta ſede conſtitutū, populumque circumſtantem cōſpexiſſet, conſtitit, ac ſuum fatum conſiderans, neque fleuit, neq; aliter conqueſtus eſt, quàm quòd

uerba Hebræorum uoluminú memorauit: VANITAS VANITATVM, ET OMNIA VANITAS. Hinc Iuſtinianus fortunæ inconſtantiam & humanæ uitæ uiciſſitudines æſtimans, ipſum ſoluit uinculis, & apud ſe aliquãtiſper in magno honore habuit: tandem ipſi cum omnibus ſuis cognatis & propinquis, in Galaria quædã loca ad inhabitandum liberè cõceſsit. Et hæc quidem apud Byzantium ſic geſta. Euagrius libro 4. cap 17: Procopius lib. 3. de bello Vandalorũ: Blõdus lib. 3. Decade 1. Paulus Diaconus libro 17.

Beliſarius tali ratione Romam uictor deueniens, poſtea S. Petro auream crucem cẽtum librarum, precioſiſsimis gemmis exornatam, in qua ſuas uictorias conſcripſerat, offert, per Vigilium papam. Paulus Diac. libro 16. Sigebertus: Beda.

Mauruſij apud Bizatium in Numidia habitãtes, qui antea ſeſe dederãt Beliſario, audiẽtes iam Beliſarium domum abijſſe, rurſus à Romanis deficiunt. Mittitur Solomõ, qui eos reprimat. isq; primo quidẽ cõgreſſu ipſis ſuccumbit: tandem ſecũdo uictor euadit, & cum præda Carthaginẽ redit. Procop.

Rurſus poſtea deficiunt Mauruſij, & circa Bizatium uaſtare incipiunt, nulli neq; ætati neq; ſexui parcentes. Cæduntur aũt denuò à Solomone in monte Burgaone, quem ipſi inacceſſum putabant, ex improuiſo, & trucidantur ex ipſis quinque millia, ex Romanis uerò ne unus quidem deſideratur. Idem.

Seditio poſtea oritur inter milites Romanos, dum in Africa morantur. Solomon uidens ſe inſidijs à ſuis peti, clàm aufugit: & ad Beliſariũ, qui tũ Syracuſis erat, feſtinat, nuncians quid rerum ibi gereretur. Interim ſeditioſi milites palàm à Iuſtiniano deficientes, in Africa tumultuantur, & ſibi ducẽ eligunt Stozam, uirum in primis magnanimũ, & agẽdorũ peritum. Is exercitũ partim inter Vãdalos & Afros octingentorũ millium congregans, Carthaginem obſidet & capit. Beliſarius cum Solomone Carthaginem uenit, & eos ad officium magna cum contentione reuocare nititur: uerùm re infecta rurſus decedit. Mittitur ergo à Iuſtiniano Germanus cum Symmacho & Dominico. Illi exercitu collecto, cum Stoza cõfligunt, eũmque in fugam conuertunt, atq; Carthaginẽ recipiunt. Procopius.

Tandem pacatis rebus, Germanus cum ſuis ſocijs à Iuſtiniano domum reuocatur, idq; anno Iuſtiniani 13. Solomon rurſus Africæ præficitur. Inſurgit contra eum Antalas cum Mauruſijs. tandem multis utrinque in prælio cadentibus, ipſe Solomon quoq; interficitur. Succedit ei in præfectura Sergius cum Areobindo.

Redit poſtea Stozas cum magno Mauruſiorũ numero: & ſeſe Antalæ adiungẽs, paſſim per Africã cædes facit, in imbelles quoque mulierculas, ſenes ac pueros ſæuiẽs, adeò ut regio maxima ex parte deſolaretur, hominib. orbata. Nam Afri qui ſupererant, in inſulas fugebant: nobilitas uerò omnis Byzantiũ migrabat. Imperator iubet Sergiũ in Numidia bellum cõtra barbaros decernere, & Areobindũ cum Mauruſijs in Bizatio pugnare. Sergius eueſtigiò cũ ſuo exercitu contra Numidas proficiſcitur. Areobindus uerò ubi accepit Antalam ac Stozam ad Carthaginem properare, Ioannẽ Siſinij cõtra ipſos ire iuſsit, cũ delectis quotquot in exercitu eſſent fortiſsimi. Sergio quoq; ſcripſit, ut cum Iohanne ſe coniungeret, & unà hoſtes aggrederẽtur. Verùm Ioannes à Sergio neglectus, coactus eſt parua manu cum immenſa hoſtium multitudine congredi. Ibi fortiter per denſa agmina perrumpens, Stozam telo petens tranſfixit. ex quo uulnere ſtatim interijt. Poſtea hoſtiles impet⁹ & belli uires diutius nõ ſuſtinere ualẽs, ipſe quoque inter fugiendum eſt interfectus. Idem.

Stozæ Antalas ſuccedit ſolus. Cõtra eum Areobindus Guntharim mittit. Is uerò cum Antala conſpirans, exercitum laniénę & mactationi tradit, ipſumq; poſtea Areobindum doloſè interfici & remoueri curat. Iuſtinianus re cognita, Artabanẽ mittit. Guntharę & reliquis conſpirationis ſocijs trucidatis, Antalem fugat, exercitũ eius fundit, & tandem Carthaginẽ liberat, anno Iuſtiniani 19, à cœpta uerò tyrannide die 36. Artabani domum redeunti Iohannes quidam Pappi frater ſubſtituitur. Is demum Mauruſios partim peremit, partim in extremos fines Africæ diſperſit, ubi demum quieſcere ſunt coacti. Et hæc de bello Africano. Procopius de bello Vandalorum lib. 4.

## DE BELLO ITALICO *aduerſus Gothos.*

Anno Iuſtiniani octauo, qui fuit Chriſti 534, inceptũ eſt bellum omniũ quę ipſo imperante geſta ſunt grauiſsimũ: quod pro libertate Italię cum Gothis in ipſa Italia regnantibus motũ, durauit annos cõtinuos decẽ & octo, fortunæ uarietate, urbiũ & populorũ cladibus tam inſigne, quàm memorabilisſimum. Quamuis aũt diu dubio Marte utrinq; pugnatur, tamen Romani tandẽ ſuperiores exiſtunt, & expelluntur Gothi ex Italia, cũ ibi regnaſſent annos 58. Procopius lib. 1. 2 & 3. de bello Gothorum: Hermanus Mutius lib. 5. Blondus Decade prima, lib. 4. Sabellicus Enneade octaua, lib. 3. Leonhardus Aretinus lib. 1. 2. 3 & 4.

Occaſio belli hæc putatur. Poſtquã Theodericus Gothorum rex in Italia ſine uirili

prole

prole deceſſerat, Amalaſuenta uel Himelſuita filia tunc uidua exiſtés, cum Atalarico ſeu Adelrico eius nato in tegno ſucceſait. Amalaſuenta uerò uidens filium ad ebrietaté, luxuriem, eiusq; generis uitia proclinem eſſe, clàm ſecũ inijt conſiliũ de regno in Iuſtiniani fidem cõmittendo: idq; ipſi Impetatori per legatos ſignificat, cũ ita gubernaſſet Imperiũ annos 10. Moritur interim filius: ipſa uerò aliquandiu Theodatum in tegni cõſortium accipit. qui malè remunerans acceptá dignitatem, carceti Alamaſuentam primùm incluſit, mox inuidia aucta eam quoq; occidit. Hanc iniuriá uindicaturus Inſtinianus, & ſimul quoq; à Gotthorũ tyranuide liberaturus Italiam, bellum hoc inſtruit. Cauit tamen prius Imperator, ne cum Vandalos in Africa oppreſsiſſet, ſimilem intentaturus Oſtgothorũ oppreſsioné, alias Romano imperio dudum inimicas gẽtes barbaras in ſe concitaret. Scripſit igitur ad Clodomirum, Childebertũ, Clotharium & Theodoberrũ reges Francorum, multis munerib' miſsis, ut ipſi interim quieſcerẽt. Quod poſtquam ipſi receperũt, tandem duos duces, Mundũ & Beliſarium, ad expediendum hoc bellũ eligit: & Beliſarium quidé cum claſſe in Siciliam mittit, Mundum uerò cum pedeſtribus copijs Dalmatiam inuadere iubet. Blõdus Decad.1.lib.3.in fine: & lib.4. ab initio: Leonhardus Aretinus lib.1.

Beliſarius cum claſſe in Siciliam tendens in Africam traijcere ſimulat. Applicat aũt in Siciliam, & quaſi reficiẽdi ſui cauſa in his locis deſcendit. Sumpto exinde idoneo tempote, Catinam utbem repẽtè adortus capit: nõ multos poſt dies Syracuſas, dedentibus ſeſe ciuibus, occupat. Poſt hęc mirabilis fuit uictorię curſus, dedẽtibus ſeſe ciuitatibus, atq; ultrò uocantibus, prætet ſolam Panormum, in qua præſidium Gothorũ ualidiſsimum erat. ea cum à terra munitiſsima eſſet, claſſe tandem expugnatur. Et ſic quidem in Sicilia res proceſſerunt. Procopius libro primo de bello Gothorum.

Mundus uerò in Dalmatia contractis magnis copijs, ad Salonas ducit, ibiq; cum filio ſuo Mauricio magnũ exercitũ Gothorum fundit: ipſe tamen ſimul cũ filio parta uictoria occumbit. Procopius lib.1. Aretinus.

Theodatus rex Gothorũ bello primùm undiq; cinctus ad Iuſtinianũ mittit, pacem petens, eiq; totum Gallorum & Italorũ imperium offert. In ea pactiõe nomiſma argenteum, in cuius latere dextro, O. N. IVSTINIANVS P. F. AVGVSTVS: in altero, O. N. THEODATVS REX habetur, primitùs cudi cœpit. Procopius. Poſtea uerò ex interitu Mũdi animatus, fidem fallit: & promiſſa retractans, armis ſe tueri conatur: in quib. tamẽ breui occũbit & à ſuis interficitur, poſtquam regnare cœperat anno tertio. Blõdus lib.4. pagina 47. Procopius pag.26.

Cõſtantianus aũt ab Imperatore in Mundilo cum ſubſtiturus, Salonas occupat & capit. Gothi fugiunt Rauennam. Interim omnis Dalmatia, Lyburniaq; in Conſtantiani poteſtatem deuenit. Leonhardus Aretinus pagina 520.

Beliſarius Sicilia ſubiugata, cum omnib copijs ex Meſſana regione per fretum traijcit, in quo Scyllam & Charybdim fuiſſe poetæ fabulantur. Vbi in continenté peruenit, omnia ipſi patuerunt. Tandem in Campaniam delatus, Neapolim obſidet: quá uiceſimo die ui expugnatam & captá uaſtauit, ciuibus cum militibus interfectis. Increpatus tamen poſtea ob hanc ſæuitiam à Syluerio papa, nouos colonos eò miſit Cumanos & Puteolanos Paulus Diac. rerum Romanarũ lib 16, pagina 202. Blondus pag. 47. Procopius pag.26. Leonhard. Aretinus pag. 523.

Capta Neapoli, Romá petit. eamq; attingens, ſtarim per Aſinariá portam intromittitur. Gothi per Flaminiam egrediuntur, & fugiunt. Sabellicus Ennead.8. libro 3.

Interfecto autem Theodato, Viriges à Gothis rex eligitur, ſecundo anno beli. Is contra Beliſarium belli uires conuertens, cum centum quinquaginta millib' armatis Romá uenit: ac ponte Tyberino, qui à Beliſarij præſidio tenebatur, ultrò fugientibus militibus potitur. Beliſarius eius rei ignarus, fortè cũ mille equitibus ad Tyberim expaciás ex improuiſo in hoſtes incidit, ibiq; uel inuitus cogitur cum hoſtibus confligere. nec multum abfuit, quin telorum ac miſsilium multitudine obrutus fuiſſet. Agnitus enim à Gothis omnium iaculis & telis magno impetu petitur. ſtrenuè tamé pugnando ex eorum manibus elabitur, & ſaluus Romá redit. Deſiderati ſunt in illa pugna Gothorũ plus quàm mille: ex Romanis uerò tantum octoginta. idq; factum eſt tertio anno belli. Procopius pag 40. Sabellic. Ennead.8.lib.2.

Progreditur deinde Viriges cum exercitu ad urbem, eamque undiq; obſidione cingit graui & difficili. Machinis autem admotis, cum iam muros expugnaturus eſſet, Romani ſubitò erumpunt magna ui, hoſteſq; obruunt, nihil tale ſuſpicantes. Ac trucidantur denuò ex Gothis plus quàm 30 millia, quarto anno belli. Procopius pagina 51.

Durante aliquandiu obſidione, ingens oritur fames intra muros. Ac ſcribit Dacius Mediolanenſis antiſtes, in ſua diœceſi tanta annonæ caritate laboratum eſſe, ut præterquam quòd fœda & obſcœna multa eſui eſſent, reperta ſit mulier, quæ fame adacta à filij carnibus nõ abſtinuerit. nec tantum qui

obſidione tenebantur,hoc malũ attigit:ſed & regia caſtra, uniuerſamq́; Italiã extrema fames inuaſit.Sabellicus Enneadis octauæ libro tertio.

Mittuntur igitur à Iuſtiniano nouæ copiæ quinto anno belli: equites quidem bis mille trecenti,& pedites ter mille octingẽti, hi ſecum tritici & omnifariam cõmeatuum uim ingentem ferũt. Ne autem ab hoſte interciperẽtur,Beliſarius hoc ſtratagemate utitur. Sub id tempus quo hi erant urbẽ intraturi,hoſtium caſtra adoritur, facitq́; eruptionem per Flaminiam portã, quam à prima obſidione Beliſarius obſtruxerat. equites uerò leuis armaturæ iubet ad hoſtiũ caſtra equitare,illosq́; tumultuoſè ad pugnã elicere:mox conſerta pugna paulatim cedere,hoſtemq́ue procul à caſtris diſtrahere.

Quod cum illi gnauiter facerent,eſſetq́; iam prope urbem uentum, tum ſimul ab his qui per Flaminiam portam emiſsi fuerãt,factus eſt clamor à tergo:& equites qui fugã ſimulauerant,ferociter ad pugnam reuertuntur. Sic barbari ancipiti metu perculſi in medio cæduntur,ſimulq́; auxiliares copiæ & commeatus in urbem tutò recepti ſunt. Sabellicus ibidem.

Scribit deinde Beliſarius Vitalio duci, qui Salonis erat,ut res Gothorum ſubita ui adoriatur. Ille mandatum exequens, hoſtium terrã inuadit,ferro & igni populatur: Vglitheum patruum Vitigis,qui ſe ipſi opponit cum exercitu fundit.Inde Fanum fortunæ, Piſaurum & Ariminum occupat. Vitiges hæc audiens,Rauennę ſuæ timens,obſidionem ab urbe Romana ſoluit,quũ ea duraſſet annum integrum,& dies nouem: & Rauennam ſe recipit. Sequitur autem Beliſarius,& exercitu in fuga maxima ex parte cæſo,tandem ipſum cum urbe capit, ſexto anno belli. Procopius libro ſecundo : Paulus Diaconus libro decimoſexto : Blondus Decadis primæ libro quinto.

Vitige capto, Beliſarius Conſtantinopolim redit, Vitigem unà cũ ſpolijs Roma auectis ſecum ducens, anno belli quinto. Iuſtinianus uiſo Vitige,ualde lætatus eſt:eũmque non multo pòſt in patriciorum numerum receptum,Perſicorum finium cuſtodię & adminiſtrationi præfecit,ubi ad finem uitæ ſuæ fideliter perſtitit.Paulus Diaconus libro decimoſexto.

Interea Gothi ſibi Ildebaldũ regem conſtituũt,ſeptimo anno belli:quem & eodem anno propter crudelitatem interimunt.

Succeſsit huic Eutarius,qui & ipſe eodem anno iugulatur. Tandem uerò Badnildas qui & Totilas,ut Attila dicebatur, eligitur. Is contra Romanos duces,quos reliquerat Beliſarius, ſæpe dimicans,eorum uires ualde fregit, & uniuerſam Italiam uaſtauit. Idq́ue per biennium effecit,quouſque ſeptimus belli annus finiretur.Octauo uerò anno cum non eſſent amplius qui ei reſiſterẽt, in Flaminiam cum exercitu perrexit:Cæſenam,Petrã,& alia eius loci oppida , partim ui,partim metu ſubegit. Deinde nono anno belli in Hetruriam tranſmiſit:& inde Tyberim amnem tranſgreſſus per Vmbros, Sabinos & Marſos in Campaniam profectus eſt:ibiq́ue Beneuentum ui captam mœnibus nudauit,ne locus alioqui naturà munitus, ſedes belli fieret hoſtibus. Non multo pòſt Neapolim obſidione cinxit, & cepit: ibiq́; Cumæ & uicina oppida ſe ultrò dediderunt,decimo anno belli . ueneruntq́; matronæ pleræq; ex Romana nobilitate in Gothorum poteſtatem,quas per honeſtè Totilas penes ſe habuit,atq; honeſtiſsimo comitatu gratis Romam ad ſuos dimiſit. Sabellicus Enneadis octauæ libro tertio: Blõdus libro ſexto Decadis primæ.

Beliſarius,qui tunc temporis bello Parthico occupatus erat,à Iuſtiniano reuocatur, undecimo anno belli,& in Italiam remittitur cum claſſe. Is cum Vitali nauigauit,& Salonis applicuit: in ipſo itinere Hidruntum oppidum Calabriæ obſidione liberauit. Rauennam autem ueniens,uidit omnia in Italia mutata,ac opinione deteriora. hoſtes enim ubique præualebant: amici uerò fracti, ac in deſperationem adducti: ciuitates propter militum iniuriam aduerſæ : milites denique,quòd multa ſibi debebantur ſtipendia ab Imperatore,contumaces, nec parẽtes ducibus, nec in expeditionem ire uolebãt, erantq́; ad exiguum numerũ redacti : ipſeq́; Beliſarius milites nõ plures quàm 4000, & quidem tyrones ſecum adduxerat:pecuniã uerò quæ militibus daretur,nullam. Conſeſtim igitur,eum,quòd in Italiã ueniſſet,pœnitere cœpit:& Vitalem ad Imperatorem remiſit,eiq́; conditionem Italiæ demonſtrauit,copiarum ſupplementa pecuniasq́; poſcens. Verùm is anxiè & tardè aliquid apud Imperatorem profecit. Interim Totilas cognito Beliſarij aduẽtu,Romam ſe cum exercitu confert, eamque cingit, per integrum annum ac tandem,cum Romani ſe dedere non uellent(licet inaudita fame premerentur,adeò ut canes,mures,ac cætera immunda animalia,herbasq́; omnis generis , quas etiam pecudes non attingunt,ederent)per proditionem cepit: & ingreſſus cum exercitu, quoſcunque nactus eſt ciues,ſine delectu interfecit,duodecimo anno belli. Blondus libro 6.Decadis primæ : Sabellicus Enneadis octauæ lib.2.

Miſit deinceps legatos ad Iuſtinianũ,qui dicerent illi,Romam eſſe in Gothorũ poteſtate.

ſtate. fore, ſi cũ Gotthis pacem quàm bellũ mallet, ut Roma incolumis ſeruaretur. polliceri ad hæc magna & fidelia auxilia Gotthorũ quibus ille omnib. bellis ureretur. contrà ſi pergeret Italiam inſectare, ſe urbem ſolo æquaturum: quoniam illam neq; in bello occuparus tueri, neq; hoſtibus relinquere uelir. Iuſtinianus uerò nihil aliud reſpondit, quàm Beliſarium in Italia eſſe, illiq; totum belli negocium à ſe iniunctũ. Erar tunc Beliſarius cum uxore in Portuenſi urbe, ubi ægritudine corporis & periculoſa febri correptus tenebatur,

Totilas igitur hac reſponſione audita, de euertenda urbe Roma conſilium ſumpſit. Itaq; inſurgens mirabili crudelitare, mœnia ad rertiam partem totius ambitus murorũ euertit: Capirolium deinde incendit, circa forum omnia ædificia publica & priuata at ſerunt: ſimulq; Auentinus, Quirinalis, Cœlius, cæteriq; colles. Multarum ibi æratum opus, clariſsimaq; uirorum monumenta miſerabiliter extincta ſunt: idq; factum eſt anno belli decimotertio. Incenſa autem exciſaq; urbe, omnis ciuiũ multitudo, ne quis extremis patriæ cineribus dare poſſet lachrymas, educta eſt à Totila, & per Latij Campaniæq; oppida diſperſa: ſenatum & primores ciuitatis penes ſe ſolũ ioco habuit. Inde Roma egreſſus, ne unum quidem uiuentiũ, marem, fœminamue in ea remanere paſſus eſt, ut omni humano cultu deſerta urbs quondam rerũ domina iaceret: magnũ omni æuo documentum, quàm parum ſit humanæ felicirati credendum. Quanta enim fuit huius urbis olim felicitas, tanta etiam, & mulro maior fuit calamitas hoc & præcedẽte tempore, ubi aliquoties fortunę caſus uarios eſt experta. A Senonico enim bello, quo præter Capitolium omnia ſunt à Barbaris fœdata, ad Veſtgotthorum tempora, qui Alarici ductu Romam iterum cæperunt, ſunt anni circiter octingenti: à Veſtgothis ad Vandalicam direptionem, 44: à Vandalis ad Odoacrem & Herulorum regnum, 22. ab his ad Theodericũ & Oſtgothos, 14. ab Oſtgothis ad Beliſarium, qui Romam ab ea gente recepit, 50. hinc ad excidiũ quod ſub Torila paſſa eſt, de quo hic agimus, 12 anni. Tories, tã breui annorum ſpacio, domitrix illa humani generis, arxq; omnium gentium Roma, ludibrio fuit barbaris. Sabellicus Enneadis octauæ libro tertio: Blondus Decadis primæ libro ſexto: Bibliander tabula decima.

Totilas urbe uaſtata, decimoquarto anno belli cum exercitu ad Iohannẽ Viralem in Calabriam mouet: ibiq; Iohanne fugiente: paruo momento Lucanos, Brutios & Calabros omnes recipit. Interea uerò Beliſarius longa febri liberatus, cum ſuis copijs Romam proficiſcitur, eamq; indefeſſo opere reſtaurat & munit, foſſa, uallo, propugnaculis & munitionibus: idq; ſeptem & uiginti dierum ſpacio, quod uix fidem meretur, confecit, adeò ut contra omnem uim hoſtilemq; impetum urbs inſtructa eſſet. Deinde frumentum ac cætera ad uictum neceſſaria, ex Portuenſi ciuitate multis nauibus importat. Totilas hæc audiẽs, ſtatim cum exercitu recurrit: uerùm nihil obtinens, cum à munitionibus aliquoties magna cum ſtrage ſuorũ repelleretur, rurſus ſecedit in Vmbriã. Beliſarius undiq; colligit ciues: eoſq; expugnatis oppidis, quorum pleraq; mœnibus erãt nudata, liberat, ac Romam reducit. Reuertens Totilas, Vitalium in Apulia adoritur, eiuſq; caſtra diripit. Beliſarius, propter metum belli Parthici, Cõſtantinopolim reuocatur à Iuſtiniano: Totilas uerò Romam repetit, eaq; potitur. Tandẽ omnibus ſubiugatis, in Siciliã rendit. Iuſtinianus contra eum mittit Narſetem. Sabellic⁹ Enneadis octauæ libro 4. 16 anno belli. Hoc tempore Totilas Roma potitus, in Caſsinũ monaſterium ad ſanctũ Benedictum uenit, & ab eo multa uaricinia de ſucceſſu rerum & futuris euentibus cognouit. Inter reliqua etiam audiuit, ſe decimo anno ſuæ tyrannidis moriturum: idq; poſtea euentus comprobauit.

Narſes in magna gratia apud principem erat, adminiſtrabatq; Iuſtiniani aulam ſuo arbitrio, uir ad omnia uirtutis opera natus: magnus quidem conſilio, ſed religione & pietate maior. Narrant enim qui cum ipſo fuerunt, coluiſſe illum magnopere Deum ſupplicationibus & alijs pietatis generibus deinde uirginem Deiparam ipſi manifeſtè apparuiſſe, mandaſſeq; quãdo pugnandum eſſet, quando non. Is igitur icto fœdere cum Longobardis, qui duce Andoino Pannoniã inferiorem occuparant, cum magnis copijs Italiam ingreditur, Rauennamq; petit, ubi ſe cum reliquis ducibus coniungit: & deinde Romam tendit, eaque pulſis hoſtibus potitur. Ciues uerò qui inde relegati erant, aut eriam ſponte fugerãt Totilæ tyrãnidem, paſsim in oppidis trucidantur à Gotthis, ne redeant Romam. Tandem uicinis locis recuperatis, confligit Narſes cum Totila ad Brixellum: ibiq; Totilas cum omnibus ſuis copijs, quas ſecum habebat, funditur, & ad internecionẽ delerur: Anno Chriſti 554, Iuſtiniani 26, cum regnaſſet Totilas annos 10, iuxta Benedicti uaticinium. atq; ſic regnum Gotthorum in Italia finitum eſt. Sabellicus lib. 4 Enneadis octauę: Blondus libro ſeptimo Decadis primæ: Procopius libro tertio. Narſes ueſtimenta Totilę cruen-

ta,cum corona gemmis precioſiſsimis exornata,Iuſtinianum mittit ibidem.

Poſt Totilæ mortem per duos annos continui motus fuerunt,antequam Narſes Italiã & eius inſulas omnes à Gothis recepit. Thias enim Oſtgothorum regnũ reſtaurare niſus, magnopere ſe Narſeti opponit:& ad Francorum ducem Theodebaldum mittens,auxilium ſatis firmũ impetrauit.Leutharia enim & Bulthinus,Alemanni exercitum ad ſeptuaginta duomillia fortiſsimorũ uirorum ipſi adducunt,Italiam & Siciliam in ſuam poteſtatem reducturi.Ac Bultinus quidem oppida omnia ad Siculum uſq; mare primitùs ſubiugat,capit & uaſtat.Deinde uerò in Campania cõtra Narſetem pugnãs, cum uniuerſo Francorum exercitu occumbit,& ad internecionem deletur:ita ut Francorum nemo ſe ad proprios lares receperit. Sabellic.lib.quarto Enneadis octauæ:Blondus libro ſeptimo Decadis primę:Agathius libro ſecundo.

Siſualdus quoq; rex Brentorum, nactus occaſionem ex ſtrage Gotthorũ, in eorum terras irruptionem molitus eſt. Ac primùm impetum fecit in Eporedięſes & Taurinos. Thias igitur re deliberata cum ſuis,exercitũ ſuum diuidit:ac partẽ eius aduerſus Siſualdum mittit,partem ſecum retinens, contra Narſetem procedit.Ac audiens Narſetẽ in Campaniam feſtinare, maturius præuenit, & Nuceriam capit.Aduentante autem Narſete,timens ſibi in urbe,exercitum in proximum montem deducit:ibiq; cinctus à Narſete,cum commeatuum penuria laboraret conuenit inter eius milites,ne fame conficerentur,uel omnino occupare in prelio, uel uictoriam licet cruentiſsimam reportare Acriter igitur utrinq; dimicatur, à ſummo manè uſq; in profundã noctem: in qua ſe uterq; exercitus utcunq; colligit.ſequenti die ad arma reditur: tandem cum dubio Marte diu pugnaſſent,Thias telo confoſſus cadit:exercitus eius maxima ex parte truci datur:reliqua multitudo pacem cum ſeruitute accepit. Blondus libro quarto.

Perrexit poſtea Narſes,omnes Oſtgothorum reliquias in Italia Transpadana funditùs delere,ne ſemina noui belli relinquerentur. Aliquot prælijs igitur fracti,certatim omnes deditionem fecerunt:fuitq; tunc uerè belli Oſtgothici finis,anno poſtquam fuerat in choatum decimooctauo. Blondus libro ſeptimo Decadis primæ.

Solus autem tunc ſupererat hoſtis in Italia Siſualdus.is quoq; à Dagiſthæo, miſſo per Narſetem cũ copijs, ſuperatur,& de alta trabe ſuſpenditur.ibidem.

Redit poſtea Narſes Romam,rebusq; pacatis collapſis mœnia & ędificia urbis inſtaurat,ciues introducit,prouincias munit pręſidijs,& omnia ad priſtinam dignitatem reducere laborat.Zaben quoq; regionẽ,Mauritaniam,& Sitiphim metropolim tributariam Romano imperio facit. Blondus libro ſeptimo Decadis primæ.

Deſijt hoc tempore omnino regnũ Oſtgothorum,ea gente radicitùs extirpata, cũ durauiſſet annos circiter bis mille quadringẽtos ut ſcribit Iordanis.Veſtgothi autẽ in Hiſpanijs manſerunt, & cum Alanis eam totam tenuerunt.Ante ipſorum enim ingreſſum tres nationes Hiſpaniam tenuerunt, Sueui,Vandali atq; Alani. Abeuntibus uerò Vandalis in Africam,Sueui Galitiam ſoli gubernarunt,ſub Emmerico coſũ rege, qui triginta tres annos apud ipſos regnauit.ſucceſsit Rixilla,poſtea Rixarius,in de Maſdrugus,hunc ſequutus eſt Armiſuindus, poſt illum Theodomirus,tandem Mirus:ſub quo deletum eſt regnum Sueuorum, & translatum ad Gotthos. Nauclerus uolumine ſecundo,generatione decima nona:Sigebertus pag.uigeſimaoctaua. Hactenus de bello Italico cum Gotthis.

Circa initium belli Italici,Beliſarius Parthos cõpeſcit magno labore,& tãdem cum illis pacẽ ſancit.Deinde Erulos,Zepidas,& Bulgares,deuaſtãtes Illyriam, profligat. Iſidori Chronicon,de Iuſtiniano.

Hunni circa annũ Iuſtiniani 13.Europam inuaſerunt,Potideam euerterũt,arces duas munitiſsimas in Illyrico,ciuitatẽq; Caſſandream diripuerunt,Cherſoneſum expugnarũt:& omnes Gręcas urbes præter Pelopõneſiacas infeſtãtes,captis 120000 hominũ, domum redierunt. Chronicon Pauli Phrygionis pagina 350.Procopius de bello Perſico pagina 274.

Longobardi duce Andoino cõtra Turiſmundum potiũtur Pãnonia inferiore.Blondus Decadis primæ libro quarto.

Iidem duce Alboino,coniunctis copijs cum Hunnis qui Auares dicũtur, contra Zepidas arma ſumunt,& regnum Zepidarum deſtruunt penitùs. Anno Chriſti 547,Iuſtiniani 20.ceciderũt in uno prælio 60000 hominum. Alboinus regis Commundi caput haſtæ infixum.per caſtra circumgeſtari iuſſit:ciusq; cranium poſtea in pateram inauratã cõmutauit,atq; ex ea bibit, quoties cõuiuia aut ſolennes epulas exhibuit:quæ res ipſi poſtea exitij cauſa fuit,ut ſub Iuſtino ſequetur.Blondus libro 4.Decadis primæ.

Iidem icto fœdere cũ Narſete, cũ contra Gothos iuuerũt: quib uictis,in Pannoniam redierũt,& quamdiu ibi habitarũt, Romanũ imperiũ ſemper adiuuerũt,donec à Narſete uocati in Italiam irruperunt. Bonfinius lib. 7.Decadis primæ rerum Vngaricarum.

Anno

Anno 16 Iuſtiniani, Azumitéſes Indi cum Hometitis bella geſſerunt. Hometitæ enim mercatores Chriſtianos in ſuis regionibus obſeruantes paſsim occiderũt. Hac ratione moti, quòd Romani etiam Iudęos in ſuis regionibus malè tractarent. Azumitarũ igitur rex Adad, uolens uindicare cędem Chriſtianorũ, bellũ molitur: & uouet Deo, ſi uictor euadat, ſe quoq; Chriſtianũ fore. Ibi Deo axiliante fit, ut uictor Adad exiſtat, regẽ Homeritarum uiuũ capiat, ac regno eius potiatur. Sic tandẽ Adad ad Chriſtianã fidẽ accedit. Paulus Diac. lib. 16.

In Gallia, Sigiſmũdo, Gothmaro & Almarico ſublatis, res Francorũ domeſtica diſcordia agitatæ ſunt, ob duos Clodomiris, qui Burgũdico bello perierat, ſuperſtites filios, quos Clotharius & Childebertus terræ alliſos necarãt. Conſpiratũ eſt à Childeberto in Clothariũ fratrẽ, aſcito ſibi tãti facinoris ſocio Theodeberto, qui Narbonẽſem Galliã tenebat. Erat is Childeberti & Clotharij ex fratre nepos. Et iam fraternę acies in procinctu ſtabant, inter ſe hoſtiliter conflicturę Verùm Crotichildis mater, precibus & lachrymis illos flectit & reconciliat, ac ſuadet ut exercitus in hoſtes cõuertant: Clotharius cũ Childeberto Hiſpaniam, Theodebertus uerò Italiam inuadat. Sabell. Ennead. 8. lib. 3.

Theodebertus igitur miro uictorię curſu Rhetiã & Alpes Coccias ſubigit. deinde Italiam ingreſſus, Liguriam occupat. Sunt qui & Hetruriam ab ipſo captã memorant. Gothi omnem Tranſpadanã terram, cum Alpibus & Gallia Narbonẽſi, Francorum armis paſsi ſunt occupari. Ibidem.

